4° M 206 (2,III,2,I)

Hanovre

Anonyme ou Collectif

Monumenta Germaniae historica

Concilia

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

BIBLIOTHÈQUE NATIONALE DON

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM SECTIO III CONCILIA

11476

TOMI II. PARS PRIOR.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCIV.

MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM SECTIO III. CONCILIA.

TOMI II. PARS I.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCVI.

CONCILIA

BIBLIOTHÈQUE NATIONALE DON BELISLE BURNOUF

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

TOMVS II.

CONCILIA AEVI KAROLINI I.

M
206
(III, 27)

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCVI.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

CONCILIA

AEVI KAROLINI

TOMVS I.

RECENSVIT

ALBERTVS WERMINGHOFF.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCVI.

MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA.

Nachricht für den Buchbinder.

BIBLIOTHECA IMPERIALIS

Der II. Band der **Concilia** soll geteilt werden. Es sind also in den I. Teil zu binden die früher gelieferten

Bogen 1—58, Seite 1—464, sowie beifolgende

Seiten 465—466 und

Titel, Vorrede und Inhaltsverzeichnis.

Die Seiten 85—88 sind durch die hier mitfolgenden Cartonblätter zu ersetzen.

Hannover und Leipzig. **Hahn'sche Buchhandlung.**

Edituro mihi partem primam tomi II. conciliorum vel tomi I. conciliorum aevi Karolini, quorum series curae Karoli Zeumer v. cl. commissa est, pauca sunt praemittenda.

Postquam anno 1893. Fr. Maassen b. m. tomum I. conciliorum, quo gesta synodalia aevi Merovingici continentur, absolverat, anno 1896. editionem conciliorum aevi Karolini ipse suscepi, spe ductus eam paucis annis perfici posse (v. annales nostros 'Neues Archiv' XXIV, p. 459 sqq. XXVI, p. 609 sqq.). Quae spes me fefellit, cum aliis studiis velut indice capitularium regum Francorum et legum Visigothorum diu occuparer insuperque munere docendi, quod in universitate Gryphiswaldensi exercebam, non prorsus quidem ab edendis conciliis arcerer, sed in perficienda editione retardarer. Ita factum est, ut anno demum 1904. huius tomi paginas 1—464 sine titulo et indicibus publici iuris facerem, tum brevi spatio intermisso reliqua typographo traderem. Ecce nova difficultas: acta annorum 742.—843., quae uno eodemque volumine contineri posse antea credebam, prolixiora esse apparuit, ut tali tomo continuo comprehenderentur, qui nec nimium differret a tomo I. conciliorum nec taedio esset lectori benivolo. His ita se habentibus invitus feci, ut hunc tomum in duas partes dividerem. Quarum prior (p. 1—466) praebet gesta synodalia inde ab anno 742. usque ad annum 817. seriemque continuat tomi I., etsi

hic in anno 695. desinit: inter annos enim 695. et 742. concilia in Francia, quoad compertum habemus, convocata non sunt neque acta ulla nisi spuria his temporibus adscribuntur a falsariis recentioribus, quibus fides prorsus est abneganda. Huius tomi pars altera (p. 467 sqq.), ut dictum est iam typis expressa vel praelo tradita, acta synodalia inde ab anno 819. usque ad annum 842. exhibebit, deinde acta spuria saeculis octavo et nono usque ad annum 839. adscripta, indices denique nominum et rerum initiaque canonum. Qua altera parte absoluta praesto erunt in hoc tomo omnia concilia genuina et spuria usque ad annum 843., id est ad divisionem imperii Francorum pacto Virdunensi constitutam; excipiet eum tomus III. conciliorum vel tomus II. conciliorum aevi Karolini, de quo hodie quidem nil certi affirmari licet.

Multi viri docti in absolvenda hac prima parte me adiuverunt: praefecti bibliothecarum Germanicarum, qui codices curae suae commissos Berolinum transmiserunt, item praefecti bibliothecarum Gallicarum et Italicarum, qui annis 1899. et 1901. benivole me receperunt (v. etiam 'Neues Archiv' XXVI, p. 11 sqq. XXVII, p. 567 sqq.), deinde illi, qui vel libros scriptos inspexerunt aut in usus nostros descripserunt, vv. dd. H. Bel Montispessulanus, Th. Bitterauf Monacensis, O. Cartellieri Heidelbergensis, W. Hauthaler Salisburgensis, O. von Heinemann b. m. et G. Milchsack Guelferbytani, G. Meier Einsiedlensis, E. Mummenhoff Norinbergensis, H. Omont Parisiensis, J. Schwalm Hammaburgensis, M. Tangl et B. Violet Berolinenses. Accedunt v. cl. P. Kehr instituti historici Borussici in urbe Roma secretarius praesidens, qui textum concilii Romani anno 761. celebrati et paravit et nobiscum communicavit, v. d. M. Krammer, qui omnes fere plagulas sedulo perlustravit, v. cl. K. Zeumer, qui in recensione et explanatione omnium fere actorum semper fuit sagacissimus optimusque adiutor. His omnibus debitas ago gratias; quid eorum comitati auxilioque debeam, numquam obliviscar.

Data Berolini mense Novembri 1906.

Albertus Werminghoff.

PRIORE HAC TOMI PARTE CONTINENTUR.



(Sub numeris asterisco notatis nonnisi regesta actorum synodalium praebentur).

pag.

1. Concilium in Austrasia habitum q. d. Germanicum a. 742 . . . . 1—4
2. Concilium Liftinense a. 743 . . . . . 5—7
3. Concilium Romanum a. 743 . . . . . 8—32
   A. Argumentum concilii 9
   B. Actorum concilii forma uberior 10
   C. Decretorum concilii forma minor 30
4. Concilium Suessionense a. 744 . . . . . 33—36
5. Concilium Romanum a. 745 . . . . . 37—44
6. Concilium in Francia habitum a. 747 . . . . . 45—50
   A. Ex epistola Bonifatii ad Cudberhtum archiepiscopum Cantabrigiensem data 45
   B. Zachariae papae epistola data ad synodales a. 748 . . . 48
7. Concilium Baiuwaricum a. 740—750 . . . . . 51—53
*8. Concilium Vernense a. 755 54
*9. Concilium Vermeriense a. 756 55
10. Concilium Ascheimense a. 756. vel 755—760 . . . . . 56—58
11. Concilium Compendiense a. 757 . . . . . 59—63
   *A. Pippini regis capitulare 59
   B. Privilegium Gorziensi monasterio concessum 59
12. Concilium Romanum a. 761 . . . . . 64—71
13. Concilium Attiniacense a. 762. vel 760—762 . . . . . 72. 73
14. Concilium Romanum a. 769 . . . . . 74—92
15. Concilium Dingolfingense a. 770 (?) . . . . . 93—97
   A. Decreta concilii Dingolfingensis 93
   B. Notitia de pacto fraternitatis episcoporum et abbatum Bawaricorum 96
16. Concilium Neuchingense a. 772 . . . . . 98—105
   A. Decreta concilii Neuchingensis 98
   B. Notitia de concilio Neuchingensi 104
*17. Concilium Haristallense a. 779 . . . . . 106. 107

pag.

18. Concilium in Francia habitum a. 779? 780? 108. 109
19. Concilium Francofurtense a. 794 . . . . . 110—171
A. Epistola episcoporum Hispaniae ad episcopos Franciae a. 792—793 111
B. Epistola episcoporum Hispaniae ad Karolum Magnum a. 792—793 120
C. Epistola Hadriani I. papae ad episcopos Hispaniae directa a. 793—794 122
D. Libellus sacrosyllabus episcoporum Italiae 130
E. Epistola episcoporum Franciae 142
F. Epistola Karoli Magni ad Elipandum et episcopos Hispaniae 157
G. Capitulare Francofurtense 165
20. Conventus episcoporum ad ripas Danubii a. 796 . . . . . 172—176
21. Concilium Foroiuliense a. 796. vel 797. . . . . 177—195
22. Concilium Rispacense a. 798 (?) . . . . . 196—201
A. Arnonis encyclica 196
B. Canonum Rispacensium reliquiae. 197
C. Arnonis instructio pastoralis 197
23. Concilium Romanum a. 798 . . . . . 202—204
24. Concilia Rispacense, Frisingense, Salisburgense a. 800 . . . . . 205—219
A. Statuta Rispacensia, Frisingensia, Salisburgensia 205
B. Acta ad concilium Rispacense pertinentia 213
1) Karoli regis mandatum ad Arnonem archiepiscopum Salisburgensem directum a. 799. vel 800 213
2) Notitia concilii Rispacensis 214
C. Appendices ad concilium Rispacense 215
1) Versio apud Dückherum exstans 216
2) Versio apud Dalham exstans 217
3) Iordani recensio canonum Rispacensium 218
25. Concilium Aquisgranense a. 800 . . . . . 220—225
26. Concilium Romanum a. 800. . . . . 226. 227
*27. Concilium Aquisgranense a. 801 . . . . . 228. 229
*A. Capitula ex divinarum scripturarum scriptis, quae electi sacerdotes custodienda atque adimplenda censuerunt . . 228
*B. Capitula novem de presbyteris admonendis 228
*28. Concilium Aquisgranense a. 802. m. Martio 229
*29. Concilium Aquisgranense a. 802. m. Octobri 229. 230
30. Concilium in monasterio Tegernsee habitum a. 804 . . . . . 231—233
31. Concilium Baiuwaricum a. 805. 233
32. Concilium Salisburgense a. 807 234
33. Concilium Aquisgranense a. 809. Colloquium Romanum a. 810 . . 235—244
A. Libellus Smaragdi abbatis s. Michaelis ad Mosam de processione sancti Spiritus 236
B. Notitia de colloquio Romano 239
34—38. Concilia Arelatense, Remense, Moguntinense, Cabillonense, Turonense a. 813 . . . . . 245—306
34. Concilium Arelatense a. 813 248

pag.

35. Concilium Remense a. 813 253
36. Concilium Moguntinense a. 813 258
37. Concilium Cabillonense a. 813 273
38. Concilium Turonense a. 813 286
Appendices ad concilia anni 813 294
A. Karoli Magni capitula e canonibus excerpta a. 813 . . . 294
B. Concordia episcoporum a. 813 297
C. Annotatio capitulorum synodalium 301
39. Concilium Aquisgranense a. 816 . . . . . 307—464
A. Institutio canonicorum Aquisgranensis 308
B. Institutio sanctimonialium Aquisgranensis 421
C. Hludowici imperatoris epistolae ad archiepiscopos missae a. 816 (?) 456
*40. Concilium Aquisgranense a. 817 . . . . . 464—466

Addenda et corrigenda XII

ADDENDA ET CORRIGENDA.

pag. 2 lin. 2 adde: Vitae s. Bonifatii archiepiscopi Moguntini recognovit W. Levison (Hannoverae et Lipsiae 1905), p. 149.

p. 6 l. 3 pro 'vicesimo septimo' lege: 'decimo quarto vel sexto vel vicesimo'.

p. 6 l. 19 adde: v. quae contra L. Levillain ('Bibliothèque de l'école des chartes' LXVI, p. 683 sqq.) exposuimus 'Neues Archiv' XXXII, p. 221 sqq.

p. 6 l. 29 adde: Vitae s. Bonifatii recogn. W. Levison p. 151, sed Othlo initium capitularis et caput primum omisit.

p. 29 l. 9 pro: Factum[2] *lege:* Factum[1].

p. 29 l. 10 pro: Feliciter[1] *lege:* Feliciter[2].

p. 33 l. 2 pro: 744. Mart. 2 *lege:* 744. Mart. 3.

p. 33 l. 25 pro: die VI. Nonas *lege:* die V. Nonas.

p. 33 l. 32 pro: 'VI] *ita P 1,* V. *V,* II. *P 2; lunae XIIII. dies VI. Nonas Martii respondet, Boretius' lege:* V.] *ita V,* VI. *P 1,* II. *P 2; v. quae recte monuit B. Krusch, 'Neues Archiv' XXX, p. 708 sq.*

p. 37 l. 18 adde: Vitae s. Bonifatii recogn. W. Levison p. 169.

p. 48 l. 32 adde: Vitae s. Bonifatii recogn. W. Levison p. 178.

p. 54 l. 27 pro: 'Verneuil' lege 'Ver'.

p. 57 l. 36 post 'non inveni' adde: v. etiam Vitam Haimhrammi c. 29; MG. SS. rer. Merov. IV, p. 502.

p. 64 l. 22 post 'crediderim' adde: (v. etiam P. Scheffer-Boichorst, 'Gesammelte Schriften' I, Berolini 1903, p. 17 sq.).

p. 66 l. 50 pro: iuiuria *lege:* iniuria.

p. 76 l. 37 pro 'libro I capitulo 206' lege: libro I capitulo 255 (206).

p. 76 l. 39 pro Tuscie *lege* Tusciae, *pro* consedentibus *lege* considentibus, *l. 40 pro* presbyteris *lege* presbiteris, *l. 41 pro* apostolice *lege* apostolicae, *l. 44 pro* presbyter *lege* presbiter, *l. 45 pro* ordinem promoveri *(ed. Martinucci 135) lege* honorem promoveri *(ed. V. Wolf von Glanvell, 'Die Kanonessammlung des Kardinals Deusdedit, Paderborn' 1905, p. 146).*

p. 82 l. 49 adde: et infra p. 328 l. 33.

p. 84 l. 44 adde: Cf. L. M. Hartmann, 'Geschichte Italiens im Mittelalter II, 2 (Gotha' 1903), p. 231 sqq.

p. 93 l. 29 post 'Jaffé-E. n. 2274' adde: v. etiam B. Krusch, MG. SS. rer. Merov. IV, p. 456 l. 6 sqq.

p. 167 l. 42 in ann. 2 adde: E. Lesne, 'La hiérarchie épiscopale . . . en Gaule et Germanie . . . 742—882 (Lille et Paris' 1905), p. 64 sqq.

p. 171 l. 25 in ann. 8 adde: v. quae M. Tangl exposuit ('Neues Archiv' XXXII, p. 183 ann. 1).

p. 195 l. 44 adde: F. Brandileone, 'A proposito dell' ultimo canone del concilio Foroiuliano. Perugia' 1905.

p. 202 l. 1 pro 32 *lege:* 23.

p. 228 l. 31 in ann. 1 adde: v. etiam M. Tangl, 'Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' XX, p. 247 sq.

p. 268 l. 45 praemittenda est ante ann. 2 haec ad c. 28 spectans annotatio: Cf. J. Braun, 'Die priesterlichen Gewänder des Abendlandes (Freiburg i. Br.' 1897), p. 103.

p. 417 l. 49 lege: Schäfer, l. l. p. 33 ann. 2 et p. 176 ann. 1.

Edituro mihi partem priorem tomi II. conciliorum, quorum series curationi Karoli Zeumer viri clarissimi commissa est, pauca sunt praemittenda. Iam hoc in fasciculo usquequaque occurrent vestigia virorum doctorum, qui vel codices in usus nostros contulerunt vel sciscitantibus nobis numquam deesse voluerunt. Quibus omnibus bibliothecarum Galliae, Germaniae, Italiae praefectis, amicis sociisque gratias habemus maximas. Etsi hoc loco eorum nomina commemorare longum est, silere tamen nequeo operam viri clarissimi P. Kehr, qui textum concilii Romani a. 761. habiti benivole suppeditavit, v. d. M. Krammer, qui omnes fere plagulas sedulo perlustravit, v. cl. K. Zeumer, cui quid in actis omnium fere conciliorum recensendis vel explanandis debeam numquam obliviscar.

Hac in parte conciliis aevi Karolini inde ab anno 742. usque ad annum 816. absolutis — propter temporum iniquitatem desunt concilia genuina inde ab anno 695., qui finis erat tomi I. a viro clarissimo F. Maassen b. m. editi — alteram partem tomi huius, quae reliqua aevi Karolini concilia usque ad divisionem imperii Francorum anno 843. factam celebrata sunt, acta synodalia spuria, indices praefationemque continebit, interiecto brevi intervallo prelo nos daturos esse speramus. Adsit modo idem auxilium gratum atque acceptum, quo adhuc sumus sublevati.

Dabam Gryphiswaldiae mense Novembri anni 1904.

Albertus Werminghoff.

1. CONCILIUM IN AUSTRASIA HABITUM A. D. GERMANICUM.



742. April. 21.

Bonifatius archiepiscopus ineunte anno 742. Zachariae papae Romano haec de synodo habenda scripsit: Notum similiter sit paternitati vestrae, quod Carlomannus dux Francorum me arcessitum ad se rogavit, ut in parte regni Francorum, quae in sua est potestate[1], synodum cepere congregare. Et promisit se de aecclesiastica religione, quae iam longo tempore, id est non minus quam per sexaginta vel septuaginta annos, calcata et dissipata fuit, aliquid corrigere et emendare velle. Quapropter si hoc Deo inspirante veraciter implere voluerit, consilium et praeceptum vestrae auctoritatis, id est apostolicae sedis, habere et sapere debeo. Franci enim, ut seniores dicunt, plus quam per tempus octuginta annorum synodum non fecerunt nec archiepiscopum habuerunt nec canonica iura alicubi fundabant vel renovabant[2] *(epist. 50. ed. Dümmler, MG. Epp. III, 299). Quo loco concilium congregatum sit penitus ignoratur, in Austrasia autem id habitum fuisse ex eo elucet, quod decreta eius subsunt Karlmanni principis capitulari anno 742., ut persuasum nobis est, emisso, etsi de ipsius tempore variae a viris doctis sententiae prolatae sunt*[3].

Editio nostra in hunc modum instituta est. Fundamentum est codex Vaticanus inter Palatinos 577 (antea Mogontinus) saec. VIII. IX. (= V 1) fol. 4; adhibiti sunt praeterea codices epistolarum Bonifatii, Monacensis scilicet latinus 8112 (antea Moguntinus) saec. IX. (= B 1) fol. 68, Carlsruhensis, Rastattensis 22 (antea Durlacensis) saec. X. XI. (= B 2) fol. 52, Vindobonensis 751 (Theol. 259) saec. IX. X (= B 3) fol. 51'; accedunt denique codices Monacenses latini 6285 (antea Frisingensis) saec. X. (= M 1) fol. 97' et 27246 (antea Frisingensis) saec. XI. (= M 2), Vaticanus inter Palatinos 583 saec. X. (= V 2) fol. 53', Salisburgensis S. Petri a. IX. 32 saec. XI. (= S) pag. 68, ex quo perpauca recepimus, et collectio canonum Benedicti Levitae lib. I c. 2 (= BL) ed. Knust, MG. LL. II, 2, 45. — Inest capitulare in his quoque libris scriptis: Montispessulano 137 saec. XII., Parisiensi latino 18219 saec. XII., Pommersfeldensi 2785 saec. XVI., Romanis bibliothecarum Vallicellanae (G. 94 saec. XVI.) et Vaticanae (1340 saec. XIV.), Veneto bibliothecae S. Marci, Zanetti 169 saec. XVI.; v. Nürnberger,

1) *Cf. Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 42a.* 2) *Cf. E. Löning, 'Geschichte des deutschen Kirchenrechts' II, 217 sq. — Ultimum est concilium aevi Merovingici, quoad compertum habemus, illud Autissiodorense anni 695., MG. Concilia I, 223.* 3) *V. quae affert A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. I, 504 ann. 1, cui plane assentimur. Nuperrime B. Sepp, 'Historisches Jahrbuch' XXII, 317 sqq., XXIII, 826 sqq. hoc concilium anno 744. celebratum esse censuit, id quod nobis non probavit; cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 545 sq.*

'Neues Archiv' VIII, 307 sq., receptum est in Othlonis vita s. Bonifatii I c. 34, Mabillon, Acta SS. ordinis s. Benedicti III, 2, 48.

Edd.[1]*: Crabbe II (1538), fol. CXI. Crabbe II (1551), 456. Sagittarius 350. Ioverius II, fol. 93. Surius III, 39. Bollanus-Nicolini III, 437. Baronius 742 n. 21. Binius III, 1, 210. Goldast, Const. III, 117; ibid. I, 15 (extr. = Lünig, 'Reichsarchiv' XV, 8). Sirmond I, 537. Coll. reg. conc. XVII, 414. Vorburg, Hist. IX, 394. Labbe-Cossart VI, 1553; ed. Coleti VIII, 269. Baluze I, 145. Harduin III, 1919. Lünig XV, 558. Meichelbeck, Hist. Frising. I, 2, 24. Georgisch 485. Resch, Ann. eccl. Sabion. I, 618. Calles, Ann. eccl. II, 249. Hartzheim I, 48. Mansi XII, 365. XII, app. 103. Walter II, 18. MG. LL. I, 16. Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 807. LXXXXVI, 1501. Himmelstein, Synod. Herbipol. 9. Walter, Fontes iuris eccl. 18. Jaffé, Bibl. III, 127. Bartolini, 'Zaccaria papa' doc. 10. Gengler, 'German. Rechtsdenkm.' 597. MG. Capit. I, 24. MG. Epp. III, 309. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regesta imperii ed. 2. I n. 44. 'Neues Archiv' XXIV, 463.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ego Karlmannus, dux et princeps Francorum, anno ab incarnatione Christi septingentesimo XLII., XI. Kalendas Maias, cum consilio servorum Dei et optimatum meorum episcopos, qui in regno meo sunt, cum presbiteris et concilium et synodum pro timore Christi congregavi, id est Bonifatium archiepiscopum et Burghardum[2] et Regenfridum[3] et Wintanum[4] et Willabaldum[5] et Dadanum[6] et Eddanum[7] cum presbiteris eorum, ut mihi consilium dedissent, quomodo lex Dei et aecclesiastica relegio recuperetur, que in diebus preteritorum principum dissipata corruit, et qualiter populus Christianus ad salutem animae pervenire possit et per falsos sacerdotes deceptus non pereat.

Lemmata: Synodus quam sanctus Bonifatius Karolomanno consentiente cum episcopis et ceteris Dei servis habuit *B 2*, Incipit synodus cum actibus suis iussione apostolica a sancto Bonifatio et Francorum episcopis sub Karlomanno (Karolomanno *M 2*) duce habita anno incarnationis dominicae DCCXLII. *M 2. BL*, Incipit epistola ducis et regis Karalmanni *S, sine lemmate rell. codd.*

14 Karlmannus] *ita B 1*, Carlmanus *V 1*, Carlmannus *B 2. 3*, Carlomannus *V 2*, Karlomannus *BL*, Karalmannus *M 1. S*, Karolomannus *M 2*. 15 anno — Maias *desunt S*. septingentessimo *V 1. B 2*, septingentissimo *B 3*, septingesimo *M 1*. XLII.] *ita V 1*, quadragesimo secundo *rell. secundum MG. Epp. III, 310 lin. 3*. XI.] XII. *M 1*, videlicet *add. V 2. M 2. BL*. 16 episcoporum *M 1*. 17 et concilium] ad concilium *V 2. M 2. BL*. Bonifacium *hic et infra M. BL*. 18 Burghardum] Burhardum *B 1*, Burgchardum *B 3*, Burchardum *V 2. M. BL*. Regenfridum] Reginfredum *B 1*, Reginfridum *M*. Wintanum] Huuinanum *V 1*, Huuitanum *M 1*, Guintanum *V 2. M 2*, Wiztanum *BL*. Willabaldum] *ita V 1. B 1*, Uuillipaldum *M 1*, Uuitbaldum *V 2. M 2. BL*, Wilbaldum *cett*. 19 et Eddanum] et Dadanum *in ras. V 1*, ac reliquos episcopos *add. V 2. M 2. BL*. presbiteriis *V 1. B 3*. 21 possit *deest M 1*.

1) *In editionibus enumerandis ordinem sequimur hic et infra chronologicum; de titulis librorum v. tabulam nostram ('Neues Archiv' XXIV, 495 sqq.), ad quam semel in perpetuum remittimus lectorem.* 2) *Wirziburgensem episcopum.* 3) *Coloniensem ep.* 4) *Buraburgensem ep.; cf. Hauck, l. l. I, 497.* 5) *Eistetensem ep.* 6) *Dadani episcopi nomen alias ignotum (Traiectensis ex coniectura doctorum anteriorum) F. Loofs ('Zur Chronologie der auf die fränkischen Synoden bezüglichen Briefe der bonifazischen Briefsammlung', Lipsiae 1881, p. 14) emendandum esse censuit, ita ut Davidus (Spirensis) legeretur; at Hauck (l. l. I, 505 ann. 1) sub hoc nomine episcopum Erfordiensem, cuius nomen ignoramus, latere coniecit; v. Dümmler, MG. Epp. III, 310 ann. 5.* 7) *Argentinensem ep.*

(I.) Et per consilium sacerdotum et optimatum meorum ordinavimus per civitates episcopos et constituimus super eos archiepiscopum Bonifatium, qui est missus sancti Petri. Statuimus per annos singulos synodum congregare, ut nobis presentibus canonum decreta et aecclesiae iura restaurentur, et relegio Christiana emendetur. Et fraudatas pecunias aecclesiarum aecclesiis restituimus et reddidimus. Falsos presbiteros et adulteros vel fornicatores diaconos et clericos de pecuniis aecclesiarum abstulimus et degradavimus et ad poenitentiam coegimus.

(II.) Servis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare aut in exercitum et in hostem pergere omnino prohibuimus, nisi illi tantummodo, qui propter divinum ministerium, missarum scilicet solemnia adinplenda et sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt; id est unum vel duos episcopos cum capellanis praesbiteris princeps secum habeat, et unusquisque praefectus unum presbiterum, qui hominibus peccata confitentibus iudicare et indicare poenitentiam possint. Necnon[1] et illas venationes et silvaticas vagationes cum canibus omnibus servis Dei interdiximus, similiter ut acceptores et walcones non habeant.

(III.) Decrevimus quoque secundum sanctorum canones, ut unusquisque presbiter in parrochia habitans episcopo subiectus sit illi, in cuius parrochia habitet[2], et semper in quadragesima rationem et ordinem ministerii sui, sive de babtismo sive de fide catholica sive de precibus et ordine missarum, episcopo reddat et ostendat. Et quandocumque iure canonico episcopus circumeat parrochiam populos ad confirmandos, presbiter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione et adiutorio populi, qui ibi confirmari debet. Et in cena Domini semper novum crisma ab episcopo querat, ut episcopum testis adsistat castitatis et vitae et fidei et doctrine illius.

(IIII.) Statuimus, ut secundum canonicam cautellam omnes undecumque supervenientes ignotos episcopos vel presbiteros ante probationem synodalem in aecclesiasticum ministerium non admitteremus.

(V.) Decrevimus[3], ut secundum canones unusquisque episcopus in sua parrochia sollicitudinem adhibeat, adiuvante gravione, qui defensor aecclesiae est, ut populus

I. 1 *Numeri hic et infra desunt codd.* 2 misus *V 1.* 3 Statuimusque *M 2. BL.* per] super *B 1.* 4 restauretur *M 2.* 5 Falsos] vero *add. V 2. M 2. BL.* 7 cogimus *B 1.*

II. 8 Servi *V 1.* 9 et — pergere] ire et in hostem *M 1.* prohibemus *M 2. BL.* nisi — possint] nisi illos, qui pro hostili necessitate pergant pro missis celebrandis et sanctorum patrociniis deportanda et confitentibus poenitentiam imponendo *S.* illis *BL.* 10 ministerium] mysterium *V 1. 2.* misarum *V 1.* 11 ad hoc electi] electi hoc *M 1.* praesbiteriis *V 1,* presbiterum *B 1,* presbiteriis *B 3.* 12 praefectus] perfectus *V 1. B 1.* 13 possit *V 2. M 2. BL.* 15 ut *deest V 2.* acceptores] accipitres *e corr. B 2. M 2.* walcones] falcones *B 2. V 2. M 2. BL,* valcones *M 1.*

III. 16 Decrevimus — canones *desunt S.* secundum] *ita M 1,* iuxta *M 2. BL, deest rell.* canones] sequentes *superscr. al. man. in B 2.* 17 parrochia] barrochia *hic et infra V 1,* porrochia *hic et infra V 2.* habitans] habitat *V 2.* habitet] habitat *V 2. BL.* 18 quadragisima *V 1. B 3.* babtismo] *ita V 1,* baptissimo *B 3,* baptismo *rell.* sive] seu *V 2. BL.* 19 misarum *V 1. B 3.* 20 episcopus *deest M 1.* 22 crisma] krisma *B 1,* chrisma *V 2. M 1. BL.* 23 episcopo] eo *M 1.* episcopum] *ita V 1,* episcopus *e corr. B 1. 2,* episcopus *M 1,* episcopo *V 2. M 2. BL.* et vitae — fidei] fideique et vitae *M 1.*

IIII. 24 Statuimus] etiam *add. M 2. BL.* canonicam *deest V 2. M 2. BL.* cautellam] *ita V 1. B 3,* cautelam *rell.* undecumque] undique *M 2.*

V. 27 Decrevimus] quoque *add. V 2. M 2. BL.* 28 adhibeat] habeat *M 2. BL.* grafione *M 2,* graphione *V 2. BL.* aecclesiae est] est ecclesiae *M 1.*

1) *Cf. c. 3 D. 34.* 2) *Cf. U. Stutz, 'Die Eigenkirche als Element des mittelalterlich-germanischen Kirchenrechts' (Berolini 1895), 20.* 3) *Cf. cum hoc capitulo indiculus superstitionum et paganiarum MG. Capit. I, 223.*

Dei paganias non faciat, sed ut omnes spurcitias gentilitatis abiciat et respuat, sive sacrificia mortuorum sive sortilegos vel divinos sive filacteria[1] et auguria sive incantationes sive hostias immolaticias, quas stulti homines iuxta aecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum, Deum et suos sanctos ad iracundiam provocantes, sive illos sacrilegos ignes, quos nied fyr[2] vocant, sive omnes, quecumque sint, paganorum observationes diligentes prohibeant.

(VI.) Statuimus similiter, ut post hanc synodum, que fuit XI. Kalendas Maias, ut, quisquis servorum Dei vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, quod in carcere poenitentiam faciat in pane et aqua et, si ordinatus presbiter fuisset, duos annos in carcere permaneat et antea flagellatus et scorticatus[3] videatur, et post episcopus adaugeat[4]. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum ceciderit, post tertiam verberationem in carcerem missus vertentem annum ibi paenitentiam agat. Similiter et nonne velatae eadem penitentia conteneantur, et radantur omnes capilli capitis eius.

(VII.) Decrevimus quoque, ut presbiteri vel diaconi non sagis laicorum more, sed casulis utantur ritu servorum Dei; et nullus in sua domu mulierem habitare permittat. Et ut monachi et ancille Dei monasteriales iuxta regulam sancti Benedicti ordinare et vivere, vitam propriam gubernare studeant.

V. 1 sive sacrificia] sive profana sacrificia *V 2. M 2. BL.* 4 Deum] Domini *M 2. BL.* suos sanctos] sanctos suos *M 1.* 5 nied fyr] *ita V 1*, nied feor *B 1*, niedfŕs *B 2*, niedfrs *B 3*, nejdfyr *M 1*, nidfŕs *M 2*, nedfŕs *V 2*, nedfratres *BL.* 6 sint] *ita V 1. M 1. S*, sunt *rell.* observationibus *V 2.* diligentes] *ita V 1. B 1. 3. M 1*, diligenter *rell.*

VI. 7 ut] ut si *BL.* que — Maias] *fortasse recens addita sunt, cum haec capitula Liptinensibus canonibus augerentur; v. Boretius, MG. Capit. I, 25 ann. 10.* 8 ut] unus *BL.* 9 quod] et *M 2*, ut *V 2. BL.* presbiter fuisset] fuisset presbiter *M 1*, presbiter sit *V 2. M 2. BL.* 10 scorticatus] excorticatus *e corr. B 2.* 11 autem *deest B 1. M 1.* 12 ververationem *V 1.* misus *V 1. B 3.* vertentem] vertantum *M 1.* 13 Similiter — conteneantur] et nonnae velatae eadem poenitentia conteneantur similiter *M 1.* nonne] nonanes *V 2. M 2*, nonnanes *BL.* contineantur *B 2 (e corr.). V 2. BL.* 14 capiti *M 1.*

VII. 16 domo *B 2 (e corr.). V 2. M 1. BL.* 17 ancellae *B 3.* Benedicti] coenobia vel synodochia (xenodochia *BL*) *add. V 2. M 2. BL.* 18 ordinare] gubernare *add. V 2. M 2. BL.* vitam] vitamque *e corr. B 2.* vitam — studeant] studeant et vitam propriam degere secundum praedicti patris (ordinationem *add. V 2. BL*) non neglegant *V 2. M 2. BL.*

1) *Id est amuleta ad arcendos vel pellendos morbos; v. Ducange s. v. phylacterium.* 2) *Cf. I. Grimm, 'Deutsche Mythologie' ed. 4. cur. E. H. Meyer I, 502 sqq.* 3) *cruentatus; v. Dümmler, l. l. p. 311 ann. 2.* 4) *Post duos annos episcopus adaugeat flagella, iterum flagellet; v. Boretius, l. l. p. 26 ann. 11.* 5) *Non veste succincta, sed longa Romana utantur sicut monachi; v. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 500 ann. 3.*

2. CONCILIUM LIFTINENSE.

743. Mart. 1.

Concilium in Austrasia anno 742. habitum statuerat canone primo, ut per singulos annos synodus congregaretur. Quod neglectum fuisse iam anno insequenti cum verisimile minime sit, alterum concilium in Austrasia celebratum videtur esse anno 743.[1], *etsi capitulare Karlmanni de ipso anno tacet, mensem tantum locumque praebendo in canone primo, ubi verba facit de* synodali conventu, qui congregatus est ad Kalendas Martias in loco, qui dicitur Liftinas. *Illud autem capitulare Karlmanni esse, synodum ergo in Austrasia habitam efficitur ex ipsis verbis canonis quarti:* Decrevimus quoque quod et pater meus ante praecipiebat, *deinde ex libris scriptis, in quibus omnibus hoc capitulare tam arte cum antecedenti cohaeret, ut recte dixerit Boretius: Primae synodi (scil. anni 742.) canones in secunda synodo confirmati iterumque promulgati sunt, ita ut utriusque synodi canones in codicibus manuscriptis quasi unam principis Karlmanni constitutionem efficere videantur (MG. Capit. I, 26). Falsa ergo referuntur in epistola episcoporum Galliae Carisiacensi anno 858. ad Ludowicum regem Germaniae data, ubi haec leguntur:* . . . Pippinus synodum apud Liptinas congregari fecit, cui praefuit cum sancto Bonifacio legatus apostolicae sedis Georgius nomine — nam et synodum ipsam habemus — et quantumcumque de rebus ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, ecclesiis reddere procuravit *(l. l. II, 433; v. 'Neues Archiv' XXVI, 623 sq.)*[2]*; recta exhibent Hincmarus archiepiscopus Remensis († 882) et Fulbertus episcopus Carnotensis († 1029), qui sub Karlmanno synodum Liptinensem habitam esse dicunt, quamquam quae plura praebent prorsus ficticia sunt.*

Hincmarus[3] *enim in epistola sua tricesima septima haec scribit:* Et in synodo apud Liptinas habito, cui sub Karlomanno principe Georgius episcopus et Iohannes sacellarius ac sanctus Bonifacius ex praecepto Zachariae papae consederunt, legitur:

> Ut si vir mulieri desponsatae, dotatae ac publicis nuptiis ductae debitum coniugale non potuerit reddere et hoc aut amborum confessione aut certa qualibet adprobatione fuerit manifestum, ut separentur et mulier, si continere nequiverit, alteri viro legaliter nubat *(Hincmari Opp. ed. Sirmond II, 657).*

1) *Cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. I, 514 ann. 1.* 2) *Minus recte de hac epistola iudicavit H. Hahn, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs 741—752' (Berolini 1863), 195 sqq.* 3) *Cf. quae de Hincmaro et Fulberto contra Hahn, l. l. p. 199 sq., exponit L. Ölsner, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin' (Lipsiae 1871), 471 sqq.*

Georgius episcopus Ostiensis et Iohannes sacellarius non Liftinensi, sed Compendiensi synodo anno 757. habitae — tum Bonifatius archiepiscopus Moguntinus iam mortuus erat — interfuerunt et ex Compendiensi (v. infra) canone vicesimo septimo aut Benedicti Levitae collectione canonum, in qua verba canonis paulisper mutata occurrunt (lib. II cc. 55. 91, MG. LL. II, 2, 76. 81) Hincmarus sua videtur deprompsisse; cf. Ölsner, l. l. p. 473.

Fulbertus denique in epistola sua tricesima tertia dicit: Invenitur ergo statutum in concilio Leptinensi capite septimo sub Zacharia papa sub principe Carlomagno hoc modo:

Si quis filiastrum aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore et alteram non accipiat. Simili modo et mulier alterum non accipiat.

Item in eodem: Nullus proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat nec filiolam nec commatrem ducat uxorem nec illam, cuius filium vel filiam ad confirmationem tenuerit; ubi autem factum fuerit, separentur *(Fulberti Carnotensis episcopi epistolae n. 33, Parisiis 1608)*[1]. *Boretius (l. l. I, 27) iam monuit Fulbertum hausisse e Benedicti Levitae capitularium collectione (lib. I cc. 7. 167, MG. LL. II, 2, 47. 167), cuius auctor adhibuit concilii Compendiensis anni 757. (v. infra) canonem decimum quintum et Moguntinensis anni 813. (v. infra) canonem quinquagesimum quintum.*

Editioni nostrae subsunt iidem libri, quos supra pag. 1 lin. 18 sqq. enumeravimus, codices scilicet Vaticanus inter Palatinos 577 (antea Moguntinus) saec. VIII. IX. (= V 1), Monacensis latinus 8112 (antea Moguntinus) saec. IX. (= B 1), Carlsruhensis, Rastattensis 22 (antea Durlacensis) saec. X. XI. (= B 2), Vindobonensis 751 (Theol. 259) saec. IX. X. (= B 3), Vaticanus inter Palatinos 583 saec. X. (= V 2), denique collectio canonum Benedicti Levitae lib. I c. 3 (= BL) ed. Knust, MG. LL. II, 2, 46. — Legitur capitulare etiam in codicibus Montispessulano 137 saec. XII. et Veneto bibliothecae S. Marci, Zanetti 169 saec. XVI., quos aeque omisimus ac codicem Salisburgensem, S. Petri a. IX. 32 saec. XI., ubi canon tertius tantum invenitur, receptum est in Othlonis vita s. Bonifatii I c. 34, Mabillon, Acta SS. ordinis s. Benedicti III, 2, 49.

Edd.: Baronius 743 n. 1. Binius III, 1, 212. Sirmond I, 540. Coll. reg. conc. XVII, 419. Vorburg, Hist. IX, 411. Labbe-Cossart VI, 1537; ed. Coleti VIII, 273. Baluze I, 149. Harduin III, 1921. Georgisch 489. Mansi XII, 369. XII, app. 105. Walter II, 21. MG. LL. I, 18. Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 809. LXXXXVI, 1503. Jaffé, Bibl. III, 129. Bartolini, 'Zaccaria papa' doc. 12. MG. Capit. I, 26. MG. Epp. III, 312. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imp. ed. 2. I n. 45. 'Neues Archiv' XXIV, 464.

(I). Modo autem in hoc synodali conventu, qui congregatus est ad Kalendas Martias in loco, qui dicitur Liftinas[2], omnes venerabiles sacerdotes Dei et comites et

Lemmata: De alio synodali conventu *V 1. B 1. 2. 3,* Item altera synodus a supradictis episcopis ac principe apostolica auctoritate Kal. Mart. Lyptinas habita *V 2. BL.*

I. 36 autem *deest V 2. BL.* ad *deest V 2. BL.* 37 Lyptinas *V 2. BL,* Listinas *cod. Venetus.*

1) *Ita secundum Ölsner, l. l. p. 471; apud Migne, Patrol. lat. CXLI, 238. Verba:* Si quis filiastrum — separentur *leguntur etiam addita manu saec. XI. in codice Parisiensi latino 2373 saec. IX. ex. fol. 4'; v. K. Hampe, 'Neues Archiv' XXIII, 627.* 2) *Antea 'Lestinnes', hodie 'Estinnes' in pago Hainoensi ('Hennegau') prope monasterium Laubacense ('Lobbes'); v. Dümmler, MG. Epp. III, 312 ann. 1.*

praefecti prioris synodus decreta consentientes firmaverunt, se inplere velle et observare promiserunt. Et omnis aecclesiastici ordinis clerus, episcopi et presbiteri et diaconi cum clericis, suscipientes antiquorum patrum canones, promiserunt se velle aecclesiastica iura moribus et doctrinis et ministerio recuperare. Abbates et monachi receperunt sancti patris Benedicti regulam ad restaurandam normam regularis vitae. Fornicatores et adulteros clericos, qui sancta loca vel monasteria ante tenentes coinquinaverunt, praecipimus inde tollere et ad poenitentiam redigere; et si post hanc definicionem in crimen fornicationis vel adulterii ceciderint, prioris synodus[1] iudicium sustineant; similiter et monachi et nonne.

(II.) Statuimus[2] quoque cum consilio servorum Dei et populi Christiani propter inminentia bella et persecutiones ceterarum gentium, que in circuitu nostro sunt, ut sub precario et censu aliquam partem aecclesialis pecuniae in adiutorium exercitus nostri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, ea conditione, ut annis singulis de unaquaque casata solidus, id est duodecim denarii, ad aecclesiam vel ad monasterium reddatur; eo modo ut, si moriatur ille, cui pecunia commodata fuit, aecclesia cum propria pecunia revestita sit, et iterum, si necessitas cogat, ut princeps iubeat, precarium renovetur et rescribatur novum. Et omnino observetur, ut aecclesia vel monasteria penuriam et paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario praestita sit, sed, si paupertas cogat, aecclesiae et domui Dei reddatur integra possessio.

(III.) Similiter praecipimus, ut iuxta decreta canonum adulteria et incesta matrimonia, que non sint legitima, prohibeantur et emendentur episcoporum iudicio, et ut mancipia Christiana paganis non tradantur.

(IIII.) Decrevimus quoque, quod et pater meus[3] ante praecipiebat, ut, qui paganas observationes in aliqua re fecerit, multetur et damnetur quindecim solidis.

I. 1 synodi *BL.* se] seque ea *V 2. BL.* 2 omnes *V 1.* 3 cum] reliquis *add. V 2. BL.* 4 recupare *B 1.* Abbates] vero *add. V 2. BL.* 5 sancti — regulam] regulam sancti patris Benedicti *V 2(?). BL.* regulam *deest V 1, al. man. add. B 2.* 6 Fornicatores] namque *add. V 2. BL.* 7 redigere] redire *V 2.* 8 ceciderunt *V 1.* synodi *B 1 (e corr.?). V 2. BL,* synodis *B 2.*

II. 12 sub precario] suprecario *B 1. 2.* 14 cassata *B 2,* casata *corr. in* casa *V 2,* casa *BL.* vel ad] *ita V 1,* vel *rell.* 15 reddantur *V 2. BL.* commodata] commendata *B 1.* 16 revestita] revertita *B 1. 2. 3.* ut] aut *V 2. BL.* 17 renovetur] *ita V 1. V 2. BL,* removetur *corr. in* renovetur *B 1,* removetur *B 2. 3.* aecclesia] *ita V 1,* ecclesiae *rell.*

III. 20 prȩcypimus *V 1.* incesta] *ita V 2. BL,* incerta *rell.* 21 sint] sunt *B 1. V 2. BL.*

1) *V. supra p. 4 c. 6.* 2) *De hoc capite interpretando cf. Ölsner, l. l. p. 480 sqq. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' ed. 2. III, 36 sq. Hauck, l. l. I, 513 sq.* 3) *Karolus Martellus.*

3. CONCILIUM ROMANUM[1].

743. (mense Septembri vel Octobri?).

V. d. A. I. Nürnberger commentario laborioso admodum et sagaci nuper collegit quae de tempore, actis librisque scriptis concilii Romani a Zacharia papa habiti erui possunt ('Archiv für katholisches Kirchenrecht' LXXIX, 20 sqq.), ita ut nobis, qui eius vestigiis inhaeremus, pauca tantum dicere liceat.

Celebratum autem est concilium anno 743. non ante diem 1. mensis Septembris, a quo indictio duodecima[2] *initium sumpsit, ante mensem Novembris, quo Artabasdus usurpator Constantinopolitanus eiusque filius Nicephorus Caesar a Constantino Copronymo imperatore superati, capti, excaecati sunt (cf. F. Chr. Schlosser, 'Geschichte der bilderstürmenden Kaiser des oströmischen Reichs' 201 sqq.; Duchesne, Liber pontificalis I, 438; H. Gelzer apud K. Krumbacher, 'Geschichte der byzantinischen Litteratur' ed. 2. p. 963). Erroneum ergo est hanc synodum anno 744. adscribere, ut vult Jaffé, Regesta pontificum ed. Ewald I, 265, sicut non recte ipse dies concilii effici videbatur ex epistola Zachariae ad Austrobertum Viennensem archiepiscopum* (. . . caeterum XI. Kalendas Aprilis[3] synodum Romae fecimus, cuius exemplar dilectus presbyter noster vestrae sanctitati portabit; *Mansi XII, 353; reg. Jaffé-E. n. 2258*); *haec enim epistola inter ficticias numeranda est (cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 517 sq.).*

Acta concilii non intemerata exstant, cum libri scripti non praebeant formam protocolli vel gestorum, sicut synodorum annis 721. a Gregorio II. (Mansi XII, 261) et 745. a Zacharia (v. infra) celebratarum, sed duas recensiones, uberiorem scilicet et minorem, ad collectiones iuris canonici adaptatas. Qua re commotus v. d. Nürnberger in libello peculiari, cui titulus est 'Die römische Synode v. J. 743. Synodus Romana habita a S. Zacharia papa in basilica S. Petri anno Christi 743.' (Mogunt. 1898), 3 sqq. genuinam formam restituere conatus est. Praemittit notam chronologicam hanc: In nomine Domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Imperante domno piissimo augusto Artavasdo a Deo coronato magno imperatore anno secundo, post consulatum eius anno secundo, sed et Nicephoro magno imperatore eius filio anno secundo necnon Liuthprandi regis anno trigesimo secundo, mense . . . die . . . indictione duodecima; *addit nomina eorum, qui concilio interfuerunt, Zachariae orationem ceterorumque responsionem* (Praesedente — evellantur; *infra pag. 22 l. 4 — pag. 29 l. 9*), *interponit verba:* Sicque lecta sunt singula capitula, qualiter nunc subter declaratur, *tum praebet capitula I—XIV. uberioris recensionis (infra p. 12 l. 3 — p. 18 l. 21), omissa inscriptione illa:* Zacharias — declarantur *(infra p. 11 l. 37—p. 12 l. 2), adiectis vero verbis:* Cumque relecta

1) *Haec synodus in libris editis* Concilium Romanum I. *insignitur.* 2) *Numerum indictionis in omnibus libris eundem mutare vetamur, ita ut concilium mense Iunio anni 743. adscribere non possimus; cf. Hefele, l. l. III, 517.* 3) *21. Martii.*

essent capitula, Zacharias sanctissimus ac ter beatissimus papa dixit *exhibet orationem papae (inc.* Scripsimus de gradus cognationum *etc., infra p. 19 l. 15 — p. 22 l. 3); post verba denique:* Subscriptiones sanctissimorum episcoporum. Zacharias episcopus sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae urbis Romae . . . . (huic constituto a nobis promulgato *vel similia supplenda suspicatur*) subscripsi *nomina episcoporum, presbyterorum, diaconorum recudi fecit, qualia Mansi XII, 384c (cf. eiusdem Supplementum conciliorum I, 559) protulerat; in notis aspersis legitur forma minor*[1]. *Hoc editionis exemplum, quamvis sit lucidum simileque genuino textui deperdito videatur, repetere nobis non licuit; nam quae in libris scriptis inveniuntur pandenda sunt lectori, nullo verbo addito, servato prorsus illo ordine, qui exstat in codicibus.*

Hi autem ipsi codices valde inter se differunt. Sunt libri, qui praebent uberiorem formam (infra p. 10 l. 33 sqq.), ita ut complures praemittant argumentum concilii (infra p. 10 l. 1—21), complures nonnulla omittant; accedunt alii, in quibus exstat segmentum tantum orationis Zachariae (vel capitis XV. secundum quosdam codices, infra p. 19 l. 32 sqq.); sequuntur illi, qui exhibent formam minorem quattuordecim capitulorum, praemissis nota chronologica et fragmento orationis illius. Quae cum ita sint, singulas huius editionis partes, litteris A—C distinctas, brevi exordio instruximus, quo de codicibus eorumque indole refertur. Ita enim materiam difficillimam sub uno aspectu posituros nos speramus.

Enarratio denique editionum paucis absolvenda est. Primus Flacius Illyricus in Ecclesiastica historia Cent. VIII (1564), 548 quattuordecim capitula publici iuris fecit, Baronius (Ann. eccl. 743 n. 18) addidit capitulum decimum quintum, nomina eorum, qui interfuerunt (Praesedente sanctissimo *etc.*), *Zachariae orationem ceterorumque responsionem* (Zacharias sanctissimus — Feliciter); *Baronium repetiverunt Binius III, I, 213. Coll. reg. conc. XVIII, 427. Vorburg, Hist. IX, 406. Labbe-Cossart VI, 1545; ed. Coleti VIII, 283. Harduin III, 1927. Mansi, Suppl. I, 559 dedit nomina episcoporum ac reliquorum ex codice Lucensi novaque illius editio (Conc. ampl. coll. XII, 381) repetita est a Bartolini, 'Zaccaria papa' doc. 23. De libro a Nürnberger typis dato nostraque ratione edendi iam supra egimus. — Reg.: Jaffé-E. I, 265 ad annum 744. 'Neues Archiv' XXIV, 465.*

A. ARGUMENTUM CONCILII.

Repetimus argumentum concilii ex his libris collectionis, quae Hadriana aucta dicitur (cf. Maassen, 'Geschichte der Quellen' etc. I, 455 sqq. 461), scilicet ex codicibus[2] *1) Monacensi latino 14008 (antea s. Emmerami Ratisbonensis) saec. IX. X. (= M 3), fol. 3. 3'; 2) Romano bibliothecae Vallicellanae A. 5 saec. IX. (= V 3), fol. XIV; 3) codice capituli Vercellensis LXXVI saec. IX. X. (= V 5), fol. 5'. 6; denique 4) codice Romano bibliothecae Vaticanae 1353 saec. XV. (= V 6), fol. 2'. 3.*

Hoc argumentum opus esse collectoris iuris canonici vix est quod moneamus, praemittitur autem a nobis, ut quidquid de concilio traditur praebeamus.

1) *Quae verba Nürnberger a collectore addita esse coniciat, ex annotationibus nostris patebit.* 2) *Sigla codicum eadem sunt atque infra in parte B.*

Synodus Zachariae papae cum subditis capitulis suis et subscriptione eius atque episcoporum et presbyterorum, qui interfuerunt: primo capitulo, ut episcopi cum mulieribus omnino non habitent; secundo, ut presbyteri vel diaconi subintroductas mulieres nullo modo secum audeant habere; tertio, ut episcopi, presbyteri, diaconi saecularibus indumentis minime utantur; quarto, ut episcopi, qui apostolicae sedis ordinationi subiacent, Idibus Maii mensis sanctorum principum apostolorum Petri et Pauli liminibus praesententur; quinto, ut presbytera, diacona aut monacha vel etiam spiritali commatre nullus utatur; sexto, ut consobrinam, nepotem, novercam, fratris uxorem vel etiam de propria cognatione nullus praesumat sibi in coniugio copulare; septimo, ut virginem aut viduam, nisi desponsatam habuerit, nullus audeat furari in uxorem; octavo, ut nullus clericus aut monachus comam laxare praesumat; nono, ut nullus Kalendas Ianuarias et brumas ritu paganorum colere praesumat; decimo, ut si quis Christianus filiam suam in coniugio Iudaeo copulare praesumpserit; undecimo, ut ordinationes presbyterorum ab episcopis nonnisi certis temporibus fiant; duodecimo capitulo de presbyteris, diaconibus seu clericis, qui inter se causam habuerint; tertio decimo, ut nullus episcopus, presbyter aut diaconus ad celebrandum missarum sollemnia praesumat cum baculo introire aut velato capite altario Dei assistere; quarto decimo capitulo, ut episcopus aut presbyter, dum ingressus fuerit ad missarum sollemnia celebranda, nullo modo audeat data oratione recedere, ut ab alio episcopo aut presbytero suppleantur missarum sollemnia; quinto decimo capitulo continetur recapitulatio de gradibus cognationum vel quomodo se debeat quislibet legitimo coniugio copulare.

1 Synodus] *praemittitur in codd. numerus* CXL, *indicans locum, quem occupat haec synodus in collectione q. d. Hadriana aucta.* Zacharie *V 3.* subdictis *V 5.* eius] ei *V 6.* 2 interfuerunt] Expl. cap. CXL. Incipiunt cap. eiusdem numero XV *add. M 3.* primo — secundo — tertio — quarto] CXLI., CXLII., CLIII (!)., CLIIII. *praemittit V 6,* I primo capitulo, II, III *etc. M 3.* 4 audeant] debeant *M 3.* 8 spiritali] speciali *V 6.* consubrinam *M 3.* 10 nisi *deest V 6.* desponsatum *M 3.* 11 nono — colere praesumat *desunt V 6.* 13 Iudeo *V 2. 3.* undecimo capitulo *M 3.* 14 duodecimo capitulo *etc.*] XII., XIII., XIIII. *M 3.* 15 tertio decimo] tredecimo *V 6.* 18 capitulum *V 3.* 19 audeat] aut *V 5. 6.* 20 suppleantur] impleantur *V 6.* quinto decimo] XV. quinto decimo *M 1.* 21 gratibus *M 1.* copulari *V 6.*

B. ACTORUM CONCILII FORMA UBERIOR.

Adiuti commentario a v. d. Nürnberger confecto ('Archiv' etc. LXXIX, 41 sqq.) hos codices adhibuimus: 1) codicem Romanum bibliothecae Barberinae XIV. 52 saec. IX. X. (= B), fol. 119—123, quem contulit v. d. I. Schwalm; 2) codicem Romanum bibliothecae Vaticanae 1342 saec. IX. X. (= V 1), fol. 93—96'; 3) codicem Florentinum bibliothecae Laurentianae, Aedil. 82 saec. IX. (= F), fol. 80'—83', quem contulit v. d. O. Cartellieri; 4) codicem capituli Lucensis 125 saec. X. XI. (= L), fol. 203'—208'; 5) codicem Romanum bibliothecae regiae Vittorio Emmanuele 2102 (antea Sessorianum 63) saec. IX. X. (= R), fol. 222'—225, quem contulit v. d. I. Schwalm; 6) codicem Monacensem latinum 3860a (antea Augustanae ecclesiae) saec. X. XI. (= M 1), fol. 199—201; 7) codicem Monacensem latinum 14780 (antea s. Emmerami Ratisbonensis) saec. IX. (= M 2), fol. 44'—49. Notandum est R et M 1 sistere in ultimo verbo

orationis Zachariae (Scripsimus — facientem), *M 2 in ultimo verbo capitis decimi quarti.*

Praebent hi codices genus admodum barbaricum ut ita dicam scribendi. Sed hac ipsa re ducti sumus, ut eos praeferamus ceteris mox enumerandis, quorum textus castigatus videtur esse secundum regulas grammaticas severiores. Accedit, quod illi in nominibus episcoporum reliquorumque sacerdotum non tali confusione laborant, qualem invenies in reliquis.

Hi libri castigati sunt: 1) codex Romanus bibliothecae Vaticanae 5845 saec. IX. (= V 2), fol. 287'—291, quem contulit v. d. I. Schwalm; 2) codex Monacensis latinus 14008 (antea s. Emmerami Ratisbonensis) saec. IX. X. (= M 3), fol. 250'—253'; 3) codex Casinensis 522 (antea 399) saec. XI. (= C), pag. 378—389; 4) codex Romanus bibliothecae Vallicellanae A. 5 saec. IX. (= V 3), fol. 329'—333; 5) codex Romanus bibliothecae Vaticanae 1343 saec. X. XI. (= V 4), fol. 150—153; 6) codex capituli Vercellensis LXXVI saec. IX. X (= V 5), fol. 281—284; 7) codex Romanus bibliothecae Vaticanae 1353 saec. XV. (= V 6), fol. 257—261. Inter quos C sistit post nomina diaconorum, V 4 omittit nomina eorum, qui concilio interfuerunt.

De codicibus, in quibus segmentum tantum orationis Zachariae (Scripsimus *etc.*) *inest, v. infra p. 19 l. 24 sqq.*

Omisimus codices Romanos bibliothecarum Barberinae XI. 197 (1234) saec. XVII. fol. 1, eiusdem bibliothecae XVI. 67 (115) saec. XVII., item eiusdem bibliothecae XVI. 71 saec. XVII. fol. 483, XXII. 14 saec. XVI. fol. 491, Corsinianae 41. A. 23 saec. XVII. fol. 16', Vallicellanae C. 19 saec. XVI. fol. 49, C. 23 saec. XVI. fol. 15, C. 27 saec. XVI. fol. 320; cf. P. Kehr, 'Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, philol.-histor. Klasse' 1903, 80 sqq. Nürnberger, 'Archiv' LXXIX, 44. 'Neues Archiv' XXVII, 569. — Non adhibuimus praeterea codices singula capita continentes, scilicet Laudunensem 201 saec. IX. post fol. 33 (c. 7), Merseburgensem 104 saec. X. XI. fol. 6 (cc. 3. 4. 13. 14), Romanos bibliothecarum Vallicellanae A. 18 saec. X. (cf. Nürnberger, l. l. p. 53), Vaticanae 1339 saec. XI. fol. 37' (c. 11), fol. 56 (c. 12), fol. 307 (c. 6), fol. 307' (c. 15), fol. 356 (c. 12?), item Vaticanae 1351 saec. XI. fol. 93 (c. 3); cf. Nürnberger, l. l. p. 53 sq.

Textui uberiori capitulorum subiecta est forma capitum minor parvis typis expressa, quam etiam una cum varia lectione infra sub C (p. 30 l. 18 — p. 32 l. 17) separatim quoque praebebimus. In annotationibus denique capitula corporis iuris canonici tantum laudabuntur, quae ex hoc concilio fluxerunt; de illis, quae recepta sunt in aliis collectionibus iuris canonici, ad commentarium a v. d. Nürnberger confectum (l. l. p. 35 sqq.) remittere sufficit.

Zaccharias[1] sanctissimus ac ter beatissimus episcopus sedis apostolicae cum omnibus episcopis, presbyteris et diaconibus Domino volente et auxiliante ita decreverunt, cum

Lemma: Incipit synodus (sinodus *V 1. C. V 4*, synodum *F*, decretum *R. M 1*) Zachariae (Zacharie *R. V 4*, Zaccharie *V 1. 3.* Zaccharie *M 3*) papae (pape *R*) urbis Romae *(desunt R. M 1,* Rome *M 3. C,* episcopi *add. L) codd. praeter B. M 2.*

37 Zaccharias — declarantur *desunt M 2.* Zaccharias] *ita B. V 1. M 2,* I. Zacharias *V 3. 5,* Zacharias *rell.* ac — beatissimus *desunt V 3—6.* ter] *ita B. F. L. R. M 2, deest rell.* 38 episcopis] *vel add. V 3.* cum — confirmaverunt] *ita B. M 1, desunt rell.*

1) *Nürnberger, ed. laud. p. 7 ann. 37 monet verba* Zaccharias — declarantur *aut a collectore composita aut ad formulam, qua canones publici iuris fierent, pertinentia omissa esse a Ba-*

in sancta Romana urbe convenissent omnes, et sic confirmaverunt, qualiter singulis capitulis nunc subter declarantur.

I. capitulo, ut episcopi cum mulieribus omnino non habitent, ne antiqua hostis
2. Corinth. 6, 3. fraude decipiantur, *ut* iuxta apostolica voce *non vituperetur ministerium nostrum,* quia
1. Corinth. 3, 17. scriptum est: *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* Cavere nos oportet, fratres mei, ab inlicitis, ut mundas valeamus ad Deum levare manus. Scriptum est
Levit. 11,44. 19, 2. enim: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus.*

Forma minor: I. Ut episcopi cum mulieribus omnino non habitent.

II. capitulo, ut presbyteri vel diaconi subintroductas[1] mulieres nullo modo secum audeant habitare nisi forsitan cum matrem suam aut proximitatem generationis sibi habentes, quae suspitiones effugiunt, sicut in synodo Niceni[2] continentur. Si quis vero praesumpserit praeter statuta agere, sacerdotii sui privetur honore.

Forma minor: II. Ut presbyteri, diaconi subintroductas mulieres secum non habeant.

III. capitulo, ut[3] episcopus, presbyter et diaconus saecularia indumenta minime utantur nisi, ut condecet, tunica sacerdotale, sed neque, dum ambulaverint in civitate aut in via aut in plateis, sine operimento praesumat ambulare, praeter si in itinere
cf. 1. Corinth. 11, 5. longo ambulaverit; quia, sicut mulier orans in ecclesia non velato capite deturpat

1 sic] si *B.* 2 declarantur] *ita B. L. R. M 1,* dedeclaratur *V 5,* declaratur *rell.*

I. 3 I. capitulo] *ita B,* I. Primo capitulo *F,* Primo capitulo *L. V 2. M 2. C, deest numerus hic et infra R,* I. Capitulo primo *M 1,* Primo capitulo I. *V 1,* Primum *M 2,* I. *V 3. 4. 6,* II. *V 5.* habitet *M 3.* ne] nec ab *V 1,* ne ab *F. V 3—6,* quod nec ab *V 2. M 3. C.* antiqua] *ita B. R. M 1,* antiquo *V 1,* antiquo *corr.* antiqui *F,* antiquis *M 2,* antiqui *rell.* hostis] ostis *M 1,* hortis *V 2.* 4 ut] et *V 2. C.* apostoli *M 1,* apostolicam *V 3—5.* vocem *M 1. 2. V 3—5.* quia] qua *M 2.* 5 disperdit *B.* Cavere] Acure *M 2.* 6 ad] a *B.* levare] valere *M 2.* est *deest M 2.* 7 Sancti estote] Sanctistote *V 1.* quoniam] quia et *L,* et *add. R. M 1. 2.* ego *deest F. M 2.* sum] Dominus Deus vester *add. F.*

II. 9 II. capitulo] *ita B. V 1,* II. Secundo capitulo *F,* Secundo capitulo *L. V 2. M 3,* II. Capitulo secundo *M 1,* Secundum capitulum *M 2,* II. *C. V 3. 6,* III. *V 4. 5.* presbiri *B.* subintroductos *M 2.* nullum *R.* 10 audiant *M 2.* habitare] habere *V 2. M 3. C. V 3—6.* forsita *B,* forsan *M 2.* cum matrem] *ita B. V 1. F,* cum matre *R. M 1,* mater *M 2,* matrem *rell.* sua *R. M 1,* soror *M 2.* proximitate *B. M 1,* promixtiorem *M 3.* generatione *B.* 11 habentes] abenter *B,* habentem *M 2.* suspitione *B,* suspitionis *L. M 2.* effugiunt] suffugiunt *B,* effugiant *M 2. V 4.* Niceni] *ita B. V 1. F. L. R,* Niceno *M 1,* Nicaene *M 2,* Nicena *rell.* continentur] *ita B. F. L. R. M 2,* continetur *rell.* 12 praesumpserint *L.* praeter] prb *B,* prae *F,* contra hanc *R. M 1,* preterita *M 2.* statuta agere *desunt M 2.* sacerdotii] sacerdoti in *M 2.* privetur] prebetur *B,* priventur *F,* pribetur *M 3.* honorem *M 2.*

III. 14 III. capitulo] *ita B. V 1,* III. Tertio capitulo *F,* Tertio capitulo *L. V 2,* III. Capitulo tertio *M 1,* Tertia u capitulum *M 2,* III. *M 3. C. V 3. 6,* IIII. *V 4. 5.* episcopi *L. V 2. M 3. C. V 3—5.* presbyter et] *ita B. V 1. F. R. M 1. 2,* presbyteri *rell.* diaconus] *ita B. V 1. F. R. M 1. 2,* diaconi *rell.* saecularia indumenta] *ita B. V 1. F. L. R. M 1,* seculari intuta agere dumenta *M 2,* saecularibus indumentis *rell.* 15 nisi] ni *M 2.* condecet] cum *decet R. M 1,* concedet *M 2.* tunica] tonica *L. V 3—5.* sacerdotale] *ita B. F. L. R. M 1,* sacerdotales *M 2,* sacerdotali *rell.* ambulaverunt *M 2,* ambulaverint *V 2. C. V 4.* civitatem *M 2.* 16 operimento] indumento *V 2. M 3. C.* praesumet *M 2,* praesumant *V 2. C. V 4.* 17 longa *V 1,* longe *M 1.* ambulaverint *V 2. C. V 4.* quia] quae *V 6.* sicut] si *V 5.* ecclesia] aeclesia *B,* ecclesiam *M 2,* ecclesiis *V 2. M 3. C. V 3—5,* aecclesia *V 6.*

ronio, qui eorum loco de suo haec ponit: Huic autem synodo congregatae Zacharias papa obtulit quae sequuntur a se antea conscripta capitula his verbis. 1) *Cf. H. Achelis, Virgines subintroductae (Lipsiae 1902), 34 sq.* 2) *Concil. Nicaenum 325 c. 3; Mansi II, 679.* 3) *Cf. c. 3 C. 21 qu. 4.*

caput suum iuxta apostoli voce, ita sacerdos sine operimento deturpat suum sacerdotium. Nam si temere praesumpserit contra statuta agere, communione privetur, donec quae statuta sunt adimplere maturet.

Forma minor: III. Ut episcopus, presbyter et diaconus saecularibus indumentis non utantur, sed tunicis sacerdotalibus, sed neque, dum ambulaverint in civitate aut in via aut in plateis, sine operimento praesumant ambulare, praeter si in itinere longo ambulaverint; quia sicut mulier orans sine velato capite, ita sacerdos sine operimento deturpat ministerium suum. Haec parvipendens communione privetur.

IIII. capitulo, ut iuxta[1] sanctorum patrum et canonum statuta omnes episcopi, qui huius apostolicae sedis ordinationi subiaceant, qui propinquo sunt, annue Idus Magii mensis sanctorum principum apostolorum Petri et Pauli liminibus praesententur, omni occasione seposita; qui vero de longinquo, iuxta cyrographum[2] suum impleat. Nam qui huius constitutionis contemptor existerit, praeter si aegritudinem validam fuerit detentus, sciat se canonibus subiacere.

Forma minor: IIII. Ut Idus Maias sacerdotes e vicino Romam veniant.

V. capitulo, ut[3] presbyteram, diaconam, nonnam aut monacham vel etiam spiritalem commatrem nullus praesumat nefario coniugio copulari. Nam qui huiusmodi

III. 1 apostoli] apostolicam *V 2. M 3. C. V 3—6.* voce] *ita B. V 1. F. M 2,* vocem *rell.* sacerdo *B,* sacerdus *M 2.* operimentum *V 1. L,* opertimento *M 3,* opprimento *V 6.* suum sacerdotium] *ita B. V 1. F. L. R. M 1. 2,* sacerdotium suum *rell.* 2 statutam *V 2.* pribetur *B. M 3.* 3 adimpleret *B.*

IIII. 9. IIII. capitulo] *ita B. V 1,* Quarto capitulo *F. L. V 2,* IIII. Capitulo quarto *M 1,* Quartum capitulum *M 2,* IIII. *M 3. C. V 3. 6,* IIIII. *V 4,* V. *V 5.* et *deest M 2.* statutam *V 2.* 10 qui huius] quhuius *B.* huius *deest M 2.* apostolici *V 6.* sedis] saedis *V 1,* sed *M 2,* sedi *M 3. V 3—5.* ordinationi] *ita correxi,* ordinationis *B. F. R. M 1,* ordinatione *rell.* subiaceant] *ita B. F,* subiaceunt *V 1. L. M 1,* subiaciunt *R,* subient *M 2,* subiacent *rell.* propinquo] *ita B. F. L. R. M 1. 2,* propinquos *V 1,* propinqui *rell.* Idus] id *F,* id est *V 2. M 3. C,* id̃ *V 3—6.* 11 Magii] *ita B. V 1. R,* Mag̃ *F. L,* Magi *M 2,* Maĩ *M 1. V 2—4,* Maio *M 3,* Maii *C,* Mad̃ *V 5. 6.* mensis] m̃ *F,* mensi *V 1,* missa *L* principium *M 2.* apostolorum *deest V 4.* et] ac *M 2.* liminibus] minibus subiacere *M 2, qui his verbis sistit capitulum quartum,* luminibus *C,* minibus *V 5.* praesententur] presentur *V 1. M 3.* 12 occansione *V 1. L.* seposita] reposita *M 1.* de *deest M 1.* longinquo] *ita B. V 1. F. L. R. M 1,* sunt *add. rell.* iuxt *B.* cyrografum *L. R,* chirographum *V 3.* impleat] *ita B. V 1. F. L. R. M 1,* impleant *rell.* 13 qui] *ita B. V 1. F. L. R. M 1,* si quis *rell.* huius] usus *B,* huiusmodi *V 6.* existerit] *ita B,* extiterit *rell.* si] sia *V 5.* aegritudinem] egreditudinem *B,* egritudine *L. M 1. V 2. C. V 4,* egritudinem *corr.* egritudine *R.* valida *L. M 1. V 2. C,* validam *corr.* valida *R.* 14 detemptus *B.* sciant *M 3.* subiacere] sententiis *add. R. M 1.*

V. 16 V. capitulo] *ita B. V 1,* Capitulo V. Quintum capitulum *F,* Quinto capitulo *L. V 2,* V. Capitulo quinto *M 1,* Quintum capitulum *M 2,* V. *M 3. C. V 3. 6.* VI. *V 4. 5.* ut — copulari] *ita scripsi cum Nürnberger, qui vero post* nullus *praebet* sibi, *loco* copulari *verbum* copulare; *codices inter se valde differunt:* Ut presbiteram (pb̃ram *L. R. M 1,* praesbiteram *V 1,* prb̃ *M 2*) diaconam (diac̃ *M 2*) non *(deest R. M 1. 2)* utant (utent *L, deest R. M 1. 2*) monacham (monocham *B,* mah̃ *M 2*) vel etiam (aetiam *V 1*) spiritalem commatrem (cummatrem *M 2*) praesumat (p̄sumat *F. M 1. 2,* presumat *R*) nefario (nephario *R,* nevario *M 2*) coniugio copulari, *si sequeremur B. V 1. F. L. R. M 1. 2,* Ut pb̃ri *(V 2,* pb̃ra *M 2. V 4,* presbitera *C,* presbyter *V 3,* pb̃r *V 5. 6)* diacona (diac̃ *V 3. 5,* diaconus *V 6*) non *(deest V 4)* utantur *(deest V 4)* monacha vel etiam spiritali (spirituali *C*) commatre (commatrem *V 5*), *huc usque V 2. M 2. C. V 3—6, e quibus add. V 4:* nullus p̄sumat nefario coniugio copulari.

1) *Cf.* c. 4 *D.* 93. 2) *Cf. Sägmüller, 'Tübinger Theologische Quartalschrift' LXXX, 71. 82 sq.* 3) *Cf. Gregorii II. concilium Romanum anni 721,* cc. *1—4 (Mans XII, 263):* Si quis presbyteram *(c. 2:* diaconam, *c. 3:* monacham, quam Dei ancillam appellamus,

opus perpetraverit, sciat se anathematis vinculo esse obligatum et Dei iudicio condemnatum atque a sacro corpore et sanguine Domini nostri Iesu Christi alienum, statuente apostolica censura, ut quicumque sacerdotum eos communicare praesumpserit eorum consortio condemnatus sacerdotii sui honore privetur. Si autem hi, qui coniuncti sunt, ammoniti declinaverint et ab alterutrum fuerint divisi, paenitentiae summittantur, ut sacerdos loci providerit.

Forma minor: V. Ut presbyteram, diaconam, monacham vel etiam spiritalem commatrem nullus praesumat coniugio nefario copulare. Si quis talibus communionem dederit, honore privetur. Si autem fuerint divisi, paenitentiae submittantur.

VI. capitulo, ut[1] consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem vel etiam de propriae cognationis nullus praesumat in coniugio copulari, quia scriptum est in lege Domini: *Turpitudinem uxoris patris, uxoris fratris atque sororis tuae non revelabis; turpitudo enim tua est.* Et si Deus Hebraicho populo ante incarnatione unigeniti filii sui haec servanda mandavit, quantum amplius nos, qui Christianae religionis documenta tenemus, ab inlicitis conubiis observare debemus, ne demersi in voragine ignis aeterni concrememur incendio. Si quis vero in hoc nefario coniugio convenerit et in

cf. Levit. 18, 8. 16. 9. 10.

V. 1 opus *deest M 3.* perpetraverit] penetraverit *B. V 1. F. L. M 1. 2.* anathematis] adnathematis *B.* vinculo esse] vinculos *V 5.* esse *deest V 6.* oblicatum *M 2,* obligatus *V 2. M 3. C.* contemnatum *M 2,* condemnatus *V 2. M 3. C.* 2 a] *deest V 1. F,* ad *V 5.* sacro] sacrosancto *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.* sanguinem *V 1. L. M 3. V 5.* Christi *deest V 4.* statuentem *V 1. M 3. V 3—5,* statuendum *F,* statuentes *L. M 2.* 3 apostolicam *V 1.* ut quicumque] utcumque *V 5.* eis *M 1. V 2. C.* cummunicare *M 2.* 4 consortium contemnatus *M 2.* sacerdote *M 2.* hi *ita V 2. M 3. C. V 3—6,* his *rell.* coniunti *B,* coniucti *M 2.* 5 ammonite *M 2.* declinaverunt *B. M 2. V 4.* alterutro *R. M 1.* paenitentiam (poen.) *V 3. 5. 6.* 6 locis *B.* providerit] praeviderit (pre-, p̄-) *F. L. M 1.* 2, consideraverit *V 2.*

VI. 10 VI. capitulo] *ita B. V 1,* V. (!) Sextum capitulum *F,* Sexto capitulo *L. V 2,* VI. Capitulo sexto *M 1,* Sextum capitulum *M 2,* VI. *M 3. C. V 3. 6,* VII. *V 4. 5.* consobrina *R,* consubrinam *M 2.* neptem] nepotem *V 1. L. V 2. M 3. C. V 5. 6,* nepotam *F,* neptam *M 2,* nepotem *corr.* neptem *V 3.* novercam] *deest M 2,* nobercam *V 2. M 3,* novertam *V 5.* fratris] patris *F, deest M 2.* de] ad *M 2.* 11 propriae] *ita vel* proprie *B. V 1. L. R. M 1,* propria *rell.* cognationis] *ita B. V 1. F. L,* cogitatione *M 2,* cognatione *rell.* praesumat] sibi *add. V 2. M 3. C. V 3—6.* copulare *V 2. M 3. C. V 3—6.* 12 uxorem *B. F.* patris] sive *add. M 2.* uxores *M 2.* fratres *M 2.* sororis] uxoris *M 1.* tui *M 2.* 13 turpitudo enim] turpitudinem *L.* si *deest V 5. 6.* Hebraicho] *ita B,* Ebraico *F. R. M 2,* Hebraico *rell.* incarnatione] *ita B. L. R. M 2,* incarnationem *rell.* 14 haec] hac *V 6.* quanto *R. M 1. V 4,* quamtum *V 1.* Christiani *B.* religionis] veritatis *L.* 15 tenemus] demus *M 2,* et *add. M 3.* connubiis *V 3. 6.* voraginem *L. V 2. C. V 3—5.* 16 aeterna *M 2.* congrememur *M 2,* concremetur *M 3.* incendium *R. M 1.* hoc] oc *B.* coniugio *deest L.* et *deest M 2.*

c. 4: commatrem spiritalem*)* duxerit in coniugium *(cc. 2. 3:* in coniugium duxerit*)*, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit; *c. 14 (l. l. 264):* Hadrianus, filius Exhilarati, qui post praestitum sacramentum in apostolica confessione Epiphaniam diaconam illicito ausu in uxorem habet, anathema sit. Et responderunt *etc.; c. 15 (l. l.):* Epiphania diacona, quae post praestitum sacramentum cum Hadriano, Exhilarati filio, fuga lapsa est, anathema sit. Et responderuet *etc.; c. 17 (l. l.):* Si quis ei in tam crudeli actu consensum praebuit, anathema sit. Et responderunt *etc. V. infra c. 6 huius concilii.* 1) *Cf. ibid. cc. 5—9 (l. l.):* Si quis fratris uxorem *(c. 6:* neptem, *c. 7:* novercam aut nurum suam, *c. 8:* consobrinam, *c. 9:* de propria cognatione vel quam cognatus habuit*)* duxerit in coniugium *(c. 9:* uxorem*)*, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit; *v. infra formam minorem c. 6.*

eo permanserit, sciat se auctoritate apostolica anathematis vinculo esse innodatum, et nullus sacerdos illi tribuat communionem, ut in superiore capitulo[1] continetur, et, si inclinatus divisusque fuerit ab inlicita copula, paenitentiae submittatur, ut sacerdos loci consideraverit.

Forma minor: VI. Ut consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus habuit nullus audeat in coniugium copulare. Si quis huic tali nefario coniugio convenerit et in eo permanserit, sciat se apostolicae auctoritatis anathematis vinculis esse innodatum, et nullus sacerdos tribuat illi communionem; si vero conversus divisusque fuerit copulatione, dignae paenitentiae submittatur, ut sacerdos loci consideraverit.

VII. capitulo, ut[2] virginem aut viduam, nisi desponsatam habuerit, nullus audeat furare in uxorem. Si quis temerario ausu praesumpserit virginem aut viduam furare in uxorem, praeter si disponsata habuerit, anathema sit.

Forma minor: VII. Si quis virginem aut viduam furatus fuerit in uxorem nisi a se disponsatam, anathema sit.

VIII. capitulo, ut[3] nullus clericus aut monachus comam laxare praesumat. Si quis clericus aut monachus comam laxare praesumpserit, anathema sit.

Forma minor: VIII. Si clericus aut monachus comam laxare praesumpserit, anathema sit.

VIIII. capitulo, ut[4] nullus Kalendas Ianuarias et bromas[5] ritu paganorum colere praesumat. Si quis Kalendas Ianuarias et bromas colere praesumpserit aut mensas

VI. 1 sciant *C.* auctoritatem *M 3.* esse] se *C.* innodatum] indonatum *V 1.* et] ut *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.* 2 illis *L. R. M 1. 2.* communione *R. M 3,* comunionem *V 4.* ut] et *L.* superiori *R. V 2. M 3. C. V 3—6.* capitulo] capilo *B.* 3 inclinatur *M 3.* fuerint *B.* ab] ad *R. M 1.* copula] conpula *M 2.* penitentia *M 2.* sacerdus *M 2.* 4 loci *deest L. C.* consideraverit *deest V 5.*

VII. 11 VII. capitulo] *ita B. V 1,* Capitulo VII. Septimo capitulo *F,* Septimo capitulo *L. V 2,* VII. Capitulo VII. *M 1,* Septimum capitulum *M 2,* VII. *M 3. C. V 3,* VIII. *V 4. 5, desunt V 6.* ut *deest R. M 1.* viduam] uduam *L.* disponsatam *V 1. L,* desponsata *R. M 2.* audiat *M 2.* 12 furare] furari sibi *V 2,* sibi furari *C,* furari *M 3. V 3—6.* Si] VIIII. Si *V 5. 6.* Si — uxorem *desunt C.* quis] que *B. F,* quae *L.* ausus *B. V 1. F. L,* aut *M 2.* virginem] viduam *R,* virgine *M 3.* viduam] virginem *R.* 13 uxore *M 2.* furari *V 2. M 3. C. V 3—6.* disponsata] *ita B. V 1. F. L,* disponsatam *M 1. 2. V 5,* disponsata sit *V 6,* desponsatam *rell.* habuit *B.* sit *deest L. M 3.*

VIII. 16 VIII. capitulo] *ita B. V 1,* VIII. Capitulo octavo *F. M 1,* Octavo capitulo *L,* Octavum capitulum *M 2,* Octabo capitulo *V 2,* VIII. *M 3. C. V 3,* VIIII. *V 4,* X. *V 5. 6.* commam *hic et infra V 5.* praesumpserit *F,* sumpserit *M 2.* Si — praesumpserit *desunt M 2.*

VIIII. 19 VIIII. capitulo] *ita B,* VIIII. kapitulo *V 1,* VIIII. Nono capitulo *F,* Nono capitulo *L. V 2,* VIIII. Capitulo nono *M 1,* VIIII. capitulum *M 2,* VIIII. *M 3. C. V 3,* X. *V 4,* XI. *V 5. 6.* Ianuarius *M 2.* et] vel *V 4.* bromas] *ita B. V 1. F. L,* proma *M 2,* brummas *V 6,* brumas *rell.* rito *V 1.* 20 Kalenda *B.* Kalendas — bromas *desunt V 4.* bromas] *ita B. V 1. F. L,* broma *M 2,* brumas *rell.* colore *L.* mensus *M 2.*

1) *C. 5 huius concilii.* 2) *Cf. Concilium Romanum a. 721. cc. 10. 11 (l. l. 264):* Si quis viduam *(c. 11:* virginem, quam sibi non desponsaverit*)* rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, cum sibi consentientibus *(c. 11:* vel consentiens ei*)* anathema sit. Et responderunt *etc.* 3) *Cf. ibid. c. 17 (l. l.):* Si quis ex clericis relaxaverit comam, anathema sit. Et responderunt *etc.* 4) *Cf. c. 14 C. 26 qu. 7; v. praeterea quae affert Boretius, MG. Capit. I, 202 ann. 3.* 5) *Bruma est festus dies Romanorum octavo Kalend. Decemb. celebrari solitus; v. Ducange s. v.*

cum dapibus in domibus praeparare et per vicos et per plateas cantationes et choros ducere, quod maxima iniquitas est coram Deo, anathema sit[1].

Forma minor: VIII. Si quis Kalendas Ianuarias aut bruma ritu paganorum observaverit, anathema sit.

X. capitulo, ut Christianus filiam suam in coniugio Iudeo nullo modo audeat copulare, ne secta illius quoinquinata pereat in aeternum. Si quis Christianus filiam suam Iudeo in coniugio copulare praesumpserit, nisi perfecte crediderit Christo et baptizatus fuerit, vel servum aut ancillam eidem Iudeo Christianus venundare praesumpserit, et si vidua Christiana Iudeum duxerit virum vel consentientibus ei, anathema sit.

Forma minor: X. Si quis Iudaeo non baptizato filiam suam uxorem dederit vel servum aut ancillam ei vendiderit, anathema sit.

VIIII. 1 dapibus] lapidibus *V 2. M 3. C. V 3—6.* praepare *M 2*, preparari *M 3.* et per vicos] *ita B. V 1. F. L. R. M 1*, et per vicas *M 2*, ut per vicos *V 3. 6*, aut per vicos *rell.* et per plateas] *ita B*, et plateas *rell.* cantationes] incantationes *M 2*, cantores *V 2. M 3. C*, cantatores *V 3—6.* choros] chorhos *V 1*, chorus *M 2.*

X. 5 X. capitulo] *ita B. V 1*, X. Decimo capitulo *F*, Decimo capitulo *L. V 2*, X. Capitulo decimo *M 1*, Decimum capitulum *M 2*, X. *M 3. C. V 3*, XI. *V 4*, XII. *V 5. 6.* Christianus — aeternum *desunt V 2. M 3. C. V 3—6.* in — modo] nullum modo in coniugio Iudeo *M 2.* nullum] *R.* audeat] videat *M 2.* 6 ne] nec *F*, ut *R. M 1.* secta illius quoinquinata] *ita correxi, ut intelligatur:* coinquinata per sectam illius; secte (seciet *V 1*, sectae *F*) illius quoinquinata (coinquinata *F*, conguinate *M 2*) *B. V 1. F. L. R. M 1. 2.* pereat] pareat *M 2.* Iudeo *deest B.* Iudeo — coniugio] in coniugio Iudeo (Iudaeo) *V 2. M 3. C. V 3—6.* 7 credidere *V 1.* 8 eidem] etidem *F*, idem *M 3. V 4 (in marg. al. man.* eidem*)*, id est *V 3. 5. 6.* Christianos *F. L*, Christianum *V 4.* praesumpserit] etiam *add. M 2.* vidua] viam *B*, viduam *M 3.* 9 Christianam *B. M 3.* duxerit] deduxerit *M 2.* consentibus *L. V 5*, consentiens *R. M 1*, consenciens *V 4.* ei] eis *M 2*, eius *M 3. C. V 4. 5.* anathama *B.*

1) *Eodem anno 743. die 1. Aprilis Zacharias Bonifatio haec scripserat:* De Kalendis vero Ianuariis vel ceteris auguriis, filacteriis et incantationibus vel aliis diversis observationibus, quae gentili more observari dixisti apud beatum Petrum apostolum vel in urbe Roma, haec et nobis et omnibus Christianis detestabile et perniciosum esse iudicamus; . . . haec abscisa esse a patribus sumus edocti. Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant, a die, qua nos iussit divina clementia . . . apostoli vicem gerere, ilico omnia haec amputavimus. . . . Nam et . . . Gregorii papae constitutione omnia haec pie atque fideliter amputata sunt *(MG. Epp. III, 304 sq.), postquam Bonifatius anno priore de illis scripserat, qui* adfirmant se vidisse annis singulis in Romana urbe et iuxta aecclesiam sancti Petri in die vel nocte, quando Kalende Ianuarii intrant, paganorum consuetudine chorus ducere per plateas et adclamationes ritu gentilium et cantationes sacrilegas celebrare et mensas illa die vel nocte dapibus onerare et nullum de domo sua vel ignem vel ferramentum vel aliquid commodi vicino suo praestare velle . . . *(l. l. p. 301). Nürnberger, 'Neues Archiv' VIII, 312 ex codice Romano bibliothecae Vaticanae 1354 saec. XIII. fol. 174 hoc decretum Zachariae, quod primum et a concilio paulisper mutatum putat, publici iuris fecit:* Zacharias papa. Si quis calendas Ianuarii ritu paganorum colere vel aliquid plus novi facere propter novum annum aut mensas cum lampadibus et epulis in domibus suis praeparare et per vicos et plateas cantationes et choros ducere praesumpserit, anathema sit.

XI. capitulo, ut ordinationes presbyterorum ab episcopis nonnisi certis temporibus fiant. In[1] multis conciliis hoc statutum est, etiam et nunc confirmatum est a vestra prudentia, sanctissimi fratres, ut primi, quarti, septimi et decimi mensuum horum sacerdotum debeant fieri ordinationes[2]. Aliqui enim ex nostris per incuriam ignorantes canonum seriem inlicitam fecerunt ordinationem, sed, dum nostris insonuisset auribus, canonicam susceperunt disciplinam. Pro quo omnibus apostolica auctoritate interdico, ut qui norunt canonum seriem observent et qui nesciunt meditentur, ne, dum fuerint lapsi, canonicae succumbant sententiae. Sed et hoc interdicimus, ut nullus episcoporum audeat iuxta sanctorum canonum statuta quemlibet clericum bigamum aut qui viduam duxerit uxorem ad sacros ordines promovere aut alterius civitatis clericum sine dimissoria[3] sui episcopi suscipere vel ordinare neque eum usurpet, nisi eius episcopus precibus exortatus concedere voluerit, quia hoc et sancti patres statuerunt. Si quis vero praesumpserit, canonicas damnietates sentiat[4].

Forma minor: XI. Ut ordinationes presbyterorum et ceterorum congruo tempore fiant, id est I., IIII., VII. *et* X. mense.

XI. 1 XI. capitulo] *ita B. V 1,* Capitulo XI. Undecimo capitulo *F.* Undecimo capitulo *L. V 2.* XI. Capitulo undecimo *M 1, ubi in marg. al. man. add.:* De ordinationibus clericorum, XI. capitulum *M 2,* XI. *M 3. C. V 3,* XII. *V 4,* XIII. *V 5. 6.* ut *deest M 2.* ordinatione *B.* presbyterum *M 2.* ab episcopis *desunt V 6.* nonnisi] nisi *M 2.* 2 fiant] fiat *F,* facit *V 6.* consiliis *V 1.* statutum] statum *M 2.* est *deest V 2. M 3. C. V 3—6.* etiam *deest M 2.* est *deest L. M 1.* a *deest R.* vestram *M 2,* nostra *V 6.* 3 prudentiam *M 2.* sanctismi *B.* prima *M 2.* septimini *R.* mensuum] *ita B. F. L. R,* mensium *M 1,* mensum *M 2,* mensis *rell.* horum] hrum *B,* orum *M 2.* 4 debeat *V 5.* Aliqui] Alii *F,* Alii qui *L. M 3. V 3. 5. 6.* enim] quidem *F.* nostri *M 2.* incuria *B.* ignorante *F,* ignorantem *L.* 5 seriem] seriam *M 2,* series *V 2. M 3. C. V 3—6.* inlicitam] *ita vel* illicitam *B. F. L. M 2,* inlicita *V 1,* in inlicita *R. M 1,* inlicitas (illicitas) *rell.* fecerunt] fuerunt *R. M 1.* ordinatione *R. M 1,* ordinationes *V 2. M 3. C. V 3—6.* nostri *M 2.* auribus] aurem *L.* 6 susciperunt *B. M 2.* quo] quibus *V 2. M 3. C. V 3—6.* apostolicam *B. L. M 2.* auctoritatem *L.* interdico] interdicunt *corr. al. man.* indicimus *F,* interdicat *M 2.* 7 ut qui] ad (at) quae (que) *B. V 1. F. L. R. M 2,* ut qui *rell.* norant *M 2.* serie *R.* seriç *M 1,* seriam *M 2.* series *V 2. M 3. C. V 3—6.* observant *F.* 8 canonicis *M 2.* succubant *M 3.* sententiae] sentiae *M 1,* sententia *M 2.* et *deest M 2.* 9 audeat — sanctorum *desunt V 2. M 3. C.* audeant *R. M 1,* audiant *M 2.* iuxsta *M 2.* statuta] instituta *V 2. M 3. C. V 3—6.* quemlibet] quaelibet *V 6.* bigamum] vigamum *B,* biganum *M 2,* bizamum *M 3.* qui *deest M 2.* viduam] viam *B.* 10 ad] a *B.* sacrum *R. M 1,* sacro *M 2.* ordine *R,* ordinem *M 1,* ordinis *M 2.* promovendum *F.* aut — suscipere *desunt V 3.* aut — ordinare *desunt C.* aut] ut *V 1.* clericus *B. F. L,* clericos *M 3. V 2. 4. 5.* 11 dimisoria *B,* demisoria *M 2,* demissoria *V 6.* sui] si *B.* susceperit *F. L.* suscepere *V 1.* vel] aut *R. M 1.* ordinaret *F. L. V 1.* usurpet] suscipiet *M 2.* eius] *deest M 2.* eum *M 3.* episcopis *M 2.* 12 exortatur *B. V 1. F. L,* exhortatus *C.* exhortaturus *V 3. 5. 6.* exoratus *V 4.* hoc et] et hoc *R,* et *deest V 1.* Si] Sic *V 6.* vero] autem hoc attemptare *V 6.* 13 canonica *R. M 1. 2,* canonici *V 5.* damnietas *B. L,* dampnietas *F,* damnietate *R. M 1,* damnationes *V 1(?). 6,* damnetur *M 2,* dampnitates *V 2. 4.* sentiat] sententie *M 2.*

1) *Cf. Concilium Carthaginense III c. 44 (Mansi III, 888):* Epigonius episcopus dixit: In multis conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmandum est vestra providentia, fratres beatissimi, ut clericum alienum nullus sibi praeripiat episcopus praeter eius arbitrium, cuius fuerit clericus. 2) *Cf. decreta Gelasii c. 11 (Mansi VIII, 40):* Ordinationes etiam presbyterorum et diaconorum nisi certis temporibus et diebus exercere non debent, id est quarti mensis ieiunio, septimi et decimi, sed et etiam quadragesimalis initii ac mediana quadragesimae die, sabbati ieiunio circa vesperam noverint celebrandas nec cuiuslibet utilitatis causa seu presbyterum seu diaconum his praeferre, qui ante ipsos fuerint ordinati. 3) *Cf. Phillips apud Wetzer et Welte, 'Kirchenlexikon' ed. 2. II, 1760 sq.* 4) *V. quae afferuntur a Maassen, Concilia I, 238, s. v. clericus.*

XII. capitulo de presbyteris, diaconibus seu clericis, qui inter se causam habuerint. Nullo modo praesumant publicis auctoribus interpellatione facere nisi suo episcopo et, si forsitan episcopus contra eum habuerit, ad vicinum episcopum confugiant iuxta canonum statuta[1]; et si minime convenerit, ut decidatur inter eis intentio, apud apostolicam veniat sedem. Si quis vero praeter statuta agere praesumpserit, gradus sui honore privetur aut ab ecclesia pellatur, dum usque causa susceperit finem.

Forma minor: XII. Ut clerici non saecularia iudicia, sed vicinos episcopos aut apostolicam sedem expectent.

XIII. capitulo, ut[2] nullus episcopus, presbyter aut diaconus ad celebrandum missarum sollemnia praesumat cum baculo introire aut velato capite ad altario Dei adcf. 1. Cor. 11, 4. sistere, quoniam et apostolus prohibet viros velato capite orare in ecclesia; et si temere praesumpserit, communione privetur.

Forma minor: XIII. Ut nullus episcopus, presbyter aut diaconus ad celebrandum missarum sollemnia praesumat cum baculo introire aut velato capite altario Dei assistere, quod etiam et apostolus prohibet; contra haec praesumens communione privetur.

XIIII. capitulo, ut[3] episcopus aut presbyter, dum ingressus fuerit ad missarum sollemnia celebranda, nullo modo audeat data oratione recedere, ut ab alio episcopo aut presbytero suppleatur missarum sollemnia, sed qui initium ponit suppleat usque in Matth. 10, 22. finem, quia scriptum est: *Qui persereraverit usque in finem, hic salvus erit.* Si quis vero praesumpserit praeter quod posuimus agere, a sacro corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi sit suspensus.

Forma minor: XIIII. Ut episcopus aut presbyter, dum ingressi fuerint ad missarum sollemnia celebranda, nullo modo audeant data oratione recedere, ut ab alio episcopo aut pres-

XII. 1 XII. capitulo] *ita B. V 1.* Capitulo XII. Duodecimo capitulo *F*, XII. Duodecimo capitulo *L.* XII. Capitulo duodecimo *M 1*, XII. capitulum *M 2*, Duodecimo capitulo *V 2*, XII. *M 3. C. V 3*, XIII. *V 4*, XIIII. *V 5. 6.* presbyteris] et *add. V 4.* causam] casam *B*, causas *L. M 2.* habuerit *M 2.* 2 Nullum *M 2.* praesumat *B. M 2.* auctoribus] actoribus *V 1.* interpellatione] *ita B. L. R. M 1. 3*, interpellationem *rell.* facerem *M 2.* 3 si *deest M 1. V 3—6.* episcopis *M 2.* eum] eos *V 4.* ad — episcopum] ad vitium epim *M 2.* confugiant] *ita B*, confugium faciat *V 1. F. L. M 2*, confugium faciant *rell.* 4 statuta] instituta *V 2. C*, instatuta *M 3*, statutam *V 3.* minime] mime *R*, mine *V 5.* convenerit] conve convenerit *M 2.* inter eis] *ita B. L. R. M 1. 2*, inter eius *F*, interius *V 2. M 3. C*, interios *V 5.* inter eos *rell.* intentio] contentio *V 4.* 5 veniat] *ita V 1. F. L.*, veniam *B*, venient *M 2*, *deest V 2. M 3. C*, conveniant *V 6*, veniant *rell.* vero *deest V 1. R.* praeter — praesumpserit] praesumpserit praeter statuta agere *M 2.* statutam *V 2. C.* suis *B.* 6 honorem *M 2.* aut] *ita B. F. L. M 1.* ut *V 1. M 2*, et *rell.* causam *R. M 1. C.* susciperit *B. M 2.*

XIII. 9 XIII. capitulo] *ita B. V 1.* XIII. Tertiodecimo capitulo *F. L. M 1*, XIII. capitulum *M 2*, Tertiodecimo capitulo *V 2*, XIII. *M 3. C. V 3*, XIIII. *V 4*, XV. *V 5. 6.* presbyter] clericus, *cad. man. superscripsit* presbyter *V 6.* aut *deest V 2. C.* 10 bacula *M 2*, vaculo *M 3.* ad altario] *ita B. L.*, altaria *F*, ad altarium *R*, ad altare *M 1*, altario *rell.* 11 et apostolus] *ita B. V 1. F. L. M 2*, et Paulus apostolus *R. M 1. V 5. 6*, et apostolus Paulus *V 2. M 3. C. V 3. 4.* viros *deest M 2.* velate *M 2.* ecclesiam *V 1. L.* 12 temere — privetur] temerare praesumpserint (!) sit communione privatus *M 2.* communione] ab ecclesia et *superscr. eadem fortasse manus M 1.*

XIIII. 16 XIIII. capitulo] *ita B. V 1.* Capitulo XIIII. Quartodecimo capitulo *F*, Quartodecimo capitulo *L. V 2*, XIIII. Capitulo quartodecimo *M 1*, XIIII. capitulum *M 2*, XIIII. *M 3. C. V 3*, XV. *V 4*, XVI. *V 5. 6.* episcopis *L.* presbyteri *F. L.* ingressi fuerint *C.* fuerit *deest L.* 17 nullum *B*, nullu *M 2.* audiat *M 2*, audeant *C.* dato *M 3.* 18 aut presbytero *desunt M 1.* suppleantur *V 2. M 3. C. V 3—6.* suppleat] supplicat *V 1.* 19 posuimus] exposuimus *L.* a *deest V 2. C.* sanguinem *B. L. M 2.* suspensus] *hoc verbo sistit M 2.*

1) *Cf. Concilium Chalcedonense c. 9 (Mansi VII, 375), Carthaginense c. 14 (l. l. IV, 427).*
2) *Cf. c. 57 D. 1 de consecr.* 3) *Cf. ibidem.*

bytero suppleantur missarum sollemnia. — *In forma minore his quattuordecim capitulis quasi exordium praemittitur orationis Zachariae papae, cuius textus uberior infra hac pag. lin. 15 sqq. sequetur, epitome in haec verba confecta:* Indictione XII. imperante Arguasto eiusque filio Niceforo Zacharias ter beatissimus papa in concilio ait: Non est silendum, fratres, quod in Germaniae partibus ita divulgatum est, quamquam in archivo sanctae ecclesiae huius scriptum minime repperimus, ipsis tamen asserentibus hominibus de Germaniae partibus didici, quod beatae recordationis papa Gregorius, dum eos ad religionem christianitatis divina gratia inlustraret, licentiam illis dedisset in quarta sese copulari generatione. Quod quidem licitum Christianis non est, dum usque se generatio cognoverit; sed dum rudes erant invitandi ad fidem, quamquam minime scriptum repperimus, credere non ambigimus. Praeterito autem anno archiepiscopi et reges illius provinciae litteras ad nos miserunt, apostolica petentes praecepta, qualiter liceat eis coniugia copulari; quibus, quantum Dominus dignatus est donare, admonitionis praecepta direximus.

(XV.) Scripsimus* de gradus cognationum vel quomodo debeant quislibet amodo et deinceps legitimo coniugio copulari, et quia divina clementia nos omnes congregavit in unum, ut ea, quae necessaria sunt pro salute animarum, capitula vobis[1] ea, quae superius scripta sunt, enarrare studui, ad memoriam vobis quippe reducens, quod beatae memoriae praedecessor noster Gregorius, huius apostolicae sedis iunior papa, pro aliquas

*) *In textu huius capituli constituendo praeter codices, qui usque nunc praesto erant — scilicet B, V 1, F, L, R, M 1 (M 2 in ultimo verbo capituli XIV. sistit), praeterea V 2, M 3, C, V 3—6 — adhibuimus codicem Merseburgensem 104 saec. X. XI. (= Mer) fol. 45, qui sistit in verbis:* sic facientem *(infra p. 22 lin. 3), deinde illos libros, qui segmentum tantum capituli usque ad verba:* dum usque generatio se cognoverit *(infra p. 20 lin. 12) praebent, nempe codicem Monacensem latinum 3860a saec. X. (= M 1a) fol. 177, Sangallensem 671 saec. X. (= S) pag. 437, quem contulit v. d. Fäh, Bambergensem P. I. 9 saec. X. (= Ba) fol. 199', 200, Laudunensem 201 saec. IX. (= La) fol. 55' 56. Monacensem latinum 6241 saec. X. (= M 4) fol. 82. 82', Mon. lat. 6242 saec. X. (= M 5) fol. 311, Mon. lat. 6245 saec. X. (= M 6) fol. 57', 58, Mon. lat. 3852 saec. XII. (= M 7) post fol. 68, Vindobonensem 2198 saec. X. (= V 7) fol. 81'. 82. — Non usi sumus codicibus Coloniensi 115 saec. IX. fol. 225, Vaticano 1339 saec. XI. fol. 307'. 308; v. Nürnberger, 'Archiv' etc. LXXIX, 51 sqq.*

XV. 15 Scripsimus] *ita B. R. V 5. 6. Mer, praemittit* XV. capitulo *V 1.* Capitulo XV. Quintodecimo capitulo *F*, XV. Quintodecimo capitulo *L*, XV. Capitulo quintodecimo *M 1*, Quintodecimo capitulo *V 2*, XV. *M 3. C. V 3*, XVI. *V 4.* — *In reliquis codicibus praescriptum est hoc lemma:* In synodo Zachariae (Zacharie *V 7*) papae (p̄ *Ba*) urbis Romae capitulo XV. *Ba. M 4—6. V 7*, XV. capitulo in synodo Zacharie papae *La*, In synodo Zachariae papae quintodecimo capitulo *M 7.* Scripsimus *deest M 1a. S. Ba. M 4—6. V 7, ubi verba* de gradibus — copulari *cum lemmate cohaerent.* de gradus *desunt V 6.* gradus] *ita B. R. M 1*, gradus *corr.* gradu *F.* gradibus *rell.* debeant] *ita B. V 1. L. R. M 1*, debeant *corr.* debeat *F*, debeat *rell.* et *deest L. M 1.* 16 deinceps *deest L.* coniugio] matrimonio *V 6.* et *deest Ba. M 4. 6. V 7, del. M 5.* quia] qui *B.* omnes *deest C. S. Ba.* 17 ut] et *R. M 3. C. V 3. 5. 6. Mer. Ba.* ut et *V 7, deest M 4.* ea quae] ut *V 2. M 3. C. V 3—6*, ea *deest Ba. M 4—6. V 7.* superius *deest M 7.* 18 sunt] et *add. V 1. L.* enarrare] narrare *V 1. L. V 2. M 3. C. V 3—6.* studui] studeat *Ba.* vobis quippe] quippe vobis *V 2. M 3. C. V 3—6. M 7.* reducens] deducens *V 3. 5. 6.* quod] *intellige:* id quod. 19 praedecessor] *ita B. V 1. M 1. Mer*, praecessor *rell.* pro] *ita B. F. L. R. M 1a. S. La*, pro *corr.* propter *M 5*, propter *rell.* aliquas *corr.* aliquis *F*, aliquibus *La.*

1) *Nürnberger ed. laud. p. 18 ann. 9 se nescire dicit, an verba* vobis ea quae superius scripta sunt *additamentum sint collectoris.*

inlicitas coniunctiones, quae fiebant per hanc Italiam seu Langubardorum provincia vel in aliis locis, adgregato sacerdotali collegio, promulgata sententia, anathematis vinculo obligavit[1]. Sed dum cerno adhuc populus in eodem errore persistere — quod[2] ingemescens dico — magno cordis percellor, quoniam, Christianorum animae dum diabolica fraude decipiuntur, timeo, ne nos, qui rectores animarum vocamur, si eorum salute providere neglexerimus, a iusto iudice pro illis extorqueamus. Sed[3] neque hoc silendum est, quod in Germaniae partibus ita divulgatum est, quod quidem in archibo sanctae nostrae ecclesiae scriptum minime repperimus, ipsis tamen asserentibus hominibus de Germaniae partibus didicimus, quod beatae recordationis sanctus Gregorius papa, dum eos ad religionem christianitatis divina gratia inlustraret, licentiam illis dedisset in quartam sese copulari generationem[4]. Quod quidem licitum Christianis non est, dum usque se generatio cognoverit[5]; sed, dum rudes erant et invitandi ad fidem,

XV. 1 inlicitis *F (e corr.). La.* coniunctionibus *F (e corr.). La*, coniuctiones *B.* fiebat *B*, et *add. M 1a. S. Ba. La. M 4—7. V 7.* hanc *deest M 1.* Langubardorum] *ita B*, Languobardorum *M 3. V 3*, Longobardorum *V 4. 6. M 1a. S. Ba*, Langobardorum *rell.* provincia] *ita vel* provintia *B. V 1. L. R. M 1. Mer*, provinciam (provintiam) *rell.* vel] et *add. B.* 2 adgregatos *R*, aggregatos *M 1. Mer.* collegio] concilio *Ba.* sententiam anathematis *V 2. C*, anathematis sententia *Ba*, sententia *deest M 4. 6. V 7.* 3 obligavit] obligatam *V 2. C*, obligatur *M 1a. S.* dum] cum *S.* populus] *ita B. V 1. F. L. R. Mer. M 3. V 3. 5*, populum *V 4. 6*, populos *rell.* eadem *L.* ingemescens dico] imgeme(i)scendo dicens *V 2. C.* 4 magno cordis percellor] *ita B, ubi post* percellor *excidisse videtur* dolore, magno cordis procello *R. M 1. Mer, desunt rell.* diabolico *F.* 5 decipiantur *B.* qui] que *B.* rectorem *L.* si] seo *B.* eorum] *scil.* populorum. 6 salute] *ita B. L. R. La*, salutem *V 1. F. Mer. M 1a. Ba. M 4—7: V 7*, saluti *rell.* providere] pr(a)evidere *R. M 1. Mer.* negleximus *V 1. 2. M 3. C. V 3. 5. 6. S.* a iusto] a usto *C*, a iuste *M 7.* extorqueamus] *ita B. V 1. F. L. R. La*, retorqueamur *M 7*, extorqueamur *rell.* Sed] Se *V 5.* 7 ita *deest Ba. Leo.* divulgatum] diu vulgatum *R. S*, devulgatum *V 2.* quidam *V 1. F*, quicquid *La, deest Ba.* archibo] *ita B. Leo*, arcibo *L. V 2. M 3*, arivo *Mer*, arcivo *rell.* 8 nostrae *deest Leo.* scriptum *deest L.* minime] non *Leo*, ipsis — didicimus *desunt S.* tamen] namque *Mer.* asserentibus] narrantibus *R. M 1. Mer. M 3. V 3—6.* 9 didicimus] dicimus *F*, didici *Leo.* quod] de *add. V 3. 5.* sanctus *deest M 1a. Ba. M 4—7. V 7.* 10 papa *deest Leo.* dum — inlustraret] quem vera religione christianitatis divina gratia illustrasset *Leo.* religionem] regionem *V 3.* divina] diva *V 6.* 11 dedisset] quod *add. V 5.* quarta *V 2. M 3. C. V 3. 4. Ba. Leo*, quartas *V 5. 6.* sese] *ita B. Leo*, esse *R. M 1. Mer, deest V 3. 5. M 7*, se *rell.* copulare *S.* generatione *V 2. M 3. C. V 3—5. Ba. Leo*, generationes *V 6.* quod — generatio *desunt V 1.* licitum Christianis] Christianis licitum *V 6.* 12 dum usque] usque dum *M 4. 6. V 7.* se] *solus Leo, deest rell.* generatio] *solus Leo*, generationes *V 6*, generationem *rell.* cognoverint *V 2. C. V 4. Mer. Ba. La. M 4. V 7. — Sistunt hoc verbo M 1a. S. Ba. La. M 4—7. V 7, Ba add.*: et tunc in septimo gradu licentiam coniunctionis habere possunt. rudes] *ita B. V 1. F. L. R. M 1. Mer. Leo*, esseut *add. rell.* et] *ita B. V 1. F. L. R. M 1. Mer. Leo, deest rell.*

1) *Scilicet in concilio anno 721. habito saepiusque laudato; cf. praeterea de cognomine* iunior, *quod datur hoc loco Gregorio II., quae affert K. Hampe, 'Neues Archiv' XXI, 106 sq.* 2) *Cf. cum his et proxime sequentibus sermo synodalis Gregorii II. (l. l. 262 sq.)*: Hinc namque est, quod ingemiscens dico, quia populi Christiani aliquos per provinciam Italiam commorantes audio temere contra catholicam fidem et patrum statuta patrare, ita ut Deo sacratas feminas ducere praesumant et propinquas in coniugio socient. Quod opportunum est spiritali amputari mucrone atque, si vestrae placeat sanctitati, radicitus evelli, ne seges boni agricolae zizaniorum mixta horrentibus frutetis sordescat. 3) *Verba* Sed neque — dictum est *(infra p. 21 lin. 1) leguntur etiam in Leonis III. papae epistola a. 800. data (MG. Epp. V, 62; Jaffé-E. n. 2503); cf. Nürnberger, 'Archiv' etc. LXXIX, 32 sqq. Variam lectionem in notis addidimus. V. praeterea c. 23 D. 81.* 4) *Cf. Hefele, l. l. III, 517 ann. 1.* 5) *Zacharias anno 747. haec Pippino scribit:* Nos . . . iuxta praedecessorum et antecessorum pontificum decreta . . . dicimus, ut, dum usquae sese generacio cognoverit, iuxta ritum et normam christianitatis et religionem Romanorum non

quamquam minime scriptum, ut dictum est, repperimus, credere non ambigimus. Deo autem largiente, qui *inluminat omnem hominem venientem in mundum,* praeterito anno litteras ad nos miserunt archiepiscopi et reges provinciae illius, petentes apostolica praecepta, qualiter liceat eis coniugia copulare et quomodo debeant observare; quibus, quantum Dominus dare dignatus est, admonitionis praecepta direximus. Sed neque hoc silendum est, pervenisse ad nos — quod cum grandi tristitia animi dico — per diversa loca huius Italiae et Langobardorum partes sacerdotes cum sanctimoniales feminas, id est monachas, habitare — quod nefarium est dicere vel audire — contra canonum esse sanccita. Ubi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hostis stimula non desunt; unde omnino cavendum et vitandum est, fratres mei, ne fallant et impleatur in eis prophetae dictum: *Sacerdotes eius contaminant sancta et reprobant legem;* quod et alius propheta increpat dicens: *Vos sacerdotes, qui fallitis nomen meum et dixistis: In qua re fefellimus nomen tuum?* Quibus responsum est: *Offerentes ad altarem meum panes pollutos; non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, et sacrificium non accipiam de manibus vestris.* Pro quod timeo, ne nobis in capite positis, si neglexerimus, illud contingat, quod Dominus per prophetam dicit: *Ideo, pastores, audite verbum Domini: ecce lac devoratis et lanis eorum quooperietis vos et quod grassum est iugulastis et oves meas dispersistis; quod infirmum erat non confirmastis; in eo, quod male habebat, non curastis et contritum non alligastis; quod errabat non convertistis et quod perierat non requisistis; et dispersae sunt oves meae eo, quod non sint pastores, et factae sunt in devorationem omnibus bestiis agri, nec erat qui requireret neque qui revocaret.* Propterea oportet nos sollicitos esse, ut de credito

Ioh. 1, 9.

Soph. 3, 4. Mal. 1, 6. 7. 10.

Ezech. 34, 3—6.

XV. 1 ut] quod *M 3.* ut — est *desunt V 3. 5. 6.* reperierimus *V 2,* repperierimus *M 3,* repererimus *C.* ambigamus *C,* ambiguimus *e corr. V 4.* 2 largientem *B. V 1.* qui] quem *B,* quae *F,* que *V 1.* inluminat] luminat *B.* in mundum] *ita B. L. R. M 1. Mer,* in huc mundum *V 1,* in huno mundum *V 5,* in hunc mundum *rell.* praeteritos *V 1,* praterito *V 6.* annos *V 1.* 8 ad nos] *desunt V 1. F. L,* nos *M 1.* miserunt] ammiserunt *V 1.* apostolicam *L.* 4 quomo *F.* 5 quantūs *V 2.* dare] donare *F.* praecepta] percepta *V 5.* direximus] dixerim *M 3,* duxerimus *V 5,* dixerimus *V 6.* 6 pervenisset *L.* 7 diversa] versa *F.* loco *F.* et *deest F.* Longobardorum *F. V 4. 6,* Languobardorum *corr.* Laugobardorum *M 3,* Languobardorum *V 3.* cum *deest B.* sanctimoniales] *ita B. V 1. L,* sanctismoniales *F,* sanctemonialibus *R,* monialibus *V 3. 5. 6,* sanctimonialibus *rell.* 8 feminas] *ita B. V 1. F. L, deest Mer,* feminis *rell.* id est] idem *M 3,* id *V 4.* monachas] *ita B. V 1. F. L. M 1. Mer,* monachabus *rell.* habitaret *M 3.* 9 canonum] cononum *V 2.* esse] est *V 2. C.* sanccita] *ita B. R. M 1. Mer,* scita *V 2. C,* sancta *M 3,* sciant *V 5. 6,* sancita *rell.* tali *B,* talia *F. L.* antiqui] hantiqui *B.* 10 et vitandum *desunt C.* fallant] *ita V 1. F. L. R. M 1. Mer,* fallent *B,* fallantur *rell.* 11 prophetae dictum] *ita B. V 1. F. L. R. M 1. Mer,* dictum prophetae *rell.* 12 legem] regem *M 1.* quod] quos *V 4.* propheta — dicens] dicens reprobat propheta *V 6.* fallitis] fefellitis *R. M 1. Mer.* 13 qua re] quo *V 2. M 3. C. V 3—6.* fefellimus] *ita B. V 1. F. L. R. M 1. Mer,* fallimur *V 5,* fallimus *rell.* 14 altarem] *ita B. L. M 3,* altare *rell.* panes pollutos] *ita B. R. M 1. Mer,* panem pollutum *rell.* mihi voluntas] *ita B. V 1. F. L. R.* voluntas mihi *rell.* 15 quod] *ita B. L. R. M 1,* quo *rell.* 16 positi *R.* neglexerimus] dilexerimus *V 5. 6.* 17 devorabitis *M 3.* quooperietis] *ita B,* cooperitis *V 6,* cooperietis *rell.* 18 grassum] *ita V 1. L,* grassu *B,* crassum *rell.* iugulatis *F. L.* dispersistis] et *add. L,* dispersisti *M 3.* 19 confirmasti *B,* consolidastis *M 1.* habebat] *ita R. M 1. Mer,* abebat *B,* habebant *rell.* et — convertistis *desunt Mer.* alligasti *B,* allegastis *V 1.* quod] *ita B. V 1. F. L. R. M 1. Mer,* hoc quod *rell.* 20 non] con *F.* convertisti *B.* et] eo *M 3. V 3. 5.* et dispersae] et quod dispersae *V 2. M 3. C.* 21 sint] *ita V 1. F. L. R. V 5,* sit *B,* essent *M 1. Mer,* sunt *rell.* facti *V 6.* devoratione *F. L.* besteis *L,* vestiis *V 2. M 3.* agris *L.* 22 requiret *M 1. V 5.* revocare *B. M 3.* sollicitas *V 1.* sollitos *V 4.* de credito] decretum *B.* de creto *R. M 3.*

copulentur coniugiis. Sed nec spiritalem cummatrem aut filiam, quod absit, quis ducat temerario ausu uxorem *(MG. Epp. III, 485; Jaffé-E. n. 2277); cf. supra cc. 5. 6, praeterea J. Freisen, 'Geschichte des canonischen Eherechts' (1888), p. 384. 444 sq.*

ministerio, cum venerit Dominus, qui talentum nobis ad tempus credidit, duplum illi
Matth. 24,46. adportemus lucrum, ut et ipse in bonis suis nos recipiat, quia scriptum est: *Beatus servus ille, quem, cum venerit Dominus, invenerit sic facientem.*

Praesedente sanctissimo ac ter beatissimo Zacharia apostolico papa in basilica beati apostolorum principis Petri ante confessionem pro[1] supra memorata capitula declaranda una cum episcopos sanctissimos, quorum nomina subter adnectimur, de haec capitula pertractanda, consedentibus etiam, sicut[2] dictum est, sanctissimis episcopis: (1) Iohannis* Signias, 2) Vitalianus Ausymo, (3) Saburro Alatr., (4) Theophanius Silva-

*) *Nomina ita leguntur in V 1:* (1) Iohannis Signias, (2) Saburro Alatro, (3) Gaudecis Petis, (4) Arcadius Clusinus, (5) Mauricio Hortas, (6) Iohannis Fallaris, (7) Thomas Florentinus, (8) Gandeosus Blandas, (9) Petrus Esis, (10) Gratiosus Sutrio, (11) Andreas Pisauro, (12) Marcus Lucerta, (13) Lado Consis, (14) Pelagius Consentias, (15) Aufredus Tarantio, (16) Munualdus (Beneventanus *secundum B. F. L*), (17) Vitalianus Ausimo, (18) Theophanius Silvacandida, (19) Martinus Verulas, (20) Venantius Penetro, (21) Agnellus Ariminensis, (22) Armatus Phano, (23) Iohannis Polimartio, (24) Benedictus Numento, (25) Iohannis Nepe, (26) Griso Trebę, (27) Auderamus Bisuniano, (28) Cesareus Benevento, (29) Ambrosius Anagneus, (30) Theodorus Capua, (31) Amantius Nicea, (32) Iohannis Hostia, (33) Gregorius Orbeveto, (34) Grossus (Uuillitrias *secundum B. F. L,* Tiburtinus *secundum V 2. M 3. C. V 3. 5. 6),* (35) Senator (Anconitanus *secundum B. F. L,* Albanus *secundum V 2. M 3. C. V 3. 5. 6),* (36) Iffo (Tudertinus [Detur. *B*] *secundum B. F. L,* Uuilleteas *secundum V 2. M 3. C. V 3. 5. 6),* (37) Gabus *(scil.* Nicetas *secundum B. F. L,* Gregorius *secundum V 2. M 3. C. V 3. 5. 6),* (38) Tiburtinus *(scil.* Iohannes *secundum B. F. L,* Grossus *secundum V 2. M 3. C. V 3. 5. 6),* (35*) Albano *(scil.* Gregorio *secundum B. F. L,* Senatore *secundum V 2. M 3. C. V 3. 5. 6),* (34*) Uuilliteas *(scil.* Grossus *secundum B. F. L,* Iffo *secundum V 2. M 3. C. V 3. 5. 6),* (35*) Ancona *(scil.* Senator *secundum B. F. L, deest V 2. M 3. C. V 3. 5. 6),* (36*) Tudertinus *(scil.* Iffo *secundum B. F. L, deest V 2. M 3. C. V 3. 5. 6)* et venerabilium presbyterorum (39) Iohannes archipresbyter, (40) Gregorius, (41) Stephanus, (42) Dominicus, (43) Theodorius, (44) Anastasius, (45) Andreas, (46) Petrus, (47) Iordannis, (48) Leonem, item (49) Leonem, (50) Gregorius, (51) Bistabio, (52) Anastasio, (53) Theophilacto, (54) Procopio, (55) Gaudentio, (56) Ephiphanio, adstantibus quoque (57) Stheophilacto arcidiacono, (58) Gemmulo, (59) Theodoro, (60) Stephano et (61) Paulo diaconibus vel cuncto clero ecclaesiae sanctae. — *Nomina ita leguntur in F:* (1) Iohannes Signia, (2) Saburro Alatro, (3) Gaudecis Petis,

XV. 1 ministerio] misterio *M 3.* ad] a *L.* credidit] crededit *V 1,* tradidit *F. L.* 2 adportemus] oportemus *B. F.* ipsi *V 3. 5.* ipse nos in *M 3. V 2—6.* in *deest L.* bonis] nobis *F. L.* suis nos] *ita B. V 1. F. L. C,* suis *rell.* recipiat] respiciat *V 1. L.* 3 servus ille] ille servus *L.* sic] iugi *ead. man. corr.* sic *V 4.* facientem] EXPLICIT *add. F,* faciente *e corr. L, verbo* facientem *sistunt R. M 1. Mer.* 4 Praesedente — cuncto clero (ecclesiae sanctae) *exstant in B. F. L. V 1. 2. M 3. V 3. 5. 6, desunt in V 4.* Praesedente] *ita V 1. F. L,* Praesedentibus *B,* Presidente *C,* Pr(a)esente *V 2. M 3. V 3. 5. 6.* sanctissimo] viro *add. L.* Zaccharia *M 3. V 3.* apostolico] *ita B, deest rell.* basilica] basselica *B.* 5 beati] beti *V 2,* Petri *add. M 3.* Petri *deest V 3.* memoratis capitulis declarandis *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.* 6 episcopos sanctissimos] sanctissimis episcopis *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.* adnectimur] *ita V 1. F. L,* adnictimur *B,* adnectimus *rell.* haec — pertractanda] his capitulis pertractandis *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

1) *Verba* pro — pertractanda *Nürnberger illius putat esse, qui acta concilii primus in canonum collectionem transtulit; ed. laud. p. 4 ann. 5.* 2) *Verba* sicut dictum est *item collectoris canonum esse suspicatur Nürnberger, l. l. p. 4 ann. 6.*

candida, (5) Gaudegis Petis, (6) Martinus Verulas, (7) Benantius Penetro, (8) Arcadius Clusinus, (9) Agnellus Arimensis, (10) Mauricio Hortas, (11) Armatus Fano, (12) Iohannis Polimartio, (13) Iohannis Falaris, (14) Benedictus Numento, (15) Thomas Florentinus, (16) Iohannis Nepae, (17) Gaudiosus Blandas, (18) Griso Trebe, (19) Auderamus Bisuniano, (20) Petrus Essis, (21) Marcus Luceria, (22) Ladu Consis, (23) Gratiosus

---

(4) Archadius Clusinus, (5) Mauricio Ortus, (6) Iohannes Falaris, (7) Vitalianus Ausimo, (8) Theophanius Silvacandida, (9) Martinus Verulas, (10) Venantius Penetro, (11) Agnellus Ariminensis, (12) Armatus Fano, (13) Iohannis Polimartio, (14) Benedictus Numento, (15) Iohannis Nepae, (16) Griso Traebae, (17) Auderadus Bisuniano, (18) Marcus Luceria, (19) Ladu Consis, (20) Theodorus Hostia, (21) Thomas Florentinus, (22) Gaudeosus Glandas, (23) Petrus Esis, (24) Gaudeosus Sudrio, (25) Andreas Pisauro, (26) Pelagius Consentias, (27) Aufredus Taranto, (28) Munualdus Benevento, (29) Cesareus Anagneus, (30) Ambrosius Capua, (31) Amantius Orbemveto, (32) Niceta Gabus, (33) Iohannes Tiburtinus, (34) Gregorius Albanus, (35) Grossus Guillitrias, (36) Senator Anchona, (37) Iffo Tuder. et venerabilium presbyterorum (38) Iohannes archipresbyter, (39) Theodorus, (40) Anastasius, (41) Leonem et (42) Leonem (et Leonem *bis*), (43) Theophilacto, (44) Procopio, (45) Gregorius, (46) Stephanus, (47) Dominicus, (48) Andreas, (49) Petrus, (50) Iordanis, (51) Gregorius, (52) Bistabio, (53) Anastabio, (54) Gaudentio, (55) Ephiphanio, (56) Teofilacto archidiacono, (57) Gemmulo, (58) Theodoro, (59) Stephano et (60) Paulo diaconibus vel cuncto clero. Expliciunt nomina episcoporum, qui in hoc concilio fuerunt. — *Nomina ita leguntur in L:* (1) Iohannes Signia, (2) Saburro Alatro, (3) Gaudecis Petis, (4) Arcadius Clusinus, (5) Mauricio Ortas, (6) Iohannis Falaris, (7) Theodorus Hostia, (8) Thomas Florentinus, (9) Gaudeosus Blandas, (10) Petrus Esis, (11) Gaudeosus Sudrio, (12) Andreas Pisauro, (13) Vitalianus Ausimo, (14) Theophanius Silvacandida, (15) Martinus Verulas, (16) Venantius Penetro, (17) Agnellus Ariminensis, (18) Armatus Fano, (19) Iohannis Polymartio, (20) Benedictus Numento, (21) Iohannis Nephe, (22) Griso Traepae, (23) Auderamus Bisuniano, (24) Marcus Luceria, (25) Ladu Consis, (26) Pelagius Consentias, (27) Aufredus Taranto, (28) Munualdus Benevento, (29) Cesareus Anagneas, (30) Ambrosius Capua, (31) Amantius Orbemveto, (32) Niceta Gabus, (33) Iohannis Tyburtinus, (34) Gregorius Albano, (35) Grossus Uuillitrias, (36) Senator Ancona, (37) Iffo Tuder. et venerabilium presbyterorum (38) Ioh. archipresbyter, (39) Gregorius, (40) Stephanus, (41) Dominicus, (42) Theodorus, (43) Anastasius, (44) Andreas, (45) Petrus, (46) Iordanis, (47) Leone et (48) Leonem, (49) Gregorius, (50) Bistabio, (51) Anastasio, (52) Theofilacto, (53) Procopio, (54) Gaudentio, (55) Epyphanio, adstantibus quoque (56) Theophilacto archidiacono, (57) Gemmulo, (58) Teodoro, (59) Stephano et (60) Paulo diaconibus vel cuncto clero.

Ab omnibus codicibus differunt hinc inde V 2. M 3. C. V 3. 5. 6, qui hanc praebent nominum seriem: (1) Iohanne Signias, (2) Saburno Alatro, (3) Gaudeciso Petis, (4) Arcadio (Archadio *V 3. 5. 6*) Clusino, (5) Mauricio (Mauritio *V 5. 6*) Ortas, (6) Iohanne (Ioanne *V 6*) Falaris (Fallaris *V 3. 5. 6*), (7) Thomas (Thoma *V 3. 5. 6*) Florentino, (8) Gaudioso Blandas, (9) Petro Esi (Hesi *M 3*), (10) Gaudioso (Gratioso *V 3. 5. 6*) Sutrio, (11) Andrea Pisauro, (12) Lado Luctriae (Luctrę *C*), (13) Pelagio Consis, (14) Aufredo Consentias, (15) Cesario (Caesario *V 3. 5. 6*) Taranto (Tarantio *V 6*), (16) Ambrosio Benevento (Benebento *M 3*, Beneventano *C*, Caesareo Tarranto *et al. man.* vacat *add. V 6*), (17) Theodoro (Theddoro *V 2*) Anagni, (18) Amantio Capuae (Capue *V 5*), (19) Niceta Hostiae (Hostie *V 5*), (20) Iohannes (Iohanne *V 3*, Ioannes *V 6*) Urbebeto (Urbeveto *V 3. 5. 6*),

Sutrio, (24) Pelagius Consentias, (25) Andrea Pisaurio, (26) Aufredus Taranto, (27) Munualdus Benevento, (28) Niceta Gabus, (29) Cesarius Anagneas, (30) Iohannis Tyburtinus, (31) Ambrosius Capua, (32) Gregorius Albano, (33) Theodorus Ostia, (34) Grossus Uuillitrias, (35) Senator Ancona, (36) Amantius Orbemveto, (37) Iffo Tuder. et vene-

---

(21) Gregorio Gabus, (22) Grosso Tiburtino, (23) Senatore Albano (Albani *V 5. 6*), (24) Iffo Uuilliteas (Ubilliteas *M 3*, Uuiliteas *V 6*), (25) Vitaliano (Vitaliani *V 3*) Auximi, (26) Theofario (Theopario *V 5. 6*) Silbecandide (Silvecandide *M 3. C*, Silvaecandidae *V 3. 5*, Sylvaecandidae *V 6*), (27) Martino Verulas, (28) Venantio Penetro, (29) Agnello Arimino (Armino *V 2. C*), (30) Armato Fano (Phano *V 6*), (31) Iohanni (Ioh̃ *V 3. 5*, Ioanne *V 6*) Polimartio (Polymartio *M 3*, Pulimarcio *V 5*, Pulymartio *V 6*), (32) Benedicto Nomento, (33) Iohanne (Ioh̃ *V 3. 5*, Ioanne *V 6*) Nepe, (34) Griso Trebe (Threbe *V 6*), (35) Auderamus (Auderamo *V 6*) Busuniano (Busiviano *C*, Busiano *V 3. 5. 6*) et venerabilibus presbyteris (36) Iohannes (Ioh̃ *M 3*, Ioh̃s *C*, Iohanne *V 3. 5*, Ioanne *V 6*) archipresbytero, (37) Gregorio (Grego. *M 3*), (38) Stephano, (39) Dominico, (40) Theodoro, (41) Anastasio, (42) Andreas (Andrea *V 6*), (43) Petrus (Petro *V 6*, (44) Iordane (Iordano *V 6*), (45) Leone, item (46) Leone, (47) Gregorio, (48) Bistabio, (49) Anastasio, (50) Theophilo (Theophylacto *V 3*, Theophilacto *V 5. 6*), (51) Procopio, (52) Gaudentio (Gaudeciso *C*), (53) Epiphanio, astantibus quoque (54) Theophilacto (Theophylacto *V 3*, Theopylacto *V 5*) archidiacono, (55) Gemmulo (Gemulo *V 5. 6*), (56) Theodoro, (57) Stephano et (58) Paulo diaconibus vel (et *V 3. 5. 6*) cuncto (cunto *V 2*, toto *V 6*) clero ecclesiae sanctae [1].

XV. 4 Tuder.] Detur. *B.* 20 sanctae] *hoc verbo sistit C.*

1) *In tanta multitudine nominum et diversitate rationis scribendi placet hoc loco quattuor catalogos subicere, ut pateat, quae sedes sint nominatae (A), qui episcopi (B), qui presbyteri cardinales (C), qui diaconi cardinales (D). Adhibuimus praeter codices acta concilii Romani a. 745. habiti (v. infra), cui nonnulli episcopi iam a. 743. laudati interfuerunt (= R), deinde (cf. Nürnberger, ed. laud. p. 4 sq.) Baronii annales (= Bar.), qui quo codice nitantur pro certo affirmare non ausim (cf. Nürnberger, 'Archiv' etc. LXXIX, 40), seriemque episcoporum a Gams confectam (= G).*

A. Nomina sedium cum episcopis unicuique attributis.

Alatrensis *(hodie Alatri)*: Saburrus (Saburnus) *codd.*, Sabutius *Bar.*, Sebastianus (Sabatius, Saburus) *G.*

Albanus *(h. Albano)*: Gregorius *B. F. L. Bar., sine nomine V 1,* Senator *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6,* Tyberius *(Tiburtinus) G.*

Anagninus *(h. Anagni)*: Caesarius (Caesareus, Ces-) *B. F. L. G,* Ambrosius *V 1. Bar.*, Theodorus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Anconitanus *(h. Ancona)*: Senator *B. F. L. Bar. G, sine nomine V 1, deest V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Ariminensis *(h. Rimini)*: Agnellus *codd. Bar.*, Agnellus II. *G.*

Auximensis *(h. Osimo)*: Vitalianus *codd. Bar. G.*

Beneventanus *(h. Benevento)*: Munualdus *B. F. L,* Caesarius *V 1. Bar.*, Ambrosius *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6,* Caesarius *(al.* Munualdus*) G.*

Bisinianus *(h. Bisignano)*: Auderamus *codd.* (Auderadus *F*), Anderamus *Bar.*, Androneus (Anderan[m]us) *G.*

Bladerensis *(codd.* Blandas, Glandas, *h. Bieda vel Blera)*: Gaudiosus (Gaudeosus) *codd. Bar. G.*

rabilium presbyterorum (38) Iohannes archipresbyter, (39) Gregorius, (40) Stephanus, (41) Dominicus, (42) Theodorus, (43) Anastasius, (44) Andreas, (45) Petrus, (46) Ior-

---

Capuanus *(h. Capua)*: Ambrosius *B. F. L,* Theodorus *V 1. Bar. G,* Amantius *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Clusinus *(h. Chiusi)*: Arcadius (Archadius) *codd. Bar., c. 730* Arialdus, *752 sed.* Gisulfus *G.*

Conselinus *(codd.* Consis = *Cosenza?)*: Ladu (Lado) *B. V 1. F. L,* Lando *Bar.*, Pelagius *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Consentinus *(codd.* Consentias, *h. Conza)*: Pelagius *B. V 1. F. L. Bar. G,* Aufredus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Esinus *(h. Iesi)*: Petrus *codd. Bar. G.*

Fallaritanus *(h. Falerone)*: Iohannes (Ioannes) *codd. Bar. G.*

Fanensis *(h. Fano)*: Armatus *codd.*, Amatus *Bar. G.*

Florentinus *(h. Firenze)*: Thomas *codd. Bar. G.*

Gabinas *(h. Gabii)*: Nicetas *B. F. L. R. Bar.*, Nicetas? *G, sine nomine V 1,* Gregorius *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Hortanus *(h. Orte)*: Mauritius (Mauricius) *codd. Bar. G.*

Lucerinus *(codd.* Luceria, Lucerta, Luctriae, Luctrę, *h. Lucera)*: Marcus *B. V 1. F. L. Bar.*, Marcus II. *G,* Lado *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Nepesinus *(h. Nepi)*: Iohannes (Ioannes) *codd. Bar. G.*

Nicianus *(cod.* Nicea, *non inveni, Nicia = h. Nizza vix statui poterit)*: Amantius *V 1. Bar., deest rell. codd.*

Numentanus *(h. Nomento)*: Benedictus *codd. R. Bar. G.*

Orbevetanus *(h. Orvieto)*: Amantius *B. F. L. G,* Gregorius *V 1. Bar.,* Iohannes (Ioannes) *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Ostiensis *(h. Ostia)*: Theodorus *B. F. L. R. Bar. G,* Iohannes *V 1,* Nicetas *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

[Perusinus *(h. Perugia)*: Haudentius *solus Bar.*, Gaudentius (Audentius) *G.*]

Petis *(non inveni)*: Gaudegis (Gaudecis, Gaudecisus) *codd., deest Bar. (G?).*

Pisaurensis *(h. Pesaro)*: Andreas *codd. Bar. G.*

Polimartiensis *(h. Bomarzo)*: Iohannes (Ioannes) *codd. Bar. G.*

[Portuensis *(h. Porto)*: Gregorius *R. Bar.*, Gregorius II. *G.*]

Praenestinus *(codd.* Penetro, *h. Palaestrina)*: Venantius (Benantius) *codd. R. Bar.*, Venantius (Valens) *G.*

[Sabinensis *(h. Sabina)*: Iffo *solus Bar.*]

[Senensis *(h. Siena)*: Grossus *solus Bar. G.*]

Signensis *(codd.* Signias, *h. Segni)*: Iohannes (Ioannes) *codd. Bar. G.*

Silvaecandidae *(h. Selva candida)*: Theophanius, (Theofanius, Theofarius, Theoparius) *codd. Bar.*, Epiphanius *R,* Epiphanius *(al.* Theophanius*) G.*

Sutrinus *(h. Sutri)*: Gratiosus *B. V 1. 3. 5. 6. Bar.*, Gaudeosus (Gaudiosus) *F. L. V 2. M 3. C,* Gratiosus II. (Gaudiosus) *G.*

Tarentinus *(h. Taranto)*: Aufredus *B. V 1. F. L. Bar.*, Caesarius (Ces-) *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6. G.*

Tiburtinus *(h. Tivoli)*: Iohannes (Ioannes) *B. F. L. Bar. G, sine nomine V 1,* Grossus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Trebianus *(codd.* Trebe, Traebae, Traepae, Threbae, *non inveni)*: Grisus *codd. Bar. (G?).*

Tudertinus *(h. Todi)*: Iffo *B. F. L,* Iffo *sine sede V 1,* Tudertinus *sine nomine V 1. Bar.*, Nicolaus *G, deest V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

danis, (47) Leone, item (48) Leonem, (49) Gregorius, (50) Bistabio, (51) Anastasio, (52) Theophilacto, (53) Procopio, (54) Gaudentio, (55) Aepiphanio, adstantibus quoque

---

Verulanus *(h. Veroli)*: Martinus *codd. Bar. G.*

Villeternus *(codd.* Uuillitrias *etc., h. Velletri)*: Grossus *B. F. L,* Uuilliteas *sine nomine V 1,* Iffo *sine sede V 1,* Iffo *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6,* Gratiosus *R. Bar. G.*

B. Nomina episcoporum cum sede unicuique attributa.

Agnellus Ariminensis *codd. Bar.*

Amantius Orbenvetanus *B. F. L.*

Amantius Nicea (Nicianus) *V 1. Bar.*

Amantius Capuanus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Ambrosius Capuanus *B. F. L.*

Ambrosius Anaginus *V 1. Bar.*

Ambrosius Beneventanus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Andreas Pisaurensis *codd. Bar.*

Arcadius (Archadius) Clusinus *codd. Bar.*

Armatus Fanensis *codd.,* Amatus Fanensis *Bar.*

Auderamus (Auderadus) Bisinianus *codd.,* Anderamus Bisuntianus *Bar.*

Aufredus Tarentinus *B. V 1. F. L. Bar.*

Aufredus Consentinus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Benedictus Numentanus *codd. Bar.*

Caesarius (Caesareus, Ces-) Anagninus *B. F. L.*

Caesarius Beneventanus *V 1. Bar.*

Caesarius Tarentinus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Gaudecisus (Gaudegis) Petis *codd., deest Bar.*

Gaudeosus (Gandeosus) Bladerensis *codd. Bar.*

Gaudeosus (Gaudiosus) Sutrinus *V 1. F. L. V 2. M 3. C.*

Gratiosus Sutrinus *B. V 3. 5. 6. Bar.*

Gregorius Albanus *B. F. L, sine nomine V 1,* (Gregorius) Albanus *Bar.*

Gregorius Orbevetanus *V 1. Bar.*

Gregorius Gabinas *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Griso Trebianus *codd. Bar.*

Grossus Villeternus *B. F. L, sine nomine V 1.*

Grossus Tiburtinus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Iffo (Yffo) Tudertinus *B. F. L,* Iffo *(sine sede) V 1,* Tudertinus *(sine nomine) V 1. Bar.*

Iffo Villeternus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Iohannes (Ioannes) Falaritanus *codd. Bar.*

Iohannes Nepesinus *codd. Bar.*

Iohannes Polimartiensis *codd. Bar.*

Iohannes Signensis *codd. Bar.*

Iohannes Tiburtinus *B. F. L, sine nomine V 1,* (Ioannes) Tiburtinus *Bar.*

Iohannes Ostiensis *V 1.*

Iohannes Orbevetanus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Lado (Ladu, Lando) Conselinus *B. F. L. V 1. Bar.*

Ladu Luctriae *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Marcus Lucerinus *B. V 1. F. L. Bar.*

Martinus Verulanus *codd. Bar.*

(56) Theophilacto archidiacono, (57) Gemmulo, (58) Theodoro, (59) Stephano et (60) Paulo diaconibus vel cuncto clero.

Mauritius (Mauricius) Hortanus *codd. Bar.*

Munualdus Beneventanus *B. F. L, sine sede V 1. Bar.*

Nicetas Gabinas *B. F. L. Bar., sine nomine V 1.*

Nicetas Hostiae *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Pelagius Conselinus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Pelagius Consentinus *B. V 1. F. L. Bar.*

Petrus Esinus *codd. Bar.*

Saburrus (Saburnus) Alatrensis *codd.*, Sabatius Alatrensis *Bar.*

Senator Albanus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Senator Anconitanus *B. F. L*, Senator *(sine sede) V 1*, Anconitanus *(sine nomine) V 1*, (Senator) Anconitanus *Bar.*

Theodorus Anagninus *V 2. M 3. C. V 3. 5. 6.*

Theodorus Capuanus *V 1. Bar.*

Theodorus Ostiensis *B. F. L. Bar.*

Theophanius (Theofarius, Theoparius) Silvaecandidae *codd. Bar.*

Thomas Florentinus *codd. Bar.*

Venantius (Benantius) Praenestinus *codd. Bar.*

Vitalianus Auximensis *codd. Bar.* — *Baronius addit nomina Haudentii Perusini, Grossi Senensis, Iffo(nis?) Sabinensis, (Gratiosi Villeterni), Gregorii Portuensis, deest Gaudecisus Petis.*

C. Nomina presbyterorum cardinalium.

Iohannes (Ioannes *V 6. Bar.*) archipresbyter [sanctae Romanae ecclesiae tituli sancti Clementis *R*].

Anastasius [presbyter s. R. e. tit. sanctae Mariae *R*].

Anastasius (Anastabius *F*).

Andreas.

Bistabius *(deest Bar.)*.

Dominicus [p. s. R. e. tit. sanctae Priscae *R*].

Epiphanius (Aepiphanius *B*, Ephiphanius *V 1. F*, Epyphanius *L*).

Gaudentius (Gaudecisus *C*).

Gregorius [p. s. R. e. tit. sancti Clementis *R*].

Gregorius [p. s. R. e. tit. sanctae Balbinae *R*].

Iordanes (Iordannes *V 1. R*, Iordanus *V 6*) [p. s. R. e. tit. sanctae Sabinae *R*].

Leo [p. s. R. e. tit. sancti Damasi *R*].

Leo *(bis script. F)* [p. s. R. e. tit. sanctae Anastasiae *R*].

Petrus.

Procopius [p. s. R. e. tit. sancti Cyriaci *R*].

Stephanus [p. s. R. e. tit. sancti Eusebii?, Chrissogoni?, Marci? *R*].

Theodorus (Theodorius *V 1*) [p. s. R. e. tit. sancti Laurentii *R*].

Theophilactus (Theofilactus *L*, Theophilo *V 2. M 3. C*, Thephylacto *V 3, deest Bar.*). — *Desunt apud Baronium nomina Bistabii et Theophilacti (Theophili), addit nomina Eustachii* [Eustathius p. s. R. e. *sine titulo R*), *Georgii* [p. s. R. e. sanctorum Iohannis et Pauli *R*], Ioannis, Sergii [p. s. R. e. tit. sanctae Potentianae *R*], *Stephani (v. supra l. 40), Theophanii* [p. s. R. e. tit. sanctorum quattuor coronatorum *R*].

Zacharias[1] sanctissimus hac beatissimus papa dixit: Sanctorum probabilium patrum exempla nos provocant, quae ad firmitatem orthodoxae fidei et status sanctae catholicae atque apostolicae Dei ecclesiae seu Christianae religionis decreverunt, documenta prosequere et ut vere speculatores animarum a Deo constitutis quram dominicum gregem habere, ut etiam et a torpentibus et inlicitis causis, iuxta egregii
cf. 2. Tim. 4, 2. apostoli voce admonendo, arguendo et increpando, subiectorum animas a fauce decep-
cf. 2. Cor. 3, 18. toris et antiqui hostis humani generis servatos valeamus revelata facie gloriam Dei
Hebr. 2, 13. speculare hac dicere: *Ecce nos et pueri, quos dedisti nobis; non perdedimus ex eis quemquam,* ita ut et nos unusquisque mereamur audire desiderabilem Domini vocem
Matth. 25, 23. dicentis: *Euge, serve bone et fidelis; quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium Domini tui.*

Sanctissimi[2] episcopi et venerabiles presbyteri et diaconi omnes responderunt:
cf. Rom. 5, 5. Spiritus sancti gratia diffusa cor apostolatus vestri succensum est, ut nostrarum simul et subiectorum animarum divino ardore et zelo constantiae provideat; quae, quantum

XV. 1 Zacharias — Feliciter *leguntur in B. V 1. F. L. V 2. M 3. V 3—6.* Zaccharias *V 1. M 3.* hac] *ita B. V 2,* ac *rell.* 2 nos] non *F.* quae] qui *F.* fide *V 1. F. L.* status] *ita B. V 1. F. L,* statuta *rell., intellige: firmitatem fidei, firmitatem status (gen.) . . . ecclesiae, firmitatem religionis.* 3 apostolicae] sancte *iterum add. B.* 4 prosequere] *ita B,* preseque *V 1,* persequere *F,* praesequere *L,* persequi *V 5,* prosequi *rell.* a *deest L.* constitutis] *ita B. V 1. F. L,* constituti *(quod est intelligendum) V 2. M 3. V 3. 4,* constituit *V 5. 6.* quram] *ita archetypus habuisse videtur pro* curam, quoram *B. V 1. F,* quorum *L,* curam *V 2. M 3. V 3—6.* dominicum gregem] *intellige* dominico gregi, dominici gregis *V 2. M 3. V 3—6.* 5 habere] studeamus *add. al. man. V 4.* ut *deest M 1.* a] ad *F.* iuxta egregii] iusta agregii *V 5,* iuxta egregi *V 6.* 6 apostolici *B.* voce] *ita B. F,* voc *V 1,* vocem *rell.* animas — servatos] *intellige:* animis — servatis. a] au *V 5.* 7 servatas *solus V 4.* faciem *V 5.* 8 speculare] *ita B. F. L,* speculara *V 1,* speculari *rell.* hac] *ita B,* ac *rell.* hac dicere] accidere *F. L.* perdedimus] *ita B,* perdidimus *V 1. F. L. V 4,* perdimus *rell.* 9 ut *deest L.* Domini vocem] vocem Domini *V 5.* 10 dicentes *B.* quia super] quia supra *V 3. 4,* qui supra *V 5. 6.* 12 episcopis *V 1. L.* venerabilis *V 1.* presbyteris *B. V 1.* et *deest F.* diacs *B.* 13 gratia diffusa] diffusa gratia *M 3.* successum *L.* est *deest M 3.* ut — provideat] *intellige:* ut provideat constantiae *(dat.)* nostrarum — animarum divino ardore et zelo *(abl.).* 14 et zelo] zelo *V 4.* quae — sectemus] *hanc sententiam hinc inde obscuram v. d. K. Zeumer ita interpretatur:* Quae *(scil.* divinum ardorem et zelum constantiae*),* quantum assiduae *(adverbii loco positum)* magistrae — apostolicae sedis *(intellige* sedi*)* praesentamur *(id est* praesentes sumus*),* tantum amplius docemur *(id est* discimus*)* (pro) nobis a Deo creditis plebibus assequere *(id est* assequi *vel* comparare*)* et quae necessaria sunt ad regendam plebem Dei edocti *(id est* postquam edocti *vel* instructi sumus de eis, quae necessaria sunt ad regendam plebem Dei*)* animarum lucra sectemus *(id est* sectemur, nos sectari credimus*).*

D. Nomina diaconorum cardinalium.

Theophilactus (Stheophilacto *V 1.* Teofilactus *F,* Theophylactus *V 3,* Theopylactus *V 5*) archidiaconus.

Gemmulus (Gemulus *V 5. 6*).

Paulus.

Stephanus.

Theodorus (Teodorus *L*). — *Diaconorum nomina non leguntur in actis concilii Romani a. 745., (sed anni 721., Mansi XII, 266); de Theophilacto v. MG. Epp. III, 366. 367, de Gemmulo l. l. p. 308. 327. 390.*

1) *Cf. oratio Gregorii II. a. 721., Mansi XII, 262.* — 2) *Cf. ex concilio anni 721. haec:* Sanctissimi episcopi seu venerabiles presbyteri responderunt: Vere cognoscimus gratia Spiritus sancti cor apostolatus vestri succensum et ut radicitus tantae miseriae squalores a fidelium mentibus detergantur et quasi vulnus corpori infixum, aditu talis miseriae obserato, salutari antidoto curetur, sicut bene provisum est, interdictione anathematis, ne denuo hoc quisquam

assiduae magistrae et dominae nostrae apostolicae sedis praesentamur, tantum amplius docemur nobis a Deo creditis assequere plevibus et quae necessaria sunt ad regendam plevem Dei edocti animarum lucra sectemus et, quae a pia consideratione bene praevisum est, quae a vestro sancto apostolato decreta sunt capitula cum praemissis nobis lectioni pandantur, ut antidoto salutari morbus a grege dominico pellatur, ne deinceps quisque Romanus aut Langobardus vel cuiuscumque gentis, quae in te baptizati sunt, adtemptare praesumant, ut non tante iniquitatis pondere oppressus cum diabolo et angelis eius pereat. Placeat potius, ut inlicita vitentur et funditus evellantur.

Factum[3] hoc synodum anno secundo Ardabasti imperatoris necnon et Liutprandi regis anno XXXII., indictione duodecima. Feliciter[4].

XV. 2 nobis — creditis] *ita B. V 1. F. L,* a nobis creditis *V 2. M 3. V 3—6.* assequere] *ita F. L,* asseque *B,* esse *V 1. 2. M 3. V 3—6.* plevibus] *ita V 1,* replevimus *B,* plebis *F,* plebibus *rell.* et] *ita B, deest rell.* ad] ac *B.* 3 plevem] *ita B,* plebem *rell.* edocti] *ita correxi,* et docatis *B,* educatis *V 1,* et docatis *rell.* sectemus] sectaremur *V 3,* sectemur *V 4.* quae] quia? qualiter? quae a pia] quempiam *F,* quae pia *L.* consederatione *V 5.* praevisum] pervisum *F,* provisum *V 2. M 3. V 3—6.* 4 a] ad *F, deest V 5.* vestro sancto] sancto vestro *V 4.* apostolatu *V 2. M 3. V 3—6.* cum praemissis] cum permissis *V 1,* compmissis *V 6.* 5 lectioni] *ita B. V 1. F. L.* lectionis *V 2. M 3. V 3—6.* pandatur *L,* prandatur *B. V 1. F,* prendatur *V 2. M 3. V 3. 5,* prendantur *V 4. 6, cf. Zachariae papae epistola (MG. Epp. III, 349 l. 11):* ut in sacerdotali collegio lectioni pandatur . . . dedimus in mandatis. antidotus *F.* salutari *deest F.* morbo *V 3—6.* a] ad *V 5. 6.* gregem *V 6.* dominico pellatur] *ita B. V 1. F. L,* Domini compellatur *V 2. M 3. V 3—6.* ne] neque *L.* 6 Languobardus *V 3,* Longobardus *M 3. V 6.* vel] ad *V 6.* quae (que, q;) *codd.* quae — in te baptizati sunt] qui inter baptizatos sunt *coni. Baronius,* qui rite baptizati sunt *cod. Vall. C. 19 sec. Nürnberger.* 7 praesumat *V 2. M 3. V 3—6.* non tante (= tantae)] *ita B, desunt F,* non ante *V 1. L. V 2. M 3. V 3—6.* iniquitas *V 2. M 3.* diabulo *M 3.* 8 angeli *L.* Placeat] *ita B,* Placet *rell.* 9 Factum — Feliciter] *ita B. V 1. F. L,* Factus (Facta *V 3 (e corr.). 4*) est autem haec (ħ *V 4*) synodus (sydonus *V 2 e corr.,* sinodus *V 4*) anno secundo Ardabasti imperatoris necnon et Liutprandi *(ita V 2,* Leutprandi *M 3. V 3. 5,* Leuprandi *V 4,* Leutbrandi *V 6)* regis anno tricesimo secundo (XXXII. *V 3—6*), indictione duodecima (XII. *V 3—5*). Feliciter. *V 2. M 3. V 3—6.* synodum] *ita B,* synodo *V 1. L,* sinodo *F.* secundo] II. *F.* imperatori *B.* Liutprandi] *ita V 1. L.* Liutprand *B,* Aliudprandi *F.* 10 rege *B. F,* regi *V 1. L.* XXXII.] *ita V 1. F,* XXII. *B,* trigesimosecundo *L.* indictio *B. L.* duodecima] XII. *V 1. F.* Feliciter] Explicit Deo gr(atias) *add. L.*

Romanus, Longobardus vel cuiuscumque sit gentis sacrique baptismatis unda lotus, attentet, ut non tanti piaculi mole oppressus praecipitationem incidat aut voragine mergatur iniquitatis, vitari debeat atque radicitus evellatur *(Mansi XII, 263) et ex actis synodi Romanae a. 745. infra edendis:* Sanctissimi episcopi et venerabiles presbiteri responderunt: Ex divina inlustratione cognoscimus cor sancti vestri apostolatus inluminatum; et quae a vobis dicta sunt ex administratione sancti Spiritus emanarunt. Et idcirco, ut a vobis praevisum fuerit, in utrisque sententia promulgetur. . . . Nos autem, ut a vestro sancto apostolatu edocemur et divina tradit auctoritas . . .

1) *Cf. nota chronologica formae minoris:* Indictione XII. imperante Arguasto eiusque filio Niceforo. 2) *A die 10. mensis Iunii anni 743. currebat annus XXXII. Liutprandi Langobardorum regis; cf. O. Holder-Egger, 'Neues Archiv' III, 262. — Annus II. Artabasti imperatoris et annus XXXII. Liutprandi Langobardorum regis demonstrant, ut censet A. Pagi (ad Baronium 743 n. 15 sq.) Romanos, qui adhuc imperium agnoscebant, ab imperatore Constantino recessisse et foedus iniisse cum Liutprando rege catholico, ut tuerentur sacras imagines, quas Artabasdus Constantinopoli restituerat; decreta in hoc concilio condita tam Langobardos quam Romanos adstringere monet neque umquam in praecedentibus conciliis Romanis annos memoratos esse regum Langobardorum.*

C. DECRETORUM SYNODALIUM FORMA MINOR.

Forma minor decretorum synodalium, quae novi nihil affert praeter notam chronologicam exordii, qua illa formae uberioris suppletur, exstat in his codicibus: 1) codice Parisiensi latino 12448 (antea Sangermanensi Harleiano 386) saec. X. (= P), fol. 78. 78'; 2) codice Virdunensi 46 saec. XI. (= V 1), fol. 149'—150'; 3) codice Monacensi latino 3860a (antea Augustanae ecclesiae) saec. X. XI. (= hoc loco M 1), fol. 173. 173'; 4) codice Monacensi latino 3860 saec. X. XI. (= hoc loco M 2), fol. 259—260; 5) codice Mediolanensi bibliothecae Ambrosianae S. 33. sup. (antea Bobbiensi) saec. X. (= M 3), fol. 313'—314'; 6) codice capituli Vercellensis CXI saec. X. (= V 2), fol. 237'—238'; 7) codice capituli Veronensis LXIII (antea 61) saec. XI. (= V 3), fol. 38. 38'; 8) in codice denique Florentino bibliothecae Laurentianae LXV n. 35 saec. X. (= F), fol. 2' exstant exordium et sextum capitulum, quae cum dictis apographis Zachariae[1] *coniuncta sunt. — Non adhibuimus codicem Oxoniensem Bodleianum 893 (Ms. Laud. 421) saec. XI. ex. fol. 120', quem cum Parisiensi cohaerere suspicor ex eis, quae secundum Nürnberger ('Archiv' etc. LXXIX, 50) in varia lectione afferam.*

Hanc formam minorem plus altera atque uberiore monstrare vestigia collectoris et epitomatoris, qui gesta concilii in suos usus convertit, non est ut fusius exponam[2].

Indictione XII. imperante Arguasto eiusque filio Niceforo Zacharias ter beatissimus papa in concilio ait: Non est silendum, fratres, quod in Germaniae partibus ita divulgatum est, quamquam in arcivo sanctae ecclesiae huius scriptum minime repperimus, ipsis tamen asserentibus hominibus de Germaniae partibus didici, quod beatae recordationis papa Gregorius, dum eos ad religionem christianitatis divina gratia inlustraret, licentiam illis dedisset in quarta sese copulari generatione. Quod quidem licitum Christianis non est, dum usque se generatio cognoverit; sed dum rudes erant invitandi ad fidem, quamquam minime scriptum repperimus, credere non ambi-

Lemmata: Incipiunt dicta (dicunt *Oxon.*) Zachariae papae, *in margine superiore* Decretale Zachariae papae *P*, Decreta Zacharie pape *in marg. super. V 1*, Constituta papae Zachariae *in marg. super. M 1*, Decret. Zachariae episcopi papae *ibid. M 2, sine lemmate rell.*

18 Indictione — ait *desunt M 1.* Arguasto] *ita P. V 1. Oxon.*, Augusto *M 2*, Adargasto *M 3. V 2. 3*, Adargesto *F.* eius *F.* Nicifero *M 3. V 2. 3. F.* † Zacharias *V 3*, Zacharia *F.* beatissimo *corr.* beatissimus *F.* 19 Germanie *hic et infra V 1. 2.* 3 quanquam *hic et infra P (e corr.). M 3. V 2.* arcivo] puochamero *superscr. man. saec. XI. M 1*, archibo *M 3. V 2. 3*, archivo *F.* 21 reperimus *hic et infra P (e corr.). M 1. F*, . . . erimus *M 2.* 22 papa] . . pac *M 2.* Gregorio *corr.* Gregorius *P.* religionem *e corr. P.* christi . . . tatis *M 2.* 23 dedisset] . . disset *M 2.* quarte *corr.* quarta *F.* sese] se *V 2. 3. F.* quod *evanuit M 2.* 24 se *evanuit M 2.* rudes erant] reduserant (recluserant?) *M 2.* 25 invitandi] . . . tandi *M 2.* scriptum] . . . ptum *M 2.* reperimus *M 2.*

1) *Haec dicta apocrypha Zachariae (leguntur etiam in codice Romano bibliothecae Vaticanae 1343 saec. X. XI. fol. 169'. 170) edita sunt a Bandini, Catalogus codicum latinorum bibliothecae Florentinae II, 753. Nürnberger, 'Katholik' II (1882), p. 72 sqq. Freisen, l. l. p. 384 sq. (extr.). Adhibita videntur esse in c. 3 C. 30 qu. 3 (Mansi XII, 356; Jaffé-E. n. 2303).*

2) *Secundum Mansi XII, 384e, quem 'Neues Archiv' XXIV, 466 secuti sumus, inest in diplomate Angeli episcopi Troiani d. d. 1037 mense Februario (Ughelli, Italia sacra ed. 2. I, 1343) canon concilii Romani a codicibus alienus: re vera laudatur concilii Romani a. 826. habiti c. 21 (MG. Capit. I, 374), sed falso inscriptus.*

gimus. Praeterito autem anno archiepiscopi et reges illius provinciae litteras ad nos miserunt, apostolica petentes praecepta, qualiter liceat eis coniugia copulari; quibus, quantum Dominus dignatus est donare, admonitionis praecepta direximus.

I. Ut episcopi cum mulieribus omnino non habitent.

II. Ut presbyteri, diaconi subintroductas mulieres secum non habeant.

III. Ut episcopus, presbyter et diaconus saecularibus indumentis non utantur, sed tunicis sacerdotalibus, sed neque, dum ambulaverint in civitate aut in via aut in plateis, sine operimento praesumant ambulare, praeter si in itinere longo ambulaverint; quia sicut mulier orans sine velato capite, ita sacerdos sine operimento deturpat ministerium suum. Haec parvipendens communione privetur. cf. 1. Cor. 11, 5.

IIII. Ut Idus Maias sacerdotes e vicino Romam veniant.

V. Ut presbyteram, diaconam, monacham vel etiam spiritalem commatrem nullus praesumat coniugio nefario copulare. Si quis talibus communionem dederit, honore privetur. Si autem fuerint divisi, paenitentiae submittantur.

VI. Ut consobrinam, neptem, novercam*, fratris uxorem vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus habuit nullus audeat in coniugium copulare. Si quis huic tali nefario coniugio convenerit et in eo permanserit, sciat se apostolicae auctoritatis anathematis vinculis esse innodatum, et nullus sacerdos tribuat illi communionem; si vero conversus divisusque fuerit copulatione, dignae paenitentiae submittatur, ut sacerdos loci consideraverit.

*) *Pro* novercam — consideraverit *praebent M 3. V 2. 3:* et cetera, sicut in Eugenii papae capitulo (capilo *V 2*) ultimo habentur. *Antecedit enim in codicibus forma abbreviata canonum concilii Romani anno 826. habiti. Haec autem forma abbreviata concordat cum uberiore eiusdem concilii, quae repetiit formam abbreviatum concilii Romani anno 743. habiti et his verbis confecta est:* Consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus habuit nullus audeat in coniugio copulare. Si quis vero huic nefario coniugio convenerit et in eo permanserit, sciat se apostolica auctoritate anathematis vinculo esse innodatum, et nullus sacerdos illi tribuat communionem; si vero conversus divisusque ab inlicita fuerit copulatione, dignae penitentiae submittatur, ut sacerdos loci consideraverit *(MG. Capit. I, 376 sq. c. 38).*

1 reges] res *M 2.* 3 dignatus — donare] donare dignatus est *M 3. V 2. 3. F.*

II. 5 presbyteri] et *add. al. man. in marg. P.* diaconi] atque subdiaconi *add. al. man. in marg. P.* diacone *V 1.*

III. 6 et *deest M 3. V 2. 3.* saecularibus indumentis] *ita P. M 1,* s(a)ecularia indumenta *V 1. M 2. V 3,* s(a)eculari indumento *M 3. V 2.* utatur *P,* utentur *M 1.* 7 tunicis sacerdotalibus] *ita P. V 2,* tunicas sacerdotales *corr.* tunicis sacerdotalibus *M 3,* tunic sacerdo *M 1,* tunicas sacerdotales *V 1. M 2. V 3.* 9 deturpet *corr.* deturpat *P.*

IIII. Mai *M 3. V 2. 3.*

V. 12 presbyteram] episcopus biteram *V 3.* etiam *deest P.* 13 praesumat] sibi *add. al. man. in marg. P.* copulari *corr.* copulare *P,* copulari *M 3. V 2. 3.* Si — talibus *bis scripta sunt V 3.* deder . . *M 2.*

VI. 15 VI. Ut *desunt F.* consubrinam *corr.* consobrinam *P.* neptem] *ita P,* neptam *rell.* fratres *M 2.* uxor . . *M 2.* 16 cognatus] co . . . *M 2.* audeat] sibi *add. al. man. in marg. P.* coniugio *e corr. P.* copula . . *M 2.* 17 et *evanuit M 2.* 18 auttoritatis *V 1.* auc . . . tatis *M 2.* vincul *F.* innodatum] inno . . . *M 2,* id est ligatum *add. al. man. F.* tribuat illi] illi tribuat *F.* 19 conversi *F.* divisus . . . *M 2.* fuerit] a tali *add. al. man. in marg. P.* penitentiae *F.*

VII. Si quis virginem aut viduam furatus fuerit in uxorem nisi a se disponsatam, anathema sit.

VIII[1]. Si quis Kalendas Ianuarias aut bruma ritu paganorum observaverit, anathema sit.

VIIII. Si clericus aut monachus comam laxare praesumpserit, anathema sit.

X. Si quis Iudaeo non baptizato filiam suam uxorem dederit vel servum aut ancillam ei vendiderit, anathema sit.

XI. Ut ordinationes presbyterorum et ceterorum congruo tempore fiant, id est I., IIII., VII. et X. mense.

XII. Ut clerici non saecularia iudicia, sed vicinos episcopos aut apostolicam sedem expectent.

XIII. Ut nullus episcopus, presbyter aut diaconus ad celebrandum missarum sollemnia praesumat cum baculo introire aut velato capite altario Dei assistere, quod etiam et apostolus prohibet; contra haec praesumens communione privetur. cf. 1. Cor. 11, 4.

XIIII. Ut episcopus aut presbyter, dum ingressi fuerint ad missarum sollemnia celebranda, nullo modo audeant data oratione recedere, ut ab alio episcopo aut presbytero suppleantur missarum sollemnia.

VII. 1 furatus fuerit] furaverit *M 3. V 2. 3.* desponsatam *V 1. M 1. 2.*

VIII. 3 VIII. Si — sit *desunt V 1.* Ian̄. *P. M 1—3. V 2. 3.* brumam *M 1. 2.* ritum *M 1 (bis scriptum).* observaverit] conservaverit *P.*

VIIII. 5 VIIII.] VIII. *V 1.* commam *M 2.*

X. 6 X.] VIIII. *V 1.* Iudeo *V 1—3.* suam] in *add. M 3. V 2. 3.* 7 ei *deest M 3. V 2. 3.*

XI. 8 XI.] X. *V 1,* Zacharie p. de ieiunio IIII temp(orum) *add. al. man. in marg. M 1.* id est] id̄ *P, desunt M 3. V 2. 3.* 9 VII.] VI. *V 1.* X.] decimo *V 1.*

XII. 10 XII.] XI. *V 1.* non *deest V 1.* 11 expectent] *ita P (e corr.). V 1. M 1. 2,* expetant *M 3. V 2,* expettant *V 3.*

XIII. 12 XII.] XI. *V 1.* celebrandum] celebranda *P (e corr.),* celebrand̄ *V 1.* 13 altari *P,* ministerio *M 1.* 14 etiam] enim *M 2.* et *deest V 1. M 1.* communio *V 3.*

XIIII. 15 XIIII.] *ita etiam V 1.* ingressi fuerint] ingressus fuerit *M 3. V 2. 3.* 16 audeat *M 3. V 2. 3.* ut] aut *M 1. 2.* 17 suppleantur] sub . . . antur *M 2.* sollemnia] Explicantur ter beati constituta papae Zachariae *(ita Oxon.,* Gregorii *corr.* Zachariae *P).* Feliciter. Deo gratias amen *add. P. Oxon.,* Explicit *add. V 1. M 1. 2.*

1) *Capitula 8. et 9. formae minoris sunt capitula 9. et 8. in forma uberiore.*

4. CONCILIUM SUESSIONENSE.

744. Mart. 2.

Concilii Suessionensis decreta, de quibus egerunt Hahn ('Jahrbücher des fränkischen Reiches 741—52', p. 57 sqq.), Hefele ('Conciliengeschichte' ed. 2. III, 518 sqq.), denique Hauck ('Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. I, 528 sqq.), tradita sunt in capitulari Pippini maioris domus, qui episcopos optimatesque Neustriae ad synodum faciendam congregaverat.

Exstat autem hoc capitulare in his codicibus: 1) codice Romano bibliothecae Vaticanae 3827 (antea s. Petri Bellovacensis) saec. X. XI. (= V) fol. 2'. 3; 2) codice Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 582 (antea s. Martini Moguntini) saec. IX. X. (= P 1) fol. 10—11; 3) codice Parisiensi latino 9654 (antea s. Vincentii Mettensis et collegii Claramontani, tum inter suppl. lat. 75) saec. X. XI. (= P 2) fol. 7, quem inspexit v. cl. M. Tangl. Non adhibuimus codicem Romanum bibliothecae Vaticanae inter codices reginae Christinae 1041 saec. XVII. fol. 5, quippe qui offerat exemplar ex codice V, codices autem P 1 et 2 exhibent textum secundum regulas grammaticae severioris correctum.

Edd.: Surius III, 40. Bollanus-Nicolini III, 438. Binius III, 1, 214. Goldast, Const. III, 649. Sirmond I, 543. Coll. reg. conc. XVII, 436. Labbe-Cossart VI, 1552; ed. Coleti VIII, 289. Baluze I, 155. Harduin III, 1931. Georgisch 499. Hartzheim I, 57. Mansi XII, app. 109. Walter II, 28. MG. LL. I, 20. Gousset, 'Actes de la province ecclésiastique de Reims' I, 101. Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 824. XCVI, 1504. Bartolini, 'Zaccaria papa' doc. 36. MG. Capit. I, 28. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I. n. 55. 'Neues Archiv' XXIV, 466.

In Dei nomine trinitatis. Anno septingentesimo quadragesimo quarto ab incarnatione Christi sub die VI. Nonas Martii et luna XIIII. in anno secundo Childerici regis Francorum ego Pippinus, dux et princeps Francorum. Dum plures non habetur incognitum, qualiter nos in Dei nomine una cum consensu episcoporum sive sacerdotum vel servorum Dei consilio seu comitibus et obtimatibus Francorum conloqui apud Suessionis civitas synodum vel concilio facere decrevimus; quod ita in Dei nomine et fecimus.

24 nomine] et *add. P 1. 2.* septingentesimo — quarto] DCCXLIIII *P 2.* 25 Christi] Domini *P 2.* VI.] *ita P 1,* V. *V,* II. *P 2, lunae XIIII. dies VI. Nonas Martii respondet, Boretius.* 26 plures] pluribus *V (e corr.). P 1. 2.* 27 nomen *P 1.* 28 comitum et optimatum *P 1. 2.* 29 Suessionas V *e corr.* civitatem *V (e corr.). P 1. 2.* concilium *V (e corr.). P 1. 2.*

(I). In primitus constituimus fide catholica, quam constituerunt CCCXVIII episcopi in Niceno concilio, ut denuntiaretur per universa regione nostra, et iudicias canonicas aliorum sanctorum, que constituerunt in synodis suis, quomodo[1] lex Dei et ecclaesiastica regula recuperetur, que in diebus priorum principum dissipata corruit.

(II). Propterea nos una cum consensu episcoporum sive sacerdotum seu servorum Dei et optimatum meorum consilio decrevimus, ut annis singulis synodo renovare debeamus, ut qualiter[2] populus Christianus ad salutem animarum pervenire possit, et ut heresis amplius in populo non resurgat, sicut invenimus in Adlaberto[3] heresim, quem publiciter una voce condempnaverunt XXIII episcopi et alii multi sacerdotis cum consensu principis et populi; ita condempnaverunt ipsum Adlabertum, ut amplius populus per[4] falsus sacerdotes deceptus non pereat.

(III). Idcirco constituimus per consilio sacerdotum et optimatum meorum et ordinavimus per civitates legitimus episcopus et idcirco constituemus super eos archiepiscopus Abel[5] et Ardobertum[6], ut ad ipsius vel iudicia eorum de omne necessitate ecclesiastica recurrerent tam episcopi quam alius populus. Ut[7] ordo monachorum vel ancillarum Dei secundum regula sancta stabiles permaneant; et[8] de rebus ecclesiasticis subtraditis monachi vel ancillas Dei consolentur, usque ad illorum necessitate satisfaciant; et quod superaverit, census levetur, et[9] abbati legitimi ostem non faciant, nisi tantum hominis eorum transmittant; et[10] omnes clerici fornicationem non faciant nec[11] abitu laicorum non portent nec[12] apud canis venationes non faciant nec acceptores non portant.

I. 1 I. *etc.*] *numeri desunt in codd.* fidem catholicam *P 1.* CCCXVIII] trecenti decem et octo *P 1.* 2 Nicaeno *P 2.* universam regionem nostram *V (e corr.). P 1. 2.* iudicia canonica *V (e corr.). P 1. 2.* 4 dissipatu *V.*

II. 6 meorum] eorum *V. P 1. 2.* synodum *P 1. 2.* 7 ut *deest P 2.* 8 Adlaberto] Adalberto *P 2.* 9 sacerdotes *V (e corr.). P 1. 2.* 10 Adalbertum *P 2.* 11 falsos *V (e corr.). P 1. 2.*

III. 12 consilium *V (e corr.). P 1. 2.* meorum] eorum *V. P 1. 2.* 13 legitimos episcopos *V (e corr.). P 1. 2.* constituimus *V (e corr.). P 1. 2.* 14 archiepiscopos *V (e corr.). P 1 (e corr.),* apùm *P 2.* ipsius vel] *ita V; lege:* ipsos vel; *desunt P 1. 2.* omni *V (e corr.). P 1. 2.* 15 recurrerent] *ita e* recurrerant *corr. V,* reccurrant *P 1,* recurrant *P 2.* 16 regulam sanctam *P 1. 2.* 17 subtradites *V,* subtractis *P 1. 2.* monachis *P 1. (2?).* ancillis *P 1. (2?).* ad *deest P 1. 2.* necessitati *P 1. 2.* 18 et quod] si quid *P 2.* abbates *P 1. 2.* legitimi] legimi *V.* ostem] hostem *P 1. (2?).* 19 nisi — faciant *desunt P 2.* homines *P 1 (e corr.).* 20 abitu] habitum *P 1. 2.* non *deest P 1. 2.* nec — venationes non faciant] nec apud canes venationes faciant *P 1,* nec habeant canes ut venationes faciant *P 2.* acceptores] accipitres *P 1. 2.* 21 non *deest P 1. 2.* portent *P 1. 2.*

1) *Verba* quomodo lex Dei — corruit *desumpta sunt ex concilii Germanici a. 742. (= Karlmanni capitulari) praef.; supra p. 2.* 2) *Verba* qualiter — possit *fluxerunt ex eiusdem concilii praef.; supra p. 2.* 3) *De Adlaberto (Adalberto, Adleberto) v. infra acta concilii Romani a. 745. habiti, praeterea Zachariae papae epistolam (MG. Epp. III, 314; Jaffé-E. n. 2270) et quae de eo disserit Hauck, l. l. I, 538 sqq.* 4) *Verba* per — pereat *sumpta sunt ex concilii Germanici praef.; supra p. 2.* 5) *Remensem; cf. Hauck, l. l. I, 526. 551.* 6) *Senomensem; cf. ibid. 529 ann. 2.* 7) *Cf. concilium Germ. 742 c. 7, Liptinense 743 c. 2; supra p. 4. 7.* 8) *Cf. concilium Germ. 742 c. 1, Lipt. 743 c. 2; supra p. 3. 7; v. Ölsner, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin' 482 sq., Hauck, l. l. I, 529 ann. 3.* 9) *Cf. concilium Germ. 742 c. 2; supra p. 3.* 10) *Cf. ibidem c. 6, conc. Lipt. 743 c. 1; supra p. 4. 6.* 11) *Cf. conc. Germ. 742 c. 7; supra p. 4.* 12) *Cf. ibid. c. 2; supra p. 3.*

(IIII). Similiter decrevimus, ut laici homines legitimi vivant et diversis fornicationis non faciant et periurias in ecclesia non consentiant et falsis testimoniis non dicant et ecclesia Dei in omni necessitate conservent. Et[1] unusquisque presbyter, qui in parrochia est, episcopo oboediens et subiectus sit et semper in caena Domini rationem et ordinem ministerii sui episcopo reddat et crisma et oleo petat et, quando iure canonico episcopus circumeat parrochia ad confirmandum populum, episcopi sive abbati sive presbyteri parata sint ad suscipiendum episcopo in adiutorium necessitatis.

(V). Et statuemus, ut[2] supervenientes episcopus vel presbyteris de aliis regionibus non suscipiantur in ministerio ecclesiae, nisi prius fuerint probati ab episcopo, cuius parrochia est.

(VI). Et omnino decrevimus, ut[3] unusquisque episcopus in sua parrochia sollicitudinem habeat, ut populus Christianus paganus non fiant, et per omnes civitatis legitimus forus et mensuras faciat secundum habundantia temporis.

(VII). Similiter constituemus, ut illas cruciculas[4], quas Adlabertus per parrochia plantaverat, omnes igne consumantur.

(VIII). Similiter diximus, ut[5] neque clericus mulierem non habeat in domo sua, qui cum illo habitet, nisi matrem aut sororem vel nepta sua.

(VIIII). Similiter constituemus, ut nullus laicus homo Deo sacrata femina ad mulierem non habeat nec sua parentem; nec marito viventem sua mulier alius non accipiat, nec mulier vivente suo viro alium accipiat, quia maritus muliere sua non debet dimittere, excepto causa fornicationis deprehensa.

IIII. 1 decernimus *P 1. 2.* legitime *P 1. (2?).* diversas fornicationes *P 1. 2.* 2 fornicationis] fornationis V. periuria *P 1. 2.* falsa testimonia *P 1. 2.* 3 ecclesiam *P 1. 2.* 5 oleum *P 1. 2.* 6 circumeat] circuit *P 2.* parrochiam *P 1,* barrochiam *P 2.* episcopi sive *desunt P 1. 2. fortasse recte, ut censet Boretius.* 7 abbates *P 1. 2.* sive] vel *P 1.* sive presbyteri — episcopus *(l. 8) desunt P 2.* parati *P 1.* episcopum *P 1.*

V. 8 episcopi vel presbyteri *P 1.* presbiteri *P 2.* 9 suscipiantur] suscipi V. ministerium *P 1. 2.*

VI. 12 paganus — fiant] paganismum non faciat *P 1. 2.* civitates *P 1. 2.* 13 mensura fiat secundum habundantiam *P 1. 2.*

VII. 14 constituimus *P 1. 2.* illas cruciculas] *ita P 2,* illas crucilias V, illae cruciculae *P 1.* parrochiam *P 1. 2.*

VIII. 16 non habeat] *ita* V, habeat *P 1. 2.* 17 neptem suam *P 1. 2.*

VIIII. 18 constituimus *P 1. 2.* sacratam feminam *P 1. 2.* ad mulierem non habeat nec sua parentem] ad mulierem habeat nec suam parentem *P 1. 2.* 19 nec marito viventem sua mulier alius non accipiat] nec marito vivente suam mulierem alius non *(deest P 2)* accipiat *P 1. 2, intellige:* nec maritus vivente sua muliere aliam non accipiat, *Boretius.* 20 nec mulier — alium accipiat *desunt* V, mulierem suam *P 1. 2.* 21 excepta *P 1.*

1) *Cf. conc. Germ. 742 c. 3; supra p. 3.* 2) *Cf. ibid. c. 4; supra p. 3.* 3) *Cf. ibid. c. 5; supra p. 3.* 4) *Zacharias in epistola supra (p. 34 ann. 3) laudata dicit de Aldeberto:* . . . cruces statuens in campis et oratoriola, illic populum seducebat; relinquens aecclesias publicas, concurrens ad illa signa, quae ab eo false fiebant, *et Bonifatii epistola in concilio Romano a. 745. relecta (v. infra p. 39) narrat:* . . . fecit cruciculas et oratoriolia in campis et ad fontes vel ubicumque sibi visum fuit et iussit ibi publicas orationes celebrare, donec multitudines populorum, spretis ceteris episcopis et dimissis antiquis aecclesiis, in talibus locis conventus celebrabant dicentes: Merita sancti Aldeberti adiuvabunt nos. 5) *Cf. Conc. Germ. 742 c. 7; supra p. 4.*

(X). Si quis contra hanc decretam, quam XXIII episcopi cum aliis sacerdotibus vel servis Dei una cum consenso principem Pippino vel obtimatibus Francorum consilio constituerunt, transgredire vel legem inrumpere voluerint vel dispexerint, iudicatus sit ab ipso principe vel episcopis seu comitibus, componat secundum quod in lege scriptum est unusquisque iuxta ordine suo. Et si haec omnia observavimus, quod superius scriptum est, Christi misericordia invenire aptemus in saecula saeculorum. Amen.

Signum inluster vir Pippino, maiorum domus.
Signum Radobodo.
Signum Ariberto.
Signum Helmigaudo.

X. 2 vel servis *desunt P 2.* consensu principis Pippini vel optimatum *P 1. 2.* 3 transgredi *P 1. 2.* voluerit *P 1. 2.* despexerit *P 1. (2 ?).* iudicandus sit *P 1.* iudicandus est *P 2.* 4 episcopus (eps) *V.* componat] et componat *P 2.* 5 ordinem suum *P 1. 2.* observaverimus quae superius scripta sunt *P 1. 2.* 6 misericordiam *P 1. 2.* aptemus] poterimus *P 1. 2.* 8 Signum — Helmigaudo] † Signum inlustris viri Pippini maioris domus. Signum Radbodi (Ratbodi *P 2*). Signum Ariberti. Signum Helmigaudi *P 1. 2.*

5. CONCILIUM ROMANUM[1].

745. mens. Octobr. (25—27?).

Concilii Romani a. 745. a Zacharia celebrati gesta tres actiones vel, ut ipsorum gestorum verbis utar, tria secretaria continent, quorum quodque die 25. mensis Octobris habitum esse legitur. Quod cum fieri possit, neque vero sit verisimile (cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. I, 548 ann. 2), cum praeterea dies 25. Octobris dies lunae fuerit, hoc die prima sessio fuisse videtur, altera et tertia eodem ipso die vel sequenti vel binis insequentibus (cf. MG. Epp. III, 721), nisi forsitan statueris cum Jaffé (Regg. pontificum ed. 2. I, 265) synodi per tres dies habitae gesta unum eundemque diem prae se ferre propterea, quod dies 25. Octobris indicet, quo tempore descripta sint gesta.

Acta leguntur inter epistolas Bonifatii, in codice scilicet Monacensi latino 8112 (antea Moguntino) saec. IX. (= M) fol. 23' et in codice Carlsruhensi, Rastattensi 22 (antea Durlacensi 94) saec. X. (= C) fol. 15'. Quorum lectionem adnotavimus secuti editionem confectam a b. m. E. Dümmler (MG. Epp. III, 316), quocum omisimus codicem Schlettstadiensem 29 (antea Hirsaugiensem) saec. XII.

Recepta sunt acta in vita s. Bonifatii ab Othlone confecta II c. 4, Mabillon, Acta SS. ord. s. Benedicti III, 2, 60), et edita sicut in collectionibus epistolarum sancti Bonifatii in his libris:

Edd.: Baronius 745 n. 22. Binius III, 1, 216. Sirmond I, 551. Coll. reg. conc. XVII, 443. Vorburg, Hist. IX, 441. Labbe-Cossart VI, 1556; ed. Coleti VIII, 299. Harduin III, 1935. Hartzheim I, 60. Mansi XII, 373. Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 831. Jaffé, Bibl. III, 136. Bartolini, 'Zaccaria papa' doc. 46 et 47. MG. Epp. III, 316. — Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. I, 265. 'Neues Archiv' XXIV, 466.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Imperante domno piissimo Augusto Constantino imperatore anno XXVI., post consulatum eius anno V., mense Octobri, die vicesima quinta, indictione XIIII., presedente sanctissimo ac beatissimo domno Zacharia papa in patriarchio Lateranense, in basilica, quae appellatur Theodori[2], consedentibus autem cum eo sanctissimis episcopis Epiphanio Silva Candida[3], Benedicto Nomento[4], Venantio Penestre[5], Gregorio Portuense[6], Niceta Gabiis[7], Theodoro Ostense[8], Gratioso

Lemma: Sinodus ipsius *C.*

26 Constantino] a Deo coronato magno *excidisse videntur, Jaffé.* 28 patriarchia *M.* appelatur *M.* 29 autem] etiam *C.* 30 Ostense] Ortense *M. C.*

1) *Inscribitur in editis haec synodus* Concilium Romanum II. 2) *Postea oratorium s. Venantii; v. Ciampini, De sacris aedificiis 17, ut annotat Jaffé.* 3) *Hodie Selva Candida.* 4) *Nomento (La Mentana).* 5) *Palestrina.* 6) *Porto.* 7) *Gabii.* 8) *Ostia.*

Villitrias[1] seu venerabilibus presbiteris, id est Iohanne archipresbitero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio, Sergio, Iordanne, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustathio, Procopio atque Theophanio.

Prepositis in medio sacrosanctis evangeliis, adstantibus quoque diaconibus vel cuncto clero Gregorius notarius regionarius et numenculator dixit: 'Deneardus religiosus presbiter, legatus Bonifatii sanctissimi archiepiscopi provinciae Germaniae, directus apud vestrum sanctum apostolatum, prae velo est et petit se ingredi. Quid precipitis?' Dictum est: 'Ingrediatur'. Cumque ingressus fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa sanctae Dei catholicae atque apostolicae urbis Romae dixit: 'Ante hos dies syllabas reverentissimi atque sanctissimi fratris nostri Bonifatii archiepiscopi nobis retulisti, per quas nobis quae oportuna ei visa sunt indicavit. Quid ergo denuo nostris secretariis te ingredi postulasti?' Deneardus religiosus presbiter dixit: 'Domine mi, dum iuxta sancti apostolatus praeceptionem meus dominus Bonifatius episcopus, famulus pietatis vestrae, in provincia Francorum synodum[2] aggregasset et repperisset illic falsos sacerdotes, hereticos et scismaticos, id est Aldebertum et Clementem, sacerdotio privans una cum principibus Francorum retrudi fecit in custodiam. Illi autem non in paenitentia degunt, ut iudicatum est, sed e contrario adhuc populum seducent. Pro quo et hanc epistolam praefati mei domini, quam manibus gero, vestro sancto apostolatui missus offero, ut eam coram sacrosancto concilio relegi faciatis'. Dictum est: 'Suscipiatur, epistola et coram nostra presentia relegatur'. Et accipiens Theophanius notarius regionarius et saccellarius relegit in his sermonibus:

'Excellentissimo[3] patri atque apostolico pontifici et ex auctoritate sancti Petri principis apostolorum magisterio freto, Zachariae papae, Bonifatius exiguus servus servorum Dei optabilem in Christo karitatis salutem.

Postquam me ante annos prope XXX sub familiaritate et servitio apostolicae sedis, annuente et iubente venerandae memoriae antestite apostolico Gregorio anteriore, voto constrinxi[4], quicquid mihi laetitiae vel tristitiae acciderat apostolico ponti-

2 Iordane *e corr. C.* 3 Eustatio *C*, Eustochio *M.* 4 Propositis *e corr. C.* 5 nomenculator *M.* 8 fuisset *deest M.* 17 seducunt *e corr. C.* 26 antistite *e corr. C.*

1) *Veletri.* 2) *Huius synodi ineunte anno 745. a Bonifatio cum Karlomanno et Pippino habitae — Austriae igitur Neustriaeque communis erat — gesta non exstant; ad eam alludunt epistolae Zachariae papae (MG. Epp. III, 323. 325; Jaffé-E. n. 2274. 2275) cf. Hauck, l. l. I, 544 sqq.* 3) *Haec epistola est apud Serarium n. 135, Würdtwein n. 67, Giles n. 57. — Ad eam et ad synodum alluditur in epistola Zachariae papae d. d. 745 Oct. 31 (MG. Epp. III, 324; Jaffé-E. n. 2274) his verbis:* In alia quippe tua epistola repperimus contineri omnia, quae contra te egerunt falsi et scismatici episcopi, id est Aldebertus et Clemens; per quae omnia acta ipsorum et impiissimum errorem singillatim indicasti. Nos vero, congregatis fratribus et consacerdotibus nostris, eorundem pravorum sceleratissima acta in eorum praesentia relegi fecimus. Et dum nobis coram concilio relecta fuissent, pio studio omnes, eadem scismatica dogmata ipsorum seu sceleratissimam vitam, quam sibi Aldebertus conscribere fecit, una voce exclamaverunt, ut igni cremarentur. Sed nos hoc non fieri rectum iudicavimus, pro eo quod — ad reservandum sive in aeternum eos condemnandum — in scrinio sanctae aecclesiae reservanda mandavimus; suscipientes ipsi dignam sententiam. Cuius instar *(id est exemplum)* actionis ad tuam direximus fraternam sanctitatem, ut, relecta in provincia Francorum, omnis scismaticus audiens taliter a sancta Dei catholica et apostolica aecclesia iudicatum a sensus sui pravitate resipiscat. 4) *V. iuramentum a. 722. a Bonifatio Gregorio II. papae praestitum, MG. Epp. III, 265.*

fici solebam indicare, ut in letis simul laudaremus Deum et in tristibus eius consilio roborarer. Ita et nunc mihi vobis liceat. Pietati vestrae supplico, sicut scriptum est: *Interroga patrem tuum, et adnuntiabit tibi; seniores tuos, et dicent tibi.* Deut. 32, 7.

Notum enim sit paternitati vestrae, quia, postquam indigno mihi mandastis in provincia Francorum, sicut et ipsi rogaverunt, sacerdotali concilio et sinodali conventui praeesse, multas iniurias et persecutiones passus sum, maxime semper a falsis sacerdotibus, ab adulteratis presbiteris seu diaconibus et fornicariis clericis.

Maximus tamen mihi labor fuit contra duos hereticos pessimos et publicos et blasphemos contra Deum et contra catholicam fidem. Unus, qui dicitur Eldebert[1], natione generis Gallus est, alter, qui dicitur Clemens[2], genere Scottus est; specie erroris diversi, sed pondere peccatorum compares. Contra istos, obsecro apostolicam auctoritatem vestram, quod meam mediocritatem defendere et adiuvare et per scripta vestra populum Francorum et Gallorum corrigere studeatis, ut hereticorum fabulas et vana prodigia et signa precursoris antikristi non sectantur, sed ad canonica iura et ad viam verae doctrinae convertantur, et ut per verbum vestrum isti heretici duo mittantur in carcerem, si vobis iustum esse videatur, cum vitam et doctrinam illorum vobis intimavero. Et nullus cum eis loquatur aut communionem habeat, ne forte fermento doctrine illorum fermentatus aliquis pereat; sed segregati vivant — et iuxta dictum apostoli *huiusmodi traditi satane in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini,* et iuxta evangelicum praeceptum, *dum aecclesiam non audierunt, sint nobis sicut aethnici et publicani* — donec discant non blasphemare nec scindere tonicam Christi. Propter istos enim persecutiones et inimicitias et maledictiones multorum populorum patior, et aecclesia Christi impedimentum fidei et doctrinae recte sustinet. 1. Cor. 5, 5. Matth. 18, 17. cf. Ioh. 19, 23. 24.

Dicunt enim de Aldeberto, quod eis sanctissimum apostolum abstulissem, patronum et oratorem et virtutum factorem et signorum ostensorem abstraxissem. Sed pietas vestra audiens vitam eius iudicet ex fructu, utrum vestimentis ovium indutus, intus autem lupus rapax fuisset an non. In primeva enim aetate ypochrita fuit dicens, quod sibi angelus Domini in specie hominis de extremis finibus mundi mire et tamen incerte sanctitatis reliquias attulisset, et exinde potuisset omnia, quaecumque poposceret, a Deo impetrare. Et tunc demum per illam simulationem, sicut apostolus Paulus praedixit, *penetravit multorum domos et captivas duxit post se mulierculas oneratas peccatis, quae ducebantur variis desideriis,* et multitudinem rusticorum dicentium, quod ipse esset vir apostolicae sanctitatis et signa et prodigia multa fecisset. Deinde conduxit episcopos indoctos, qui se contra praecepta canonum absolute ordinarunt. Tum demum in tantam superbiam elatus est, ut se aequiperaret apostolis Christi. Et dedignabatur in alicuius honore apostolorum vel martyrum aecclesiam consecrare. Et interrogavit, quid voluissent homines visitando limina sanctorum apostolorum. Postea in proprio honore suo dedicavit oratoria vel, ut verius dicam, sordidavit. Fecit[3] cruciculas et oratoriola in campis et ad fontes vel ubicumque sibi visum fuit et iussit ibi publicas orationes celebrare, donec multitudines populorum, spretis ceteris episcopis et dimissis antiquis aecclesiis, in talibus locis conventus celebrabant dicentes: 'Merita sancti Aldeberti adiuvabunt nos'. Ungulas suas et capillos dedit ad honorificandum et portandum cum reliquiis sancti Petri principis apostolorum. Tum cf. Matth. 7, 15. 2. Tim. 3, 6.

3 adnuntiabit] adnunavit *M.* 5 rogarunt *C.* 14 precussoris *M.* 17 aut *deest M, superscriptum est in C.* 24 enim *deest C.* Aldeberto *C.* 27 autem *deest C.* 30 posceret *e corr. C.* 39 in campis] imcampis *C.*

1) *De Aldeberto v. quae supra p. 34 ann. 3, p. 35 ann. 4 attulimus.* 2) *De Clemente cf. Hauck, l. l. I, 541 sqq.* 3) *Cf. Concilium Suessionense 744 c. 7; supra p. 35.*

demum, quod maximum scelus et blasphemia contra Deum esse videbatur, fecit: venienti enim populo et prostrato ante pedes eius et cupienti confiteri peccata sua dixit: 'Scio omnia peccata vestra, quia mihi cognita sunt occulta vestra. Non est opus confiteri; sed dimissa sunt vobis peccata vestra praeterita. Securi et absoluti revertimini ad domos vestras cum pace'. Et omnia, quaecumque sanctum evangelium ypochritas fecisse testatur, suo habitu et incessu et moribus imitatus est.

cf. Luc. 7, 6 sqq.

Alter autem hereticus, qui dicitur Clemens, contra catholicam contendit aecclesiam, canones ecclesiarum Christi abnegat et refutat, tractatus et intellectus sanctorum patrum Hieronimi, Augustini, Gregorii recussat. Synodalia iura spernens, proprio sensu adfirmat se — post duos filios sibi in adulterio natos sub nomine episcopi — esse posse legis Christianae episcopum. Iudaismum inducens iustum esse iudicat Christiano, ut, si voluerit, viduam fratris defuncti accipiat uxorem. Qui contra fidem sanctorum patrum contendit dicens, quod Christus filius Dei, descendens ad inferos, omnes, quos inferni carcer detinuit, inde liberasset, credulos et incredulos, laudatores Dei simul et cultores idulorum. Et multa alia horribilia de predistinatione Dei, contraria fidei catholicae, adfirmat. Quapropter de hoc quoque heretico precor, ut per litteras vestras mandare curetis duci Carlomanno, ut mittatur in custodiam, ut semina satanae latius non seminet, ne forsitan una ovis morbida totum gregem polluat.

cf. Deuter. 25, 5.

Valere sanctitatem vestram et prosperis profectibus gaudere in longitudinem dierum optamus'.

Cumque relecta esset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Audistis, karissimi fratres, quid in ista epistola relectum sit ex sacrilegis illis, qui se ad suam condempnationem apostolos populis praedicaverunt'. Sanctissimi episcopi et venerabiles presbiteri responderunt: 'Audivimus certe per omnia non apostolos, sed ministros satanae et precursores antikristi. Quis enim aliquando apostolorum aut quilibet sanctorum ex capillis suis aut ungulis pro sanctualia populis tribuerunt, ut iste sacrilegus et perniciosus agere conatus est Aldebertus. Sed hoc scelus a vestro sancto apostolatu est resecandum, tam de illo quamque etiam de transgressore Clemente, qui sacros canones spernit atque expositionem sanctorum patrum Ambrosii, Augustini et ceterorum respuit dicta sanctorum. Sed isti iuxta factis et transgressionibus suis dignam suscipiant sententiam'. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Quia hodie iam tardior hora est, venturo secretario etiam conscriptam vitam et orationem, quam sibi exposuit, vel cetera, quae utebatur, dum nobis relecta fuerint, communi consensu, mediante Deo, quid fieri debeat pertractandum est'.

(Actio secunda). In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Imperante domno piissimo Augusto Constantino magno imperatore anno XXVI., post consolatum eius anno V., mense Octobri, die XXV., indictione XIIII., praesedente sanctissimo ac beatissimo domno Zacharia papa in patriarchio Lateranense, in basilica, quae appellatur Theodori, consedentibus etiam cum eo sanctissimis episcopis Epiphanio Silva Candida, Benedicto Nomento, Venantio Penestre, Gregorio Portuense, Niceta Gabiis, Theodoro Ostense, Gratioso Villitrias seu venerabilibus presbiteris, id est Iohanne archipresbitero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio, Sergio, Iordanne, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustathio, Procopio atque Theophanio.

4 dimisa *M.* vobis *deest M.* 9 recusat *C.* 15 idolorum *C.* 23 praedicarunt *C.* 27 Aldebertus *M.* 29 expositiones *C.* 30 facta et transgressiones suas *e corr. C.* 36 Constantino] a Deo coronato *excidisse videntur, Jaffé.* consulatum *C.*

Praepositis in medio sacrosanctis evangeliis, adstantibus quoque diaconibus vel cuncto clero, Gregorius notarius regionarius et numenculator dixit: 'Iuxta vestri sancti apostolatus praeceptionem, quam in praeterito secretario iussistis, Deneardus relegiosus presbiter adest prae velo. Quid praecipitis?' Dictum est: 'Ingrediatur'. Cumque ingressus esset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Actus illius nefandissimi Aldeberti sive cetera illius conscripta, quae praeterito secretario prae manibus gerebas, coram praesente concilio porrige legenda'. Et accipiens Theophanius notarius regionarius et sacellarius relegit vitam illius, cuius initium tale est:

'In nomine domini nostri Iesu Christi. Incipit vitam sanctum et beatum Dei famulum, praeclarum atque totum speciosum, ex electione Dei natum, sanctum Aldeberctum episcopum. De simplicibus parentibus fuit procreatus et de gratia Dei est coronatus. Quia dum in utero matris suae erat, ibidem gratia Dei caepit et, antequam pervenisset beatissima nativitas eius, sic vidit genetrix eius quasi per visionem egredientem vitulum de dextero latere suo. Quia qui vitulus illi designabat illam gratiam, quam acceperat ab angelo, antequam exiret de vulva . . . .'.

Cumque hic libellus usque ad finem relectus fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Quid ad haec blasphemia responditis, sanctissimi fratres?' Epiphanius sanctissimus episcopus sanctae aecclesiae Silvae Candide dixit: 'Certe, apostolice domine, ex divina inspiratione motum est cor sancti vestri apostolatus, ut praedictum Bonifatium, sanctissimum fratrem nostrum episcopum, quamque Francorum principes commoneretis, quatenus in partibus illis post longa tempora concilium aggregaretur sacerdotum, ut haec scismata quamque blasphemiae usquequaque sancto vestro apostolatui minime celarentur'. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Si quid adhuc habet Deneardus relegiosus presbiter nobis porrigere relegendum, porrigat'. Deneardus relegiosus presbiter respondit: 'Ecce domine epistolam, quam utebatur et divulgabat esse Iesu et de caelo cecidisse'. Et accipiens Theophanius notarius regionarius et sacellarius relegit. Cuius initium tale est:

'In[1] Dei nomine. Incipit epistola domini nostri Iesu Christi filii Dei, qui in Hierosolima cecidit; et per Michael archangelum ipsa epistola inventa est ad portam Effrem. Et per manus sacerdotis nomine Icore epistola ista fuit relecta ipsa exemplata; et transmisit ipsam epistolam ad Geremiam civitatem ad alio sacerdoti Talasio. Et ipse Talasius transmisit ipsam epistolam ad Arabiam civitatem alio sacerdoti Leoban. Et ipse Leobanus transmisit epistolam istam ad Vetfaniam civitatem; et recepit epistolam istam Macrius sacerdos Dei et transmisit ipsam epistolam in monte sancto archangelo Michael. Et ipsa epistola per manus angeli Domini pervenit ad Romanam civitatem, ad locum sepulcri sancti Petri, ubi claves regni caelorum constitutae sunt. Et XII papati, qui sunt in Romana civitate, triduanas fecerunt vigilias in iciuniis, in orationibus, per diebus et noctibus' et cetera usque ad finem perlecta.

7 acipiens *M.* 9 nostri *deest C.* 14 illa gratia *C.* 17 blasphema *e corr. C.* respondetis *C.* 19 apostolicae *M.* 30 fuit *deest M.* 31 Geremiam] Hieremiam *C.* alium sacerdotem *C.* 32 alio sacerdoti] ad alio sacerdote *C.* 33 Leobanus] Leobanius *C.* 36 Romanam] Romam *C.* 38 ad] in *C.*

1) *Specimen talis epistolae v. apud Baluze, Capitularia II, 1396 sqq.; v. praeterea W. Schmitz, 'Neues Archiv' XV, 602 sqq. K. Hampe, ibid. XXII, 644 (cf. ibid. XXVI, 273). A. Dieterich, 'Blätter für hessische Volkskunde' III (1901), p. 9 sqq., 'Hessische Blätter für Volkskunde' I (1902), p. 19 sqq.*

Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Pro certo, karissimi fratres, et praedictus in insaniam conversus Aldebertus et omnis, qui hanc utitur scelere commentatam epistolam, parvulorum more absque memoria mentium esse possunt et quibusdam mulieris insaniunt sensibus. Sed ut ne leviores adhuc amplius decipiant, indiscussam et absque sententia causam hanc in eum relinquere minime possumus'. Sanctissimi episcopi et venerabiles presbiteri responderunt: 'Ex divina inlustratione cognoscimus cor sancti vestri apostolatus inluminatum; et quae a vobis dicta sunt ex administratione sancti Spiritus emanarunt. Et idcirco, ut a vobis praevisum fuerit, in utrisque sententia promulgetur'. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Non ut a nobis solis praevisum fuerit, sed pariter cum sanctitate vestra est pertractandum. Sed, si Domino placuerit, in futuro secretario, quod rectum praevisum fuerit et Dominus suis famulis administraverit, ex omnibus actis promulgabitur sententia'.

(Actio tertia). In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Imperante domno piissimo Augusto Constantino magno imperatore anno XXVI., post consulatum eius anno V., mense Octobrio, die XXV., indictione XIIII., praesedente sanctissimo ac beatissimo domno Zacharia papa in patriarchio Lateranense, in basilica, quae appellatur Theodori, consedentibus etiam cum eo sanctissimis episcopis Epiphanio Silva Candida, Benedicto Nomento, Venantio Penestrae, Gregorio Portuense, Niceta Gabiis, Theodoro Ostense, Gratioso Villitrias seu venerabilibus presbiteris, id est Iohanne archipresbitero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio, Sergio, Iordanne, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustathio, Procopio atque Theophanio.

Praepositis in medio sacrosanctis evangeliis, adstantibus quoque diaconibus vel cuncto clero, Gregorius notarius regionarius et numenculator dixit: 'Secundum quod a vestro sancto apostolatu praeceptum est in praeterito secretario, ut Deneardus relegiosus presbiter hodie se vestris obtutibus praesentaret, praesto est prae foribus. Quid praecipitis?' Dictum est: 'Ingrediatur'. Cumque ingressus fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Habes adhuc ex sacrilegorum illorum conscripto, ut coram concilio porrigere debeas relegendum?' Deneardus relegiosus presbiter respondit: 'Etiam, domine mi, habeo orationem, quam sibi Aldebertus conponere nisus est; et ecce prae manibus eam gero. Iubete eam suscipi'. Et accipiens relegit in his sermonibus orationem, cuius initium tale est:

'Domine Deus omnipotens, Christi filii Dei pater, domini nostri Iesu Christi, et A et O, qui sedis super septimo throno et super Cherubin et Seraphin; pietas magna et dulcitudinis satis est apud tibi. Pater sanctorum angelorum, qui fecisti caelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt, te invoco et clamo et invito te super me
cf. Ioh. 16, 23. miserino, quia tu dignus fuisti dicere: Quodcumque petieritis a patre in nomine meo dedi vobis. A te peto, a te clamo, a domino Christo confido animam meam'. Cumque per ordinem legeretur, pervenit ad locum, ubi ait: 'Praecor vos et coniuro vos et supplico me ad vos, angelus Uriel, angelus Raguel, angelus Tubuel, angelus Michael, angelus Adinus, angelus Tubuas, angelus Sabaoc, angelus Simiel'.

Dum vero haec oratio sacrilega usque in finem perlecta fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Quid ad haec, sanctissimi fratres, responditis?' Sanctissimi episcopi et venerabiles presbiteri responderunt: 'Quid aliud agendum est,

12 adminystraverit *M.* 14 et *deest M. C.* 15 Constantino] a Deo coronato *excidisse videntur, Jaffé.* 39 dedi] dedo *C.* 42 Adiuis *C.*

nisi ut omnia, quae nobis relecta sunt, igni concrementur, auctores vero eorum anathematis vinculo pervellantur? Quia octo nomina angelorum, quae in sua oratione Aldebertus invocavit, non angelorum, praeterquam Michaelis; sed magis demones in sua oratione sibi ad prestandum auxilium invocavit. Nos autem, ut a vestro sancto apostolatu edocemur et divina tradit auctoritas, non plus quam trium angelorum nomina cognoscimus, id est Michael, Gabriel, Raphael. Vel siquidem iste sub obtentu angelorum demonum nomina introduxit'. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Optime provisum est a vestra sanctitate, ut conscripta illius omnia igne cremarentur; sed oportunum est, ut ad reprobationem eius in sancto nostro scrinio reserventur ad perpetuam eius confusionem. Nunc vero, quia omnia peracta sunt, de utrorumque sententia, quorum superius mentio facta est, pertractandum est'.

Universum concilium dixit: 'Aldebertus, cuius nobis actus et nefaria commenta relecta sunt, et quia se apostolum censuit nominare et capillos et ungulas suas populis pro sanctualia tribuebat, seducens populum diversis erroribus, qui etiam sub obtentu angelorum in suo auxilio demones invocat, sit ab omni officio sacerdotali alienus, agens poenitentiam pro commissis et amplius iam populum minime seducat. Sin autem in his erroribus perseveraverit et populum amplius seduxerit, sit ei anathema et aeterno Dei iudicio condempnetur vel omnis, qui ei consenserit aut eius secutus fuerit doctrinam aut adiunctus fuerit illi. Similiter autem et Clemens qui per suam stultitiam sanctorum patrum statuta respuit vel omnia sinodalia acta, inferens etiam Christianis iudaismum, dum praedicet fratris defuncti accipere uxorem, insuper et dominum Iesum Christum descendentem ad inferos omnes pios et inpios exinde praedicat abstraxisse, ab omni sit sacerdotali officio nudatus et anathematis vinculo obligatus pariterque Dei iudicio condempnatus vel omnis, qui eius sacrilegis consenserit predicationibus' [1].

† Zacharias, episcopus sanctae Dei catholicae atque apostolicae urbis Romae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Epiphanius, episcopus sanctae aecclesiae Silvae Candidae [2], his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Benedictus, episcopus sanctae aecclesiae Nomentane [3], his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Venantius, episcopus sanctae aecclesiae Penestrinae [4], his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

6 siquidem iste] si qui de misterio *M.* 13 et ungulas] atque ungulas *M.* 18 contempnetur *M.* 26 catholicae] ęcclesiae *M.*

1) *De synodi actis refert Bonifatio Gemmulus diaconus Romanus eodem mense et anno (MG. Epp. III, 327) haec:* Sed et quod vos non sperabatis fieri suggessimus. Et facta est synodus sacerdotum, praesedente domno apostolico. Et relecta est sacrilega illius Aldeberti nefandissimi vita et omnia opuscula illius coram synodo, pariter et epistola sanctissimae paternitatis vestrae, ubi de illo et de Clementis dementia suggessistis. Et sic gesta peracta sententia anathematis in eis promulgata est vel in omnibus, qui eorum nefandam secuti fuerint sectam; cuius instar vobis a domno apostolico directa est. Et haec coram presentia praesentis fratris nostri Deneardi, venerabilis presbiteri, acta sunt; et ipse vobis ore proprio poterit enarrare, quod omnia ista per nos acta sunt. *V. praeterea Zachariae epistolam d. d. 747 Ian. 5 (l. l. p. 349; Jaffé-E. n. 2278), ex qua patet neque Aldebertum neque Clementem acquievisse in decreto concilii Romani, ita ut novum de illis in Francia congregari iuberet concilium, de cuius gestis prorsus ignoratur.* 2) *Hodie Selva Candida.* 3) *Nomento (La Mentana).* 4) *Palestrina.*

† Gregorius, episcopus sanctae aecclesiae Portuensi[1], his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Nicetas, episcopus sanctae aecclesiae Gabinatis[2], his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Theodorus, episcopus sanctae aecclesiae Ostense[3], his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Gratiosus, episcopus sanctae aecclesiae Velliternense[4], his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Iohannes, archipresbiter tituli sanctae Susannae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Gregorius, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sancti Clementis, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Stephanus, gratia Dei presbiter sanctae Romanae ecclesiae tituli sancti Marci, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Stephanus, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sancti Eusebii, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Dominicus, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Priscae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Theodorus, humilis presbiter sanctae Romanae ecclesiae tituli sancti Laurentii, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Anastasius, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Mariae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Georgius, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctorum Iohannis et Pauli, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Sergius, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Potentiane, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Iordannes, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Sabinae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Theophanius, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctorum quattuor coronatorum, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Leo, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Anastasiae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Leo, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli Damasi, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Gregorius, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Balbinae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Stephanus, presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sancti Chrissogoni, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Eustathius, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Procopius, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sancti Cyriaci, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

5 Ostense] Hostense *C.* 7 Gratoosus *C.* Villiternense *C.* 24 a nobis *desunt M.*

1) *Porto.* 2) *Gabii.* 3) *Ostia.* 4) *Veletri.*

6. CONCILIUM IN FRANCIA HABITUM.

Anno **747.** ineunte.

Infelici admodum casu factum est, ut decreta concilii, quod ultimum congregavit Bonifatius, non iam exstent: neque tempus neque locus praeterea synodi traduntur. De natura tantum concilii constat, cum Bonifatius in epistola ad Cudberhtum archiepiscopum Cantabrigiensem (740—762) data eius mentionem faciat insuperque addat: Vinea . . . secundum Naum prophetam *(cf. Isai. 5, 7)* domini Sabaoht domus Israhel est; nunc videlicet aecclesia catholica esse comprobatur. Cuius synodum congregandam et hortandam iussu pontificis Romani *(id est Zachariae)* et rogatu principum Francorum et Gallorum *(scil. Karlmanni*[1] *et Pippini)* sub spe restaurandae legis Christi suscepi *(MG. Epp. III, 352); cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. I, 554 ann. 3, ubi praeterea invenies quid alii de tempore statuerint.*

Quae cum ita sint, nos deviantes hoc loco a proposito, ut de illis tantum agamus conciliis, quorum gesta ad nostra usque tempora pervenerunt, proferemus excerpta de illa epistola Bonifatii et addemus quae ad eam illustrandam exhibent binae Zachariae papae litterae ad Bonifatium et episcopos regni Francorum missae. Quem laborem, si ita dici potest, levavit b. m. E. Dümmler, cuius editionem quin sequeremur fieri non poterat.

A. EX EPISTOLA BONIFATII AD CUDBERHTUM ARCHIEPISCOPUM CANTABRIGIENSEM DATA.

747. aestate.

Editio a b. m. Dümmler confecta in his nititur codicibus: 1) Monacensi latino 8112 (antea s. Martini Moguntini) saec. IX. (= M) fol. 122'—128'; 2) Carlsruhensi, Rastattensi 22 (antea Durlacensi 94) saec. X. (= C) fol. 97'—103'; 3) Vindobonensi 751 (Theol. 259) saec. IX. (= V) fol. 67—70'; 4) Parisiensi latino 3859 A saec. XVII. (= P). Adhibuit praeterea Spelmanni (Concilia orbis Britannici I, 237) editionem ex cod. Cottoniano flammis deperdito factam (= Sp) et editionem, quam Giles (Anecdota Bedae Lanfranci et aliorum p. 7—17) ex codice non indicato paravit (G. an.).

Edd. editores epistolarum Bonifatii, praecipue Serarius (Epistolae S. Bonifaci martyris etc. Moguntiae 1665) n. 105. St. A. Würdtwein (Epistolae S. Bonifacii archiepiscopi et martyris 1789) n. 73. Giles (Sancti Bonifacii operum vol. I. 1844) n. 63. Jaffé (Monumenta Moguntina in Bibliotheca rerum Germanicarum III. 1866) n. 70. MG. Epp. III, 349 n. 78 ed. Dümmler.

1) *Qui post diem 15. mensis Augusti 747 principatum remisit; cf. Hahn, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches 741—752', p. 87 sqq. Mühlbacher*[2] *n. 52 a.*

Spiritalis[1] adfinitatis necessitudine copulando fratri, archipontificatus infula sublimato, coepiscopo Cudberhto Bonifatius, legatus Germanicus catholice apostolice Romane accclesiae, optabilem in Christo intimae caritatis salutem.

cf. Eccli. 25, 12. Scriptum enim est in libro Salomonis: Beatus homo, qui invenit amicum, cum quo possit loqui quasi cum semet ipso. Cum muneribus munificentiae vestrae dulcissimas litteras vestras, fraterna caritate interlitas, magnas Deo et vobis gratias agentes, filio vestro diacono Cyneberhto offerente, suscepimus. Vivae vocis quoque melliflua conloquia vestra de fraternis consiliis per illum nobis caritas vestra mandavit. Quae consiliorum spiritalia conloquia optamus ut, Deo volente quam diu in hac mortali vita vivamus, inter nos iugiter insinuentur, illo prestante, a[2] quo solo sancta desideria, recta consilia et iusta sunt opera. Vos melius et plenius — quibus Deus multis donavit et prudentius nosse et melius et plenius posse — nos, quasi in paucis fideles vestri et devoti, studeamus instrui, aureo caelestis amoris vinculo, quod rumpi non potest, invicem catenati.

Nam labor nostri ministerii unius et eiusdem causae esse dinoscitur; et equalis speculatio in curis ecclesiarum sive populorum nobis credita est, sive in docendo sive in artando et monendo sive in defendendo canonicos gradus vel plebeos. Idcirco humillima prece deposco, ut, dum vobis salubre consilium Deus inspiraverit vel suo spiritu synodalium consultuum, nobis insinuare non pigeat. Et nos similiter, si

2 Cudberto *M. C*, Gudberto *P*, Cuthberto *Sp.* catholice] et *add. C. P. Sp.* 3 Romane] Ramanae *V.* Christo *deest C.* intimae *deest M*, internae *C.* caritatis *deest P.* 5 munificentia *M*, municentiae *V.* vestra *M.* 6 interlitas] interlatas *Sp., cf. MG. Epp. III, 250 l. 14 sq.:* precibus caritatis interlitis. magnas *deest P.* 7 Cynebertho *M. Sp.*, Cuneberhto *e corr. C*, Cyneberto *P.* 13 vestri] uni *C*, tamen *Sp.* aureo] auro *M*, auro *corr.* aureo *C*, auro *V.* 17 artando] hortando *C (e corr.). P. Sp.* canonicus *V.* plebeis *M*, plebi *C*, plebeios *P.* 18 humillima — amabile] *recepta sunt ex Sp. et G. an.*, humillimam (humillima *P*) ab ille *C. V. P*, ut ille *M.* vobis] nobis *Sp.* 12 consultum *Sp.*

1) *Has litteras aestate anni 747. compositas esse Hahn ('Bonifaz und Lul' 219) coniecit, Loofs ('Zur Chronologie der auf die fränkischen Synoden des hl. Bonifatius bezüglichen Briefe der bonifazischen Briefsammlung', Diss. Lipsiensis 1881, p. 36) ei astipulante, quia concilium Cloveshovense, cuius decreta leguntur apud Mansi XII, 395 sqq.*, Septembris mensis initio *huius anni habitum ex Bonifatii consiliis manifesto pendeat. Cf. Willelmi Malmesbur. Gesta pontif. Angl. l. I ed. Hamilton p. 9—11 (§ 6* Huius sinodi actionem, nam nos capitula tantum tetigimus, Cutbertus archiepiscopus statim per Kineberhtum diaconum suum Bonefatio Mogontino archipresuli misit: unde ipse congratulans eleganter rescripsit, sicut suo loco lector inveniet*). Eiusdem epistolae meminit Willelmus Malmesbur. in Gestis regum Anglor. l. I c. 82 (p. 82 ed. Stubbs):* Porro misit idem Bonefacius Cuthberto archiepiscopo eiusdem tenoris epistolam hoc adiiciens, ut clericos et sanctimoniales de tenuitate et pompa vestium argueret. Praeterea ne miraretur, quod alienum negotium ageret, cum sua nihil interesset, quomodo et quibus moribus Anglorum gens viveret, sciret se a Gregorio papa tertio sacramento astrictum, ne conterminarum gentium mores apostolicae notitiae subtraheret; quapropter blandis admonitionibus non succedentibus acturum se ne huiusmodi vitia papam laterent. *Willelmus pergit deinde c. 83 (p. 83):* Nec inanes esse potuere tanti viri epistolae . . Namque et Cuthbertus archiepiscopus et rex Ethelbaldus concilium coegere emendaturi superflua quae ille increpasset *etc.; ut annotat Dümmler.*

2) *Verba* a quo sancta — sunt opera *ex precatione sollemni (in Processionali Romano: Litaniae maiores et minores), cuius initium hoc est:* Deus, a quo sancta desideria, recta consilia et iusta sunt opera, da servis tuis *cet., ut monet Jaffé.*

parvitati nostrae Deus aliquid tale, vobis quod necessarium vel amabile, insinuaverit, similia faciamus. Maior enim nobis sollicitudo ecclesiarum et cura populorum propter pallia credita et recepta quam ceteris episcopis, quia proprias tantum procurant parrochias, incumbit. Propterea, carissimi — non quia vestrae prudentiae opus sit rusticitatis nostrae statuta audire vel legere, sed propter bonam et humilem et sanctam voluntatem vestram putamus vos libentius scire velle quam nescire — quae hic sacerdotes nobiscum servanda decreverunt vobis emendanda et corrigenda distinamus.

Decrevimus autem in nostro sinodali conventu et confessi sumus fidem catholicam et unitatem et subiectionem Romanae ecclesiae fine tenus vitae nostrae velle servare; sancto Petro et vicario eius velle subici; sinodum per omnes annos congregare; metropolitanos pallia ab illa sede querere; et per omnia praecepta sancti Petri canonice sequi desiderare, ut inter oves sibi commendatas numeremur. Et isti confessioni universi consensimus et subscripsimus et ad corpus sancti Petri principis apostolorum direximus. Quod gratulando clerus Romanus et pontifex[1] suscepit.

Statuimus[2], ut per annos singulos canonum decreta et aecclesiae iura et norma regularis vitae in sinodo legantur et recuperentur. Decrevimus, ut metropolitanus, qui sit pallio sublimatus, hortetur ceteros et admoneat[3] et investiget, quis sit inter eos curiosus de salute populi quisve neglegens. Servis Dei venationes et silvaticas vagationes cum canibus et, ut acceptores et walcones non habeant, prohibuimus. Statuimus, ut per annos singulos unusquisque presbiter episcopo suo in quadragissima rationem ministerii sui reddat sive de fide catholica sive de baptismo sive de omni ordine ministerii sui. Statuimus, ut singulis annis unusquisque episcopus parrochiam suam sollicite circumeat, populum confirmare et plebes docere et investigare et prohibere paganas observationes, divinos vel sortilogos, auguria, filacteria, incantationes vel omnes spurcitias gentilium. Interdiximus servis Dei, ut pompato habitu vel sago vel armis utantur.

Statuimus, quod proprium sit metropolitano iuxta canonum statuta subiectorum sibi episcoporum investigare mores et sollicitudinem circa populos, qualis sit; et moneat, ut episcopi a sinodo venientes, in propria parrochia cum presbiteris et abbatibus conventum habentes, praecepta sinodi servare insinuando praecipiant. Et unusquisque episcopus, si quid in sua diocesi corrigere vel emendare nequiverit, id item in sinodo coram archiepiscopo et palam omnibus ad corrigendum insinuet, eodem modo quo Romana aecclesia nos ordinatos cum sacramento constrinxit, ut, si sacerdotes vel plebes a lege Dei deviasse viderim et corrigere non potuerim, fideliter semper

1 parvitati] pravitati *Sp.*, parvitate *G. an.* 2 ecclesiarum] ecclesiam *V.* 4 Propterea] Praeterea *M.* carissime *e corr. V.* 5 statuta] statura *V.* set *V.* 7 decreverunt] quapropter ea *add. C.* 11 subicci *V.* 12 metropolitanus *V.* 13 canonicae *V.* ovas *M.* numerentur *Sp.* istae *Sp.* 14 consensimus] consimus *V.* 17 synodo *hic et infra C. V.* recuperentur] reviperentur *V.* recuperantur *Sp.* 18 quis] qui *Sp.* 19 Servus *Sp.* venationes] nationes *V.* 20 walcones] falcones *C. P.* 21 Statuimus — ministerii sui *desunt C.* 22 ministerii] ministri *Sp.* omni *deest P.* 25 divinos — incantationes *desunt M.* sortilegos *P.* filactera *V.* 26 ut] non *add. C.* pombato *M.* habitatu *V.* 27 vel armis] vel non armis *P.* 28 metropolitani *M. Sp.* 31 synodi *C.* 32 diocesse *V.* nequeverit *V.* 33 item] itidem *C.* idem *Sp.* archiepiscopis *M. P.* pallam *V.* 34 quo] nos *add. P.*

1) *V. quae infra p. 48 sqq. ex epistolis Zachariae papae proferemus.* 2) *V. decreta concilii Germanici 742, Liptinensis 743; supra p. 3 sqq.* 3) *Hunc locum adhibuit Benedictus Levita lib. II. c. 79, MG. LL. II, 2, 77.*

sedi apostolicae et vicario sancti Petri ad emendandum indicaverim[1]. Sic enim, nisi fallor, omnes episcopi debent metropolitano et ipse Romano pontifici, si quid de corrigendis populis apud eos inpossibile est, notum facere; et sic alieni fient a sanguine animarum perditarum. . . .

1 sedi] sitei *M.* indicarem *C.* 2 episcopos *M.* debeant *P.* ipsi *C.* 3 sic] si *M,* ipsi *C.* fiunt *C.* a *deest M. V.* 4 perditarum] *reliqua omittenda putavimus.*

1) *V. sacramentum a Bonifatio anno 722. Gregorio II. papae praestitum, MG. Epp. III, 265 sq.*

B. ZACHARIAE PAPAE EPISTOLA DATA AD SYNODALES.

748 (mensis Maii die 1.).

Decreta concilii a Bonifatio celebrati Romam missa quomodo a Zacharia papa accepta sint, apparet ex binis illius litteris. Quarum primis inter alia, quibus hoc loco supersedere possumus, Bonifatio haec scribit:

Intuiti autem sumus et volumen a te directum universis episcopis, presbiteris, diaconibus vel ceteris religiosam vitam degentibus de unitate fidei catholicae et doctrinam apostolicam scriptam. Valde nobis acceptabile esse cognoscas; quoniam per Spiritus sancti gratiam in te diffusam, karissime, hoc operari studuisti, *et post pauca addit:*

Suscepimus vero et chartam conscriptam vere atque orthodoxae professionis et catholicae unitatis, quam cum dilectissimis nobis episcopis partis Francorum tua direxit reverenda fraternitas. Quam reserantes nimio gaudio sumus repleti, innumerabiles gratias agentes Deo patri omnipotenti, quia unanimitatem eorum ad societatem nostram revocare dignatus est, ut spiritalis eorum mater, sancta laetetur aecclesia. Nostra autem vice, karissime, omnes in osculo pacis Christi saluta. Quia et nos dilectioni eorum, gratias agentes, apostolicas misimus litteras *(MG. Epp. III, 359 sq.; Jaffé-E. n. 2286).*

Alteram autem epistolam integram repetere licebit, adhibita sicut supra editione a b. m. Dümmler confecta, quae nititur in codicibus 1) Monacensi latino 8112 (antea s. Martini Moguntini) saec. IX. (= M) fol. 32'—34; 2) Carlsruhensi, Rastattensi 22 (antea Durlacensi 94) saec. X. (= C) fol. 22'—24; 3) Veneto bibliothecae S. Marci, Zanetti 169 saec. XV. (= V) fol. 184.

Edd.: Serarius n. 136. Mansi XII, 343. Würdtwein n. 78. Giles n. 68. Jaffé n. 67. MG. Epp. III, 362 n. 82. — Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. n. 2287.

Dilectissimis nobis Reginfrido Rodomagensi[1] episcopo, Deodato Belbocanensi[2] episcopo, Rimberhto Ambianensi[3] episcopo, Heleseo Novianensi[4] episcopo, Fulcrico

Lemma: Epistola Zachariae *C,* Item epistola eiusdem ad episcopos *V.*

33 nobis *deest V.* Belvocanensi *e corr. C.* 34 Rimberto *V.* Ambianensi episcopo] *sequitur (iterum M)* Deodato Belbocanensi episcopo *M. V.* Heliseo *e corr. C.* Novanensi *V.*

1) *Rouen.* 2) *Beauvais.* 3) *Amiens.* 4) *Noyon.*

Tungriensi[1] episcopo, David Spironensi[2] episcopo, Aethereo Toroanensi[3] episcopo, Trewardo Camorocanensi[4] episcopo, Burhardo Wirzaburcnensi[5] episcopo, Genebaudo Laudensi[6] episcopo, Romano Meldensi[7] episcopo, Agilolfo Colonensi[8] episcopo, Heddo Stratburgnensi[9] episcopo et ceteris amantissimis chorepiscopis, praesbiteris etiam et diaconibus cunctisque orthodoxis aecclesiarum Dei clericis, apostolicam doctrinam tenentibus, Zacharias divina gratia praeditus apostolicae sedis pontifex, servus autem servorum Dei, in Domino salutem dicit.

Gratias ago Deo patri omnipotenti et domino Iesu Christo, unico filio eius, et Spiritui sancto, qui vestra omnium corda inflammare dignatus est per diffusam a se gratiam, ut in unitate fidei et vinculo pacis ambuletis, et sit splendor domini Dei nostri super vos, dilectissimi mihi, et abundans gratia pacis et caritatis, ut sitis unum corpus spiritalis matris vestrae, sanctae catholicae et apostolicae Dei aecclesiae, in qua Deo auctore praesumus, implentes illud propheticum dictum: *Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum.* Psalm. 132, 1. Etenim, etsi pro itineris longitudine quamquam corpore sumus absentes, in spiritu tamen dilectionis semper sumus vobis praesentes, habentes vos in visceribus nostris et assidue orantes, ut Deus et dominus noster Iesus Christus multo amplius confirmet corda vestra et corroboret in exortatione evangelii in ministerio, quo fungimini, ut[10] credita vobis plebs, vestris piis ammonitionibus adiutore Deo a diabolica fraude liberata, salva persistat, vosque mereamini de eorum animabus in diem Christi adportare lucrum. Scriptum quippe est: *Filii sapientiae, aecclesia iustorum; et natio eorum, oboedientia et caritas.* Eccli. 3, 1. *Obsecro ergo vos, karissimi mihi, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, ut decet sanctos, cum multa patientia subportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis* et caritatis; quia *finis praecepti caritas est de corde puro et conscientia bona et fide non ficta.* Eph. 4, 1—3. 1. Tim. 1, 5. Gaudeo in vobis, karissimi, quoniam fides vestra et unitas erga nos pretiosa est et manifesta non solum coram Deo, sed et coram omnibus hominibus, dum ad fautorem et magistrum vestrum a Deo constitutum, beatum apostolorum principem Petrum, benignissima voluntate conversi estis. Laudabilis fides vestra et bona fama, quoniam id ipsum sapitis, quae oportet sapere. Et nunc Deo cooperante est aggregata sanctitas vestra nostrae societati in uno pastorali ovili; et est nobis unus pastor, qui a pastore pastorum, domino Deo et salvatore nostro Iesu Christo, princeps apostolorum et noster doctor est institutus. cf. Rom. 12, 3.

Habetis itaque nostra vice — ad confortandam dilectionem vestram et conlaborandum vobis in evangelium Christi — sanctissimum ac reverentissimum Bonifatium, fratrem nostrum archiepiscopum, apostolicae sedis legatum et nostram praesentantem vicem. Sit ergo constantia vestra adversus contentiones eorum, qui adversa sapiunt et non quae Dei sunt, et erit fortior petra constantia vestra, sicut scriptum est: *Ne timueritis ex eis neque terreamini a facie eorum, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere.* Matth. 16, 23. *Quod autem in aure auditis, praedicate in lumine; illum* ibid. 10, 28.

1 Aetherio Taraonensi episcopo *V.* 2 Burghardo *C*, Burgardo *V.* Wirzaburcnensi] Wrzaburgensi *C e corr.*, Wirzaburnensi *V.* 3 Laudunensi *V.* 4 Strazburgensi *C*, Straburgensi *V.* episcopis *V.* 13 auctore] et dispositore quamvis tanto fastigio viribus longe impares *add. Caraffa, cf. MG. Epp. III, 223.* 14 etsi] si *C.* 18 minysterio *M.* 26 sed et] sed etiam *V.* 38 ex] ab *C. V.*

1) *Tongern (Lüttich).* 2) *Speier.* 3) *Térouanne.* 4) *Cambrai.* 5) *Würzburg.* 6) *Laon.* 7) *Meaux.* 8) *Köln.* 9) *Strassburg.* 10) *Cf. supra in concilio Romano 743 p. 29 lin. 3 sqq.*

Luc. 12, 3. 4. *timentes, qui potest animam et corpus occidere et mittere in gehennam.* Fratres mei,
2. Cor. 10, 3—5. *in carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Arma enim militiae nostrae non carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes et omnem exaltationem extollentem se adversus scientiam Dei et in captivi-*
Eph. 6, 10. *tatem redigentes omnem cogitationem et in obsequium Christo perducentes. De cetero,* 5
fratres, confortamini in Domino et in potentia fortitudinis eius. Pax vobis multa et gratia a Deo et domino nostro Iesu Christo ministretur. Amplectimur et osculamur acsi praesentes caritatem vestram in unitate spiritus in vinculo pacis et caritatis Christi [1].

Deus vos incolomes custodiat, dilectissimi nobis. 10

2 enim *deest C. V.* 4 capitivitate *M.* 5 cogitationem et] omnem intellectum et *add. V.* 8 unitatem *V.*

1) *Cur nec Karlmanni nec Pippini facta sit mentio, ex eo interpretatur Hauck, l. l. I, 558, quod neuter eorum concilio interfuerit neque eius decreta confirmaverit.*

7. CONCILIUM BAIUWARICUM.

740—750.

Decem quinque canones subsequentes quo loco et quo anno promulgati sint, prorsus ignoratur. Codicum quibus exhibentur patriam si quis respexerit, eos synodo cuidam Baiuwaricae aut in sancti Emmerammi monasterio Ratisbonensi aut in ipsa Salisburgensi metropoli habitae adscribet. De tempore autem magna inter viros doctos est dissensio, cf. 'Neues Archiv' XXIV, 467; nos cum A. Hauck ('Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. I, 492 ann. 1. II, 437 ann. 4) facimus, qui illam synodum inter annos 740. et 750., fortasse sub Odilone duce Bavariae († 748 Ian. 18), congregatam esse probabiliter exposuit.

Canones integros praebet codex Monacensis latinus 14410 (antea s. Emmerammi Ratisbonensis) saec. IX. (= M) fol. 83'—85; ad canonem sextum varia lectio exstat in Pruggeri schedis (cf. MG. LL. III, 237 ann. 97) ex codice capituli Salisburgensis confectis (= S).

Edd.: Mansi XIII, 1025. MG. LL. III, 455. — Reg. 'Neues Archiv' XXIV, 467.

Quia igitur, dilectissimi nobis, propter honorem domini nostri Iesu Christi ad istam sanctam solemnitatem convenistis, oportunum nobis videtur, ut ea, quae sancti patres et fratres nostri ecclesiastici viri in eorum statuerunt concilio observandum ob varias necessitates, quibus premimur, ut cum Dei adiutorio et miseratione quisquis ista observare voluerit a Domino indulgentiam adipisci meruerit.

I. Ut ammoneamur plebs sancta, ut omni studio adsumant sibi usum communioni se iungere sanctorum episcoporum ceterorumque sacerdotum, ut quando apud eos sancta synodus, id est convenientia, tractande salutis ipsorum seu et eorum, quibus praesunt, quibus baptisma exhibent, quorum confessionem ante Deum suscipiunt et quibus paenitentiae medicamenta ingerant, quorum aelymosinis et oblationibus vivunt, quando pro eis iniunt consilia, qualiter salvari possent animas eorum, ut et laici student ibidem ad idem sanctum concilium venire et humiliter se commendare in sacrosanctas orationes eorum, et ut una sit concordia sacerdotum et subiectorum laicorum et quorum una est fides in Deum, una sit et caritas et devotio, et ut ipsi ibidem quaerentes inveniant salutem animae suae, et sanctis sacerdotibus pro illorum solertia merces accrescat aeterna, et ut invicem caritatis vinculo conexi sciant se Christiani pro sacerdotibus devotos fore debere necnon et intercessores pro omni populo Christiano, sicut et sacerdotes quamvis eminentiori gradu ceteros excellant fidelissimi atque solertissimi prospectores Christianae plebis et protectores in orationibus suis fieri debent.

I. 28 laicorum e laiquorum *corr. M.* 33 gradu] grudu *M.*

II. Ut a presbiteris ammoneatur plebs Christiana, ut sanctitatem vitae, quam in baptismo adsumit, studeat omnimodis conservare, ut abstineant se a fornicationis malo, pro quo maximae istas patimur tribulationes et praessuras, quae novae nobis et insolite superveniunt; et ut paenitentiam veram doceantur facere de omnibus peccatis suis et non erubescant confiteri Deo peccata sua in ecclesia sancta coram sacerdotibus, qui testes adstant inter nos et Deum, et a quibus documenta et medicamenta salutis
Prov. 28, 13. nostrae accipere debeamus, quia *qui abscondit scelera sua non dirigitur* in viam salutis. Melius est enim hic in praesenti erubescere in conspectu unius hominis quam in futuro iudicio coram cunctis gentibus. Unde nos, dilectissimi, monet apostolus dicens: *Con-*
Iac. 5, 16. *fitemini alterutrum peccata vestra et orate pro invicem, ut salvemini.* Et ne tardent converti se ad dominum Deum ipsorum, quia nescit homo diem exitus sui, ut nullus absque viatiquo et absque confessione vitam istam excedat, quia maximum periculum est, ut longum illud iter, ubi ad aeternam migramus sive ad mortem sive ad vitam absque viatico faciamus.

III. Deinde ut ad sanctam ecclesiam mundi absque sorde peccati veniant et, cum venerint, non otiosis fabulis intendant, sed tantum orationi vacent et pro salute animae suae laborare studeant.

IIII. Ut oblationes suas adferre usum adsumant atque pro se ipsis et pro parentibus, seu vivis seu defunctis, offerre non pigeat; in quo magnam constat esse animarum a delictis absolutionem.

V. Ut communionem sanctae pacis in ecclesia facere non dedignentur et maiorem exinde usum habeant, ut in sanctae pacis osculo ostendant se unianimes in concordia pacis existere et mutuae caritatis in invicem vinculis conligati; hoc, quod foris in pacis osculo praeostentant, etiam in corde fideliter ac firmiter retineatur; quia *beati*
Matth. 5, 9. *pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*

VI. Ut sanctum sacrificium sumere non tardent, sed ante aliquantos se dies ad hoc praeparare conentur, abstinentes a fornicatione necnon et licentia coniugali[1], ut dignos se exhibeant per paenitentiam et confessionem ipsius domini nostri Iesu Christi corpus et sanguinem percipere et non sicut — pro dolor! — a multis solet fieri, ut aliquando spatium anni pertransit, quo non percipit suae sacramenta salutis qui numquam unam septimanam progredi debuit. At tamen ita vos ammonemus, ut infra tertiam et quartam dominicam a vobis non neglegatur, cum etiam et Greci et Romani seu et Franci omni dominico communicent[2].

VII. Ut pessimum usum iuramenti omnimodis vitare studeant.

VIII. Ut aelymosinarum largitatem diligant, quod maximum esse constat salutis aeternae subsidium.

III. 17 laborare] labore *M.*

V. 21 dedignentur] dignentur *M.*

VI. 26 summere *S.* 28 dignos e dignus *corr. M.* poenitentiam *S.* 29 proh *S.* 30 spacium *S.* 32 vobis] nobis *M. S.* Graeci *S.* 33 communicant *S.*

1) *Cf. Poenitentiale q. d. Cummeani XIV, 5 ed. Wasserschleben, 'Bussordnungen d. abendländischen Kirche' 492:* Graeci et Romani tribus diebus abstinent se a mulieribus ante panes propositionis, sicut in lege scriptum est. 2) *Cf. ibidem XIV, 4 (l. l. p. 492):* Graeci omne die dominico communicant, clerici et laici; et qui tribus dominicorum diebus non communicaverint excommunicantur, sicut canones habent. Romani similiter communicant, qui volunt; qui autem nolunt non excommunicantur.

VIIII. Ut ieiunia per feriam IIII^am^ et VI^am^ in usum adsumant.

X. Ut per IIII^or^ tempora in anno ieiunia[1] nostra aelymosinarum largitas sustentet, id est in sabbato ante palmas et in sabbato Pentecosten et in sabbato IIII^to^ istius mensis seu ad istam festivitatem et in vigilia natale Domini.

XI. Ut ista quattuor consecrationis tempora IIII^tam^ et VI^ta^ feriam ieiunent usque ad nonam et in sabbato ad ecclesiam in ipsa hora perveniant.

XII. Ut et nuptiae caveantur, ne inordinate neque inexaminatae non fiant, neque quisquam audeat ante nubere, antequam presbitero suo adnuntiet et parentibus suis et vicinis, qui eorum possint examinare propinquitatem, et cum eorum fiat consilio et voluntate.

XIII. Ut ebrietatis malum omnino devitare student, ubi etiam lites, rixae et discordiae iurgiaque, insuper etiam et homicidia perpetrantur.

XIIII. Ut modia iusta ceterasque mensuras vel stateras habeant.

XV. Ut peregrinos et hospites in domos suas recipiant.

Pro quibus omnibus observatis praemia percipiant sempiterna et malum, quod in mundo nos affligit, tolerabilius cum Dei adiutorio erit.

X. 2 IIII *litteris superioribus abrasis M.*

1) *Cf. Karoli capitulare 769 c. 11 (MG. Capit. I, 46; Mühlbacher*[2] *n. 139):* Ut ieiunium quatuor temporum et ipsi sacerdotes observent et plebi denuntient observandum; *Statuta q. d. Bonifatii c. 30 (Hartzheim I, 74; de eorum tempore ac natura cf. 'Neues Archiv' XXVI, 667 sq.):* Doceant etiam presbyteri populum quatuor legitima temporum ieiunia observare, hoc est in mense Martio, Iunio, Septembrio et Decembrio.

*8. CONCILIUM VERNENSE.

755. Iul. 11.

Aestate anni 755. Pippinus rex Francorum universos paene Galliarum episcopos adgregari fecit ad concilium Vernus[1] palatio publico, recuperare aliquantisper cupiens instituta canonica. *Cuius concilii decreta*[2] *subsunt capitulari regio, cuius textum nuper Boretius (MG. Capit. I, 32) edidit.*

Inest autem capitulare in his codicibus: 1) codice Monacensi latino 6243 (antea s. Mariae et s. Corbiniani Frisingensium) saec. VIII. ex. vel IX. in. fol. 229; 2) codice Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 577 (antea s. Martini Moguntini) saec. VIII. vel IX. fol. 71; 3) codice Romano bibliothecae Vaticanae 3827 (antea s. Petri Bellovacensis) saec. X. XI. fol. 1; 4) codice Parisiensi latino 9654 (antea s. Vincentii Mettensis et collegii Claramontani, tum inter suppl. lat. 75) saec. X. vel XI. fol. 4; 5) codice Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 582 (antea s. Martini Moguntini) saec. IX. vel X. fol. 7'; 6) codice Romano bibliothecae Vaticanae inter codices reginae Christinae 1041 saec. XVII. fol. 1, ubi apographum codicis 2 legitur; 7) codice Romano bibliothecae Chisianae C. VIII. 239 saec. XVI. — Inter hos cod. 2 praebet tantum cc. 1—12; cc. 7 et 9 transierunt praeterea in codicem Guelferbytanum inter Blankenburgenses 130. 52 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X.; cc. 8 et 9 leguntur in codice Parisiensi latino 3838 (antea Colbertino 962, tum regio 3887) saec. X.; c. 9 denique in codice Bernensi (antea Bongarsii Francogallici) saec. VIII. IX.

Edd.: Surius III, 41. Bollanus-Nicolini III, 439. Binius III, 1, 236. Goldast, Const. III, 650. Sirmond II, 27. Coll. reg. conc. XVII, 594. Labbe-Cossart VI, 1664; ed. Coleti VIII, 415. Baluze I, 167. Harduin III, 1993. Georgisch, Corp. iur. Germ. antiqui 511. Bouquet V, 638. Mansi XII, 577. Walter II, 36. MG. LL. I, 24. 578. Migne, Patrol. lat. XCVI, 1508. MG. Capit. I, 32. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher[2] *n. 77. 'Neues Archiv' XXIV, 467.*

1) *Hodie 'Verneuil (dép. Oise, arr. Senlis').* 2) *Cf. Ölsner, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin' 219 sqq. 468 sqq., qui autem cc. 13—25 capitularis Vernensis supra laudati petitionem esse coniecit episcoporum, quorum in deliberationibus autumno anni 755. habitis nitatur; huic synodo autumnali (secundae ergo anni 755. synodo, antecedente mense Iulio synodo Vernensi) Pippinum capitula quaedam proposuisse, quae legantur in capitulari q. d. incerti anni (MG. Capit. I, 31; Mühlbacher*[2] *n. 79). Cui assensum praebuit Hefele ('Conciliengeschichte' ed. 2. III, 590), negaverunt Boretius (l. l.), Mühlbacher (n. 77, etsi dubitationes non silet, quae moventur verbis his capitularis Vernensis, scilicet in c. 20:* in illo alio sinodo perdonastis; *c. 21:* sicut in illo alio synodo dixistis; *c. 22:* quod vos antea perdonastis), *denique Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 35 ann. 1, qui capitulare Vernense scindi non vult, econtra capitulare illud incerti anni constitutum dicit in conventu virorum saecularium atque ecclesiasticorum, habito vere anni 756., cui Pippinus rex interfuerit.*

*9. CONCILIUM VERMERIENSE.

756.

Decretum, quod factum fuit ad Vermeriam[1] palatium temporibus domni Pippini regis, *anno 756. attribuendum esse evicit L. Ölsner, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin' 270 sqq. 455 sqq., qui etiam demonstravit Pippini regis capitulari subesse gesta concilii*[2] *eodem ipso anno habiti, cui utrum Pippinus interfuerit necne non iam pro certo statui possit. Legitur autem capitulare*[3] *Pippini in his codicibus: 1) in codice Parisiensi latino 9654 (antea s. Petri Bellovacensis et collegii Claramontani, tum inter suppl. lat. 75) saec. X. XI. fol. 1; 2) codice Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 582 (antea s. Martini Moguntini) saec. IX. vel X. fol. 5; 3) codice Monacensi latino 3853 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. fol. 254, qui autem praebet cc. 1—13 et cc. 17—21, aeque ac 4) codex S. Crucis (monasterii Heiligenkreuz in Austria 217) saec. X., exemplar codicis Monacensis, et 5) codex Parisiensis latinus 3878 (antea Faurianus) saec. X., et ipse exemplar codicis Monacensis. — In codice Vindobonensi 2198 (iur. can. 99) saec. X. inest c. 13, in codice Carnotensi 424 saec. XIV. c. 17.*

Edd.: Sirmond II, 1. Coll. reg. conc. XVII, 583. Bouchet, 'La vêritable origine de la seconde et troisième ligne de la maison royale de la France' (1646), p. 97. Labbe-Cossart VI, 1656; ed. Coleti VIII, 405. Baluze I, 161. Harduin III, 1989. Georgisch 503. Bouquet V, 637. Mansi XII, app. 113. Walter II, 31. MG. LL. I, 22. Gousset, 'Actes de la province ecclésiastique de Reims' I, 105. Migne, Patrol. lat. XCVI, 1506. MG. Capit. I, 39. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher[2] *n. 83. 'Neues Archiv' XXIV, 468.*

1) *Hodie 'Verberie (dép. Oise, arr. Senlis').* 2) *V. etiam Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 35 sqq. 41.* 3) *De capitibus a Reginone recte ac falso concilio Vermeriensi adscriptis (de ecclesiasticis rebus ac synodalibus causis lib. II. cc. 213—225 ed. Wasserschleben) cc. 213—216 sunt cc. 1. 2. 10—12 concilii Vermeriensis, cc. 217—223 autem cc. 11. 13. 15. 17. 18. 21. 22 concilii Compendiensis a. 757. habiti, c. 224 fluxit e Karoli Magni capitulari 803—813 (c. 3, MG. Capit. I, 143), c. 225 ex concilio Moguntino a. 847. habito (c. 28, l. l. II, 183); v. Ölsner, l. l. p. 460 sqq., ita ut nec Baluzii (Capitularia I, 165) nec Pertzii (MG. LL. I, 23 ann. 1; v. Ölsner, l. l. p. 461 ann. 11) additamenta repetenda sint.*

10. CONCILIUM ASCHEIMENSE.

756 vel 755—760.

Concilium in Aschheim villa Bavariae superioris quo tempore sit habitum, coniectura tantum circumscribi potest. Prologus enim canonum alloquitur Tassilonem ducem Bavariae, qui Odiloni patri anno 748. successerat et inde ab anno 754. matris tutela solutus ducatum moderatus est. Qui si in aetate tenerulus, in sensu sanctae scripturae precessoribus . . . maturior *dicitur, hoc de Tassilone neque infante neque iam aetate longius provecto dictum esse verisimile est. Accedit, quod canones vel potius propositiones Ascheimenses, quae in unico libro scripto concilium Vernense anno 755. mense Iulio habitum (v. supra p. 54 n. 8) excipiunt, huius concilii decreta haud paucis locis imitantur. Non multo ergo post Vernenses promulgati hi canones videntur esse, ita ut concilium Bavaricum anno 756. vel, si modo de tempore affirmari nil potest, lustro inde ab anno 755. usque ad annum 760. adscribere non dubitemus; cf. Ölsner, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin' 506 sqq.; Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 439 sq.*

Canones leguntur in codice Monacensi latino 6243 (antea s. Mariae et s. Corbiniani Frisingensium) saec. VIII. ex. vel IX. in. (= M) fol. 233—234.

Edd.[1]*: 'Abhandlungen der churf.-baierischen Akad. der Wissenschaften' I (1763), p. 47. Mansi XII, 663. Forster, Concil. Aschaimense (1767), p. 11. Canciani, Barbarorum leges antiquae II, 391. Dalham, Conc. Salisburg. 9. MG. LL. III, 457. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 468.*

Domino gloriosissimo duce nostro Tassiloni maxime congregatio iura synodali per presentes eulogias in Christo salutem dirigitur.

Sufficit[2] enim Christianis cum normam priscorum patrum vitam deducere et eorum auctoritate passim gradibus polum scandere, tamen propter diversitate temporum diversa necessitate conponendi conpellitur; propterea sanctumque est congregatio sacerdotum indictis temporibus Deo opitulante, ut diversa iure considerentur. Nam qui hos precessores pastores et patres nostros docuit, ipse et nos docebit, sicut veritas
Ioh. 20, 21. ait: *Sicut misit me pater, et ego mitto vos.* Misit nos qui missus erat. Ideo indesinentes Deo deferimus grates, qui te nostris temporibus constituit principem, quia si in aetate tenerulus, in sensu sanctae scripturae precessoribus tuis maturior appareris.

25 sanctumque est] semq; e *M.* 28 missus surus *corr. in* missurus *M.* 29 de *corr.* te *M.*

1) *V. versionem Germanicam ab A. Winter confectam, 'Historische Abhandlungen der k. baierischen Akad. der Wissenschaften' I (1807), p. 40 sqq.* 2) *Cf. Concil. Vern. 755 pr. (MG. Capit. I, 33):* Sufficerant quidem priscorum patrum regulae, sanctae aecclesiae catholicae rectissimae normae ad mortalium correctionem prolatae, si earum sanctissima iura perseverassent inlesa. *Ölsner, l. l. p. 298 ann. 1.*

Propterea time Deum et custodi vias eius; nam qui[1] illum non habet placatum numquam evadit iratum. cf. Gen. 18, 19. Lev. 19, 32.

Cap. I. Praecipimus enim, ut omnes tam sacerdotes quam monachi et omnis cleros ecclesiastice iure non tantum in missarum celebritatione, sed etiam in omnibus cursalis oribus[2] tam pro animam scellentiae vestrae quam pro vitam et regni inlesione et fidelium vestrorum die noctuque preces Deo fundere debeant. Et si aliter quis inventus fuerit, deponatur.

Cap. II. Ut ecclesias a priscorum antecessorum vestrorum aut vestris temporibus fundatas sine fraude permanere inlesas debeant, ubi oculi Domini malos et bonos contemplantur. Unde et veritas per Paulum dicitur: *Si quis autem templum Dei violaverit* et reliqua. 1. Cor. 3, 17.

Cap. III. De potestate episcoporum, qui claves polique ligandi atque solvendi deveuntur et curam pastoralem exerceunt in pleve, unde et sine dubio rationem reddituri sunt, ut ecclesiasticis rebus dominentur atque spensando provideant. Unde synodus Nicenensis[3] ait, ut omnes res ecclesiasticas in potestate episcoporum sint. cf. Matth. 16, 19.

Cap. IIII. De legibus ecclesiarum paterna reverentia conperiemini et nos maxime admoneri oportit, quod tot diffusus orbs oriens occidensque conservat et precessorum vestrorum depicta pactus[4] insinuat. Quicumque domum Dei et altarem eius fraudare conatur quibuscumque praesidiis, in ipso altare iurare faciatis, ut ne eorum lesionibus ab altare alienetis.

Cap. V. De decimis[5] Deo reddendis profeta testatur, ut, si quis decimam non dederit, ad decimam revertatur. Unde venit, ut quicumque aut occasione presbyteri aut avaritiae modo Deo decimas reddere noluerit, ut manus vestrae decretus confirmetur, ut dupliciter ecclesiae censum reddatur et ut vestrae requerillae secundum possibilitatem culpabilis exsistant. cf. Mal. 3, 7—10.

Cap. VI. De deocenis[6]: ut presbyteri sibi minime iniungere debeant nisi secundum constitutionem episcoporum, qualiter sacerdotalem aut pastoralem queant exercere curam.

Cap. VII. Ut ipsi presbyteri alienas oblationes aut decimas sibimet minime ingerere conentur. Unde et Gregorius ait: 'Per[7] extraneam messem transiens falcem mittere non debet' et alibi: 'Quod tibi non vis alii ne facias'. cf. Tob. 4, 16. Matth. 7, 12. Luc. 6, 31.

I. 3 omnis] oī̃ *M.*

III. 12 polique] *ante hoc verbum fortasse, ut monet K. Zeumer, supplendum est* terrae. 15 omnes] oī̃ *M.*

V. 21 decimus *corr. al. man. in* decimis *M.* 22 prb̄i *hic et infra M.*

VII. 30 Gregorius] gḡ *M.*

1) *Unde versus* qui — iratum *sumpti sint, non inveni.* 2) *I. e. 'horis', 'geistliche Tagzeiten'; cf. Winter, l. l. p. 40 sq.* 3) *In canonibus Nicenis nihil de hac re legitur; alluditur fortasse ad can. apost. 39. 40 (Mansi I, 55) vel ad concil. Antioch. cc. 24. 25 (l. l. II, 1327 sq.). Cf. Hefele 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 600 ann. 1.* 4) *'Idem quod lex scripta', ut ait Merkel, qui allegat ex documento Frisingensi Tassilonis a. 769. (Mon. Boica IX, 9) haec verba:* manu propria, ut potui, caracteres cyrografu inchoando depinxi. *Cf. L. Baiuv. I, 3 (MG. LL. III, 270).* 5) *Cf. Ölsner, l. l. p. 298 ann. 6, qui l. l. p. 299 ann. 1 pro* unde venit *proponit* unde convenit; *de verbo* requerilla *cf. ibid. ann. 2; haud dubie corruptum est.* 6) *De diversis huius verbi et reliqui capitis interpretationibus cf. Hefele, l. l. III, 600 sq. Ölsner, l. l. p. 229 ann. 6. Hauck, l. l. II, 440 ann. 1. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I, 206 ann. 47.* 7) *Gregorius M. in epistola ad Augustinum c. 9 (MG. Epp. II, 337; Jaffé-E. n. 1843), ubi alluditur ad Deuter. 23, 25.*

Cap. VIII. De abbatibus et abbatissas convenit admonendi, ut secundum possibilitatem et loci administrationem, ut regulariter vivere debeant cum providentia episcoporum, quorum cura haec adesse dinoscuntur[1]. Unde et veritas: *Omnis plantatio,*
Matth. 15, 13. *quam non plantavit* et reliqua.

Cap. VIIII. De[2] clericis et nonnanes, ut aut in monasterio ire debeant aut cum consensu episcoporum, cui haec credita sunt, regulariter vivant, et si hoc agere noluerint, exterminentur.

Cap. X. De[3] viduis et orfanis admoneri oportit, ut sine calumnias potentium
Exod. 22, 23. efficientur. Unde profeta testatur: *Vociferabuntur ad me* et reliqua.

Cap. XI. De oppressione pauperorum admonendi convenit, ut per omnia presides[4] seu iudices, centoriones atque vicarios admonere seu praecipere debeatis, ut sine ulla
Luc. 1, 52. iniusta calumnia permaneant. Unde evangelium testatur: *Deposuit potentes de sede et humiles exaltavit.*

Cap. XII. De reliquo promiscuo vulgo, ut in lege Baiovariorum consistere debeant, ut de eorum hereditate, exceptis capitalis criminibus, non alienentur[5]. Unde
ibid. 6, 37. veritas: *Nolite iudicare, ut non iudicabimini* et reliqua; primum quidem iudicium, postea misericordia.

Cap. XIII. De incestis coniugiis maxime convenit, ut per omnia vestro consequamini decreto, quo in presente villa publica noncupante Aschęim constituere recor-
1. Cor. 6, 9. 10. damini[6]. Unde et Paulus: *Neque adulteri regnum Dei possidebunt.*

Cap. XIIII. De missis vestris per circuitu diocenum, ut ibi quendam sacerdotem cum his mittere dignimini, ut ne innocens fraude deceptus calumnii restuetur et vobis in culpa commutata pecunia recurrat, pro quos in aetate positum sub iure sensu redditurum rationem te reddere fatemus aut, si recte te geris, sine hesitatione remuneraturum in die iudicii esse credimus atque testamur.

Cap. XV. De[7] iudicio puplico et clamore pauperorum per singulas sabbatis fiendi aut per dies Kalendarum, ut in auribus clementiae vestrae acta praenuntient diversa. De quibus diebus te epulaturum[8] fatearis, si hoc agere coneris, testare audemus. Et in his diebus semper sacerdus adesse debeat, ut sit sententia vestra Dei sale condita, ut ne iudices terreni propter praemias causas torquantur et innocentes obprimantur aut nocentes iustificentur. — Valete in Christo.

FINIT.

VIII. 3 om̃ plantio *(corr. al. man.* plantatio) *M.* 4 plant̃ *M.*
XI. 11 admone *in fine paginae M.* 12 evangli *M.*
XIIII. 24 sensu] fensu? *M.*
XV. 29 sacerdus] *sequitur lacuna decem fere erasarum litterarum M.*

1) *Cf. Concilium Vernense 755 c. 5; l. l. p. 34.* 2) *Cf. ibid. c. 11 (l. l. p. 35) et Ölsner, l. l. p. 232 ann. 2.* 3) *Cf. Concil. Vern. 755 cc. 23. 25; l. l. p. 37.* 4) *In traditione quadam Frisingensi 759—760 (Meichelbeck, Hist. Frising. I, 2, 27) inveniuntur* signum Raginoni presidi, signum Cundpaldi iudicis. 5) *Cf. Lex Baiuw. II, 1. VII, 4 (MG. LL. III, 282. 298). Concil. Dingolfing. circa 770 c. 9, Concil. Neuhing. 772 cc. 14. 17 (infra p. 95. 102 sq.).* 6) *Cf. L. Baiuw. VII, 1—3 (l. l. p. 297), quae capita secundum Merkel (l. l. p. 229) 'procul dubio constitutionem . . . a Tassilone II. duce . . . editam continent'; vide autem Ölsner, l. l. p. 300 ann. 4. Hauck, l. l. p. 439 ann. 5.* 7) *Cf. L. Baiuw. II, 14. 16—18; l. l. p. 287 sqq.* 8) *Cf. Psalm. 67, 4:* Et iusti epulentur et exsultent in conspectu Dei. *Hefele, l. l. III, 602 ann. 1. Ölsner, l. l. p. 302 ann. 4.*

11. CONCILIUM COMPENDIENSE.

757. mense Maio.

In concilio[1] *Compendiensi quid decretum actumque sit, apparet ex Pippini regis capitulari et Chrodegangi episcopi Mettensis (742—766) diplomate.*

*A. PIPPINI REGIS CAPITULARE.

757.

Decretum, quod factum fuit ad Compendium[2] palatium publicum, *legitur in his codicibus: 1) codice Parisiensi latino 9654 (antea s. Vincentii Mettensis et collegii Claramontani, tum inter suppl. lat. 75) saec. X. XI. fol. 2; 2) codice Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 582 (antea s. Martini Moguntini) saec. IX. vel X. fol. 6; 3) codice Monacensi latino 3853 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X., qui praebet cc. 1—18, quae recepta sunt in apographis codicis Monacensis, scilicet 3a) in codice S. Crucis (monasterii Heiligenkreuz in Austria) 217 saec. X. et 3b) in codice Parisiensi latino 3878 (antea Fauriano, tum regio) saec. X. — In Benedicti Levitae collectione (lib. I cc. 6—8, 18—21; MG. LL. II, 2, 46 sq.) leguntur ex capitulari Compendiensi cc. 12. 15. 21. 5. 6. 8. 11.*

Edd.: Sirmond II, 41. Labbe-Cossart VI, 1694; ed. Coleti VIII, 449. Le Cointe V, 587. Harduin III, 2003. MG. Capit. I, 37. Eadem in his omnibus editionibus proferuntur capitula, quamquam diversa ratione numerandi factum est, ut vetustiores praebeant capitula numero viginti quattuor, recentissima viginti et unum[3]*. — Aliae editiones (scilicet Baluze I, 179. Georgisch 527. Bouquet V, 642. Mansi XII, app. 127. Walter II, 47. Gousset, 'Actes de la province ecclésiastique de Reims' I, 110) praebent viginti unum capitula, quae eadem sunt atque illa viginti quattuor edita a Pertz (MG. LL. I, 27; Migne, Patrol. lat. XCVI, 1573), sed eo ab editione recentissima differunt, quod cum capitulis Compendiensibus coniungunt cc. 1—3 capitularis illius, quod dicitur incerti anni (MG. Capit. I, 31; Mühlbacher*[2] *n. 79). — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I, n. 85. 'Neues Archiv' XXIV, 468.*

*B. PRIVILEGIUM GORZIENSI MONASTERIO CONCESSUM.

757. mensis Maii die 18(?).

Privilegium legitur in cartulario Gorziensi, nunc codice bibliothecae Mettensis 826 saec. XII. (= M) p. 7—10; textus ex parte nititur in formula Marculfina, cuius verba asteriscis indicata illi subiciemus.

1) *Cf. Ölsner, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin' 293 sqq. 306 sqq. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 593 sqq. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 35 ann. 1. 41 sq.* 2) *Compiègne.* 3) *De cc. 15. et 20. capitularis*

Edd.: Henschen, De tribus Dagobertis 229 (fragm.). Chifflet, Opera I, 455 (fragm.). Labbe-Cossart VI, 1698; ed. Coleti VIII, 454. Le Cointe, Ann. eccl. V, 562. Harduin III, 2007. Mansi XII, 653. François et Tabouillot, 'Histoire générale de Metz' III, app. 9. Migne, Patrol. latina LXXXIX, 1121. A. d'Herbomez, 'Cartulaire de l'abbaye de Gorze' (Mettensia II), 9. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher² n. 85a. 'Neues Archiv' XXIV, 468.

In Dei nomine Chrodegangus acsi peccator Metensis urbis episcopus. Dum in voluminibus divinarum seriem scripturarum iuxta possibilitatem ex mediocritate mei sensus attonitis auribus et sedula consideratione inspicerem, quid Dei filius diceret, audiens: *Date et dabitur vobis,* et alibi: *Date elemosinam, et ecce omnia munda fiant vobis,* idcirco cepi mestus conquirere, quid pro anime mee remedio, quid pro abluendis ponderibus peccatorum facerem vel in quibus imitarer exempla priscorum patrum, episcoporum meorum antecessorum, in operibus, quibus credimus Deo placuisse. Tunc per Dei adiutorium, una cum comeatu et voluntate domini nostri piissimi et gloriosissimi regis Pippini Francorum atque consensu fratrum nostrorum spiritalium et Deum timentium laicorum, fidelium sancti Stephani, edificavi monasterium in loco, qui dicitur Gorzia[1], in pago Scarponinse[2], in honore beatissimorum apostolorum Petri et Pauli necnon et sancti Stephani seu et ceterorum sanctorum. Et fundavi atque dotavi ipsum monasterium de rebus et terris, que propter venditiones, commutationes michi legibus obvenerunt, ea scilicet conditione, ut in ipso monasterio monachi secundum ordinem et regulam sancti patris nostri Benedicti abbatis amodo et semper perpetuis temporibus vivant et, sicut ibi scriptum est[3], nichil penitus proprium habeant, sed sint illis communia omnia in omnibus, qualiter et pro se et pro aliis valeant exorare. Igitur* compulit nos affectio caritatis atque dilectionis fratrum ipsorum pro eorum quiete et ordine, qualiter Deo iuvante valeant implere regulam et ordinem suum et quod nobis successoribusque nostris maneant ad mercedem et ea recto tramite, inconvulso limite termi-

Luc. 6, 38. ibid. 11, 41. cf. Act. 2, 45. 4, 32.

*) *Verba* Igitur — secura *(p. 61 l. 3) conscripta sunt ope formulae Marculfinae, cuius textum hic subicimus:* Conpellet nos affeccio caritatis vestrae, radio inflammante devino, illa pro vestro quieti providere, quae nobis maneant ad mercedem, et ea recto tramitae, inconvulso limite, terminari, que perennem deinceps, propiciante Domino, obteneant firmitatem; quia non minor a Domino retributio speratur futura pro succiduis contemplante temporibus quam ad presens munera pauperibus offerentem. Et ne nobis aliquis detrahendo aestimet, in id nova decernere carmina, dum ab antiquitus iuxta constitutionem pontificum per regale sanctionem monasteria sanctorum Lyrinensis, Agaunensis, Lossoviensis vel modo innumerabilia per omne regnum Francorum sub libertatis privilegium videntur consistere *(Marculfi form. I, 1; ed. Zeumer, MG. Formulae 39).*

Lemma: Confirmatio privilegii domini Grodegangi archiepiscopi[4] antiquior.

7 mediocritatem *M.* 14 nostrorum] canonicorum *add. alio atramento in marg., postea deletum M.* 21 habeant] habentes *M.* 25 ea] a *M.* incovulso *M.*

Compendiensis v. Ölsner, l. l. p. 471 sqq.; de capitulis falso Compendiensi synodo adscriptis (Mansi XII, 657) v. ibid. 474. — 1) *Hodie Gorze prope civitatem Mettensem.* 2) *Hodie Charpaigne, regio inter Mosam et Mosellam; cf. MG. Capit. II, 195; 'Le Serpenois' secundum d'Herbomez, l. l. p. 657.* 3) *Cf. Reg. Bened. c. 33; ed. Woelfflin 38.* 4) *Cf. Hauck, l. l. II, 53 sq.*

nare, que perhennem deinceps propiciante Deo obtineant firmitatem, et ne quis nobis detrahendo estimet in id nova decernere, dum antiquitus iuxta considerationem pontificum videat cetera sibi subiecta monasteria in omnibus esse conservata atque secura. Ideoque pro divino intuitu vel pro anime nostre remedio seu successorum nostrorum pontificum, una cum commeatu et voluntate piissimi et gloriosissimi Pipini regis et consensu fratrum nostrorum, convenit nobis illis conservare pro eorum quiete et ordine et tranquillitate, ut* neque a nobis neque archidiacono nostro neque a ceteris ordinatoribus sancti Stephani vel a quolibet homine inquietati nec condempnati vel de rebus eorum expoliati contra rationis ordinem esse non debeant, sed, inspecta eorum instrumenta, iuxta constitutionem, quam eis instituimus [1], quieto ordine ipsas res teneant atque possideant et de hoc, quod nos ad ipsum monasterium dedimus atque firmavimus vel a Deum timentibus hominibus donatum est atque firmatum aut aliquo munere transmissum vel in altario offertum, aut sacris voluminibus seu quibuscumque speciebus, quod ad ornatum divini cultus pertinet, ad presens collata vel deinceps collatura fuerint, non auferamus. Et supplici postulatione exoro et postulo a dominis et successoribus meis episcopis et ceteris ordinatoribus sancti Stephani per nomen sancte trinitatis, ut quod superius intimatum est perpetuis temporibus pro eorum mercede agenda ipsis fratribus, qui in ipso monasterio esse videntur, conservent; et sit ipsum monasterium subiectum sub mundeburde et defensione sancti Stephani ecclesie Metensis, sicut in illo instrumento continetur, quod de ipso monasterio ad ecclesiam sancti Stephani fecimus, ut libeat eis pro vita et incolumitate regis et stabilitate regni Francorum et pro pontificibus suis suisque subiectis Domini misericordiam exorare et**, iuxta dispensationem divinam cum abbas de ipso monasterio ad Dominum migraverit, quem unanimiter omnis illa monachorum congregatio obtime regula compertum et vite meritis congruentem elegerint, una cum consensu et voluntate memorate urbis episcopi ipsum sibi habeant abbatem et, si in ipsa congregatione, quod absit, non

*) *Cum verbis* ut neque a nobis — non auferamus *(l. 15) cf. l. l. p. 40:* Nullam paenetus aliam potestatem in ipso monastirio, neque in rebus, neque in ordinandis personis, neque in villabus ibidem iam conlatis aut deinceps regio munere aut privatorum conlaturas, vel in reliqua substantia monasterii, nos successoresque nostri episcopi aut archidiaconi seu citeri ordinatores aut qualibet alia persona predictae civitatis habere non presumat, aut quodcumque de eodem monasterio sicut de parociis aut citeris monasteriis muneris causa audeat sperare aut aufferre nec de hoc, quod ad Deum timentibus hominebus transmissum aut in altario offertum fuerit, aut sacris voluminebus vel quibuscumque speciebus, quod ad ornatum divini cultus pertinet, ad presens conlata vel deinceps conlatura fuerint, auferre non presumat.

**) *Cum verbis* et iuxta — habeant abbatem *(l. 26) cf. l. l. p. 39 sq.:* et iuxta dispensatione divina cum abba de ipso monastirio a Domino migraverit, quem unianimiter omnis congregatio illa monachorum ex semetipsis optime regola conpertum et vitae meretis congruentem elegerint, sine premium memorate urbis episcopus ipse promoveat abbatem.

1 que] quod *M.* 3 videant *M.* 12 aliquo] aliquid *M.* 15 a *deest M.* 17 ut *deest M.* 19 mandeburde *M.* 24 regule *M.* 26 abbatem] habbatem *M.* ipsam congregationem *M.*

1) *Haec constitutio non iam exstat; quae supersunt diplomata a Chrodegango monasterio Gorziensi concessa de eius possessionibus ac redditibus statuunt; cf. d'Herbomez, l. l. p. 1 sqq.*

potuerint talem invenire, qui eos regulariter regat, tunc ipse pontifex cum consensu et voluntate eorum de alio monasterio eligat abbatem, sicut superius diximus, qui eis regulariter et secundum ordinem presit, et memoratus pontifex in ipso monasterio per nullum ingenium nullamque occasionem aut cupiditatem quemlibet abbatem mittat, nisi qui eos secundum ordinem sanctum regat; et si ipse pontifex aut quelibet alia potestas aliter fecerit, in divino districto iuditio ante Dei oculos cum beatissimo Petro principe apostolorum et sancto prothomartire Stephano exinde reddet rationem; et* si prefatus pontifex pro lucranda oratione aut visitatione fratrum, quando ei placuerit, in ipso monasterio venerit vel aliquam moram pro lucrandis animabus fecerit, cum exinde in Dei nomine vult habere regressum, absque ullo munere terreno requisito revertatur, qualiter monachi, qui solitarii nuncupantur, de profectu quietis vel securitate valeant Domino protegente per longa tempora exultare et sub sancta regula viventes pro profectu ecclesie et salute regis vel patrie valeant plenius Domini misericordiam et attentius deprecari; et si, quod absit, ipsi monachi de eorum regula aut religione tepidi aut negligentes reperti fuerint, secundum eorum regulam[1] ab abbate suo corrigentur; sin autem ipse abbas non prevalet, tunc prefatus pontifex cohercere debeat, quia nichil de canonica auctoritate convellitur, quicquid de pontificibus fidei pro quiete tranquillitatis tribuetur. Et** ut hoc firmis subsistat vigoribus, et nos et patres nostri domini episcopi in synodo subscriptionem manibus nostris decrevimus roborare, et fratres nostri de congregatione sancti Stephani, fideles ipsius, consentientes subscripserunt.

(1) Chrodegangus peccator episcopus hanc firmitatem a me factam relegi et subscripsi. (2) Adalfridus[2] peccator episcopus subscripsi. (3) Lupus[3] peccator episcopus. (4) Andreus subscripsi. (5) Ego Fulcharius[4] vocatus indignus episcopus subscripsi, (6) Rothingo advocato. (7) Vulfrannus[5] vocatus episcopus. In Christi nomine (8) Heriveus[6] episcopus subscripsi. (9) Segimodo. Ego (10) Mangaudus[7] episcopus subscripsi. (11) Memorianus. (12) Corchidianus subscripsi. (13) Deormarus[8] acsi pec-

*) *Cum verbis* et si — tribuetur *(l. 18) cf. l. l. p. 40*: et nisi rogitus a congregationem illa vel abbati pro oratione lucranda nulli nostrum liceat monasterii adire secreta aut finium ingredi septa; et si ab eis illuc pontifex postolatus pro lucranda orationem vel eorum utilitatem accesserit, celebratu ac peractu divino misterio, simplicem ac subriam benediccionem perceptam, absque ullo requaesitu dono studeat habere regressum, ut quatinus monachi, qui solitarii noncupantur, de perfecta quieti valeant, duci Domino, per tempora exultare et sub sancta regula viventes et beatorum patrum vita sectantes pro statu ecclesiae et salutae regis vel patriae valeant plenius Dominum exorare, et si aliquid ipsi monachi de eorum relegione tepidi aut an secus egerint, secundum eorum regulam ab eorum abbate, si prevalet, corregantur; sin autem, pontifex de ipsa civitate cohercire debeat, quia nihil de canonica auctoritate convelletur, quicquid domesticis fidei pro quietem tranquillitatis tribuetur.

**) *Cum verbis* Et ut firmis — roborare *(l. 19) cf. l. l. p. 41*: Quam constitutionem nostram, ut firmis subsistat vigoribus, et nos et fratres nostri domni episcopi subscriptionem manibus nostris decrevimus roborari.

1 eos] eis *corr. ead. fortasse man.* eos *M.* 6 divino] diuno *vel* duino *M.* 11 profecta *M.* 14 deprecare *corr. ead. man.* deprecari *M.* 18 firmius *M.*

1) *Cf. Reg. Bened. c. 23; l. l. p. 33.* 2) *Noviomensis.* 3) *Senensis.* 4) *Leodiensis.* 5) *Meldensis.* 6) *Vesontiensis.* 7) *Megingaudus Herbipolensis.* 8) *An Weomadus Treverensis?*

cator episcopus subscripsi. (14) Rabigaudus[1] abbas subscripsi. (15) Iacob[2] peccator episcopus subscripsi. (16) Meusebius[3] peccator episcopus subscripsi. (17) Audo[4] peccator episcopus subscripsi. (18) Chardobachius quamvis peccator episcopus subscripsi. (19) Leudaenaus[5] episcopus subscripsi. (20) Ego Lupus quamvis indignus episcopus subscripsi. In Christi nomine (21) Ledecharius[6] peccator episcopus subscripsi. (22) Fortunus peccator episcopus subscripsi. (23) Sedonius[7] acsi peccator episcopus subscripsi. (24) Deofridus[8] episcopus subscripsi. (25) Sadrius[9] episcopus subscripsi. (26) Ego Angilbannus subscripsi. (27) Sadebertus acsi indignus episcopus subscripsi. (28) Rotelmus subscripsi. (29) Gontelmus. (30) Brandoinus. (31) Sigilbertus. (32) Zacharie. (33) Rahinaus. Ego (34) Gonterius. (35) Abbo. (36) Adelelmus. (37) Angelelmus. (38) Sadrius episcopus subscripsi.

Ego (39) Richerius sive Uuasco acsi indignus diaconus iussus hanc confirmationem relegi et subscripsi.

Actum in Compendio palatio publice in synodo congregata [anno[10] ab incarnatione Domini DCCLVI., indictione IX., epacta XV., concurrente IIII.] anno VI. regni Pippini gloriosi regis sub die X̌. Kalendas Iun'.

16 X̌] *ita M, sed* V *alio atramento aliaque manu recentiore additum est; post X duae lineolae (II an V?) erasae sunt; cf. Reumont, 'Jahrbuch für lothringische Geschichte und Altertumskunde' XIV, 275.*

1) *An Fabigaudus abbas Wessobrunnensis?* 2) *Tullensis.* 3) *Eusebius Turonensis.* 4) *Utrum Heddo Argentoratensis an Hiddo Augustodunensis nescitur.* 5) *An Leodeningus Baiocensis?* 6) *An Leodegarius Corbeiensis?* 7) *Sidonius Constantiensis.* 8) *Parisiensis.* 9) *Andegavensis.* — *Reliquorum episcoporum sedes circumscribi non poterant; clerici, qui eos excipiunt, ecclesiae certe Mettensis erant; cf. Ölsner, l. l. p. 315 sqq.* 10) *Verba uncis inclusa ab eo, qui cartularium scripsit, addita sunt.*

12. CONCILIUM ROMANUM.

761. Iul. 4.

In Pauli I. papae (757—767) vita, quam continet liber pontificalis (ed. Duchesne I, 464), haec leguntur: Hic sanctissimus presul in sua propria domu monasterium a fundamentis in honore sancti Stephani, scilicet martyris atque pontificis, necnon et beati Silvestri, idem pontificis et confessoris Christi, construxit. Ubi et oraculum in superioribus eiusdem monasterii moeniis aedificans, eorum corpora magna cum veneratione condidit. Infra claustra vero ipsius monasterii ecclesiam mirae pulchritudinis a fundamentis noviter construxit, quam musibo et marmoribus decorans et omnem illic ornatum in auro argentoque et diversis speciebus largiens; sed et cyburium ibidem ex argento librarum . . . fecit *(in recensione B leguntur:* librarum fecit, qui pens. lib. DCCXX. Fecit autem ibidem altare apud confessionem, quae investivit argento purissimo, qui pens. lib. CCC) illicque innumerabilium sanctorum corpora, quae de praefatis demolitis abstulit cymiteriis, maximo venerationis condidit affectu. In eodem quippe monasterio plura contulit praedia et possessionum loca, urbana vel rustica, superflue atque abundanter eum ditans in auro et argento aliisque rerum speciebus et omnibus utilitatibus. Ubi et monachorum congregationem constituens Grece modulationis psalmodie cynovium esse decrevit atque Deo nostro omnipotenti et omnibus ibidem requiescentibus sanctis magnis sub interdictionibus sedule ac indesinenter laudes statuit persolvendas [1]. *Quae verba ad Pauli privilegium* presidente sacerdotali concilio *emissum respicere Duchesne (l. l. p. 466 ann. 8) animadvertit; sed eum acutius quam rectius de ipsius auctoritate dubitasse crediderim, propterea quod suspicio non movetur, si narratio libri pontificalis plura exhibet quam privilegium, quo Paulus iura monasterii stabilire, non de ipsius constructione agere volebat. Num alia quoque in illo concilio acta sint, latet.*

Textum autem privilegii v. cl. Paulus Kehr, qua est erga nos liberalitate, in usus nostros constituit, ita ut eius labori debeatur, si haec editio critica vocari potest, et nobis in eius vestigiis haerendum sit. Adhibuit vero in textu parando hos libros: 1) codicem Romanum bibliothecae Vallicellanae Q. 6, monumenta varia collecta a C. Baronio SRE. cardinali continentem, saec. XVI. XVII. (= A 1) fol. 492, ubi privilegium 'scriptum est manu venerabilis servi Dei Iohannis Iuvenalis Ancinae episcopi Salutiani [2]'; 2) codicem Romanum bibliothecae Vallicellanae C. 23, in quo inest collectio synodorum et epistolarum decretalium sive dogmaticarum summorum pontificum, saec. XVI. (= A 2) fol. 267; 3) codicem Romanum bibliothecae Vaticanae 6198 saec. XVI. (= A 3) fol. 41; 4) copiam saec. XVI. ex. confectam (= B), servatam in archivo

1) *V. etiam Pauli epistolam Pippino regi datam (762—767), MG. Epp. III, 554 (Jaffé-E. n. 2372). F. Gregorovius, 'Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter' ed. 3. II, 300. V. Federici, 'Archivio della R. Società Romana di storia patria' XXII (1899), p. 216 sqq.* 2) *Episcopatui, cui hodie nomen est Saluzzo, praefuit ab anno 1602. usque ad annum 1604.*

Vaticano Arm. XII caps. II n. 4; 5) Baronii editionem (Ann. eccl. ad a. 761 n. 2—12), ubi dicitur privilegium exstare apud moniales s. Silvestri Romae (= Bar.).

Genealogiam librorum ex hac figura perspicere possumus:



Edd.: Baronius ad a. 761 n. 2 (v. supra). Binius III, 1, 232. Coll. reg. conc. XVII, 633. Vorburg, Hist. IX, 594. Labbe-Cossart VI, 1689; ed. Coleti VIII, 445. Harduin III, 1999. Mansi XII, 645. Bull. Rom. Ed. Taur. I, 248. Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 1190. 'Archivio della Società Romana di Storia patria' XXII, 254. — Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. n. 2346, 'Neues Archiv' XXIV, 469 ad 761 Iun. 2.

In* nomine Domini. Amen. Haec copia seu transumptum cuiusdam privilegii vera bulla bullati quondam sanctissimae memoriae sanctissimi Pauli papae concessi, per eundem sanctissimum patrem venerabili monasterio sancti Silvestri de Capite urbis Romae, cuius corpus reconditum est sub altari prefatae ecclesiae una cum corpore sancti Stephani pape et martyris.

Paulus episcopus servus servorum Dei Leontio religioso presbitero et abbati venerabili monasterio sanctorum Stephani martyris atque Silvestri confessoris Christi et aliorum innumerabilium martyrum et confessorum Dei in eodem sancto monasterio a nobis annuente Deo fundato quiescentium et per eum in ipso venerabili monasterio in perpetuum.

Inter diversa studiorum conamina et varias humanae inconstantiae operationes, quae nimirum in hac temporali vita perpetrantur, illa presertim toto mentis nisu perficienda sunt, quae ad laudem domini Dei nostri et sanctorum eius celeberrimum respi-

*) *A 1 privilegio ipsi haec praemittit, quae rell. post eius textum ponunt et quae in originali addita fuisse videntur:* Mense Iunio die VIIII. introduximus in hoc oraculo corpus beati Silvestri episcopi et confessoris Christi. Mense Augusti die VIIX. introduximus corpus beati Stephani martyris atque pontificis tempore Constantini et Leonis Augustorum et Pipini excellentissimi regis Francorum et defensoris Romanorum, indictione IIIIX [1].

13 In nomine — martyris *(l. 17) desunt Bar.* 14 quondam] condam *A 1. 2.* concessa *A 1.* 16 cuius — ecclesiae *desunt A 3.* 18 Leontio] Icontio *A 2. Bar.*, Leontio *in marg. Bar.* 19 venerabilis monasterii *Bar.* 21 per eum in ipso] cum eo ipsi *Bar.* 23 conamina] examina *Bar. et A 2 corr. in marg.*, carmina *A 1—3*, nomina *B.* inconstantiae] *ita Bar.*, constantię *A 1—3. B.* 24 perpetrantur] pertractantur *Bar.* presertim] precipue *B.* mentis — perficienda] mentis insuper ficienda *A 2. 3*, mentis nisu conficienda *B.* 27 Iunio] Iunii *Bar.* VIIII.] decimanona *Bar.* oraculum *Bar.*, oratorio *B.* Sylvestri *Bar.* 28 VIIX.] septimadecima *Bar.*, XVII. *B.* 29 excellentissimo regi *A 2. 3.* 30 defensor *A 2. 3.* Romani *Bar.* IIIIX.] decimaquarta *Bar.*, XIIII. *B.*

1) *Id est anno 761. die 9. mensis Iunii et die 17. mensis Augusti.*

ciunt honorem, et profecto omnia subsequuntur prospera, si primitus quae Deo sunt gloriosa et sanctis eius prefulgida procuramus. Ob hoc nempe, dum divina redemptoris nostri ineffabilis potentiae gratia in meam respicere dignata est exiguitatem, magna cura insistit et anhelanti ferveo dilectionis affectu diuturnae eius benignitatis ac misericordiae propagari laudes et meorum ipsius offerre maiestati desideria votorum, atque ex hoc divinae illustrationis compunctus inspiratione vehementer, licet immeritus, procurare studeo ea, quae ad cultum Dei et dignam sanctorum eius pertineant venerationem, maxima roborationis censura confirmari. Quoniam valde me fateor opimis beneficiorum eorumdem sanctorum suffragiis apud divinam auditum misericordiam pro eo, quod qui nullis virtutum profectibus mereor prestitutum, sed gravi peccatorum mole ponderatum ad tam magnum et terribile apostolicae vicis officium eorum presidio divina me provexerit dignatio. Verumtamen in hoc omnipotentiae suae cunctorum prescius conditor et redemptor noster Iesus Christus demonstrat indicia, quod ea, quae apud nos despecta atque desperata sunt, nobis ad spem profectus potentiae suae gratia illustrante perducit: quod in me nimirum cernitur evenisse. Idcirco ingenti gratulationis laetitia refectus laudem Domini loquitur os meum, caro et lingua benedicit sanctum nomen eius, atque intra cordis affectum eius magnae pietatis et clementiae congruenter confero vota. Igitur cum per evoluta annorum spatia diversa sanctorum Christi martyrum atque confessorum eius foras muros huius Romanae urbis sita cimiteria neglecta antiquitus satis manerent diruta, contigit postmodum ab impia Longobardorum gentium impugnatione funditus esse demolita, qui etiam et aliquanta ipsorum effodientes martyrum sepulchra et impie devastantes, quorumdam sanctorum depraedata auferentes secum deportaverunt corpora, et ex eo tempore omnino desidiose atque negligenter eis debitus venerationis exhibebatur honor. Nam et, quod dici nefas est, etiam et diversa animalia in aliquantis eisdem sanctorum cimiteriis aditum habentia, illic eorum existebant secta piacula, a quibus foetoris exercebant squalorem. Unde conspecta eorundem sanctorum locorum desidiosa incuria et ex hoc valde ingemiscens atque uberrima doloris atterritus moestitia aptum prospexi annuente Deo eosdem sanctos martyres et confessores Christi et virgines ex eisdem dirutis auferre locis, quos et cum hymnis et canticis spiritualibus in hanc Romanam introduximus urbem et in ecclesia, quam noviter a fundamentis in eorum honore construxi, infra moenia

cf. Psalm. 144, 21.

1 subsequuntur] sequuntur *Bar.* 2 gloriosa] *ita Bar.*, curiosa *A 1—3. B.* procuramur *A 3*, procurantur *B.* 3 mea *A 2.* exeguitatem *A 3.* 4 insistere *Bar.* anhelanti ferveo] anhelante fere *Bar.* diuturna eius benignitate *A 2. 3. B. Bar.* 5 misericordiae] benignae misericordiae *B*, misericordia *Bar.* propagari] procuramus *Bar.* ipsius] ipsi *Bar.* 7 procurare] *ita Bar.*, procurem *A 1. B*, procūrem *A 2. 3.* studio *A 2. 3. B*, studui *Bar.* eius *deest Bar.* veneratione *A 3. B.* 8 maxima] et maxima *Bar.* censuram *A 2. 3. B.* confirman *A 3*, confirmem *B*, confirmare *Bar.* 9 eorundem *Bar.* auditum] adiutum *Bar.* 10 qui *deest Bar.* prestitutum] institutum *Bar.* sed] scilicet *A 2. Bar.* grave *A 2. 3. Bar.* 11 ponderatum] praegravatum *Bar.* ad tam] adeo *Bar.* terribile] tremabile *B.* vicis] sedis *emend. Bar.* officium] prosequi nisi *add. Bar.* 12 provexerit] proverit *A 2. 3*, prevenerit *Bar.*, provexit *B.* Veruntamen *Bar.* 13 redemptor] Dominus *add. Bar.* indicia] iudicia *A 2. 3. B.* 14 nos] eos ipsos *Bar.* atque desperata] *ita B*, *desunt A 1—3. Bar.* 16 loquetur *B.* caro] cor *Bar.* benedicet *A 3. B.* 17 affectuum *A 3. B.* et *deest A 2. 3. B. Bar.* 18 cum per evoluta] praevoluta *B.* spacia *Bar.* 19 sita — diruta] sita antiquitus coemeteria neglecta satis manerent diruta *Bar.* 20 satis *deest A 1.* manerent] mandent *A 3.* 21 aliquantula *A 3.* 22 quorundam *Bar.* sanctorum depraedata auferentes secum] *ita Bar.*, sanctorum secum depopulata *A 1—3*, sanctorum secum Dei prefata *B.* 24 dici nefas] dicitur mos *corr.* dici nefas *A 1*, dicitur mos *A 2. 3. B.* 25 cimiteriis] coemeteriis *Bar.* 26 illic] alię *A 3*, etenim *add. Bar.* secta piacula] septa animalium *Bar.*, secta *certe corruptum est* (scelesta? scelerata?) a] in *Bar.* exercebant] agerebant *ex corr. A 2*, egerebant *Bar.* 27 incuria] iniuria *B.* 28 uberrima doloris atterritus] plurima doloris attritus *Bar.* atteritus *A 2. 3. B.* annuente Deo] Deo annuente *Bar.* Deo *deest A 2. 3.* 29 eisdem] iisdem *Bar.* 31 ecclesiam *Bar.* honorem *Bar.* infra] intra *Bar.*

scilicet domus, quae mihi parentali successione obvenit, in qua me natum constat atque nutritum, eorum sanctissima collocans condidi corpora; ubi congregationem constituens monachorum speciali censura in honore et nomine beatorum Stephani pape et martyris atque Silvestri pape et confessoris Christi, in quo et veneranda eorum quiescunt corpora, monasterium virorum monachorum esse censui, scilicet modulationis exercendum psalmodium in perpetuum esse decrevi, constituens sedulas ibidem domino Deo redemptori nostro referre laudes et aeternam eorumdem sanctorum illic quiescentium venerationis memoriam ad gloriam divinae potentiae celebrari atque pro dilatione et stabilitate rei publicae necnon et salute omnium fidelium Christianorum et ob meorum veniam delictorum quotidianas fundere preces et debitum et condecentem eisdem omnibus Dei sanctis exiberi honorem. Quoniam dum ipsi martyres Christi, contemptis mundanae gloriae blandimentis atque diversa tormentorum supplicia perpessi, pro Christi sunt nomine capite truncati et amici Dei effecti, omnino congruit, ut, sicut eorum animae in coelestibus regnis cum angelis triumphant, et in terris quoque eorum sacratissima corpora lucidissimis habitaculis collocata optime ab omnibus venerentur Christianis, dum nimirum impensius pro suis cultoribus divinam non desistant implorare potentiam. Ipsorum quippe me sanctorum confero presidiis, confidens eorum me suffragiis a peccatorum, qua premor, exui mole: et ecce propitiante Domino eundem a nobis in eorum honore fundatum monasterium diversis prediis atque rebus et possessionibus urbanis vel rusticis et cunctis necessariis utilitatibus optime ditantes, omnia, quae ad concinnationem luminariorum et sedulam sacrificiorum oblationem vel ea, quae ad usus illic constituendorum monachorum sufficiunt, concessimus, id est massas, fundos, casales, colonias, vineas etiam atque ortua et oliveta seu domos et hospicia, salinas et aquimola vel piscarias et reliqua possessionum praedia in diversis locis et civitatibus sita simulque et servorum famulantium seu peculia, addentes etiam et sub iure et dictione ipsius nostri monasterii confirmantes aliqua monasteria et venerabilia loca cum universis possessionibus et omnibus eis generaliter et in integro pertinentibus. Haec nempe omnia loca, possessiones vel predia urbana vel rustica cum universis generaliter et in integro eis pertinentibus, ubi et in quocunque loco et civitate consistunt et a nobis in presenti nostro monasterio concessa sunt vel in posterum fuerint largienda et per precepta pontificalia et coeteras monitiones ibidem sunt vel fuerint confirmata, presidente sacerdotali concilio statuentes sancimus apostolica censura sub divini iudicii obtestatione et a nostris successoribus pontificibus servanda decernimus, ut in eodem venerabili monasterio perempniter permaneant atque

1 domus] in domo *Bar.* me] mihi *A 2. 3.* constet *A 1—3.* 2 constitui *Bar.* 3 speciali — nomine *desunt B.* honorem *Bar.* nomine] in nomine *Bar.* 4 confessorum *A 3.* et *deest Bar.* 5 censui] censuri *A 2. 3.* scilicet] ad *add. Bar.* exercendam psalmodiam *Bar.* 7 Deo] meo *A 1—3.* referri *Bar.* eorundem *Bar.* 8 dilatatione *B*, dilectione *Bar.* 9 et stabilitate] atque stabilitate *Bar.* 10 fundi *Bar.* debitum et] *ita Bar.*, debitum *A 1—3. B.* condecentem] condecenter *B.* 11 exhibere *Bar.* 12 mundanae] humanae *Bar.* 13 sunt nomine] nomine sunt *Bar.* 14 regnis] requiis *A 2.* et in] ita et in *Bar.* 15 sacratissima] sanctissima *B.* collocatur *A 2*, collocantur *A 3.* 16 desistunt *Bar.* 17 implorando *A 2. 3. B.* potentiam] omnipotentiam *Bar.* me sanctorum] sanctorum me *B.* 18 et] *ita Bar. emend. ex* Sed et. 19 eundem] idem *Bar.* a nobis] anb. *A 2.* aub *A 3.* in eorum honore] in honorem eorum *A 3.* honorem *Bar.* 20 utilitatibus] utensilibus *Bar.* optime *deest A 1.* ditantes] dirantes *A 3.* 21 luminarium *Bar.* 22 constituendorum] consistendos *A 2. 3. B*, consistentium *Bar.* monachium *A 2. 3.* 23 vineas] anneas *A 1. 2*, annuas *A 3.* ortua] hortos *Bar.* 24 hospitia *Bar.* salinas] salmas *A 1—3.* aquamola *B*, aquimolas *Bar.* reliquarum *B.* 25 seu] secum *Bar.* 26 dictione] ditione *Bar.* 29 ubi et in] ubi et ubi *B*, ubi et *Bar.* 30 in presenti] iam praefato *Bar.* presenti] prefato *A 1—3. B.* 31 largienda] *ita A 1. Bar.*, largitura *A 2. 3*, largita *B.* et per] per *A 1—3. Bar.* caeteras *Bar.* 32 sunt] sint *Bar.* confirmata] consumata *A 1—3.* 33 censura] et *add. Bar.* et a] et *A 1—3*, a *Bar.* 34 perenniter *Bar.*

in eius usu pro quotidiana sacrificii oblatione et luminariorum concinnatione atque sustentatione illic consistentium monachorum sempiterno iure proficiant. Unde et sub terribili atque tremenda futuri examinis die adventus magni domini nostri Iesu Christi,
cf. 2. Tim. 4, 1. in qua iudicaturus est vivos et mortuos et seculum per ignem, etiam et maximis sub anathematis interdictionibus domini nostri beati Petri principis apostolorum auctoritate decernimus nulli quoquo modo nostrorum successorum pontificum licere vel aliae magnae parvaeque personae, cuiuscunque sit honoris preditus dignitate, qualibet exquisitione ingenii arte dissolvere haec, quae a nobis pio intuitu ad laudem redemptoris nostri et honorem sanctorum eius constituta sunt, ne penitus ex eisdem locis vel possessionibus atque rebus et facultatibus, familiis etiam ac peculiis vel quicquid ad idem venerabile monasterium pertinere dignoscitur, auferre neque quoquo modo alienare, potius autem omnes, ut prelatum est, in eodem sancto loco perempniter in integro permaneant, sed nec abbas, qui pro tempore curam ipsius monasterii gesserit, quoquo modo presumat quemlibet locum, qui in usu existit monasterii, cuiquam locare aut venundare nec quippiam ex rebus ei pertinentibus ei usurpare aut fraudare. Statuentes interea et hoc decernimus, ut cuncta congregatio monachorum in eodem sancto consistentium monasterio septies in die domino Deo nostro referant laudes et debitum illic quiescentibus martyribus atque confessoribus Christi persolvant honorem, etiam et si virtus subvenerit, amplissimas eidem redemptori nostro studeant referre laudes, quoniam
Psalm. 70, 14. scriptum est: *Adiiciam super omnem laudem tuam.* Nam et hoc promulgantes sancimus et per omnipotentis Dei nostri virtutem sub terribili anathematis obligatione omnes omnino obstantes decernimus nullum unquam presumi quamlibet contrarietatem aut malitiam in eodem nostro monasterio vel pertinentibus ei causis inferre, sed magis pro Dei timore et maximo sanctorum eius honore cuncti iuvamina et auxilii opem eidem sancto monasterio vel pertinentibus ei causis atque utilitatibus ingerant, ut participes et ipsi huius boni efficiantur operis et mercedis premia huiuscemodi beneficio ab omnipotente Deo consequantur. Haec vero omnia a nobis ad laudem redemptoris nostri promulgata et ab universo sacerdotali concilio confirmata et maximis obligationibus corroborata, quae Deo vivo et vero decernimus perenniter conservanda. Si quis autem ex nostris successoribus pontificibus aut ex quocunque homine potente vel inferiore, magna scilicet parvaque persona, cuiuscunque sit honoris preditus dignitate, presumpserit quocunque argumento vel exquisita occasione haec, quae a nobis ad cultum Dei statuta sunt, destruere aut dissolvere vel in quocunque modo temerare aut refragare et, quod non optamus, quemlibet locum aut possessionem vel quicquid predicto venerabili monasterio pertinere dignoscitur auferre aut alienare ex eodem sancto

1 et luminariorum] in luminarium *Bar.* 2 illic] illuc *A 2. 3.* consistentium] existentium *Bar.* 3 atque] et *Bar.* futura *A 1—3. Bar.* examinis] cavimus *A 1—3*, cavemus *Bar.* 4 maximus *A 3.* 5 nostri] Iesu Christi *add. A 1—3*, Iesu Christi et *add. Bar.* 6 aliae] alicui *Bar.* 7 preditus] praedita *Bar.* 8 a *deest A 2. 3.* pio] pro *A 1. B.* 9 ne] nec *Bar.* eisdem] eiusdem *A 3*, iisdem *Bar.* 10 ac] et *Bar.* idem] eundem *A 2. 3.* 12 omnia *Bar.* perenniter *Bar.* 15 quippiam] cuiquam *Bar.* rebus ei] rebus *A 1—3. B.* pertinentibus ei] pertinentibus *Bar.* aut] ac *A 2. Bar.* 16 sancto *deest B.* 18 etiam] stiam *A 1. 2*, sed etiam *Bar.* et] *deest B*, ei *Bar.* si] qui *Bar.* virtus] vires *Bar.* 19 subvenit *Bar.* amplissimis *A 3.* eidem] omnium *Bar.* 20 Adiiciam] Actutiam *A 2*, Et adiiciam *Bar.* 21 omnis *A 3.* 22 omnino *deest Bar.* obstantes] obtestantes *emend. Bar.* praesumere *Bar.* 24 iuvamina] iuamina *A 2*, unanima *A 3.* 25 eidem] ipsi *Bar.* sancto monasterio *desunt Bar.* eis *A 3.* 26 efficiantur operis] operis efficiantur *B.* 27 omnipotenti *B. Bar.* consequuntur *A 2. 3*, consequamur *Bar.* 29 quae *deest Bar.* 30 quocumque *hic et infra Bar.* 31 dignitate] et dignitatis *Bar.* 33 destruere] distruere *A 2. 3.* vel *deest B.* in *deest A. Bar.* quocunque modo] quoquam *A 2. 3. B*, quoquomodo *Bar.* temerare] *ita coni. Bar.*, temere *rell.* aut refragare] aut etiam frangere *Bar.* 34 refragare] repagare *B.*

loco conatus fuerit, sciat se domini nostri beati Petri principis apostolorum auctoritate insolubili anathematis vinculo innodatum esse et a regno Dei alienatum, contrarios sibi sentiens omnes eosdem sanctos martyres et confessores et virgines Christi, et cum ipsis ante tribunal Dei omnipotentis in tremenda examinis die iudicii habeat districtas eisdem sanctis faciat rationes. Ipsum enim iudicem peto, qui est retributor omnium, pro cuius laude haec nos constituisse dignoscimur, ut iram suae potentiae omnibus huius nostri apostolici constituti transgressoribus inferat et insanabili ultionis vulnere percutiat cunctos, qui predictum nostrum monasterium laedere vel contrariam mentem in causis pertinentibus ei exhibere tentaverint vel quippiam ex omnibus ei pertinentibus abstollere presumpserit, et sit vita eorum laboriosa et pessima nimisque lugubris atque languentes deficiant et suorum minime consequantur veniam delictorum, sententiam sumentes Ananiae et Saphirae, qui mendacii noxae insepti ante pedes apostolorum expiraverunt, contingatque eis sicut Datan et Abiron, quos aperiens terra os suum vivos deglutivit, et cum dyabolo eiusque atrocissimis et teterrimis pompis atque cum Iuda traditore domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi et omnibus impiis deputati in tartareo igne et inextinguibili incendio et voragine cahos demersi conclementur in aeternum. Porro qui inventi aut fuerint, si monasterium nostrum defendere, quod ad laudem Dei et honorem sanctorum eius constituimus et omnia, quae in hoc apostolico continentur constituto annexa, custodientes integra mentis sinceritate observaverint, a dextris Dei inveniantur in locum lucis constituti et omnes sanctos Dei martyres, confessores et virgines Christi, qui in eodem venerabili monasterio quiescunt, firmos habeant protectores eorumque suffragiis et in presenti vita adiuventur et in futura beatitudine coelestis regni gaudia cum angelis Dei et omnibus sanctis et electis per infinita consequantur secula.

cf. Act. 5, 1 sqq. cf. Num. 16, 32.

Paulus episcopus sanctae catholicae atque apostolicae Romanae ecclesiae huic constituto a nobis facto subscripsi.

Iohannes humilis episcopus sanctae ecclesiae Nepesinae[1] huic constituto a nobis facto interfui et subscripsi.

Iohannes humilis episcopus sanctae ecclesiae Tiburtinę[2] huic constituto a nobis facto interfui et subscripsi.

Gratianus humilis episcopus Velliternensis[3] ecclesiae huic constituto a nobis facto interfui et subscripsi.

Petrus humilis episcopus ecclesiae Labicanensę[4] huic constituto a nobis facto interfui et subscripsi.

1 nostri] Iesu Christi atque *add. Bar.* 2 a *deest A 1—3. Bar.* 4 iudicii habeat] iudicii debeat *Bar., verba corrupta videntur.* districtas] *ita correxi,* cum *Bar.,* districtus *vell.* 5 faciat] facere *Bar.* Ipsum] Ipse *A 1—3.* 6 dignoscitur *B.* 9 quippiam] quicquam *Bar.* ei] et *A 1.* 10 abstollere *emend. Bar. ex* abstrahere. praesumpserint *Bar.* et sit] ut sit *Bar.* 11 consequantur] nisi resipuerint *add. Bar.* 12 Saphyrae *Bar.* 13 contigatque *Bar.* Dathan *A 1. Bar.,* Datam *A 2. 3.* et Abiron *desunt A 1—3.* 14 deglutivit] diglutiunt *A 3.* diabolo *Bar.* teterrimis] deterrimis *Bar.* 15 domini — nostri] Domini nostri salvatoris *Bar.* deputari *Bar.* 16 et voragine] et in voragine *Bar.* cahos] chaos *Bar.* conclementur] crementur *Bar.* 17 inventi] sunt *supplendum videtur.* aut *deest Bar.* si *deest Bar.* 20 loco *Bar.* martyres] et *add. B.* 23 gaudia] gaudere *A 1—3. Bar.* 25 atque] et *Bar.* 27 Ioannes *semper Bar.* 29 sanctae *deest Bar.* 30 facto *deest A 1—3. B.* 31 Velliternensis] Belliternensis *B,* Velitrensis *Bar.* 33 Labicanensę] Lalabicanensę *A 3,* Labicanensis *Bar.*

1) *Hodie Nepi; Iohannes sedit 743—769, secundum Gams (Series episcoporum p. 708), ex quo hic et infra adspersimus numeros annorum unicuique episcopo ab illo attributos.* 2) *Tivoli (743—761).* 3) *Veletri (761).* 4) *Labico (761).*

Parvus humilis episcopus sanctae ecclesiae Tribus Tabernis[1] huic constituto a nobis facto interfui et subscripsi.

Bonifacius humilis episcopus sanctae ecclesiae Triverne[2] etc. ut supra.

Domnus humilis episcopus sanctae ecclesiae Manturanensi[3] etc. ut supra.

Epiphanius peccator sanctae ecclesiae Perusinae[4] etc. ut supra.

Constantinus humilis episcopus sanctae ecclesiae Anagninae[5] etc.

Anastasius humilis episcopus sanctae ecclesiae Senogaliensis[6] etc.

Leo humilis episcopus sanctae ecclesiae Falaritanae[7] etc.

Petrus humilis episcopus sanctae ecclesiae Cerensae[8] etc.

Leo humilis episcopus sanctae ecclesiae Albanensae[9] etc.

Gregorius humilis episcopus sanctae ecclesiae Praenestinae[10] etc.

Iordanus humilis episcopus sanctae ecclesiae Signiense[11] etc.

Adam humilis episcopus sanctae ecclesiae Ortanae[12] etc.

Rodulphus humilis episcopus sanctae ecclesiae Cellense[13] huic constituto a nobis etc.

Gregorius humilis episcopus sanctae ecclesiae Silvae Candidae[14] etc.

Simachus humilis episcopus sanctae ecclesiae Amerinae[15] et alii, quos capere non possumus.

Gregorius archipresbiter sanctae Romanae ecclesiae titulum sanctae Balbinae.

Philippus humilis presbiter sanctae Romanae ecclesiae titulum sancti Marci.

Gregorius sanctae Romanae ecclesiae presbiter titulum sanctae Anastasię.

Theophilus sanctae Romanae ecclesiae humilis presbiter titulum sanctae Sabinae.

Eustochius humilis presbiter sanctae Romanae ecclesiae etc.

Stephanus humilis presbiter sanctae Romanae ecclesiae titulum sanctae Ceciliae.

Constantinus humilis presbiter sanctae Romanae ecclesiae titulum sanctorum Quatuor coronatorum.

Marinus humilis presbiter sanctae Romanae ecclesiae titulum sancti Laurentii, qui vocatur Damasso.

Euthinius episcopus Trivensis[16].

1 Parvus] et *add. B.* ecclesiae] in *add. Bar.* 3 sanctae *deest Bar.* Triverne] Trinerne *A 1*, Tifernae *Bar.* 4 Dominus *Bar.* sanctae *deest Bar.* Manturanensi] Maturanensis *Bar.* 5 peccator] pec̃or *A 1—3, lacuna in B,* episcopus *add. Bar.* 6 Constantinus] Constantius *B.* etc.] ut supra *add. semper Bar.* 7 Senogalliensis *Bar.* 8 Falaritanae] Salaritanae *A 1—3,* Salernitanae *Bar.* 9 Cerensis *Bar.* 10 Albenensae *A 1,* Albanensis *Bar.* 11 sanctae *deest Bar.* Praenestinae] Penestrinae *B.* 12 Signiense] Senense *A 1—3,* Senensis *Bar.* 13 Ortanae] Hortanae *Bar.* 14 Cellensis *emend. in* Calliensis *vel* Vercellensis *Bar.* huic — etc.] etc. ut supra *Bar.* 15 Silvae Candidae] Candidae Silvae *B.* 16 Simachus] *ita B,* Sunalbus *A 1—3. Bar.* Amerinae] etc. ut supra *add. Bar.* alii quos] alii caeteri qui *Bar.* quos capere] quę capi *A 1—3. B.* 18 tituli *semper Bar.* 22 etc.] tituli ..... *Bar.* 27 Damaso *B,* Damasi *Bar.* 28 Euthinius] Suthinius *A 1. 2. Bar.,* Suthinus *A 3.* Trivensis] Truiensis *A 2,* Tranensis *Bar., ubi semper additum est* ecclesiae.

1) *Tre Taverne (762 secundum Gams, l. l. p. VIII).* 2) *Tifernum Tiberinum = Città di Castello (761).* 3) *Martorano (761—769).* 4) *Perugia (761).* 5) *Anagni (757—761).* 6) *Sinigaglia (765 sec. Gams, l. l. p. 726).* 7) *Gams, l. l. p. 919 s. v. Salerno sequitur lectionem Baronii; sedes Falaritana fortasse est illa in oppido, cui nomen est Faleria, postea in civitatem Civita Castellana translata; cf. Gams, l. l. p. 685.* 8) *Cere (761).* 9) *Albano (761).* 10) *Palestrina (761—767).* 11) *Segni (769?).* 12) *Orte (761—769).* 13) *Cagli?, cf. Gams, l. l. p. 677, qui p. 864 s. v. Calvi sequitur primam Baronii lectionem (761—767), de altera p. 825 s. v. Vercelli tacet.* 14) *Selva Candida (761—769).* 15) *Sinibaldum episcopum Amerinum (Amelia) anno 761. fuisse notat Gams, l. l. p. 662.* 16) *Gams, l. l. p. 933 s. v. Trani sequitur Baronium (Suthinius 761); Trivensem aut Truiensem sedem non inveni.*

Leontulus episcopus Aletrinae [1].
Stephanus episcopus Ferentinate [2].
Theopamptus sancti Eusebii.
Leoninus titulum sanctae Susannae.
Eusebius titulum sancti Laurentii in Lucina.
Benedictus sancti Marcelli.
Clemens sanctae Anastasiae.
Christophorus sancti Vitalis.
Donatus sancti Sixti.
Andreas sanctae Mariae tit. Calixti.
Saxolus sancti Cirici.
Hermogenes sanctae Priscae.
Petrus humilis archidiaconus sanctae sedis apostolicae.

Datum IIII°. Nonas Iulii, imperante domno Constantino [3] Augusto a Deo coronato magno imperatore anno XLIII°., post consolatum eius anno vicesimo tertio, indictione XIIII.

1 Leontulus] Leonardus *B*, Leontius *Bar.* Aletrinae] Alberinae *A 1—3*, Alberini *B*. Amiterninae *Bar.* 2 Ferentinatis *Bar.* 3 Theopemptus *Bar., ubi semper nominibus propriis addita sunt* presbyter S. R. E. tituli. 4 Leoninus] Leontius *Bar.* 5 Lucina] Bacina *A 1—3.* 10 tit.] in *A 1—3. B. Bar.* Calisti *B*, Callisto *Bar.* 11 Cirici] Cyriaci *Bar.* 12 Hermogenis *A 2. 3. B.* 14 Iulii] Iunii *Bar.* domino *Bar.* 15 XLIII°.] quadragesimo primo ex quo cum patre regnare coepit et *Bar.* vicesimo tertio] vigesimo primo *Bar.* 16 XIIII.] XXIII. *B.*, decimaquarta *Bar.*

1) *Alatri; Gams, l. l. p. 851 s. v. Amiternum excerpsit Baronium (Leontius 761).* 2) *Ferentino (761).* 3) *Constantinus V. a Leone patre Caesar factus est anno 718. (die 21. vel 25. mensis Octobris aut die 25. mensis Decembris), die 18. mensis Iunii 741 Leone mortuo solus imperator mansit. Notae ergo chronologicae aeque atque indictio XIV. quadrant optime in annum 761., postquam falsa Baronii lectio multos movit errores; cf. Federici. l. l. XXII, 254 ann. 1.*

13. CONCILIUM ATTINIACENSE.

762. vel 760—762.

Concilii Attiniacensis documentum est illa inferius proferenda series episcoporum abbatumque, qui inter cetera salubriter sapienterque definita *etiam constituerunt de psalteriis et missis post uniuscuiusque obitum cantandis. Quae synodus quo anno celebrata sit, non satis constat: si respicies nomina Iohannis Constantiensis (infra n. 20) et Baldeberhti Basiliensis (infra n. 5) episcoporum, illam habitam putabis post mensem Iulii anni 760., quo Iohannes sedem adeptus est, ante finem anni 762., quo Baldeberhtus — si idem est atque eiusdem nominis abbas Murbacensis — diem obiit supremum. Econtra sex episcopi infra nominati (scilicet Genbaudus Laudunensis n. 9, Gaucilenus Cenomanensis n. 19, Folcricus Tongrensis vel Leodiensis n. 14, Athalfridus Noviomagensis n. 11, Ulframnus Meldensis n. 6, Megingozus Herbipolensis n. 12) subscribunt diplomati a Pippino rege Prumiensi monasterio d. d. 762 Aug. 13. concesso (Mühlbacher² n. 95), ut concilium Attiniacense eodem ipso anno 762. congregatum esse conicianus; cf. Ölsner, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin' 357 sqq. 474 sqq., qui documentum illud satis amplo bonique fructus commentario instruxit; v. praeterea Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 67 ann. 3.*

Legitur series nominum in unico codice Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 577 (antea s. Martini Moguntini) saec. VIII. vel IX. (= V) fol. 6. 6'. Antecedunt haec: Nomina episcoporum, qui misi sunt a Romana urbe ad praedicandum in Gallia: Toronicis Catianus episcopus (epis *semper V),* Arelatensibus Trophimus episcopus, Narbone Paulus episcopus, Tolosae Saturninus episcopus, Parisiacis Dionisius episcopus, Arvernis Stremonius episcopus, Lemovicinis Martialis designatus (desgnatus *V*) episcopus *(cf. Hahn, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs 741—752' p. 38 ann. 1); sequuntur interrogationes et responsiones baptismales indiculusque superstitionum (MG. Capit. I, 222 sq.).*

Edd.: Labbe-Cossart VI, 1702; ed. Coleti VIII, 461. Harduin III, 2009. Mansi XII, 675. MG. LL. I, 29. Migne, Patrol. lat. XCVI, 1516. MG. Capit. I, 221. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 469.

Nomina episcoporum seu abbatum, qui aput villam publicam Attiniacum pro causa relegionis ac salute animarum congregati synodali conventu inter cetera salubriter sapienterque definita hoc quoque commoni cunctorum decreto statuerunt, ut unusquisque illorum, quorum nomina in hoc indiculo subter scripta reperiuntur, quando quislibet de hoc saeculo migraverit, centum psalteria et presbiteri eius speciales misas centum cantent. Ipse autem episcopus per se XXX misas impleat, nisi infirmitate aut aliquo inpedimento prohibeatur. Tunc roget alterum episcopum pro se cantare. Abbates vero, qui non sunt episcopi, rogent episcopos, ut vice illorum ipsas XXX misas expleant, et presbiteri eorum centum misas et monachi centum psalteria psallere meminerunt.

33 indiculo] indiluculo *C.* 35 autem *signo Tironiano scriptum est V.*

(1) Hrodegangus episcopus civitas Mettis[1]. (2) Eddo episcopus civitas Stradburgo[2]. (3) Lullo episcopus civitas Maguntiaci[3]. (4) Lupus episcopus civitas Senonis[4]. (5) Baldeberhtus episcopus civitas Baselae[5]. (6) Uulframnus episcopus civitas Meldis[6]. (7) Remedius vocatus episcopus civitas Rodoma[7]. (8) Maurinus episcopus civitas Eboracas[8]. (9) Genbaudus episcopus civitas Laudumo[9]. (10) Hildigangus episcopus civitas Suaseonis[10]. (11) Athalfridus episcopus civitas Novionis[11]. (12) Megingozus episcopus civitas Uuirziaburgo[12]. (13) Uuilliharius episcopus de monasterio sancti Maurici[13]. (14) Folcricus episcopus civitas Tungris[14]. (15) Theodulfus episcopus de monasterio Laubicis[15]. (16) Hiddo episcopus civitas Augustoduno[16]. (17) Yppolitus episcopus de monasterio Eogendi[17]. (18) Iacob episcopus de monasterio Gamundias[18]. (19) Gaucilenus episcopus civitas Celmanis[19]. (20) Iohannes episcopus civitas Constantia[20]. (21) Uuillibaldus episcopus de monasterio Achistadi[21]. (22) Madalfeus episcopus civitas Uuirdunis[22]. (23) Harifeus episcopus civitas Bisentionis[23]. (24) Leodeningus episcopus civitas Baiogas[24]. (25) Eusebius episcopus civitas Toronis[25]. (26) Tello episcopus civitas Coeradiddo[26]. (27) Mauriolus episcopus civitas Andecavis[27]. † (28) Fulradus abbas de monasterio sancti Dionisio[28]. (29) Lantfridus abbas de sancto Germano[29]. (30) Iohannis abbas de sancto Flodoaldo[30]. (31) Druhtgangus abbas de Gemedico[31]. (32) Uuithlecus abbas de Funtanellas[32]. (33) Uuitmarus abbas de Centula[33]. (34) Leodharius abbas de Corbeia[34]. (35) Manase abbas de Flaviniaco[35]. (36) Asinarius abbas de Novalicio[36]. (37) Unaldo abbas de sancto Iohanne[37]. (38) Fabigaudus abbas de Busbrunno[38]. (39) Godobertus abbas de Rasbacis[39]. (40) Athalbertus abbas de Fabarias[40]. (41) Uuidradus abbas de sancta Columba[41]. (42) Ebarsindus abbas de Aldaha[42]. (43) Geraus abbas de Niviella[43]. (44) Ragingarius abbas de Utico[44].

1 episcopus] epīs *semper V.* civitas] cīuī *semper V, nisi aliud monemus.* 2 civitas Maguntiaci] civitā Maguntiaci *V.* 11 civitas Celmanis] *ita ipsis litteris V.* 14 civitas Baiogas] *ita item V.* 16 †] *Hoc signo episcoporum nomina ab abbatum nominibus secernuntur, Boretius.* 15 Coeradiddo] *an duo sint verba, codicis scriptura non prorsus pandit. Mabillon (Annales ord. S. Bened. II, 207) dicit: Forte Diddo alterius episcopi nomen est, Rettberg ('Kirchengeschichte Deutschlands' II, 138 ann. 27): Coeradiddo id est Curiae dictae.* 17 Flodoaldo] Chlodoaldo *legi vult Mabillon, l. l.*

1) *Hodie Metz († 766 Mart. 6).* 2) *Strassburg (734—775).* 3) *Mainz (755—786).* 4) *Sens.* 5) *Basel († 762; cf. Ölsner, l. l. p. 22. Hauck, l. l. II, 67 ann. 3).* 6) *Meaux.* 7) *Rouen († 771).* 8) *Evreux.* 9) *Laon.* 10) *Soissons.* 11) *Noyon.* 12) *Würzburg († post 777).* 13) *Monasterium St. Maurice.* 14) *Tongern (Lüttich; † 769?; cf. Hauck, l. l. II, 51 ann. 6).* 15) *Mon. Lobbes.* 16) *Autun.* 17) *Mon. St. Claude; cf. Ölsner, l. l. p. 362 ann. 6.* 18) *Mon. Hornbach; cf. Hauck, l. l. II, 51 ann. 4.* 19) *Le Mans; cf. Ölsner, l. l. p. 369.* 20) *Konstanz († 782).* 21) *Mon. Eichstätt († 787?; cf. Hauck, l. l. II, 784; aliter Ölsner, l. l. p. 370).* 22) *Verdun († 769?).* 23) *Besançon.* 24) *Bayeux.* 25) *Tours.* 26) *Chur († 766?; cf. Ölsner, l. l. p. 372 sq.).* 27) *Angers.* 28) *Monasterium St. Denis († 784).* 29) *Mon. St. Germain.* 30) *Mon. St. Cloud.* 31) *Mon. Jumièges.* 32) *Mon. St. Wandrille († 787; cf. Ölsner, l. l. p. 375).* 33) *Mon. St. Riquier.* 34) *Mon. Corbie.* 35) *Mon. Flavigny († 787).* 36) *Mon. Novalese in Italia († ante 773).* 37) *Mon. Moutiers St. Jean.* 38) *Mon. Wessobrunn; cf. Ölsner, l. l. p. 376.* 39) *Mon. Rebais; cf. ibid. p. 361 ann. 4.* 40) *Mon. Pfäffers.* 41) *Mon. S. Colombe in pago Senensi; cf. ibid. p. 362 ann. 4.* 42) *Mon. Altaich.* 43) *Mon. Nesles in provincia Trecensi; cf. ibid. p. 361 ann. 5.* 44) *Mon. St. Evroult; cf. ibid. p. 362 ann. 3.*

14. CONCILIUM ROMANUM.

769. mensis Aprilis die 12.—14.

Concilium Romanum, quod dicitur Lateranense, a Stephano III. papa[1] *celebratum duplici negotio occupatum fuisse ex ipsis actis actorumque fragmentis elucet. Primum enim iudicium tulit de Constantino invasore sedis apostolicae et nova decrevit de electione papae, deinde relegit confirmavitque acta concilii Romani habiti a Gregorio III. papa mense Novembri anni 731., ita ut illius sententiam de venerandis imaginibus de novo promulgaret. Hoc loco pauca tantum praemittere sufficit.*

Paulo I. papa die 28. mensis Iunii anni 767. mortuo sedem apostolicam per vim invasit Constantinus, qui eam per annum et mensem obtinuit, depositus vero est die 5. mensis Augusti 768., postquam die 1. Augusti 768. Stephanus III. per electionem a Christophoro primicerio notariorum et Desiderio rege Langobardorum fautam culmen papale nactus est, Philippo altero intruso die 31. Iulii eodemque die deposito. Consecratione die 7. mensis Augusti 768. accepta Stephanus statim legatos misit ad Pippinum regem Francorum, qui ut episcopos concilio celebrando adesse iuberet suaderent. Paucis mensibus post, Aprili scilicet anni 769., concilium Lateranense in basilica salvatoris nostri domini nostri Iesu Christi iuxta Lateranis *congregatum est*[2].

Historia concilii panditur in vita Stephani (Liber pontificalis ed. Duchesne I, 473 sqq.), ubi haec leguntur:

Itaque in exordio ordinationis suae, quo hisdem sanctissimus presul pontificatus apicem adsumpsit, direxit Franciae partes ad excellentissimos viros Pipinum, Carulum et Carulomannum reges Francorum et patricios Romanorum, Sergium antedictum, secundicerium et nomenculatorem illo in tempore existentem, deprecans atque adhortans eorum praecellentiam per suas apostolicas litteras[3], ut aliquantos episcopos gnaros et in omnibus divinis scripturis atque sanctorum canonum institutionibus eruditos ac peritissimos dirigerent ad faciendum in hanc Romanam urbem concilium pro eadem impia novi erroris ac temeritatis praesumptione, quam antefatus Constantinus apostolicae sedis pervasor ausus est perpetrare. Et properante antedicto Sergio Francorum regiones, iam invenit de hac luce migrasse christianissimum Pipinum regem[4]. Et

1) *Stephanus papa quatriduanus post mortem Zachariae (752) proprio numero non significatur in libro pontificali ed. Duchesne I, 440. 456 ann. 3; post cuius mortem Stephanus II. (752—757) electus est, cui successit Paulus (757—767).* 2) *Cf. Vita Stephani ed. Duchesne, l. l. I, 468—473. Jaffé-E., Regg. pontt. I, 283—285. Gregorovius, 'Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter' I, 350 sqq. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 433 sqq. Abel-Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' I, 63 sq.* 3) *Hodie non iam exstant (Jaffé-E. n. 2376); cf. praeterea epistola Stephani III. 770—771 (MG. Epp. III, 562; Jaffé-E. n. 2381).* 4) *Pippinus obiit anno 768. die 24. mensis Septembris.*

coeptum gradiens iter pervenit ad eius filios antedictos Carulum et Carulomannum, germanos fratres, reges Francorum et patricios Romanorum; quibus apostolicas tribuens litteras benigne ab eis susceptus est et, dignam illi impendentes humanitatem, cuncta nihilominus, pro quibus missus est, ab eorum excellentia impetravit. Dirigentes scilicet ipsi christianissimi reges XII episcopos[1] ex eisdem Francorum regionibus, nimis divinis scripturis et sanctorum canonum cerimoniis doctos ac probatissimos viros, scilicet[2] (1) Vulcario archiepiscopo provintiae Galliarum civitate Senense, (2) Georgio episcopo civitate Ambienensis, (3) Vulframno episcopo civitate Meltensis, (4) Lullone episcopo civitate Magancensis, (5) Gaugeno episcopo civitate Toronensis, (6) Adone episcopo civitate Lugdonensis, (7) Hermennarius episcopus civitate Betorecensis, (8) Danielem episcopum civitate Narbonensis, (9) Ermembertus episcopus civitate Warmacensis, (10) Berohelpos episcopus civitate Wirsburgo, (11) Erlolfos episcopus civitate Linguionensis, *(p. 474 D.)* (12) Tilpinus episcopus civitate Remensis, (13) Gislabertus episcopus civitate Noviomensis.

Eisque in hanc Romanam urbem coniungentibus mense Aprile, indictione septima, protinus antedictus Stephanus sanctissimus papa adgregans diversos episcopos Tusciae atque Campaniae et aliquantos istius Italiae provinciae, id est (14a) Valentinus presbiter et (14b) Iohannes diaconus, praesentantes locum domno (14) Leone archiepiscopo civitate Ravennate, (15) Ioseph episcopus civitate Dertonensis (Vertonensis *Duchesne)*, (16) Lantfredus episcopus civitate Castro, (17) Aurianos episcopo civitatis Torcanensis, (18) Radoinus episcopus civitate Balneoregis, (19) Petrus episcopus civitate Popollonio, (20) Fileradus episcopus civitate Lunensis, (21a) Teodorus archipresbiter et (21b) Petrus diaconus, locum praesentantibus (21) Hieronimi episcopi civitatis Papiae Ticino, (22) Petrus episcopus civitatis Cerensis, (23) Maurus episcopus civitate Polimartio, (24) Leo episcopus civitate Castello, (25) Sergius episcopus civitate Ferentino, (26) Iordanis episcopus civitate Signias, (27) Ado episcopus civitate Ortensis, (28) Ansaldus episcopus civitate Narnias, (29) Nirgotius episcopus civitate Anagnias, (30) Agatho episcopus civitate Sutrio, (31) Stephanus episcopus civitate Centumcellas, (32) Teodosius episcopus civitate Tibortine, (33) Pinis episcopus civitate Tribus Tavernis, (34) Bonifa (Bonifatius *corr. Duchesne)* episcopus civitate Priverno, (35) Leoninus episcopus civitate Alatro, (36) Valeranus episcopus civitate Trebe, (37) Bonus episcopus civitate Maturiano, (38) Gregorius episcopus terretorii Silve Candide, (39) Eustracius episcopus terretorii Albanensis, *(p. 475 D)* (40) Citonatus episcopus civitate Portuensis,

1) *Quod hoc loco mentio fit duodecim episcoporum, inferius autem tredecim leguntur, Duchesne (l. l. p. 482 ann. 30) interpretatus est ita, ut dicat vitae scriptorem prima vice non numerasse Georgium episcopum Ambianensem (vel Ostiensem = Penestrinum), de quo infra p. 78 l. 42 plura dicenda erunt.* 2) *Nomina episcoporum, qui hic et paulo inferius enumerantur, ex omnibus codicibus libri pontificalis solus exhibet codex Lugdunensis Batavorum, Vossianus 41 in quarto saec. IX. ex.; cf. Duchesne, l. l. p. CLXXVIII. — Cf. etiam Sirmond, Concilia Galliae II, 66: 'Episcopi Franciae ad concilium hoc missi, quorum nomina in Anastasii (id est libri pontificalis) codicibus exciderunt, quantum ex schedis Pauvianis, quibus olim usi sumus, colligere licuit, fuerunt: Vvilicarius Senonensis, Lullus Moguntinus, Gauienus Turonensis, Addo Lugdunensis, Herminardus Bituricensis, Daniel Narbonensis, Tilpinus Remensis, Herulfus Lingonensis, item Herembertus, Babulfus, Giselbertus et Ioseph, quorum sedes non satis aperte designabantur'. Praebet igitur episcopos supra numeris 1. 4—8. 12. 11. 9. 10 (Babulfus = Berohelpos?). 13 signatos, licet hinc inde nominum formis mutatis; Iosephi nomen supra frustra quaeritur, sed post Valentinum presbyterum et Iohannem diaconum incipit alteram seriem subsequentem (n. 15).*

(41) Citonatus episcopus Belliternensis, (42) Potho episcopus civitate Nepessine, (43) Antoninus episcopus civitate Caesinensis, (44) Iohannes episcopus civitate Faventias, (45) Stabilis episcopus civitate Pensauro, (46) Georgius episcopus civitate Sinogalias, (47) Maurus episcopus civitate Fano, (48) Sergius episcopus civitate Ficuclas, (49) Iuvianus episcopus civitate Callis, (50a) Sabatius presbiter, locum praestante (50) Tiberii episcopo civitate Ariminensi, (51) Florentinus episcopus civitate Eguvio, (52a) Gregorius presbiter, locum praestante (52) Marini episcopi civitate Urbino.

Quibus[1] omnibus congregatis concilium peractum est in basilica salvatoris domini nostri Iesu Christi iuxta Lateranis. Et praesidens isdem beatissimus Stephanus papa, consedentibus etiam pariter cum eo eisdem omnibus episcopis, deductus est ad medium sepefatus Constantinus apostolicae sedis invasor, iam extra oculos[2], et subtilius exquisitus, cur praesumpsisset apostolicam sedem laicus existens invadere et talem iniquae novitatis errorem in ecclesia Dei perpetrare, ita coram omnibus professus est vim se a populo pertulisse et brachio fuisset electus atque coactus in Lateranensi patriarchium deductus, propter grabamina ac praeiudicia illa, quae Romano populo ingesserat domnus Paulus papa[3]. Et corruens in terra, manibus extensis in pavimento, se reum atque super numerum arene maris *(cf. Ierem. 15, 8)* peccasse deflebat, petens misericordiae veniam ab eodem sacerdotali consequi concilio. Quem a terra elevare facientes ipso die nullam de eo protulerunt sententiam. Alio[4] vero die, denuo adferentes eum atque interrogantes de eadem impia novitate, respondit nihil novi se fecisse, dicens, quia et Sergius archiepiscopus Ravennantium *(cf. Duchesne, l. l. p. 483 ann. 48)* laicus existens archiepiscopus effectus est et Stephanus episcopus Neapolitanae civitatis *(cf. ibid. ann. 49)* et ipse laicus repente episcopus consecratus est. Dum vero talia isdem Constantinus prosequeretur, ilico irati zelo ecclesiasticae traditionis universi sacerdotes, alapis eius cervicem cedere facientes, eum extra eandem ecclesiam eiecerunt. Tunc defertis omnibus eius actionum gestis simul et concilio illo, quod in scriptis de eius quasi confirmatione editum fuerat, igne conbuserunt in medio presbyterii eiusdem ecclesiae. Et hoc facto proiciens se terra sanctissimus Stephanus papa cum universis sacerdotibus et populo Romano clamantesque Kyrieleison cum ingenti fletu peccasse se omnes professi sunt pro eo, quod de manibus ipsius Constantini communionem susceperunt. Sicque ex hoc omnibus indicta (indita *D*) est paenitentia. *(p. 476 D.)* Tunc[5] adlatis sacratissimis canonibus iisque liquido perscrutatis prolata

1) *Refertur verbis* Quibus omnibus — sententiam *(l. 19) de actione prima concilii die 12. mensis Aprilis habita.* 2) *Cf. Vita Stephani, l. l. p. 472.* 3) *Cf. Vita Pauli ed. Duchesne I, 463. Gregorovius, l. l. II, 364 ann. 2.* 4) *Incipit narratio de actione secunda die 13. mensis Aprilis.* 5) *Narratur verbis* Tunc adlatis — permanere deberent *(p. 77 l. 20) de actione tertia. — Ex libro pontificali hausit Deusdedit cardinalis in collectionis suae canonum libro I. capitulo 206., ubi una cum brevi recapitulatione actionum primae et secundae haec leguntur:* Stephanus III., natione Siculus, congregatis episcopis totius Tuscie atque Campaniae, consedentibus pariter XII episcopis Francorum et Romanis presbyteris, in presentia totius cleri et populi concilium fecit in basilica Constantiniana, in quo damnavit Constantinum neophytum invasorem sedis apostolice et inscriptiones eius et gesta decretorum, et allatis sacratissimis canonibus eisque liquido perscrutatis prolata est sententia ab eodem concilio sub anathematis interdictu, ut nullus unquam laicorum neque ex alio ordine praesumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbyter factus fuerit cardinalis, ad sacrum pontificatus ordinem promoveri *(ed. Martinucci 135). In ultimis Deusdedit verbis nititur Gratianus, cum haec exhibeat:* Nullus umquam laicorum neque ex alio ordine presumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbiter factus fuerit cardinalis, ad sacrum pontificalem honorem promoveri *(c. 4 D. 79).*

est sententia ab eodem sacerdotale concilio sub anathematis interdictu, nullus umquam praesumi laicorum neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbiter cardinalis factus fuerit, ad sacrum pontificatus honorem promoveri. Et alia plura, quae canonicam indigebant correptionem, in eodem concilio statuerunt emendanda. De episcopis vero atque presbiteris et diaconibus, quos ipse Constantinus consecraverat, ita in eodem concilio promulgatum est, ut episcopi illi, si qui eorum prius presbiteri aut diaconi fuerunt, in pristino honoris sui gradu reverterentur; et si placibiles fuissent quoram populo civitatis suae, denuo facto decreto electionis more solito, cum clero et plebe ad apostolicam advenissent sedem et ab eodem sanctissimo Stephano papa benedictionis suscepissent consecrationem. Presbiteri vero illi ac diaconi, ab eodem Constantino consecrati, simili modo in eo, quo prius existebant, habitu reverterentur; et postmodum, si qui eorum placibiles extitissent antefato beatissimo pontifici, presbiteros eos aut diaconos consecrasset; statuentes, ut hii, qui ex eis consecraturi erant, nequaquam ad fortiorem honorem ascenderent nec ad pontificatus promoverentur culmen, ne talis impius novitatis error in ecclesia Dei pullularet. Ipse vero antefatus beatissimus Stephanus papa quoram omni sacerdotali collegio clara voce clamavit, dicens nullo modo se mitti aut penitus declinari in eorundem presbiterorum aut diaconorum consecrationem. De laicis vero, qui ab eodem Constantino presbiteri aut diaconi consecrati sunt, ita promulgatum est, ut *(deest D.)* in religioso habitu cunctis diebus vitae eorum sive in propriis domibus vel ubi voluissent permanere deberent. Huiusmodi vero promulgatis sententiis ilico episcopi illi, qui ab eodem Constantino consecrati sunt, revertentes iuxta eiusdem concilii sententiam in pristino honoris gradu, electi denuo a clero et plebe factoque solito decreto ad sedem apostolicam properantes, ab eodem sanctissimo papa consecrati sunt. Nam presbiteri et diaconi illi usque ad mortem ipsius pontificis sic remanentes nequaquam ab eo sunt consecrati. Ita enim in eodem concilio statutum est, ut omnia, quae hisdem Constantinus in ecclesiasticis sacramentis ac divino cultu egit, iterata fuissent praeter sacrum baptisma et sanctum chrisma.

Haec[1] vero omnia promulgata continuo et diversa sanctorum patrum testimonia de sacris imaginibus domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi sanctaeque et gloriosae eius genetricis semper virginis Mariae dominae nostrae et beatorum apostolorum omniumque sanctorum ac prophetarum et martyrum seu confessorum in eodem adlata sunt concilio. Et subtilius cuncta perdagantes statuerunt magno honoris affectu ab omnibus *(p. 477 D.)* Christianis ipsas sacras venerari imagines, sicuti ab omnibus praedecessoribus huius apostolicae sedis pontificibus et cunctis venerabilibus patribus usque actenus de earum honoris affectu observatum et cunctis ad memoriam piae conpunctionis est traditum; confundentes atque anathematizantes execrabilem illam synodum, quae in Grecie partibus nuper facta est pro deponendis ipsis sacris imaginibus[2].

Expletis vero omnibus, quae in eodem concilio promulganda erant, tunc hisdem beatissimus pontifex, aggregans universos sacerdotes atque clerum et cunctum pòpulum, profecti sunt ad beatum Petrum principem apostolorum cum hymnis et canticis spiritalibus, nudis pedibus incedentes. Illicque in ambonem ascendens Leontius scriniarius cuncta, quae in eodem peracta sunt concilio, extensa voce legit populo; sed et tres episcopi, id est Gregorius Silva Candida, Eustratius Albano et Teodosius Tibur, in eodem praedictae ecclesiae ambone ascendentes anathematis obligationem protulerunt,

1) *Ultimo refertur de actione quarta, licet quibusdam post concilium actis interpositis.*
2) *De concilio Constantinopolitano anno 754. habito cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 410 sqq.*

ne quisquam presumi quoquo tempore transgredi quippiam de omnibus, quae in eodem concilio statuta sunt.

Accedit praeterea c. 128 collectionis cuiusdam iuris canonici, quam H. Wasserschleben ('Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen' 1839, p. 162 sq.) Rotgero archiepiscopo Trevirensi († 930) attribui voluit. Hoc caput — traditum in codice Guelferbytano inter Helmstadienses 454 saec. X. (= G) fol. 72'—74 — epitomen esse ex libro pontificali suspicatur Duchesne (l. l. p. 483 ann. 46), a cuius textu duobus differt locis: primo enim praebet diei significationem (septima diç mensis Aprilis), *quae in illo deest; altero verba exhibet* eiusdem ecclesiae, *quae in illo desiderantur. At in codice Veronensi, de quo actionem primam proferemus, legitur:* mense Aprile die duodecima, *ita ut codex G quod in fonte suo invenit facile falso descripsisse (VII legit pro XII, quae et G et Veronensis ipsis litteris promunt) putandus sit, praesertim cum dies 7. Aprilis anni 769. ut feria sexta ebdomadae minus apta videatur fuisse ad inchoandum concilium quam dies 12. ut feria quarta. Quod altero quoque loco a libro pontificali recedit, fortasse accidit eo, quod et G et liber pontificalis in relatione quadam deperdita de concilio nituntur, quae diversa fuit ab actis in codice Veronensi traditis.*

Concilium[1] Stephani tercii pape habitum temporibus dominorum regum Caroli et Carlomanni, in quo dampnavit Constantinum neophitum et invasorem sanctae sedis apostolicae, qui a Georio Penestrine civitatis episcopo in palatio Lateranensi contra canonica instituta et sanctorum patrum decreta subito clericus factus est, deinde hostiarius, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus et diaconus et mox consecratus in pontificem ab ipso et Eustratio et Citonato episcopis[2], omnesque, qui ab eodem neophito irregulariter ordinati fuerant.

Stephanus[3] beatissimus ac piissimus papa sanctae catholicae et apostolice Romanae ecclesiae septima dię mensis Aprilis congregavit cum duodecim reverentissimis Francorum episcopis, a Carolo et Carlomanno serenissimis regibus missis, quosdam episcopos Tusciae, Campaniae, Italiae et fecit concilium in basilica Domini salvatoris iuxta palatium Lateranensem. Cui presentari Constantinum neophitum et invasorem sanctae sedis apostolice precepit, interrogans eum, qua temeritate apostolicam invaderet sedem. Qui accepta respondendi licentia inquit: Multa Paulus papa Romanis intulit preiuditia, pro quibus conpescendis me constituerunt pontificem. Tunc solo prostratus ait: Peccavi; peto misericordiam. Quem a terra sublevantes nullam eo diç dedere sententiam.

Sequenti[4] autem diç presentatus est iterum concilio et interrogatus, cur tam nefariae novitati consentiret. At ille, superbiae spiritu inflatus, ait: Profiteor me nihil novi fecisse, quia Sergius Ravennas archiepiscopus laicus ad honorem electus

21 acolitus] *ita e corr. G.* 22 Eustrato *G.* Citonatę *G.* 28 Lataranensem *G.* 36 fecisse *G.* Ravennas] *ita e corr. G.*

1) *Ed. Wasserschleben, l. l. p. 162 sq.* 2) *Cf. Vita Stephani, l. l. p. 469: (Constantinus II.)* adveniente dominico die *(767 die 5. mensis Iulii)* rursum cum multitudine armatorum exercituum in basilica beati Petri properans, pontifex ab eodem Georgio episcopo Penestre et aliis duobus episcopis, Eustratio Albanense et Citonato Portuense, consecratus est. *Inter quos Georgius Penestrinus (vel Ostiensis) postea sedem Ambianensem nactus interfuit concilio anni 769., missus a regibus Francorum, ut de Constantino ferret sententiam; cf. Duchesne, l. l. p. 481 ann. 8. 482 ann. 30.* 3) *Verba* Stephanus — sententiam *(l. 33) spectant ad actionem primam concilii.* 4) *Quae sequuntur attribuenda sunt actioni concilii secundae.*

est et Stephanus Neapolitanus episcopus similiter. Hec eo respondente contra sanctorum patrum instituta, iussus est colaphis caedi et eici extra ecclesiam. Tunc[1] allatae sunt inscriptiones eius et gesta decreti in presbiterio et presente concilio combusta sunt. Deinde constitutum est a sancto concilio sub anathematis interdictione, ut ne quis deinceps ad pontificatum presumeret accedere nisi cardinalis presbiter aut diaconus eiusdem[2] ecclesiae, qui per distinctos gradus ascenderet. De illis vero, qui ab eodem neophito consecrati fuerant, statutum est, ut in eodem gradu permanerent, in quo consistebant, cum eos ipse ad altiorem proveheret; qui autem ex eis digni postea reperirentur, iterum a clero et a populo eligerentur et a domino Stephano papa consecrarentur. De laicis vero, qui ab ipso presbiteri aut diaconi consecrati fuerant, sancitum est, ut, ubicumque voluissent, in religioso habitu solummodo permanerent. Sicque factum est, ut omnes episcopi ab eodem Constantino neophito consecrati ad propria remearent et in pristino gradu aliquantulum temporis permanerent et postea, a clero et a plebibus electi, a domino Stephano papa episcopi consecrarentur et omnia ecclesiastica misteria iterarentur preter sacrum baptisma et misticum chrisma. Surgente[3] autem summo pontifice cum reverentissimis episcopis ac presbiteris e concilio, populus ad pedes eius procidens confitebatur se peccasse eo, quod ei communicaverat et sacrificium de eius manu acceperat; et indicta est eis pro hoc penitentia[4].

His praemissis agendum est de ipsis fragmentis quae exstant gestorum synodalium. *Primae actionis*[5] *fragmentum quod superest legitur in codice capituli Veronensis LVII (antea 55) saec. XI. (= V) fol. 109—110', sed folia infelici admodum fortuna multis in locis tantopere laboraverunt, ut quae ex coniectura supplenda sunt uncis ( ) semper incluserimus. Nomina praecipue episcoporum hinc inde humiditate vel maculis ita corrosa sunt, ut operae pretium duxerimus in varia lectione addere verba ex libro pontificali, signata litteris LP.*

Edd.: Cenni, Concilium Lateranense Stephani III. (1735), p. 1. Mansi, Suppl. I, 641. Mansi XII, 713. — Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. I, 285. 'Neues Archiv' XXIV, 469.

In[6] nomine patris et filii et Spiritus sancti, regnante (domino nostro Iesu Christo) uno ex eadem sancta trinitate cum eodem patre et Spiritu sancto per infinita omnia saecula, mense Aprile, die duodecima, indiccione septima.

1 Neopolitanus *G.* respondentę *G.* 2 çici *G.* 4 Deindę *G.* 6 diaconus] *ita e corr. G.* 9 et a domino] a domo *G.* 15 itaerarentur *G.* 16 pontificę *G.* 17 eius] pedes *iterum add. G.* *Lemma:* In nomine Domini incipit concilium domni Stephani tercii papae V. 28 domino nostro Iesu Christo e *coni. add. Duchesne, l. l. p. 483 ann. 46.* 29 Spiritus V.

1) *Verba* Tunc allatae — misticum chrisma *(l. 15) respondent ad ea, quae in libro pontificali de actione tertia traduntur.* 2) *De his verbis* eiusdem ecclesiae *cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' I, 229 ann. 1.* 3) *Revertitur auctor capituli ad actionem secundam..* 4) *Sequuntur in codice haec:* De septem epdomedariis episcopis. Hic constituit septem cardinales episcopos, qui alternatim in aecclesia beati Petri apostoli epdomadas celebrarent et hymnum angelicum in missarum sollempniis decantarent *(Wasserschleben, l. l. p. 163); cf. Vita Stephani, l. l. p. 478 et quae ibid. 484 ann. 56 Duchesne profert.* 5) *Cf. quae supra p. 76 ex libro pontificali et p. 78 ex codice Guelferbytano protulimus.* 6) *Duchesne (l. l. p. 483 ann. 46) exordium non prorsus intemeratum esse censet; secundum usum saeculi octavi in haec verba conceptum esse debuit:* In nomine domini nostri Iesu Christi, imperante domno piissimo Augusto Constantino imperatore anno L., post consulatum eius anno XXVIII., sed et Leone eius filio anno XVIII., mense Aprile . . .

Praepositis in medio sacrosanctis Christi quattuor evangeliis, praesidente ter beatissimo et coangelico Stephano summo pontifice huius Romane urbis aecclesiae et universali tercio papa in venerabili basilica Salvatoris domini nostri Iesu Christi, que appellatur Constantiniana iuxta Lateranis, (considentibus) etiam cum eo reverentissimis ac sanctissimis episcopis, id est (1a) Ioh(anne) ven(erabili) diac(ono) sanctae ecclesiae Ravennatis locum praesentante (1) Sergii (archiepiscopi Ravennatis) [1], (2) (Vu)lechario archiepiscopo provinciae Galliarum civitatis Senensis [2], (3) Georgio episcopo Ostiensi [3], (4) Bulferamo episcopo Meltensi [4], (5) (Lullone episcopo M)agnantiae [5], (6) Gavienno episcopo Torenorum [6], (7) Adone episcopo Lugdonensi [7], (8) Herminario episcopo Vethoricae [8], (9) (Daniele episcopo N)arbonensi [9], (10) Hermenberto episcopo Ioahione [10], (11) Verabulpo episcopo Burtevulgi [11], (12) Erlulfo episcopo Lingonicensi [12], (13) (Tilpino episcopo) Remensi [13], (14) Giselberto episcopo Noviomu [14], (15) Ioseph episcopo Derzonae [15], (16) Lanfrido episcopo Castri [16], (17) Aurinando episcopo Tuscanae [17], (18) (Radoino episcopo) Balneoregensi [18], (19) Petro episcopo Polonii [19], (20) Felerado episcopo Lunensi [20], (21a) Theodoro archipresbytero et (21b) Petro diacono locum praesentantibus (21) (Hieronimi) episcopi Papiae Ticini [21], (22) Petro episcopo Caerae [22], (23) Maurino episcopo Polimartii [23], (24) Leone episcopo Castelli [24], (25) Sergio episcopo

1 Praepositis] Propositis *e coni. Duchesne, l. l.; sed vide supra p. 38 l. 4, p. 41 l. 1, p. 42 l. 24.* 3 universaliter *V.* venerabile *V.* que] qui *V.* 5 Ioh(anne) — diac(ono)] Ioh ven̄ diac̄ *V,* Valentinus presbiter et Iohannes diaconus praesentantes locum domno Leone archiepiscopo civitate Ravennate *LP.* 6 praesentate *V.* (Vu)lechario — Senensis] . . lechario archiepiscopo provinciae Galliarum uicūssenensis *V,* Vulcario archiepiscopo provintiae Galliarum civitate Senense *LP.* 7 Georgio — Ostiensi] Georgio episcopo civitate Ambienensis *LP.* 8 Bulferamo — Meltensi] Vulframno episcopo civitate Meltensis *LP.* (Lullone episcopo M)agnantiae] Lullone episcopo civitate Magancensis *LP.* Gavienno — Torenorum] Gaugeno episcopo civitate Toronensis *LP.* 9 Adone — Lugdonensi] Adone episcopo civitate Lugdonensis *LP.* Herminario — Vethoricae] Hermennarius episcopus civitate Betorecensis *LP.* 10 (Daniele episcopo N)arbonensi] Danielem episcopum civitate Narbonensis *LP.* Hermenberto — Ioahione] Ermembertus episcopus civitate Warmacensis *LP.* 11 Verabulpo — Burtevulgi] Berohelpos episcopus civitate Wirsburgo *LP.* Erlulfo — Lingonicensi] Erlolfos episcopus civitate Linguionensis *LP.* (Tilpino episcopo) Remensi] Tilpinus episcopus civitate Remensis *LP.* 12 Giselberto — Noviomu] Gislabertus episcopus civitate Noviomensis *LP.* Ioseph — Derzonae] Ioseph episcopus civitate Dertonensis *LP, sed v. supra p. 75 l. 19.* 13 Lanfrido — Castri] Lantfredus episcopus civitate Castro *LP.* Aurinando — Tuscanae] Aurianos episcopus civitatis Torcanensis *LP.* 14 (Radoino episcopo) Balneoregensi] Radoinus episcopus civitate Balneoregis *LP.* Petro — Polonii] Petrus episcopus civitate Popollonio *LP.* Felerado — Lunensi] Fileradus episcopus civitate Lunensis *LP.* 15 Theodoro — Ticini] Teodorus archipresbiter et Petrus diaconus locum praesentantibus Hieronimi episcopi civitatis Papiae Ticino *LP.* 16 Petro — Caerae] Petrus episcopus civitatis Cerensis *LP.* 17 Maurino — Polimartii] Maurus episcopus civitate Polimartio *LP.* Leone — Castelli] Leo episcopus civitate Castello *LP.* Sergio — Ferentini] Sergius episcopus civitate Ferentino *LP.*

1) *Hoc loco Sergius appellatur archiepiscopus Ravennas, in libro pontificali Leo. Re vera sedit anno 769. Sergius, Leo sedit temporibus, quibus scriptus est codex ille Lugdunensis; cf. Duchesne, l. l. p. 482 ann. 28.* 2) *Sens; cf. ibid. ann. 29.* 3) *Georgius Ostiensis (Penestrinus, de quo plura in loco ex vita Stephani inferius hauriendo leguntur) idem est ac Georgius Ambianensis in catalogo supra repetito; v. p. 78 ann. 2.* 4) *Meaux.* 5) *Mainz.* 6) *Tours.* 7) *Lyon.* 8) *Bourges.* 9) *Narbonne.* 10) *De verbo* Ioahione *tractum est a Cenni (l. l. p. 62 sqq.) Iuvavum (Salzburg); cf. Duchesne, l. l. p. 482 ann. 31. Hefele, l. l. III, 435 ann. 2. Abel-Simson, l. l. I, 64 ann. 3. Warmacensis (l. 28) = Worms.* 11) *Würzburg; cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 49 ann. 2.* 12) *Langres.* 13) *Reims.* 14) *Noyon.* 15) *Tortona.* 16) *Castro.* 17) *Toscanella; cf. Duchesne, l. l. p. 483 ann. 35.* 18) *Bagnorea.* 19) *Populonia.* 20) *Luni.* 21) *Pavia.* 22) *Cere.* 23) *Bomarzo.* 24) *Civita Castellana; cf. Duchesne, l. l. p. 483 ann. 39.*

Ferentini[1], (26) (Iordane) episcopo Signiae[2], (27) Adone episcopo Ortensi[3], (28) Ansualdo episcopo Narniae[4], (29) Nirgotio episcopo Anagniae[5], (30) Agathone episcopo Sutrii[6], (31) (Steph)ano episcopo Centum Cellarum[7], (32) Theodosio episcopo Tiburtinensi[8], (33) Pinio episcopo Tribus Tabernis[9], (34) Bonifa episcopo Privernensi[10], (35) (Leo)nino episcopo Alatrino[11], (36) Valerano episcopo Trebe[12], (37) Bono episcopo Manturianensi[13], (38) Gregorio episcopo Silvae Candidae[14], (39) (E)ustratio episcopo Albano[15], (40) Potho episcopo Nepesino[16], (41) Cidonato episcopo Portuensi[17], (42) Antonino episcopo Cesinae[18], (43) Ioanne episcopo Fentiae[19] missis a praedicto (1) Sergio archiepiscopo Ravenna, (44) Stabilino episcopo Pensauri[20], (45) Mauro episcopo Fanensi[21], (46) Iuviano episcopo Gallis[22], (47) Georgio episcopo Senogaliae[23], (48) Sergio episcopo Ficuclensi[24], (49a) Sabbatio presbytero locum praesentante (49) Tiberii episcopi Ariminensi[25], (50) Florentino episcopo Eugubii[26], (51a) Gregorio presbytero et locum praesentante Maurini episcopi Orbinii[27], (52) Cidonato episcopo Villitriae[28] seu venerabilibus presbyteris (53) Gregorio archipresbytero, (54) Theophi presbytero, (55) Eustachio presbytero, (56) Clemente presbytero, (57) Donato presbytero, (58) Armogenio presbytero, (59) Theophilacto presbytero et (60) Theodosio presbytero, adstante etiam (61) Anastasio archidiacono et cunctis religiosis Dei famulis tam Latinorum monasteriorum vel Grecorum cynoviorum atque proceribus ecclesiae et cuncto clero, optimatibus etiam miliciae seu cuncti exercitus et honestorum civium et cuncte generalitatis populo, Stephanus episcopus sanctae catholicae et apostolice Romane ecclesiae

1 (Iordane) — Signiae] Iordanis episcopus civitate Signias *LP.* Adone — Ortensi] Ado episcopus civitate Ortensis *LP.* Ansualdo — Narniae] Ansaldus episcopus civitate Narnias *LP.* 2 Nirgotio — Anagniae] Nirgotius episcopus civitate Anagnias *LP.* Agathone — Sutrii] Agatho episcopus civitate Sutrio *LP.* 3 (Steph)ano — Centum Cellarum] Stephanus episcopus civitate Centumcellas *LP.* Theodosio — Tiburtinensi] Teodosius episcopus civitate Tibortine *LP.* 4 Pinio — Tribus Tabernis] Pinis episcopus Tribus Tavernis *LP.* Bonifa — Privernensi] Bonifa (Bonifatius *corr. Duchesne)* episcopus civitate Priverno *LP.* 5 (Leo)nino — Alatrino] Leoninus episcopus civitate Alatro *LP.* Valerano — Trebe] Valeranus episcopus civitate Trebe *LP.* Bono — Manturianensi] Bonus episcopus civitate Maturiano *LP.* 6 Gregorio — Silvae Candidae] Gregorius episcopus terretorii Silve Candide *LP.* (E)ustratio — Albano] Eustracius episcopus terretorii Albanensis *LP. ab hoc nomine V et LP discrepant in enumerandis nominibus episcoporum.* 7 Potho — Nepesino] Potho episcopus civitate Nepessine *LP.* Cidonato — Portuensi] Citonatus episcopus civitate Portuensis *LP.* Antonino — Cesinae] Antoninus episcopus civitate Caesinensis *LP.* 8 Ioanne — Ravenna] Iohannes episcopus civitate Faventias *LP.* missis] *ita V,* misso? 9 Stabilino — Pensauri] Stabilis episcopus civitate Pensauro *LP.* Mauro — Fanensi] Maurus episcopus civitate Fano *LP.* 10 Iuviano — Gallis] Iuvianus episcopus civitate Callis *LP.* Georgio — Senogaliae] Georgius episcopus civitate Sinogalias *LP.* Sergio — Ficuclensi] Sergius episcopus civitate Ficuclas *LP.* 11 Sabbatio — Ariminensi] Sabatius presbiter locum praestante Tiberii episcopo civitate Ariminensi *LP.* 12 Florentino — Eugubii] Florentinus episcopus civitate Eguvio *LP.* Gregorio — Orbinii] Gregorius presbiter locum praestante Marini episcopi civitate Urbino *LP.* 13 Maurini] *ita correxi.* Temaurini *ex dittographia syllabae ultimae verbi antecedentis V,* Marini *LP.* Cidonato — Villitriae] Citonatus episcopus civitate Belliternensis *LP.* Villitriae] *reliqua nomina desiderantur in LP.* 18 cynoviorum] *intellige: coenobiorum.*

1) *Ferentino.* 2) *Segni.* 3) *Orte.* 4) *Narni.* 5) *Anagni.* 6) *Sutri.* 7) *Civitavecchia.* 8) *Tivoli.* 9) *Tres Tabernae; Gams, Series episcoporum p. VIII: 762. Parvus.* 10) *Piperno.* 11) *Alatri.* 12) *Trevi?; cf. Gams, l. l. p. 664.* 13) *Monterano; cf. Duchesne, l. l. p. 413 ann. 41. 483 ann. 43.* 14) *Silvacandida.* 15) *Albano.* 16) *Nepi.* 17) *Porto.* 18) *Cesena.* 19) *Faenza.* 20) *Pesaro.* 21) *Fano.* 22) *Cagli; cf. Duchesne, l. l. p. 483 ann. 45.* 23) *Sinigaglia.* 24) *Ficocle, id est Carvia; cf. Gams, l. l. p. 681.* 25) *Rimini.* 26) *Gubbio.* 27) *Urbino.* 28) *Veletri.*

dixit: 'Sanctissimi fratres et consacerdotes, ideo vestram Deo amabilem atque conspicuam sanctitatem in hanc sacrosanctam, matrem omnium aecclesiarum Dei, Romanam ecclesiam aggregare de diversis provinciis studuimus, ut de invasione et nova temeritatis praesumptione, quae per Constantinum et eius sequaces huic apostolicae sedi inrepsit, subtile rei meritum perscrutari iubeatis et secundum sanctorum canonum atque probabilium patrum decreta id, quod aequitatis exigit racio, decernere studeatis'.

Sanctum concilium respondit: 'Veniant in nostri praesentia hi, qui eum elegerunt atque ennormiter consecraverunt, et dicant, qualiter se rei habet qualitas, ut sciamus, quid exinde canonicae cum Dei auxilio decernamus'. Sanctissimus ac ter beatissimus Stephanus summus pontifex et universalis papa dixit: 'Ego[1] de hac causa nullam habeo scienciam, quia, quando domnus Paulus papa de hac vita recesserat, omnes eum derelinquentes, nisi ego funeris adsistebam custodiam ob sepulturae tradendum. Sed ecce dilectus filius noster Christophorus primicerius quae scit aedicat'.

Tunc ingressus sanctissimus vir Christophorus, primicerius notariorum sanctae saedis apostolicae, adsistens in medio venerandi concilii, dixit: 'Sanctissimi patres, et dum recensacio huius perhactae causae prolixa est, et dum multa sunt, quae referantur, exarari feci ea, quae in vestri offero praesencia vobis relegenda'. Et accipiens ea Uuilcarius, Deo amabilis archiepiscopus Galliarum, tradidit ea Leontio, notario regionario et scriniario, relegenda. Et ingressus hisdem scriniarius cuncta relegit, cuius iste est textus:

'Christophorus, primicerius notariorum sanctae sedis apostolicae, ex persona universalis Dei sanctae Romane ecclesiae et tocius cleri dixit: Quanto iocunditatis gaudio sancta universalis Dei pollet ecclesia, aevidentius nunc rei meritum demonstrat et spiritalis supernae considerationis huius angelici collegii . . . dum talia praecipua et a Deo inlustrata ob sui defensionem pariter conspicit aggregata luminaria . . . eggregii Dei cultores divino accersitam nutu praessentiam. Inter quos velut splendidissimus sol . . . domne sanctissime presul et universalis papa, miro splendore rutilas, qui apostolorum principis beat(i Petri) promeruisti perfrui sedem. Vos enim estis sollertissimi Dei cultores secundum sanctorum patrum tradicionem, membra (huius) sacrosanctae Romane ecclesie, que capùd et principatum omnium Dei ecclesiarum existit, et oportet vos, vestro ca(piti) sincerissimo mentis affectu et ex intimo cordis annisu obtemperantes, ea, quae pro quiete eiusdem Dei respiciunt ecclesiae, magnopere spiritali profligare intuitu, perpendentes illut, quod scriptum est: Si[2] caput sanum fuerit, et cetera membra sana efficiuntur. Credendum quippe est, quoniam et ipsi

3 nova] noba *corr.* nova *ead. man. V.* 10 sumus *V.* 12 nisi] *ita al. man. superscripsit verbo in V.* 13 aedicat] *intellige:* edicat. 15 concilii] concilio *corr. al. man.* concilii *V.* 16 recensacio] *id est recensio.* 24 collegii . . . dum] *lacunam supplere aeque ac Cenni non audeo.* 25 luminaria . . . eggregii *(ita V)] sensus hiat per lacunam.* 26 praessentiam] *ita V.* 27 sol . . . domne] *ita etiam Cenni.* 28 beat(i Petri)] *ita Cenni.* 29 (huius) *supplevit Cenni.* 30 principatum] *ita V.* 31 ca(piti)] *ita Cenni.* 33 est: Si] *lacunam inter haec verba minus recte statuisse videtur Cenni.* caput *e* capud *corr. ead. man. V.*

1) *Cf. vita Stephani, l. l. p. 468:* Dum . . . predecessor eius *(scilicet Stephani III.)* domnus Paulus papa pro austeritate fervoris aestivo tempore in ecclesia beati Pauli demoraretur et valida ibidem aegritudine praeoccuparetur, de qua et vitam finivit, die noctuque isdem beatissimus Stephanus *(tum presbyter tituli s. Caeciliae)* in eiusdem sui praedecessoris pontificis perseverans servitio nullo modo ab eius lectulo, donec spiritum amitteret, recessit. 2) *In sacra scriptura non legitur. Cf. Hieronymi epistola ad Paulinum:* Capite quippe sano omnes sensus vigent *(Opp. I, 326), v. etiam L. Visig. II, 1, 3 (MG. LL. nat. Germ. I, 47 cum ann. 3, ubi verba Reccessvindi regis in concilio Toletano VIII. laudantur).*

angelorum chor(i) pariter cum omnium sanctorum coetu ineffabili nobiscum gratulantur laeticia, cernentes omnium vivificator(em) Spiritum sanctum huic sacratissimo adesse concilio, quoniam ipsius testatur praesencia congregatio sacerdotum'.

Stephanus sanctissimus ac beatissimus episcopus sanctae Dei ecclesiae catholicae atque apostolicae urbis Romae dixit: 'Divina illustracione informatus dilectus filius noster Christophorus primicerius ea nos adgreditur, quae profecto ad magnam sanctae catholicae et apostolicae toto orbe diffuse nostrae Romane ecclesiae vigoris censuram et olitanam eius tradicionem pertinere noscuntur, et nimirum constat, quod inter cetera spiritalium operum studia illa praeferenda sunt, quae ad salutem proficiunt animarum. Subsecuntur enim prospera, si primitus quae Deo sunt cariora perficiantur'.

Universi venerabiles episcopi dixerunt: 'Subtili refertione sanctissimus vir Christophorus, primicerius notariorum sanctae sedis apostolicae, nobis aedicat ea, quae brachio fortia transgressoribus et apostolicae sedis invasoribus diabolica instigatione perpetrata sunt; et nova praesumptio huic sacrosanctae Romanae inrepsit ecclesiae, quatenus, liquido agnoscentes rei qualitatem, obtime instrui valeamus ea, quae fas exigit, decernere et secundum sanctorum patrum et canonum instituta determinare'.

Christophorus, primicerius notariorum sanctae sedis apostolicae, verba fatiens universalis Dei Romanae ecclesiae et tocius cleri, dixit: 'Contigit[1] per transactam

1 chor(i)] *ita Cenni.* 2 vivificator(em)] *ita Cenni.* 3 praesencia] *ita V, praesenciam?* 8 olitanam] *id est quae olim fuit.* 11 refertione] *id est relatione.* 13 transgressoribus — invasoribus] *intellige: a transgressoribus — ab invasoribus.*

1) *Repetit hanc Christophori relationem Duchesne, l. l. p. 480 ann. 2. Vita Stephani III. (l. l. p. 468 sq.) post verba p. 82 ann. 1 laudata pergit:* At vero nondum adhuc spiritum exalaverat *(scil. Paulus papa),* ilico Toto quidam dux, Nepesinae civitatis *(hodie Nepi)* dudum habitator, cum suis germanis Constantino, Passibo et Paschale, aggregantes tam ex eadem Nepesina quamque ex aliis Tusciae civitatibus multitudinem exercitus atque catervam rusticorum ingredientesque per portam beati Pancratii in hanc Romanam urbem adque in domo antedicti Totonis armati adsistentes elegerunt ibidem subito Constantinum, fratrem eiusdem Totonis, laicum existentem. Quem cum armis plurimi eorum loricis induti latrocinanter in Lateranensem patriarchium introduxerunt. Et ascendentes cum eo in vicedominio, continuo accersito Georgio episcopo *(scil. Praenestino, de quo cf. l. l. p. 469 et 481 ann. 8. 11),* compulerunt eum orationem clericatus eidem Constantino tribui. Ipse vero omnino hoc renuebat facere corruensque terra prostravit se pedibus ipsius Constantini, adiurans eum fortiter per omnia divina misteria, ut locum daret et ab eiusdem impiae praesumptionis proposito recederet, ne per eum talis inaudita novitas in ecclesia Dei fieret. Et dum huiuscemodi adiurationis proferret verba, concitati plurimi ex ipsis malignis, qui eandem impiam electionem fecerant, insurgentes super eum atque fortiter comminantes ei, timore correptus orationem illi clericatus tribuit. Et ita clericus effectus eundem sanctum Lateranensem invasit patriarchium. Alio vero die inlucescente, secunda feria *(id est 767 mensis Iunii die 29.),* subdiaconus atque diaconus ab eodem episcopo in oratorio sancti Laurentii intra eundem patriarchium contra sanctorum canonum instituta consecratus est sicque universum populum sibi sacramentum praebere fecit. Et adveniente dominico die *(id est 767 mensis Iulii die 5.)* rursum cum multitudine armatorum exercituum in basilica beati Petri properans pontifex ab eodem Georgio episcopo Penestre *(de hoc v. supra p. 75 ann. 1, 78 ann. 3)* et aliis duobus episcopis, Eustratio Albanense et Citonato Portuense, consecratus est. Et per anni unius spatium et mensem unum sedem apostolicam invasam detenuit. Hoc vero cernens Christophorus primicerius et consiliarius, zelo fidei, una cum suo filio Sergio tunc sacellario existente maluerunt magis mori quam talem impiam novitatem et iniquam praesumptionem in sedem apostolicam perpetratam conspicere. Et cotidie in fletu et lacrimis perdurantes simulaverunt se

quintam indiccionem mense Iunio die vicesima nona[1] sanctae recordacionis domnum Paulum papam de hac luce divina vocatione fuisse subtractum. Dum vero in eadem decumberet infirmitate, de qua et vitam finivit, illico areptus a diabolo quidam Nempesini oppidi ortus, Toto nomine, cum suis germanis atque aliis nefariis complicibus nitebantur eum interficere; quod mea infelicitas audiens, hoc fieri prohibui et convocato eodem Totone vel reliquis iudicibus in domucellam meam salutaribus eos adgressus sum monitis et validis exortatus sum adiuracionibus a tanto reatus flagicio caveri. Et vix tandem aliquando eorum procacissimam valui flectere mentem, ne in tali tantoque se inmiscerent piaculo. Post haec vero affertis in eadem domo pusillitatis meae sacrosanctis Christi quattuor evangeliis et venerabili chrismate et ceteris Dei mysteriis (sacramentu)m mutuo praebuimus, quod nullus extra alium eleccionem pontificatus egisset, (nisi) eum, quem ex (suo cons)ilio divina providentia tribuisset ex corpore sanctae nostrae ecclesiae, videlicet de sacerdotibus (vel diaconi)bus iuxta huius apostolicae sedis traditionem nobis eligeremus antistitem et prestito inter nos eodem (sacramento), eorum credidimus sponsioni, adfirmantes et hoc in eodem sacramenti foedere, ut neminem rusticorum . . . Romanae urbis subiacencium castrorum in hanc civitatem ingredi permitteremus. Illi vero (adiura)ntes . . . iudicium, in periurii reatum delapsi sunt et, plurem rusticorum catervam in hanc Romanam intromitten(tes urbem, coe)pere cum armis ostiliter cuneos constituere. Et dum haec agerentur, saepefatus domnus Paulus . . . in iudicio exalavit spiritum, et de praesenti omnes unanimiter properantes in basilica apostolorum in ipso dominico die[2] denuo sacramenta populo prebuimus ob conservandas unicuique iustitias. His vero peractis et cunctis propriis domibus revertentibus, repente adgregantes ipsi nefarius Toto vel eius germanus Constantinus universam rusticorum cohortem brachio forti, hisdem Constantinus laicus existens cum armis apostolicam invasit sedem et clericus in eodem patriarchio effectus est. Quo audito dubium mihi fuit credendi tam inauditam novam praesumptionem et,

1 quintam *in loco raso V.* 3 intirmitate *V.* areptus] *ita V.* 4 oppidi] oppido *corr.* oppidi *ead. man. V.* 6 domucellam] *ita V.* 9 affertis] *id est adlatis.* 11 (sacramentu)m] *ita Cenni.* 12 nisi] *ita conieci, sed Cenni, lacuna in V.* (suo cons)ilio] *ita Cenni.* 13 (vel diaconi)bus] *ita Cenni.* 15 (sacramento)] *ita Cenni.* sacramento *V.* 16 rusticorum . . .] huius *supplevit Cenni.* 17 (adiura)ntes . . . iudicium] adiurantes Dei iudicium *supplevit Cenni.* 18 intromitten(tes urbem coe)pere] *ita Cenni.* 19 ostiliter] *id est hostiliter.* saepefactus *V.* 20 Paulus . . . in] Paulus vocatus in *supplevit Cenni.*

monachos fieri seseque absolvi ab eodem Constantino petiverunt, in monasterio salvatoris domini nostri Iesu Christi *(id est sancti Salvatoris in Riete, ducatus Spoletini)* proficisci adserentes, illic monachicum fore susceпturos abitum. Susceptoque ab eodem Christophoro primicerio sacramento, ita illis credens eos absolvit. Quibus properantibus atque in finem Langobardorum coniungentibus, velletque abbas iamfati monasterii eos in eodem monasterio deduci, declinaverunt ab itinere isdem antefatus Christophorus primicerius et eius filius Sergius, dudum quidem sacellarius, postmodum secundicerius, adiurantes firmiter Theodicium ducem Spolitinum, ut eos trans Padum ad Desiderium suum deduxisset regem Langobardorum, nitentes ob hoc redemptionem sanctae Dei ecclesiae perficere; eosque isdem Spolitinus dux ad suum deportavit regem. Et dum eius obtutibus praesentati fuissent, obnixe eundem regem deprecati sunt eis auxilium tribui, ut talis novitatis error ab ecclesia Dei amputaretur. *De iis, quae postea egerunt, v. l. l. p. 469 sqq.*

1) *Verba* die vicesima nona *correxit Duchesne, l. l. p. 480 ann. 3, in* vicesima octava, *propterea quod inferius die dominica, quae erat dies 28. mensis Iunii anni 767., Paulum papam mortuum esse narratur; errorem Christophori suspicatur Cenni (apud Mansi XII, 714).* 2) *767 die 28. mensis Iunii.*

dum ambigerem de hoc, protinus coniunxit ad me Constantinus notarius asserens ita ei fuisse ab eis preceptum, ut ad eius eleccionem occurrerem, validissime commina-cionibus terrens, ut, nisi in eodem die ad eum properarem, in magno evenissem perículo. Quod quidem elegi magis mori quam in eius eleccionem consentire et nequaquam illuc profectus sum. Alio vero die, secunda feria[1], hisdem invasor apostolicae sedis diaconus forensis in oratorio patriarchii Lateranensis consecratus est et ita miser ille tam terribile hac metuendum indigne sibi apostolatus sumpsit culmen. Quod quidem ego infelix cernens in tantam humilitatem sanctam Dei devenisse eclesiam, cotidie flumina lacrimarum ex meis fluebant oculis et in magno lamentacionis ululatu perdurans di(vinam num)quam destiti exorandum clementiam, ut sanctae suae subveniret ecclesiae. Illi autem concipientes tristiciam cordis mei primitus quidem interficere facientes Gregorium ducem, habitatorem provinciae Campaniae, ob mei interitum et postmodum moliebant et me interficere, sed omnipotens Dominus, qui sperantes in se sua continua (tuetur) proteccione, eorum mihi manifestavit insidias, et confestim confugium feci cum filiis meis in ecclesia beati (Petri) apostolorum principis. Illicque adsistens nitebatur me isdem Constantinus variis suasionibus ex eadem sacratissima apostolica eici aula. Et dum diu immineret et nequaquam ad suum potuisset pervenire desiderium, ex eadem me eiciendum ecclesia, ad ultimum per semetipsum ad me progressus sacramentum nobis ante sacratissimam confessionem ipsius Dei apostoli praebuit secundum nostram se peracturum voluntatem, scilicet ut usque ad venerandam Paschalem festivitatem[2] mihi filiisque meis liceret in propriis demorari domibus et postmodum licentiam se nobis daturum . . . proficisscendi. Igitur transacta Paschali festivitate constanter apud eum imminui una cum Sergio filio meo nos debere iuxta suae pollicitacionis sacramentum monasterio absolvi gradiendum, scilicet partibus Spolitinis in eum, qui vocatur salvatoris domini nostri Iesu' . . .[3].

De secunda actione nihil aliud constat nisi quod supra p. 76 ex libro pontificali et p. 78 sq. ex codice Guelferbytano protulimus.

De tertia actione v. primum quae referunt liber pontificalis supra p. 76 sq. et codex Guelferbytanus supra p. 79; deinde duobus locis decreta quaedam exhibentur, quae secundum aetatem fontium, ex quibus haurire debemus, hic subiungimus.

1) Ratherius epicopus Veronensis (932—968, † 974) in libello cleri Veronensis nomine ad ecclesiam Romanam inscripto haec servavit:

Ex[4] concilio domini Stephani III. papae actione tertia.

Post haec vero sanctissimi episcopi dixerunt: 'Quoniam haec omnia Deo annuente, quae ad salutem omnium errantium pertinent, tractata noscuntur atque decreta, nunc restat, ut de ordinatione episcoporum, presbyterorum vel diaconorum, quam praedictus

6 Lateranensi *corr. al. man.* Lateranensis *V.* 8 eclesiam] eclesię *V.* 10 di(vinam num)quam] *ita secundum Cenni.* 13 moliebant] *ita V.* 14 (tuetur)] *ita supplevit Cenni.* 15 (Petri)] *ita supplevit Cenni.* 16 me isdem] *ita coniecit Duchesne,* in eisdem *V.* 20 se peracturum] *ita V,* semper acturum *Cenni.* 22 daturum . . . proficisscendi] daturum monasterium proficiscendi *supplevit Cenni.* proficisscendi] *ita V.* 23 eum imminui] *ita legi in V,* illum egi *Cenni.* 25 eum qui] *ita V.* Iesu] *hoc verbo sistit V,* Christi *supplevit Cenni.*

1) *767 die 29. mensis Iunii.* 2) *768 April. 10.* 3) *Monasterium nuncupatur sancti Salvatoris in civitate Reatina (Rieti) ducatus Spoletini.* 4) *L. d'Achéry, Spicilegium II (1657), p. 244. I (ed. 2. 1723), p. 372. Ratherii Veronensis opera edd. Ballerinii (1765), p. 331. Migne, Patrol. lat. CXXXVI, 480.*

Constantinus apostolicae sedis invasor peregit, id, quod communi consensu tractavimus, coram omnibus declaremus. Primum omnium decernimus, ut episcopi, quos consecravit, si quidem presbyteri prius fuerunt aut diaconi, in eodem pristino honore revertantur et postmodum, facto more solito decreto electionis eorum, ad sedem apostolicam cum plebe atque decreto ad consecrandum eveniant et consecrationem a nostro apostolico suscipiant, acsi prius fuissent minime ordinati. Sed et quae alia in sacris officiis isdem Constantinus peregit, praeter tantummodo baptismum, omnia iterentur. At vero presbyteri illi vel diaconi, quos in hac sancta Romana ecclesia ordinavit, in pristino subdiaconatus ordine vel alio, quo fungebantur, officio revertantur, cum et postmodum in vestrae sanctissimae almitatis potestate sit sive eos ordinandi sive, ut vobis placuerit, disponendi. Laici vero illi, qui ab eo tonsurati sunt atque consecrati, decernentes statuimus, ut aut in monasterio retrudantur aut in propriis domibus residentes spiritalem atque religosam vitam degant'.

2) In collectionibus canonum a Deusdedit[1] *presbytero cardinali tituli apostolorum in Eudoxia (1087) et ab Anselmo*[2] *episcopo Lucensi († 1086) confectis haec leguntur ex actione tertia, quae eum in modum repetimus, ut in varia lectione littera D indicet Deusdedit, Anselmum autem littera A.*

[D. lib. II c. 161 (131)]. **Ex sinodo secundi Stephani papae in actione III.**

Esterno die[3] prolata est sententia, quemadmodum Constantinus apostolicae sedis invasor sub paenitentiae correptione subsistere debeat.

Item infra. Oportebat[4], ut haec sacrosancta domina nostra Romana aecclesia, iuxta quod a beato Petro et eius successoribus institutum est, rite ordinaretur et in apostolatus culmen unus de cardinalibus presbiteris aut diaconibus consecraretur.

[D. lib. II c. 162]. *Item.* Sed[5] et hoc sub anathematis interdictionibus decernimus, ut nulli umquam laicorum sive ex manu armata vel ex aliis ordinibus presumant inveniri in electione pontificis, set a cunctis sacerdotibus atque proceribus aecclesiae et cuncto clero ipsa pontificalis electio proveniat. Et postquam pontifex electus fuerit et in patriarchium deductus, tunc optimates militiae vel cunctus exercitus et cives honesti atque universa generalitas populi huius Romanae urbis ad salutandum eum sicut omnium dominum properare debent. Et ita more solito decretum facientes et in eo cuncti pariter concordantes subscribere debent. Hoc itaque et in aliis aecclesiis sub divini iudicii obtestatione et anathematis indictione decernimus observandum.

18 Ex — III.] *ita D.* Ex synodo Romana Stephani papae IV. in actione III. de electione et consecratione pontificis *A.* 19 Hesterno *A.* 26 cunctis] certis *A.* 27 postquam] priusquam *A.* 28 tunc] omnes *A.* 30 debeat *A.* 32 interdictione *A.*

1) *Scil. lib. II cc. 161—163 (131) ed. V. Wolf von Glanvell, 'Die Kanonessammlung des Kardinals Deusdedit' (Paderborn 1905), p. 268 sqq.* 2) *Quae proferemus ex Anselmi collectione nondum typis excusa (lib. VI. c. 28 sqq.) primus edidit Holsten, Coll. Romana I, 259, cuius editionem repetiverunt Labbe-Cossart VI, 1722; ed. Coleti VIII, 484. Harduin III, 2013. Cenni, Concilium Lateranense 10. Mansi Suppl. I, 647. Mansi XII, 719. Duchesne, Liber Pontificalis I, 483 ann. 52 (extr.).* 3) *Hesternus dies est dies secundae actionis, quae habita est die 13. mensis Aprilis; actiones tertiam et quartam die 14. mensis Aprilis celebratas esse sequitur.* 4) *Cf. c. 3 D. 79 et quae allegat Friedberg ad hunc locum.* 5) *V. supra p. 76 sq. cum ann. 5.*

De castris autem Tusciae vel Campaniae vel de aliis locis nullus Romam audeat ingredi nec a quopiam invitentur aut infra civitatem introducantur. Sed nec quisquam ex servis tam cleri quamque militiae in eadem electione inveniatur nec ullus paenitus cum armis aut fustibus.

De actione quarta refert primo loco liber pontificalis (vide supra p. 77) et collectiones a Deusdedit et ab Anselmo confectae. Quarum textum eisdem locis inventum hic repetimus, suppletum autem ex epistola Hadriani I. papae infra saepius laudanda.

[D. lib. II c. 163]. Actio IIII.

Si ad sanctorum consortium venire optamus, profecto hic omnia in honore sanctorum sive reliquias non solum corporum, set et vestimentorum sive basilicas nominibus eorum memoratas seu etiam imagines et vultus illorum in quolibet loco depictos celeberrimo honore venerari debemus.

Item. Pavendum est, ne sub iconarum occasione ad peiora sese status male assertionis erigat et corpora sanctorum et reliquias martyrum adorari tanquam membra Domini ac venerari prohibeatur.

Item. Interrogatio[1] Antiochi ad sanctum Athanasium pro imaginibus: Quomodo[2] lex et prophete dicentes: Statuas et similitudines non adoratis, quomodo vos facitis imagines et adoratis eas? Respondit: Non sicut deos imagines adoramus nos fideles, absit, sicut pagani, sed tantummodo affectu et caritati nostrae animae ad vultum faciei imaginis apparentes Unde multoties vultu deleto sicut lignum purum atque communem iam, qui dudum fuerat imago, conburimus. Sicut enim Iacob adproximans morti summitatem virge Ioseph adoravit, non virgam honorificans, sed qui eam tenebat, sic et fideles non pro aliquo alio modo imagines adoramus, nisi pro desiderio effigie declarata, et alia plura similia, ut sequitur. cf. Hebr. 11, 21.

Item. Crucem pro crucifixo in ea Christo adoramus et amplectimur fideliter.

Item. Si[3] quis sanctas imagines domini nostri Ihesu Christi et eius genitricis atque omnium sanctorum secundum sanctorum patrum statuta venerari noluerit, anathema sit.

1 Romam audeat] audeat Romam *A.* 5 aut] et *A.* 9 Actio IIII.] Ex actione IV. de veneratione sacrum imaginum *A.* 14 iconum *A.* 16 prohibeat *A.* 17 Interrogatio — sequitur *(l. 24) repetimus ex epistola Hadriani, annotata varia lectione ex D et A.* 17 lex — quomodo *desunt D. A.* 19 Responsio *D. A.* 20 affectum *D. A.* caritatem *D. A.* nostrae animae] animae nostrae *D.* apparentes] aptamus *D. A.* Unde] et *add. D. A.* multotiens *D. A.* 21 com(m)une *D. A.* qui] quod *D. A.* 22 Sicut — sequitur *(l. 24) desunt D. A.* 25 genetricis *A.*

1) *Hadrianus in epistola modo laudata (I c. 34; MG. Epp. V, 31) huius capituli mentionem facit, his praemissis:* sicut in sacris conciliis predictorum nostrorum predecessorum sanctissimorum pontificum eiusdem sancti Athanasii sententia inter cetera scripta sunt, fideliter proferimus: Interrogatio — ut sequitur. *Quae plura habet quam Anselmus et Deusdedit in varia lectione annotavimus.* 2) *Athanasius, Quaestiones ad Antiochum c. 39; Opp. I (Patavii 1777), p. 225.* 3) *Hadrianus I. in epistola sua (II c. 5; l. l. p. 44) inferius saepe laudanda mentio facit huius canonis, cui haec praemittit:* Unde praedecessoribus nostris sepius dictis sanctissimis pontificibus sacris conciliis talem dederunt sententiam: Si quis — anathema sit; *cf. K. Hampe, 'Neues Archiv' XXI, 104.*

Item. Non[1] amplius suscipiantur apostolorum canonum prolata per sanctum Clementem nisi quinquaginta capita, quae suscipit sancta Dei catholica Romana aecclesia.

Item. Si[2] quis ex episcopis vel presbiteris vel monachis aut ex laicis contra canonum et sanctorum patrum statuta prorumpens in gradus clericorum sanctae Romanae aecclesiae, id est presbiterorum cardinalium et diaconorum, ire presumpserit et hanc apostolicam sedem invadere quilibet ex supradictis temptaverit et ad summum pontificalem honorem ascendere voluerit, ipsi et sibi faventibus fiat perpetuum anathema.

Item. Si quis cum armis in electione pontificis vel aliorum sacerdotum inventus fuerit, anathema sit.

Item. Si quis invitare aut introducere in hanc civitatem Romanam presumpserit quemquam de quacumque civitate aut castro vel loco pontificis post discessum, quousque in sede beati Petri pontifex ordinatus fuerit, anathema sit.

Item. Si[3] quis resistere presumpserit sacerdotibus atque primatibus aecclesiae vel cuncto clero ad aeligendum sibi pontificem, secundum hanc canonicam traditionem anathema sit.

Actionis quartae autem fragmenta uberiora sunt illis, quae modo attulimus. V. d. K. Hampe[4] *nuper docuit plura adhuc exstare in epistola Hadriani I. papae anno 791. in. ad Karolum regem Francorum data (MG. Epp. V, 5; Jaffé-E. n. 2483—85). Omnibus enim locis, quibus Hadrianus se niti affirmat in conciliis praedecessorum suorum, adhibuit gesta concilii Romani a Gregorio III. papa mense Novembri anni 731. habiti, quae in concilio Lateranensi anni 769. a Stephano III. papa relecta et confirmata esse exponitur, in quo etiam synodica a Theodoro patriarcha Paulo papae (757—767) missa de novo recitata est. Quae cum pro certo putanda sint, nostrum est ex Hadriani epistola supra laudata excerpere quidquid de conciliis annorum 731. et 769. refertur, quamquam non ubicumque de eis verba fiunt facile perspicitur, quae argumenta patrum Hadrianus ex ipsis gestis synodalibus hauserit, quae ex suo addiderit. Sed utut res se habet, ex fragmentis illis iam supra allatis et his infra colligendis effici nobis videtur concilium Lateranense non prorsus nova decreta statuisse de venerandis sacris imaginibus — unius diei spatium brevius erat, quam ut de materia difficillima canones promulgarentur, praesertim cum respiciendum sit tempus concilii, rebus Romanis tumultu turbatis —, sed potius repetivisse canones concilii anno 731. habiti eosque in suis ipsius gestis de novo promulgasse. Qua ratione nos exponere posse credimus illud, quod in collectionibus Deusdedit et Anselmi illi canones Stephano III. adscribuntur.*

1 Item] L canones apostolorum tantum suscipiendos *praemittit A.* 4 Item] Statuta contra vim et ambitum *praemittit A.* 5 gradum *A.* clericorum] maiorum *A.* 6 diaconum *A.* 7 ex] in *D.* 8 fiat] faciat *D.* 12 invitare] iuvare *A.* Romanam] Romae *A.* 13 post] prius *A; v. supra p. 86 l. 27. 34, ubi D praebet* postquam, *A autem* priusquam.

1) *Cf. Maassen, 'Geschichte der Quellen' etc. 1, 408 sq. Dubito, num revera de hac re in concilio actum sit.* 2) *Cf. c. 5 D. 79.* 3) *Cf. c. 5 § 1 D. 79. — V. praeterea Deusdedit, l. I. c. 149 (123; ed. laud. p. 98):* Si quis sacerdotibus seu primatibus, nobilibus seu cuncto clero huius sanctae Romanae aecclesiae electionem Romani pontificis contradicere presumpserit, sicut in concilio beatissimi Stephani papae statutum est, anathema sit *(= Conc. Romanum 862 c. 6; Mansi XV, 659).* 4) *'Neues Archiv' XXI, 103 sq. 111 sqq.*


2
3
4

a) Hadrianus ubi de synodica Theodori patriarchae Hierosolymitani agit ita pergit: Quam synodicam[1] in Latino interpretatam eloquio predecessor noster quondam sanctissimus dominus Stephanus papa in suo concilio, quod et ipse pro sacris imaginibus una cum diversis episcopis partibus Francie seu Italie fecit, suscipientes ac relegentes, placuerunt tam de diversis sanctorum patrum testimoniis quam de symbolo fidei, ubi facti sunt, dicentes: Si quis alium terminum fidei sive symbolum aut doctrinam habet praeter quod traditum est a sanctis magnis et universalibus sex synodis et confirmatum est ab his sanctis patribus, qui in eis convenerunt, et non adorat imaginem sive figuram domini nostri Iesu Christi neque humanationem eius confitetur, sicut qui descendit et incarnatus est propter genus humanum, talem impium anathematizamus et alienum extraneumque deputamus sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae et cetera, que longum est enarrari *(I c. 2; l. l. p. 11).*

b) Hadrianus deinde haec tradit: . . . praedecessores nostros, videlicet beatissimos pontifices Gregorium[2] et Gregorium[3], Zachariam[4] et Stephanum[5], Paulum[6] et iterum Stephanum[7], repperimus eos pro sacris imaginibus erectione in Spiritu sancto ferventes recte fidei zelum habere. Pro quo domnus Gregorius papa secundus iunior[8], una cum LXXVIIII[9] sanctissimis episcopis ante confessionem beati Petri apostolorum principis praesedentem, multorum sanctorum patrum testimonia roborantes, venerari et adorari sacras imagines in eorum concilio censuerunt. Porro et praedecessor noster, sanctae recordationis quondam dominus Stephanus papa, similiter cum episcopis partibus Francie atque Italie praesedente in basilica salvatoris domini nostri Iesu Christi, quondam Constantiniana, praedecessoris sui venerabilem concilium confirmans atque amplectens[10], magis magisque et ipse una cum omnibus episcopis praesidentibus sanctorum patrum testimonia adherentes, adorari atque venerari sacras imagines statuerunt. Unde[11] et beatus Paulus apostolus docens inquid: *Tenete traditiones, quas accepistis,* 2. Thess. 2, 15. et iterum: *Sed licet nos aut angelus de caelo evangelizat vobis, praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut praediximus, et nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit praeter id, quod accepistis, anathema sit,* et cetera *(I c. 5; l. l. p. 15 sq.).* Gal. 1, 8. 9.

c) Hadrianus mentionem facit concilii his quoque verbis: . . . ne aliquis propter adorationem, quam a praedecessoribus nostris sanctissimis praesulibus promulgata est, oblatrare praesumat, sciat se talem orationem docuissent, qualem praedecessor noster sanctus Gregorius egregius doctor et papa in epistola sua, quam in praefato concilio domni Stephani pape Herulfus episcopus provintiae Galliarum civitatisque Linguinis[12] protulit, ubi infra cetera Secundino servo Dei inclauso Galliae docuit dicens: Scimus[13],

6 facti] *id est* fati.

1) *Cf. quae K. Hampe (MG. Epp. V, 11 ann. 7. 10) disseruit.* 2) *II. (715—731).* 3) *III. (731—741).* 4) *741—752.* 5) *II. (752—757).* 6) *I. (757—767).* 7) *III. (768—772), de cuius concilio nobis agitur.* 8) *Id est Gregorius III.; cf. K. Hampe, 'Neues Archiv' XXI, 103 sq.* 9) *Episcopos LXXXXIII huic concilio mense Novembri anni 731. habito interfuisse tradit liber pontificalis ed. Duchesne I, 416; cf. K. Hampe, l. l. p. 105.* 10) *Hadrianus paulo inferius iterum agit de concilio Gregorii III.,* quod et in alio concilio praedecessoris nostri domini Stephani pape una cum sacerdotibus partibus Francie atque Italie actum, praedictum sacrum concilium susceptum et veneratum est *(I c. 12; l. l. p. 19).* 11) *Non satis perspicuum est, utrum haec ex actis conciliorum fluxerint necne.* 12) *In actis concilii nomen episcopi Lingonensis ('Langres') occurrit in his formis:* Erlulfo episcopo Lingonicensi *(cod. Veron.) et* Erlolfos episcopus civitate Linguionensis *(lib. pont.); v. supra p. 80 l. 10 et 29, p. 75 l. 12 sq.* 13) *Gregorius M., Registrum l. IX ep. 147 interpolata; MG. Epp. II, 147.*

quia tu imagine salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei, ut in eius amore recalescas, cuius te imagine videre consideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsas prosternimus, sed illum adoramus, per quem imaginem aut natum aut passum aut in thronum sedentem recordamus. Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filio Dei reducimus, animum nostrum aut de resurrectione lactificat aut de passione emulceat. Ideoque direximus tibi sirtaria dua, imaginem salvatoris, sanctae Dei genetricis Marie, beatorum Petri et Pauli apostolorum per supradictum filium nostrum diaconem et unam cruce, clavem pro benedictione, ut ab ipsa a maligno defensus, cuius sanctum lignum munitum esse te credis et cetera *(I c. 12; l. l. p. 19 sq.)*.

d) Hadrianus proferre se velle dicit testimonium sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi, ubi in expositione sanctorum martyrum Gervasii et Protasii inter reliqua ait: In[1] tertia vero nocte, defecto ieiuniis corpore, non dormienti, sed stupenti, cum quadam michi tertia apparuere persona, quae similis erat beato Paulo apostolo, cuius vultum me pictura docuerat etc. Hoc testimonium a Sergio sanctissimo quondam archiepiscopo ecclesie Ravennate per Iohannem diaconem[2] suum in prelato concilio sancte recordationis domini Stephani praedecessoris mei pro sacris imaginibus venerationis offeruit *(I c. 13; l. l. p. 20)*.

e) Hadrianus loco illo, quo agit de eo: Quod nulla evangelii lectio tradat Iesum ad Avgarem[3] imaginem misisse, ut illi dicunt *(scil. in actione V. concilii Nicaeni anno 787. habiti; Mansi XIII, 191, cf. Libri Carol. IV, 10), haec habet:*

Predecessor noster sanctae recordationis dominus Stephanus quondam sanctissimus papa in supradicto concilio presidente inter plurima veridica testimonia per semetipsum asserens docuit ita: Sed nec illud est pretereundum, quod relatione fidelium de partibus orientis advenientibus sepe cognovimus. In quibus licet evangelium sileat, tamen
Iohann. 20, 30. nequaquam in omnibus incredibile fidei meritum, ex hoc adfirmantem de ipso evangelista: *Multa quidem et alia signa fecit Iesus, que non sunt scripta in libro hoc.* Denique fertur ipsis asserentibus, quod redemptor humani generis, adpropinquante die passionis, cuidam regi Etessene civitatis, desideranti corporaliter illum cernere et ut persecutiones Iudaeorum aufugiens ad illum convolaret et auditas miraculorum oppiniones et sanitatum curationes illi et populo suo impertiret, respondisset: Quodsi faciem meam corporaliter cernere cupis, en tibi vultus mei speciem transformatam in linteo dirigo, per quam et desiderii tui fervorem refrigeres et quod de me audisti inpossibile nequaquam fieri existimes. Postquam tamen conplevero ea, que de me scripta sunt, dirigam tibi unum de discipulis meis, qui tibi et populo tuo sanitates impertiat et ad sublimitatem fidei vos perducat et reliqua.

Item de synodica trium patriarcharum, videlicet Cosme Alexandrie, Theodori Anthiochie et Theodori Hierosolime, quam in praedicto concilio relecta, ab omnibus fideliter honorata et venerabiliter suscepta est, ubi post multa sanctorum patrum testimonia Theodorus patriarcha Hierosolimorum inquid: Restat mihi tempus enarrandi de Abgaro Edesseno et alia aut similia sanctorum patrum, que et vos melius cognoscitis. Persevera, sanctissime pater[4], persevera in eadem bona fide, corroboratus super petram fidei, sicut
Matth. 16, 18. deiloqua vox affata est apostolo Petro: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo eccle-*

1) *Ambrosii ep. suppositicia 2 § 4; Opp. ed. Bened. II, 484.* 2) *Occurrit in codice Veronensi et in libro pontificali; cf. supra p. 80 l. 5 sq. et 19 sq., p. 75 l. 18 sq.* 3) *De Abgaro rege Edessenorum cf. Wetzer-Welte, 'Kirchenlexikon' ed. 2. I, 87. III, 300; v. praeterea Hefele, l. l. III, 395.* 4) *Paulus I. (757—767), ad quem synodica missa erat et post cuius mortem denuo in concilio anni 769. relecta est; cf. K. Hampe, MG. Epp. V, 11 ann. 7. 10.*

siam meam; et porte inferi non praevalebunt adversus eam. Vere non prevalebunt ei in saeculum sacculi. Cognitum facimus te sanctissimum dominum ego humilis Theodorus patriarcha Ierosolimorum, et hii, qui nobiscum sunt, Cosmas patriarcha Alexandriae et Theodorus patriarcha Antiochie, ipsum intellegimus et credimus, sicut et vestra sanctitas patet et cetera *(I c. 18; l. l. p. 23).*

f) Hadrianus haec exhibet in epistola, ubi agitur de eo, quod vana sit spes eorum, qui salutem suam in imaginibus ponunt, dicentes: Sicut Israheliticus populus serpentis enei inspectione servatus est, sic nos sanctorum effigies aspicientes salvabimur[1]. Antea iam hoc predictis sacris conciliis predecessorum meorum sanctissimorum pontificum explanatum est, dicentes etiam hoc sanctissimi patres: Addendum[2] est ad incredulorum satisfactionem et directionem errantium, quod Deus famulo suo Mosi preceperit dicens — in libro enim Numeri ita legitur — contra pestem, qui eis irruerat: *Fac serpente* Num. 21, 8, 9. *et pone eum pro signo; qui percussus aspexerit eum vivet. Fecit ergo Moses serpentem eneum et posuit pro signo; quem cum percussi aspicerent, sanabantur.* O insania frementium contra fidem et religionem Christianam, ut asserant non colere aut venerare imagines, in quibus figure sint salvatoris, eius genetricis vel sanctorum, quorum virtute subsistit orbis, atque potitur humanum genus salutem. Aenei serpentis inspectione credimus Israheliticum populum a calamitate iniecta liberari, Christi Dei nostri et sanctorum effigies aspicientes atque venerantes dubitamus salvari? Absit talius nefarie temeritatis cedere amensum. Patrum priscas sequamur traditiones et ab eorum doctrina nulla declinemus rationem. Possumus enim ita tenentes quemadmodum nostri predecessores atque patres eorum plenam gratiam obtinere *(I c. 26; l. l. p. 27 sq.).*

g) Hadrianus haec affert: . . . a predictis sanctissimis predecessoribus nostris pontificibus in sacris conciliis eorum eius *(scil. Dyonisii Areopagitae)* confirmata sunt veridica testimonia pro sacris imaginibus veneratione inter cetera: Amplectentes ista ex epistola sancti Dyonisii episcopi Athiniensis, quae directa est ad sanctum Iohannem evangelista et infra: Quid[3] mirabile, si Christus verax, et discipulos iniqui de civitatibus eiciunt, ipsi digne sibi iudicantes, et de sacro scelerati interdicunt et recidentes? In veritate et manifeste imagines sunt visibiles invisibilia. Nec enim in saeculis supervenientibus culpabilis erit ex eius iustitiae respectus Dei. Item eiusdem de caeleste militia et infra: Predicta[4] enim incorporea agmina diversis coloribus effigurantur, et conpositionibus variosas per colores tradidit, quatenus si tacite nosmetipsas per sacratissimas effigies ad simplices et incorporales pia mente transeamus; etenim inpossibile est nostra mente ad incorporea illa pertingere caelestis militiae imitatione visionemque, nisi per elementorum poterimus per visibilem ad invisibilem pulcherrimamque attingi effigiem et visibiles odoriferasque imagines rationali traditione invisibiles prefulgi et cetera *(I c. 36; l. l. p. 32 sq.).*

11 Mosi] Moysi *in altera epistola Hadriani (= H 2).* preceperit] praecipit *H 2.* 12 Numerorum *H 2.* qui] quae *H 2.* eis] in eos *H 2.* 13 Moyses *H 2.* 14 aeneum *H 2.* 16 figure] figuratae *H 2.* salvatoris] imagines *add. H 2.* eius] et eius *H 2.* genitricis *H 2.* 18 Israeliticum *H 2.* Christi Dei] et Christi Domini *H 2.* 19 talius — amensum] tali nefariae temeritati cedere assensum *H 2 rectius.* 21 ratione *H 2.*

1) *In concilii Nicaeni II. (a. 787) actione V.; Mansi XIII, 167.* 2) *Sequentia leguntur etiam in epistola Hadriani I., Mansi XII, 1064 (Jaffé-E. n. 2448).* 3) *Dionysius Areop. ad Iohannem evang.; Opp. ed. Corderius I, 616.* 4) *Idem, De coelesti hierarchia c. 1 § 3; Migne, Patrol. Graeca III, 121. V. quae K. Hampe annotat l. l. p. 32 ann. 8. 9.*

h) Hadrianus exhibet praeterea quae sequuntur: . . . in sacris conciliis praedictorum nostrorum sanctissimorum pontificum ita fertur de sermone sancti Cyrilli Alexandrini episcopi: Quemadmodum[1] imaginem quis designata iucunda respexit, mirabitur quidem regis figura, et quae illo apparet: haec et eius noscens conscriptionem pariter cernens delectabitur, ut ipsum regem aspiciat et cetera *(I c. 37; l. l. p. 33).*

i) Hadrianus alludit ad concilium Stephani III., cum exarasse se dicat, qualiter predecessores nostri sanctissimi pontifices ad confirmandas imagines divine legis exemplum in eorum posuerunt sacris conciliis *(I c. 47; l. l. p. 36).*

k) Hadrianus narrat porro: In sacris predictis conciliis praedecessorum meorum sanctissimorum pontificum haec offerta sunt testimonia, id est sancti Gennadii Massiliensis episcopi, qualiter veneranda sunt corpora vel reliquias sanctorum capitulo XL.: Sacrorum[2] corpora et precipue beatorum reliquias acsi Christi membra sincerissime honoranda et basilicas eorum nomine appellatas velut loca divino cultui mancipata affectu piissimo et devotione fidelissima adeundas. Si quis contra hanc sententiam venit, non Cristianus credatur, sed Eunomianus *(I c. 59; l. l. p. 41).*

l) Hadrianus de concilio Romano agit, cum dicit: Unde et praedecessoribus meis sanctissimis pontificibus in eorum sacris conciliis expositum est, de veteribus historiis infra plura promulgantes: Si[3] vero illa suscepta sunt, et he imagines oportune suscipiuntur, quoniam secundum Deum fiunt. Unde et operantur et cetera *(II c. 10; l. l. p. 46).*

m) Hadrianus addit: . . . in praedecessoribus nostris sanctis pontificibus conciliis sancti Iohannis Chrysostomi ita fertur sententiam inter cetera: Omnia[4] *tibi ministrant* homini, magis autem imagini Dei; quia nec quando imperiales vultus et imagines in civitatem introibunt et obviant iudices et senatus, cum laude et honore, non tabulam honorantes neque effuse cere scripturam, sed vultum imperatoris, sic et mundus hominum non terrenam speciem honorantes, sed caelestem vultum venerentur et cetera *(II c. 13; l. l. p. 47).*

n) Hadrianus tangit denique concilium anni 769., cum dicit: Iam saepius haec invenientes capitula exaravimus, qualiter ea predecessores nostri sanctissimi pontifices in eorum sacris referentes conciliis pro venerandis imaginibus constituerunt; et nimirum constat eorum apostolicam censuram apud nos observanda ac veneranda existere *(II c. 24; l. l. p. 54)*[5].

1) *'Hunc locum in Cyrilli operibus non inveni'; Hampe, l. l. p. 33 ann. 6.* 2) *Gennadius, De ecclesiasticis dogmatibus c. 73; Opp. Isidori ed. Arevalo VII, app. 334.* 3) *Ex oratione Gregorii III. in concilio anni 731. habita; cf. MG. Epp. V, 19. 46 ann. 6. K. Hampe, 'Neues Archiv' XXI, 111.* 4) *Locum non invenit Hampe, qui praeterea laudat Mansi XII, 1013. 1068.* 5) *Cf. Hadriani verba (II c. 19; l. l. p. 51):* . . . si a Leone *(III. Isauro 716/17—740/41)* et Constantino *(Copronymo 740/41—775)* hereticis imperatoribus ipsam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam pro sacris imaginibus non fuisset expugnata, predecessores mei sanctissimi pontifices concilia nequaquam fecissent, neque nos postmodum fieri annueremus, *nisi* pro tot milia animarum, quibus in heresim manentibus et cotidie in ea deficientibus in laqueo periclitabantur diaboli. . . . Et idcirco nequaquam nobis quispiam terminos patrum nostrorum transgredi facere valebit neque novitates vocum inponere, sed in ea orthodoxam fidem, quam suscepimus, manentes et olitana traditione amplectentes, praedecessorum nostrorum sanctissimorum pontificum procul dubio veneramus et tenemus pro sacris imaginibus conciliis, nullum qualibet iam exinde contrarium sermonem suscipientes neque ratione reddentes.

15. CONCILIUM DINGOLFINGENSE.

770 (?).

Concilium in Dingolfing oppido Bavariae inferioris quo anno sit habitum, non satis constat. Sed cum notitia de pacto fraternitatis episcoporum et abbatum Bavaricorum inferius edenda ad eundem ipsum conventum spectare videatur et in ea nomen Wisurici Passaviensis episcopi occurrat, qui ante diem 14. mensis Augusti 774 obiit (cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 427 ann. 3), hanc synodum sub annum 770. congregatam esse verisimile est; cf. Abel-Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' I (1888), p. 53 sqq.

A. DECRETA CONCILII DINGOLFINGENSIS.

Ad textum constituendum praesto sunt 1) codex Monacensis latinus 19415 (antea Tegernseensis) saec. XI. (= M 1) p. 223—226; 2) codex Monacensis latinus 4639 (antea Benedictoburanus) saec. XII. (= M 2) fol. 60—62; 3) codex Monacensis latinus 5260 (antea Chiemseensis) saec. XII. (= M 3) fol. 27'—28'; 4) codex Monacensis latinus 3519 (antea M. Welseri, tum Augustanae civitatis) saec. XII. (= M 4) fol. 36—37; 5) schedae Bosii (= B), ex codice ignoto collectae, quae exstant apud H. Chr. von Senckenberg, 'Gedanken von dem jederzeit lebhaften Gebrauch des uralten deutschen bürgerlichen und Staatsrechts' (1759), p. 259; 6) F. Lindenbrog, Codex legum antiquarum (1613), p. 439. 440 (= L); 7) ad c. 10 codex Guelferbytanus inter Helmstadienses 532 saec. X. (= G) fol. 170, quem contulit v. d. O. von Heinemann.

Edd.[1]*: Canisius, Chronicon Victoris (1600), p. 131. Baronius, Ann. eccl. 772 n. 23. Welser, Rerum Boicarum libri quinque 311; ed. Lippert 344. Binius III, 1, 282. Coll. reg. conc. XVIII, 104. Bail, Summa concil. II, 388. Vorburg, Hist. X, 33. Labbe-Cossart VI, 1794; ed. Coleti VIII, 557. Welser, Opp. histor. 162. Harduin III, 2029. Georgisch, Corp. iur. Germ. 326. Resch, Ann. eccl. Sabion. I, 689. Hartzheim I, 129. Mansi XII, 851. Canciani, Barbarorum leges antiquae II, 393. Dalham, Conc. Salisb. 12. Westenrieder, 'Beiträge' I, 14. Walter, Corp. iur. Germ. I, 293. MG. LL. III, 459 ed. Merkel. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 470.*

Haec sunt decreta, quae constituit sancta sinodus in loco, qui dicitur Dingolwinna, domino Tassilone principe mediante[2].

29 Haec — mediante *desunt B. L.* sancta sinodus] synodus sancta *M 2.* Dingolvinga *M 2,* Dingolvingen *M 3. 4.* 30 domino] ðono *M 3. 4.* Thessilone *M 2,* Tassilo *M 4.* principe *deest M 3. 4.*

1) *V. versionem Germanicam ab A. Winter confectam, 'Historische Abhandlungen der k. baierischen Akad. der Wissenschaften' I (1807), p. 80 sqq.* 2) *Anno 745. Zacharias papa in*

I. De die dominico ita constituit, ut tali honore habeatur, sicut in lege[1] scriptum est et in decretis canonum[2]. Et si quis praesumpserit frangere contra legem aut decreta canonum, tali poena subiaceat, sicut ibi scriptum est.

II. De[3] hereditate, quae tradita est ad aecclesiam, ita constituit: quisquis hereditatem suam ad aecclesiam ante donaverat aut postea donaverit, si quid mutare voluerit, cartam suam habeat ita scriptam, ut locum et tempus[4] et personam habeat, aut cum tribus testibus fidelibus et nobilibus testificetur. Si sacerdos non habeat cartam nec testem, ut supra diximus, tunc sicut in lege Baiuvariorum[5] et iudex iudicat, sic defendat.

III. De[6] eo quod episcopi iuxta canones et abbates monasteriorum iuxta regulam viventes, ita constituit.

IIII. De[7] eo quod sanctae moniales, quae in servitio Dei sunt, ita constituit, ut nullus ausus sit in coniugium, in matrimonium ducere aut, si quis ausus fuerit contra decreta canonum, ita componat, sicut canones decreverint.

V. De[8] eo quod ius ad legem, quam habuerunt in diebus patris sui nobiles et liberi et servi eius, ita donaverat, ut firma fieret.

I. 1 I.] Capitulum primum *M 2*, *deest M 3. 4.* constituit] constitutum est *M 2. 3. 4. B. L.* tali — habeatur] talem honorem habeat *M 2.* 2 quid *M 1. 3. 4.* frangere] facere *L.* 3 poenae *B. L.*

II. 4 II *deest M 3. 4.* aecclesiam] ecclesia *M 4.* constituit] ut *add. M 3. 4. B. L.* 5 antea *B. L.* quid] quit *corr.* quis *M 1.* mutare] motare *M 2.* 6 habeat] *scil.* sacerdos *(?).* 7 aut — tribus] cum tribus autem *M 2.* cum *deest M 3. 4. B. L.* testicetur *M 4.* 8 testes *M 2.* supra diximus] praediximus *M 3. 4. B. L.* Bawarica *M 2*, Baioariorum *M 3. 4. B. L.* et *deest M 2.*

III. 10 III.] I. *M 4.* 11 vivant *B. L.* constituerunt *M 2.*

IIII. 12 IIII.] II. *M 4.* sanctae moniales] sanctimoniales *L.* 13 ausus — coniugium] in coniugium ausus *M 2.* coniugium] et *add. M 3. 4. B. L.* 14 decreverunt *M 2. B. L.*

V. 15 V.] III. *M 4.* ad] ac *B. L.* qua *M 3.* 16 donaverat] et constituit *add. M 2*, donaverunt *M 4. B*, ordinavit *L.*

epistola ad Bonifatium missa verba facit de synodo . . . congregata apud Francorum provinciam, mediantibus Pippino et Carlomanno *(MG. Epp. III, 323; Jaffé-E. n. 2274).* 1) *Procul dubio lex Baiuv. primi textus app. 1 (MG. LL. III, 335), ut ait Merkel, l. l. p. 459 ann. 69.* 2) *Cf. Concil. Vernense 755 c. 14 (MG. Capit. I, 36), quo repetitur c. 31 concilii Aurelianensis a. 538. (MG. Conc. I, 82).* 3) *Cf. L. Baiuv. I, 1 (l. l. p. 269):* Ut si quis liber persona voluerit et dederit res suas ad ecclesiam pro redemptione animae suae, licentiam habeat . . . et quicquid donaverit . . . hoc per epistolam confirmet propria manu sua ipse et testes adhibeat sex vel amplius, si voluerint, inponant manus suas in epistola et nomina eorum notent ibi, quos ipse rogaverit; *ibid. XVI, 16 (l. l. p. 324):* Pacta vel placita, quae per scriptura quacumque facta sunt, vel per testes denominatos tres vel amplius, dummodo in his dies et annus sit evidenter expressus, inmutare nulla ratione sinere permittimus, — *quae sicut L. Alamann. LII, 2 (MG. LL. nat. Germ. V, 103) ex lege Visigothorum fluxerunt; cf. Zeumer, 'Neues Archiv' XXIV, 23.* 4) *Cf. L. Rom. Vis. Cod. Theod. I, 1, 1 Interpr. (ed. Haenel 16). Liber Pap. Hloth. c. 82 (MG. LL. IV, 555). Form. extravag. I, 18 (MG. Form. 545).* 5) *Cf. L. Baiuv. XVII, 2—6 (l. l. p. 325).* 6) *Cf. Concil. Romanum 721 c. 3 (Mansi XII, 263). Concil. Liftin. 743 c. 1 (supra p. 6 sq.).* 7) *Cf. Concil. Matisconense 583 c. 12 (MG. Conc. I, 158 cum ann. 2).* 8) *Cf. Riezler, 'Geschichte Baierns' I, 161.*

VI. De[1] eo quod ut, si quis de nobili genere de hereditate sua voluisset dare ad sanctuarium Dei, in sua potestate esset, nemo prohibuisset nec mutaret in perpetuum.

VII. De eo quod ut servi principis, qui dicuntur adalscalhae[2], ut habeant suam wergeldam iuxta morem, quam habuerunt sub parentibus, et ceteri minores wergeldi iuxta legem suam, ita constituit.

VIII. De[3] eo quod parentes principis quodcumque praestatum fuisset nobilibus intra Baiuvarios, hoc constituit, ut permaneret et esset sub potestate uniuscuiusque relinquendum posteris, quamdiu stabiles federe servassent apud principem ad serviendum sibi, et haec firma permaneret, ita constituit.

VIIII. De eo ut nullus hereditate sua privetur nisi per tres causas, quas in pacto scribentur[4], et propter homicidium; hoc est ut quisquis hominem principis sibi dilectum occiderit ob iniuriam principis ad incalumniam, hominem componat secundum legem, tunc privetur hereditate sua.

X. De eo quod, si quis servus mulierem nobilem acceperit in coniugium et non prescivit, ita constituit, ut iterum libera esset, dimittat servum et postea non redigatur in servitium, sed esset libera[5].

VI. 1 VI.] IIII. *M 4.* quis] cui *B. L.* voluisset *deest M 3. 4. B. L.* 2 prohiberet *B. L.*

VII. 4 VII.] V. *M 4.* adalscalcha *M 2,* adelscalche *M 3. 4. B,* adelschalc *L.* habeant suam] suam habeant *M 3. 4,* suum habeant *B. L.* 5 werageldam *M 2,* weregeldam *M 3. 4,* weregeldum *B. L.* quam] quem *M 2. B. L,* que *M 3.* parentibus] eius *add. M 2.* weragelđi *M 2,* weregeldi *M 3. 4. B. L.*

VIII. 7 VIII.] VI. *M 4.* De — constituit *(l. 10) desunt L.* principes *M 2.* fuisset] de *M 2.* 8 Bauuariam *M 2,* Baioarios *M 3. 4. B.* 9 quamdiu] q̊diu *M 3.* servasset *B.* aput *M 4.* serviendum] deserviendum *M 2.* 10 permanerent *B.*

VIIII. 11 VIIII.] VII. *M 4,* VIII. *L.* ut] quod *M 2.* per] propter *M 2.* causas *deest M 2.* quae *M 2. B. L.* 12 scribuntur *B. L.* et *deest M 3. 4. B. L.* sibi] sui *corr.* sibi *et postea oblitteravit M 1, deest M 2.* 13 ob *deest M 1. 2.* principis] et *add. M 3. 4,* vel *add. B. L.* ad incalumniam] aut in calumniam *(?),* incalumniam] calumniam *M 2. B. L.* 14 tunc] tum *B. L.*

X. 15 X.] VIII. *M 4,* IX. *L,* XIII. *G.* De eo quod *desunt G.* quod si quis] quisquis *M 3. 4. B. L.* servus *deest M 1. 3. 4. L,* servum *G.* nobilis *G.* acciperit *M 1. G.* 16 iterum *deest G.* esset] et *add. M 2. G.* 17 esset] sit *M 2,* et *G.*

1) *Cf. quae in lege Baiuv. I, 1 (l. l. p. 269) de liberorum donationibus statuuntur.* 2) *De nobilibus, qui se duci aut potentioribus commendabant, cf. Quitzmann, 'Die älteste Rechtsverfassung der Baiwaren' (1866), p. 64; aliter Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' ed. 2. II, 268 ann. 3. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I, 236.* 3) *Cf. Riezler, l. l. I, 161.* 4) *Cf. L. Baiuv. II, 1 (l. l. p. 282):* Ut nullus liber Baiuvarius alodem aut vitam sine capitale crimine perdat; id est si in necem ducis consiliatus fuerit aut inimicos in provinciam invitaverit aut civitatem capere ab extraneis machinaverit et exinde probatus inventus fuerit; *v. ibid. VII, 4 (l. l. p. 298). Concil. Neuchingense 772 c. 14. Quitzmann, l. l. p. 307.* 5) *Notatu dignum est, ut ait Merkel (l. l. p. 460 ann. 77), quod in documento c. 1160 legimus hominem quendam obtinuisse,* ut nobilem quamdam acciperet . . . tamquam et ipse esset liber. Qui simul in pace manserunt, donec illa rimata omni dubitacione rescivit, quod ille proprius esset ecclesie. Et illa recedens ab eo dolensque, quod decepta fuerit, reversa est ad amicos nec ultra redire ad eum destinavit, donec . . . sic ad integrum terminatum est, ut illa eo pacto rediret ad eum, quod filiorum quem vellet primum et ultimum dimitterent liberum; *Traditiones Reichersbergenses n. 161, 'Urkundenbuch des Landes ob der Enns' I, 371.*

XI. De eo quod et si quis de qualecumque reatu accusatus ab aliquo, potestatem accipiat cum accusatore suo pacificare, si voluerit, antequam pugnam, quam vocant wehading[1], fixae promittat.

XII. De eo quod quisquis de nobili genere reus deprehensus fuerit de illis quatuor causis, de qua supra diximus[2], si ille hereditate sua portionem pro illius criminis reatu perdat, uxor tamen illius suo iure non privetur, ita constituit.

XI. 1 XI.] VIIII. *M 4*, X. *L.* qualicumque *M 2*, quocum(n)que *M 3. 4. B. L.* 2 accipiat] habeat *M 2.* cum *deest M 2.* quam vocant wehading] quam voce wehading *M 1*, quam vocant vehadine *M 2*, quae wehadine vocatur *M 3. 4. B. L.* 3 fixae *deest M 3. 4. B. L.* promittat] permittat *M 3. 4. B. L.*

XII. 4 XII.] X. *M 4*, XI. *L.* quod *deest M 3. 4. B. L.* reus *deest M 3. 4. B. L.* 5 quatuor] *ita M 1. B*, IIII^{or} *M 2. 3. 4*, III *L.* qua] quibus *M 2. B. L.* diximus] scripsimus *M 2.* hereditatis suae *B. L.* illius] illo *M 2.* 6 reatu *deest M 2.* tamen] autem *M 3. 4. B. L.* sua *M 1.*

1) *Cf. Concil. Neuchingense 772 c. 4. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' ed. 4. II, 590. Quitzmann, l. l. p. 41 ann. 8. 360 sq. von Amira, 'Grundriss des germanischen Rechts' ed. 2. p. 157. Brunner, l. l. II, 415.* 2) *Can. 9.*

B. NOTITIA DE PACTO FRATERNITATIS EPISCOPORUM ET ABBATUM BAWARICORUM.

Legitur in his codicibus: 1) Monacensi latino 6243 (antea s. Mariae et s. Corbiniani Frisingensium) saec. VIII. ex. vel IX. in. (= M 1) fol. 238'; 2) Monacensi latino 19415 (antea Tegernseensi) saec. XI. (= M 2) p. 226. 227; 3) Monacensi latino 5260 (antea Chiemseensi) saec. XII. (= M 3) fol. 28'; 4) Monacensi latino 3519 (antea M. Welseri, tum Augustanae civitatis) saec. XII. (= M 4) fol. 37.

Edd.: Canisius, Chronicon Victoris (1600), p. 133. Baronius, Ann. eccl. 772 n. 24. Welser, Rerum Boicarum libri quinque 313; ed. Lippert 347. Binius III, 1, 283. Coll. reg. conc. XVIII, 106. Vorburg, Hist. X, 33. Labbe-Cossart VI, 1795; ed. Coleti VIII, 858. Welser, Opp. histor. 163. Harduin III, 2031. Resch, Ann. eccl. Sabion. I, 691. Hartzheim I, 130. Mansi XII, 852. Canciani, Barbarorum leges antiquae II, 394. Dalham, Conc. Salisburg. 12. Walter, Corp. iur. Germ. I, 294. Graff, Diutiska I, 339. MG. LL. III, 461 ed. Merkel. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 470.

In[1] Christi nomine notitia, qualem convenientiam gentis Baiuvariorum episcopi et abbates inter se fecerunt, quorum nomina infra perarare stilo decrevimus, id est

Lemma: De collaudatione, quam episcopi et abbates in Baioaria inter se fecerunt pro defunctis fratribus *M 3. 4.*

32 noticia *M 3. 4.* Baioariorum *M 3. 4.* 34 et *deest M 1. 2.*

1) *Cf. concilium Attiniacense 762; supra p. 72 sq.*

Manno [1], Alim [2], Virgilius [3], Wisurih [4], Sindperht [5], Heres [6] episcopi, Oportunus [7], Wolfperht [8], Adalperht [9], Atto [10], Utto [11], Lantfrid [12], Alpuni [13], Hrodhart [14], Ernust [15], Reginperht [16], Wolchanhart [17], Perhtcoz [18], Sigideo [19] abbates: ut eorum quis de hac luce migraretur, unusquisque superstitum episcoporum vel abbatum pro defuncto in domo sua, id est episcopale vel coenubio, C missas speciales et eodem numero psalteria cantare faciat, ipse vero de propria persona sua XXX speciales conpleat missas vel a relegiosis sibimet subiectis implere omnino prenotatum faciat numerum. Presbiteris autem sive monachis, cum de hoc saeculo migraverint, episcopus seu abbas uno presbitero vel uno monacho XXX missas speciales, totidem psalteria faciant celebrare.

1 Manno] Niwenpurgensis civitatis episcopus *add. M 3. 4.* Alim *M 2. 4.* Virgilius] Saliz *al. man. superscr. M 2,* Vigilius *M 3. 4.* Wiserich *M 3. 4.* Sindperht] Sinpreht *M 2, ubi* Ratis *al. man. superscr.,* Sintpreht *M 3. 4.* Heres] Frising *al. man. superscr. M 2, ubi* Arbo *legitur in marg.* Wolfpreht *M 2. 3. 4.* 2 Adalpreht *M 2. 3. 4.* Atto] Schlechdarff *al. man. superscr. M 2,* Ato *M 3. 4.* Utto] Ŏto *M 2,* Uto *M 3. 4.* Lantfrid] Burensis *al. man. superscr. M 2,* Lantfrit *M 3. 4.* Alpuni] Albune *M 3. 4.* Hrodhart] Rŏadhart *M 2,* Ruothart *M 3. 4.* Ernest *M 3. 4.* Reginpreht *M 2. 3. 4.* 3 Volchanhart *M 3. 4.* Perahtcoz, *al. man. superscr.* Slierse *M 2,* Perhcoz *M 3. 4.* Sigidio *M 2,* Sigido *M 3. 4.* eorum] *supple* si. hac] ac *M 1.* 4 migraret *M 3. 4.* siperstitum *M 1.* defunctum *M 1.* 5 suo *M 1.* id est *desunt M 2. 3. 4.* episcopali *M 3. 4.* cenobio *M 2. 3. 4.* miſ *M 1. 2.* eodem] adem *M 1.* psalteria e psalterios *corr. M 1,* psalterio *M 3. 4.* 6 conpleat missas] conplet m. *M 1,* complët m. *M 2,* missas compleat *M 3. 4.* 7 a *deest M 1.* religiosis *M 2. 3. 4.* Presbiteri *M 1.* 8 autem *deest M 2. 3. 4.* abbates *M 1.* 9 psalterios *M 1.* celebrari *M 3. 4.*

1) *Neuburgensis.* 2) *Sabionensis.* 3) *Salisburgensis.* 4) *Passaviensis.* 5) *Ratisbonensis.* 6) *Frisingensis.* 7) *Lunaelacensis (Mondsee, dioc. Passaviensis).* 8) *Inferioris Altahae (Niederaltaich, dioc. Passaviensis).* 9) *Tegernseensis (Tegernsee, dioc. Frisingensis).* 10) *Scarantiensis (Scharnitz, dioc. Frisingensis), cuius monasterium postea cum Schledorfiensi (Schledorf, dioc. Frising.) coniunctum est.* 11) *Methemensis (Metten, dioc. Ratisbonensis) vel Ilminensis (Illmünster, dioc. Frisingensis).* 12) *Benedictoburanus (dioc. Augustanae).* 13) *Monasterii ignoti (Sandaviensis [Sandau, dioc. Frisingensis]?).* 14) *Ottingensis (Otting, dioc. Salisburgensis) vel Isanensis (Isen, dioc. Frisingensis).* 15) *Altahae superioris (Oberaltaich, dioc. Ratisbonensis)?* 16) *Moosburgensis (Moosburg, dioc. Salisburgensis).* 17) *Bergensis (Berg in Bavaria superiori, cf. Hauck, l. l. II, 436 ann. 5).* 18) *Schlierseensis (Schliersee, dioc. Frisingensis).* 19) *Monasterii ignoti (Weltenburgensis [Weltenburg, dioc. Ratisbonensis]?).*

BIBLIOTHÈQUE NATIONALE DON DELISLE SCRIPSIT N° IMPRIMÉS

16. CONCILIUM NEUCHINGENSE.

772. Octobr. 14.

Libri scripti vel impressi, quibus acta concilii huius Bawarici traduntur, inter se non minus de loco quam de tempore synodi dissentiunt.

Hanc ad Neuching curtem in Erdinggau pago (cf. MG. LL. III, 244 ann. 45) habitam esse legitur in vetustissimo codice antea Tegernseensi (nobis M 1), quocum hac certe in re consentit glossa marginalis codicis Cremifanensis 401 saec. XIV. in. fol. 48, quae ad Bernardi librum de origine et ruina monasterii Cremifanensis (I c. 5) haec addit: Hic est Tassilo, de quo scribitur in libris synodalium statutorum in haec: Anno 27. regni gloriosissimi ducis Wawariae Tassilonis pridie Ydus Oct. habitum concilium in Niunh . . . *(quaedam a bibliopega abscisa sunt)* 18. scilicet capitulorum *(MG. SS. XXV, 641). In aliis codicibus invenitur Dingolvinga, cuius nomen sine dubio irrepsit propterea, quod concilium Neuchingense cum antecedente ad Dingolfing habito confundebatur.*

Temporis porro notae inter se discordant. Codex Tegernseensis supra laudatus exhibet annum XXIIII. Tassilonis, indictionem XIIII. manuque saec. XV. annum Christi 773., reliqui libri praebent annum XXIIII. (XXII. Lindenbrogius; XXVII. glossa Cremifanensis), indictionem X. annumque ab incarnatione dominica DCCLXXII. Quae diversitates ita solvendae erunt, ut primo annum XXIIII. sequamur regni Tassilonis a mense Ianuario a. 772. incipientem, praesertim cum talis computandi modus tum fuerit usitatissimus, deinde glossam Cremifanensem facili ex errore exortam teneamus, tum indictionem X. praeferamus decimae quartae nescio qua ratione adscriptae. Verba autem 'anno ab inc. dom. DCCLXXII.' vel '773.' ideo pro interpolatis putari necesse est, quod tum anni ab incarnatione Christi nondum numerabantur; cf. Abel-Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' I, 107 sq.

Dubitari denique potest, quid de indole notitiae inferius edendae statuendum sit, quam Hefele ('Conciliengeschichte' ed. 2. III, 612) prologum concilii, econtra Hauck ('Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 442 ann. 4) protocollum synodi nominaverunt. Quorum hic melius illo iudicavisse videtur: apparet enim ex ipsa notitia eam post deliberationes, decretis mundanis ecclesiasticisque promulgatis, esse conscriptam.

A. DECRETA CONCILII NEUCHINGENSIS.

Omnia decretorum capita leguntur 1) in codice Monacensi latino 19415 (antea Tegernseensi) saec. XI. (= M 1) p. 229—233; 2) in codice Monacensi latino 4639 (antea Benedictoburano) saec. XII. (= M 2) fol. 60—63'; 3) in codice Vindobonensi 406 saec. XII. (= V 1) fol. 25–26; cum additamentis ex lege Alamannorum 4) in codice

Monacensi latino 5260 (antea Chiemseensi) saec. XII. (= M 3) fol. 29—30'; 5) in codice Monacensi latino 3519 (antea M. Welseri, tum civitatis Augustanae) saec. XII. (= M 4) fol. 37'—39; 6) apud F. Lindenbrogius, Codex legum antiquarum (1613), p. 440—442 (= L). — Capita 3. 8. 9. 10 inveniuntur 7) in codice Guelferbytano inter Helmstadienses 532 saec. X. (= G) fol. 170, quem contulit v. d. O. von Heinemann; fragmentum capitis 11. et capita 12—18 exhibentur 8) in membrana quadam archivi Scheurliani Norimbergensis saec. XIII. (= S), cuius variam lectionem affert Merkel, MG. LL. III, 466; cf. 242. — Capita denique 11—13 leguntur post legis Baiuvariorum tit. XI, 4 (MG. LL. III, 311) in his libris, scilicet 9) in codice Monacensi latino 19415 (antea Tegernseensi) saec. XI. (= M 1a); 10) in codice Monacensi latino 5260 (antea Chiemseensi) saec. XII. (= M 3a); 11) in codice Monacensi latino 3519 (antea M. Welseri, tum civitatis Augustanae) saec. XII. (= M 4a); 12) in codice bibliothecae universitatis Monacensis 132 saec. VIII. ex. fol. 59. 59'; 13) in codice Vindobonensi 2198 (Iur. can. 99) saec. X. (= V 2) fol. 81 cum inscriptione: V. de violencia; *14) in codice Monacensi latino 2621 (antea Adlerspacensi) saec. XIII. (= M 6) fol. 15'; 15) in codice Monacensi latino 11029 (antea collegii s. Salvatoris in Ilz) saec. XVII. (= M 7) fol. 97 praemisso lemmate:* De violencia c. LVI.; *16) in schedis Bosianis (= B) apud H. Chr. von Senckenberg, 'Gedanken von dem jederzeit lebhaften Gebrauch des uralten deutschen bürgerlichen und Staatsrechts' 252. Notandum est in libris 12—16 ordinem capitum talem esse, ut incipiat c. 12, sequatur c. 11, agmen claudat c. 13.*

Edd.[1]*: Canisius, Chronicon Victoris (1600), p. 135. Baronius, Ann. eccl. 772 n. 26. Welser, Rer. Boicarum libri quinque 314; ed. Lippert 348. Binius III, 1, 283. Lindenbrogius, l. l. p. 440. Coll. reg. conc. XVIII, 108. Vorburg, Hist. X, 34. Labbe-Cossart VI, 1796; ed. Coleti VIII, 559. Welser, Opp. histor. 163. Harduin III, 2031. Georgisch, Corp. iur. Germ. 328. Resch, Ann. eccl. Sabion. I, 699. Mansi XII, 853. Canciani, Barbarorum leges antiquae II, 395. Dalham, Conc. Salisb. 13. Westenrieder, 'Beiträge' I, 18. Walter, Corp. iur. Germ. I, 295. MG. LL. III, 464 ed. Merkel. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 470.*

Haec sunt decreta, quae constituit sancta synodus in loco, qui dicitur Niuhinga, sub principe domino Thessilone mediante[2].

De popularibus legibus.

I. Prenotatus princeps universo concordante collegio hic constituit, ut nullus a provincia sua mancipium limine venundare vel proprium vel fugitivum presumpserit[3], et si quis hoc decretum non observaverit, wergeldo suo culpabilis permaneret.

28 Haec — mediante *solus exhibet M 2.* 30 legibus *deest V 1.*

I. 31 I] Cap. I *M 2*, XIII *V 1, deest M 3. 4.* hic] haec *M 2*, hoc *V 1*, sic *L.* 32 provincia sua] provinciae (provintiae *M 4*) suae *V 1. M 3. 4. L.* mancipium limine] limine mancipium *V 1.* venundaret *V 1.* proprium vel] alienum vel *add. V 1.* fugitivum] furtivum *M 2.* presumserit *M 2*, presumat (praesumat) *V 1. L.* 33 weragelde *M 2. 3. 4*, weregeldi *V 1*, weregeldo *L.* suo *deest V 1.* permaneat *V 1. L.*

1) *V. versionem Germanicam ab A. Winter confectam, 'Histor. Abhandlungen d. k. baierischen Akad. der Wissenschaften' I (1807), p. 137 sqq.* 2) *V. supra p. 93 l. 29 sq.* 3) *Cf. Lex Alamann. 37 (MG. LL. nat. Germ. V, 97):* Ut mancipia foris provintia nemo vindatur nec in paganos nec in christianos, nisi si iussio ducis sit. *Epistola Gregorii III. papae ad Bonifatium circa annum 732. (MG. Epp. III, 280; Jaffé-E. n. 2239). Concil. Liftinense 743 c. 3 (supra p. 7), Haristallense 779 c. 19 (MG. Capit. I, 51).*

II. Ut nullus furtivam rem, tam in equis et quadrupedibus quam in reliqua subpellectilia, extra finem Baiuvariorum venundare vel machinis diabolicis exterminandi insidiis tegi; ut si quis hoc presumpserit, XL solidos componat in publicum.

III. Ut si quis domum tam liber quam servus alterius effoderit et ibi occisus fuerit, sine conpositione in sua damnatione permaneat[1]. Si autem subpellectilia abstulerit de eadem domo et eo fugiente in curtem vel extra curtem hic, cui damnum inferebat, consequitur et interfecerit, pari sententia subiacebit[2]. Similiter qui liberum vel mancipium suum furaverit et eum conprehendere minime quiverit et ibidem interfecerit reum, superior permaneat sententia[3]. Sed tamen ea genera trium homicidiorum debita signa vicinis[4] suis et his, qui adsistunt, insignet.

IIII. De pugna duorum, quod wehadinc[5] vocatur, ut prius non sortiantur[6], quam parati sint, ne forte carminibus vel machinis diabolicis vel magicis artibus insidiantur.

V. Qui supra predicte pugne, quod chamfwich[7] diximus, peracto iudicio se simile vindictae erigere contra querentem presumpserit, sacramentum, quod ahteid[8] dicunt, iuret in aecclesia cum tribus nominatis sacramentalibus.

VI. De eo, quod Bawarii stapsaken[9] dicunt, in quibus verbis ex vetusta con-

II. 1 II] XIIII *V1, deest M3. 4.* furtivam] fugitivam *V1.* et] aliis *add. M3. 4. L.* subpellectili *V1,* suppellectili *L.* 2 Bawariorum *M2. V1,* Baioariorum *M3. 4. L.* venumdare *L.* exterminandi insidiis tegi] *lectio valde corrupta videtur, exspectaveris:* exterminare insidientur; exterminari insidiis audeat *V1,* extra minare insidiis tentet *L.* 3 ut] et *V1. L.* hoc *deest M2.* conponat] *ita M1. 2,* cōp- *vel* componat *hic et infra alii.* publico *M2.*

III. 4 III] XV *V1,* XII *G, deest M3. 4.* domum — alterius] domum alterius tam liber quam servus *V1.* alterius] altius *L.* effodierit *V1.* 5 dampnatione *M2. V1. M3. 4.* suppellectilia *L.* abstulerit] tulerit *V1.* 6 eadem] adem *G.* et *deest G.* fugiente] effugiente *G.* hic] eodem *V1.* dampnum *M2. V1. M3. 4,* damnum *G.* 7 inferebat] intulit *M3. 4. L.* consequitur] consequeretur *corr.* consequitur *M1,* consequeretur *M2. G,* insequente *V1.* sententiae *V1.* sententia subiacebit] subiaceat sententia *M4,* s. sententiae *L.* subiaceat *G.* Similiter] IIII *praemittit V1,* IV *L.* liberum] iniberum *M2.* 8 furaverit] furem pervenerit *M2,* perdiderit *V1,* pervenerit *add. G.* conprehendere minime] minime comprehendere *V1.* intirfecerit *G.* 9 permaneat] maneat *V1.* ea — homicidiorum] ea g. t. homicidium *M1,* ea tria g. homicidiorum (homicidium *M2*) *M2. V1,* ea trium genera homicidiorum *G.* 10 debita] *deest V1,* debito *L.* signo *V1. L,* signis *G.* suis] sue *M2,* suo *G.*

IIII] 11 IIII] XXIII *M3. 4.* V *L.* wehadine *M2,* wehadinch *V1.* vocatur] vocant *M2. V1.* non *deest L.* insortiantur *L.* 12 sunt *M3. 4. L.* insidientur *V1.*

V. 13 V] *deest V1,* XXIIII *M3. 4,* VI *L.* predicte] dicta *M2. V1.* kamfwih *M2,* champhwich *V1,* chamfwic *M3. 4,* camfwic *L.* diximus] dicunt si *V1.* peracto iudicio] post peractum iudicium *M2.* simili vindicta *M3. 4. L.* 14 erigere] regere *V1.* ahtheid *M2.* dicunt] dicitur *L.* 15 aecclesiam *M1.* nominatis sacramentalibus] sacramentalibus nominatis *M2.*

VI. 16 VI] V *V1,* XXV *M3. 4,* VII *L.* eo] vero *add. L.* Baioarii *M3. 4. L.* stapsachen *V1,* stapfsaken *L,* stapsackhen, insimulare furti, exigere ablatum et eius purgatio *gloss. marg. manu posteriore M1.* quibus verbis] verbis quibus *M4. L.* verbis] verbi *M1, deest V1.*

1) *Cf. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' ed. 4. II, 347. Quitzmann, 'Aelteste Rechtsverfassung der Baiwaren' 268.* 2) *Cf. L. Baiuw. IX, 5 (MG. LL. III, 303):* Fur nocturno tempore captus in furto, dum res furtivas secum portat, si fuerit occisus, nulla ex hoc homicidio querela nascatur. *V. quae Zeumer exponit MG. LL. nat. Germ. I, 294 ad Legem Visigoth. VII, 2, 15. 16.* 3) *Cf. L. Baiuw. IX, 4. 8. XVI, 5 (l. l. p. 303. 304. 322).* 4) *Cf. Quitzmann, l. l. p. 108.* 5) *Cf. quae ad concil. Dingolfingense 770? c. 11 supra p. 96 annotavimus.* 6) *Cf. L. Baiuw. IX, 2. XII, 8. XVII, 6 (l. l. p. 303. 313. 327).* 7) *Cf. Grimm, l. l. II, 590. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' II, 414.* 8) *Cf. Grimm, l. l. II, 561. Quitzmann, l. l. p. 214.* 9) *Cf. Grimm, l. l. II, 587 sq. Quitzmann, l. l. p. 364. Brunner, l. l. I, 179. II, 330. 343.*

suetudine paganorum idolatria reperimus, ut deinceps non aliter nisi, ut dicat qui querit debitum: 'Hec mihi iniuste abstulisti, quae reddere debes et cum tot solidis componere'. Reus vero contra dicat: 'Nec hoc abstuli nec componere debeo'. Iterata voce requisito debito dicat: 'Extendamus dexteras nostras ad iustum iudicium Dei'. Et tunc manus dexteras utrique ad caelum extendant.

VII. Ut[1] nullus furtivam rem suscipere vel intra terminum abscondere presumat. Qui hoc fecerit XL solidos componat.

VIII. Ut hii, qui ducali manu libere dimissi sunt[2], ad eadem cogantur iudicia, quae Bawarii urteila[3] dicunt.

VIIII. Ut hi, qui in aecclesia libertatem conquirebant, deinceps tam ipsi quam eorum posteritas in secura libertate permaneant, nisi forte ipsi sibimet insolubilem damnum inferant, quod componere minime quiverint[4].

X. Qui ex eis occiderint, pretium eius his solvatur aecclesiis, ubi liberi dimissi fuerint[5.*].

*) *M 3. 4. L ita pergunt*: Liberi[6], qui ad aecclesiam dimissi sunt liberi vel per cartam acceperunt libertatem a rege, si occidantur, LXXX solidis componantur aecclesiae vel filiis eorum; in dominico XL solidos componat. Si ancilla libera dimissa fuerit per cartam aut in ecclesia et post haec servo nupserit aecclesiae, ancilla permaneat. Si autem libera Baioario servo aecclesiae nupserit et servile opus ancilla contradixerit, abscedat. Si autem ibi filios vel filias generaverit, ipsi servi et ancillae permaneant.

VI. 1 idolatria] ydolatriam *V 1*, idolatriam *M 3*, idololatriam *L*. ut *deest M 4*, sic *L*. dicat] indicat *M 4*. 2 debitum *deest V 1*. debet *M 4*. et] aut *M 1*, et — componere *desunt M 3. 4. L*. 3 Nec] Non *L*. abstulisti *M 3. 4*. 4 requisitor *M 2. V 1*. debiti *M 2*, debitori *V 1*. dexteras — Et *desunt V 1*. 5 dextras *V 1*. utrique ad] uterque ad *M 4*, ad uterque *L*. extendet *M 2*, extendat *M 3. 4. L*.

VII. 6 VII] Cap. II *M 2*, VI *V 1*, XXVI *M 3. 4*, VIII *L*. intra] infra *M 2. V 1*. presumat] et *add. V 1*. 7 co(m)ponet *M 2*.

VIII. 8 VIII] III *M 2*, VII *V 1*, *deest G*, XXVII *M 3. 4*, IX *L*. hii] *ita M 1. V 1*, hi *cett.* eadem cogantur] aecclesiam coniungantur *V 1*. 9 quae] quod *G*. Pawarii *M 1*, Baiuvarii *G*, Baioarii *M 3. 4. L*. urteila] urtalit *V 1*, urtella *M 3. 4. L*.

VIIII. 10 VIIII] IIII *M 2*, *deest V. G*, XXVIII *M 3. 4*, X *L*. hii *V 1*. in — libertatem] libertatem in aecclesia *V 1*. conquirebant] requirebant *M 2*, consequebantur *V 1. G*. deinceps *deest G*. ipse *M 2. G*. 11 permaneat *M 2. V 1. G*. forte *deest V 1*. ipse *M 2. G*. insolubilem] *ita M 1. G*, insolubile *cett.* 12 dampnum *M 2. V 1. M 3. 4*. inferet *M 2*, inferent *G*. quiverint *M 1*, quiverit *M 2. 4*.

X. 13 X] V *M 2*, *deest V 1. L*, XXVIIII *M 3. 4*. eis] his *M 2. V 1. G*. occiderint] occidentur *M 3. 4. L*. eius] eorum *M 3. 4. L*. 14 fuerint] sunt *V 1. M 4. L*. 15 Liberi] XI *praemittit L*. 17 cōpoñ *M 3. 4*. Si] XII *praemittit L*. 18 aecclesiae] aecclesia *M 4*. permaneant *M 4*. 19 Baioaria *L*. 20 vel] et *L*.

1) *Cf. L. Baiuw. IX, 15 (l. l. p. 305).* 2) *Cf. Quitzmann, l. l. p. 46 sq.* 3) *Hoc loco iudicia Dei; v. Quitzmann, l. l. p. 359 sq.* 4) *Merkel, l. l. p. 466 ann. 27, allegat l. Baiuw. II, 1 (l. l. p. 282).* 5) *Aliter statuit Karolus M. in capitulis ad legem Baiwariorum additis 801—813 c. 5 (MG. Capit. I, 158; Mühlbacher[2] n. 403)*: . . . de his, qui per cartam in ecclesia iuxta altare dimissi sunt liberi, cum quadraginta solidis regi componantur. 6) *Fluxerunt haec additamenta ex Lege Alamannorum 17. 18 (codd. B; l. l. V, 79 sq.). Cf. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' ed. 2. III, 108 ann. 2.*

XI. Qui furtivam rem, quod zŏgenzuht[1] dicunt, super furem conprobare non quiverit, furtivo componat more[2].

XII. Qui[3] resisterit domum suam, quod selisŏhan[4] dicunt, qualem rem querenti resistebat, talem componat, in publico XL solidos.

XIII. Qui manum inmissione resisterit, quod hantalod[5] dicunt, XL solidos solvat in publico et ipsam rem querenti reddat vel aliam similem.

XIIII. De his, qui supradictis[6] homicidiis debita morte in furto reperti sunt,

---

potestatem exeundi non habeant. Illa autem mater eorum, quando exire voluerit, ante annos III liberam habeat potestatem. Si autem III annos induraverit opus ancillae, et parentes eius non exadoniaverint eam, ut libera fuisset, nec ante comitem nec ante ducem nec ante regem nec in publico mallo, transactis tribus Kalendis Martis, post haec ancilla permaneat in perpetuum, et quicumque ex ea nati fuerint servi et ancillae sunt.

XI. 1 XI] VI *M 2*, VIII *V 1*, VI *M 5*, III *M 6*, XXX *M 3. 4*, XIII *L.* furtivam] furvam *M 5*, furtivum *L.* rem *deest M 1. 3. 4. L.* quod] quam *B.* zŏgenzuht] *ita M 1*, zauganzuht *M 1a. 5. V 2*, zauganz *M 2*, zauganzuth *V 1*, zougenzuht *M 3. 3a. 4. L*, zongenzunt *M 4a*, zougenzunt *B*, zauganzuch *M 6. 7.* dicunt] dicit *M 1*, dicunt ut *M 2*, dicitur *L.* super] supra *V 2. M 6.* furem] finem *M 6.* conprobare] probare *M 7.* non quiverit] nequiverit *V 2. M 3. 3a. 4. 4a. B. L.* 2 componat more] more co(m)ponat *V 1. 2*, more componit *M 6. 7.* more] *deest M 5*, hoc est decretum *add. M 1a. 3a. 4a. 5. B.*

XII. 3 XII] VII *M 2*, VIII *V 1*, V *M 5*, II *M 6*, I *M 3. 4*, XIV *L.* resisterit] restiterit *e corr. V 2. B*, resistit *M 6. 7.* domum suam] suam domum *M 6.* selisŏhan] *ita M 1*, selisochan *cum glossa saec. XV.* seinsuochen *M 1a*, selisohhan *M 2*, salisochan *V 1*, salisohan *M 5*, *V 2*, selisuchen *M 3. 3a. 4. 4a. B*, selisuochan *M 6. 7*, selisuken *S*, salisuchen *L.* dicunt] dicit *M 5.* qualem] qualemque *M 3a. 4a. B*, qualemcumque *M 6. 7.* quaerent (querent) *M 5. V 2.* 4 resistebat] resistebant *M 5*, *deest M 6. 7.* talem *deest V 2.* puplico *M 3a. 4a. 5. V 2*, bublico *B.* solidos] hoc est decretum *add. M 1a. 3a. 4a. 5. V 2. B.*

XIII. 5 XIII] VIII *M 2*, X *V 1*, VII *M 5*, IIII *M 6*, II *M 3. 4*, XV *L.* manus *M 6. 7. L.* inmissioni *M 2. 5. 6. 7. V 2*, inmissionem *V 1. M 1a. 3. 3a. 4. 4a. S*, in missionem *B*, immissionem *L.* resisterit] restiterit *M 5. 6. 7. V 2 (e corr.).* hantalod] *glossa saec. XV.* hantanleyt *M 1a*, wandalod *M 2*, hantlod *V 1*, hantelod *M 3. 4. S. B. L*, hantelot *M 3a. 4a.* solvat] conponit *M 6*, componat *M 7.* 6 puplico *M 3a. 4a. 5*, bublico *B.* ipsam] ipse e *M 2.* vel aliam similem *desunt M 3. 4. S. L.* vel] et *M 2. V 1. B.* similem] hoc est decretum *add. M 1a. 3a. 4a. 5. B*, addant *add. M 6. 7.*

XIIII. 7 XIIII] VIII *M 2*, XI *V 1*, III *M 3. 4*, XVI *L.* hiis *S.* supradictis] supra *M 2.* homiciis *M 3. 4.* reperti sunt] reperti s. *(ita!) M 1*, repertus *M 2*, repertis *M 3. 4. S.*

X. 8 exeundi] exinde *M 3. 4.* 10 exadoniaverunt *L.* 11 Martiis *L.* 13 sint *L.*

1) *De hac voce cf. Quitzmann, l. l. p. 358. Brunner, l. l. II, 484 ann. 21.* 2) *Cf. L. Baiuw. IX, 18 (l. l. p. 306):* Si quis contra caput alterius falsa suggesserit, vel pro quacumque invidia de iniusta accusatione commoverit, ipse penam vel damnum, quod alteri intulit, excipiat. 3) *Capitibus 12 et 13 agitur de eis, qui rem suam furatam in domo aliena requirenti et legali modo apprehendenti, quod 'Anefang' dicitur, resistunt; cf. Brunner, l. l. II, 496 sqq.* 4) *Cf. L. Baiuw. XI, 3. 4 (l. l. p. 311). Grimm, l. l. II, 199. Quitzmann, l. l. p. 169. von Amira, 'Grundriss' etc. ed. 2. p. 162. Brunner, l. l. II, 496.* 5) *Cf. Lex Ribuaria 33 (codd. A; MG. LL. V, 226). Brunner, l. l. II, 498. von Amira, l. l. p. 130.* 6) *Cf. cap. 3 p. 100.*

ut si quis huius interfecti parentele eum, qui in suo scelere captus est, vindicare temptaverit, a propria alode alienus efficiatur.

XV. Ut si quis signum, quod est sigillum, inhonoraverit vel huiuscemodi iniuncta minime impleverit, prima vice arguetur, secunda XL solidos componat, III.ª suum reddat wergeldum, IIII.ª exterminetur ab acto officio[1].

XVI. Ut si quis iudicum furem in bina vel terna reprehensione non damnaverit et eum diabolico lucro dimiserit, ut per illum quasi conparticeps pauperum spoliis ditaretur, tot sceleris, quot commiserit, ante Dei oculos et angelorum efficiatur reus et nihilominus cui fraudem fecerit quasi proprium componat debitum.

XVII. Ut[2] si quis in virtute coniunctus a propria coniuge adulterina separatus fuerit, eiusque ex cognatione coniugis propter eandem dimissionem qui eum persequere temptaverit, a proprio alienatur patrimonio.

XVIII. Ut nullus post tonsuram capillos usu populari nutrire[3] presumat, nec velata relicto velo secularem habitum sumat, ut, si quis vel si qua in hoc vitio reperti fuerint, aut corripiantur aut excommunicentur.

XIV. 1 ut] et *S.* quis] de *add. L.* parentela *L.* in *deest M 3. 4. L.* 2 temptave *M 2*, temptavit *V 1*, tentavit *L.* alade *M 1.*

XV. 3 XV] X *M 2*, XII *V 1*, III *M 3*, IIII *M 4*, XVII *L.* Ut] Et *M 4. L.* 4 arguetur] et *add. M 2*, arguatur *V 1. L.* secunda] vice *add. V 1.* III.ª] tercia vice *V 1.* 5 reddat *deest M 3. 4. S. L.* weregeldum *M 2*, weregeldum *V 1. M 3. 4. S. L.* acto] vel *add. M 2. V 1.*

XVI. 6 XVI] XI *M 2*, XIII *V 1*, V *M 3. 4*, XVIII *L.* iudicum *M 1. 3. 4. S.* furem] furti *M 1. 3. 4.* dampnaverit *M 2. V 1. M 3. 4.* 7 dyabolico *S.* ut per illum] ac per eum *L.* quasi] quas *V 1.* co(m)participes *M 2*, conpartices *V 1.* pauperorum *M 2.* pauperum spoliis] spoliis pauperum *L.* 8 ditarent *M 2*, ditarentur *M 3. 4. S.* tot] reus *L.* scelerum *V 1.* quod *M 1. 3. 4. S. L.* Dei oculos] oculos Dei *M 3. 4. S. L.* reus *deest M 3. 4. S. L.* 9 et] ut *V 1.* nichilominus *M 2. 3. S.* cui] cuius *M 3. 4. S.*

XVII. 10 XVII] XII *M 2*, XIIII *V 1*, VI *M 3*, *deest M 4*, *anteriori iungit S*, XIX *L.* coniunctus] convictus *V 1.* propria coniuge] proprio coniugio *V 1*, coniuge propria *M 3. 4. S. L.* adulterina *deest V 1.* seperatus *M 3. 4. S.* 11 eadem *M 1.* dimissione *M 4.* qui] quae (que) *M 3. 4. S.* persequere] *ita M 1*, persequi *cett.* 12 tentaverit *L.* alienatus *M 2*, alienetur *V 1. L.*

XVIII. 13 XVIII] XIII *M 2*, XV *V 1*, VII *M 3*, VI *M 4*, XX *L.* post tonsuram] tonsoratus *V 1.* 14 velo] suo proposito *M 2.* secularem — sumat] in seculari (sc'lari) habitu sint *V 1.* ut] et *M 2. L*, XVI *praemittit V 1.* vel — qua *desunt M 2.* si *deest M 3. 4. L.* hoc] tali *add. M 2.* reperti fuerint] repertus fuerit *M 2.* 15 corripiantur — excommunicentur] corripiatur vel excommunicetur *M 2.* excommunicentur] Explicit decretum Tassilonis ducis *add. L.*

1) *L. Baiuw. II, 13 (l. l. p. 287) haec statuerat:* Si quis iussionem ducis sui contempserit, vel signum, quale usus fuerit, dux transmiserit aut anulum aut sigillum, si neglexerit venire aut facere, quod iussus est: XV solidos per neglecto donet in publico; et sic impleat iussionem. 2) *Hoc caput v. cl. K. Zeumer ita interpretatur: Si quis violenter per raptum coniugium iniit et postea a femina propter eius (scil. feminae) adulterium separatus est, a propinquis feminae ratione faidae persequendus non est.* 3) *Cf. Concil. Carthaginiense IV. c. 44 (Mansi III, 955). Concil. Romanum 721 c. 17 (ibid. XII, 264). Concil. Romanum 743 c. 8 (supra p. 15). Capitulare q. d. Bonifatii c. 4 (Hartzheim I, 55); v. etiam Concil. Toletanum IV. c. 55 (Migne, Patrol. lat. LXXX, 379). Eadem statuit conc. Triburiense 895 c. 27a (MG. Capit. II, 229).*

B. NOTITIA DE CONCILIO NEUCHINGENSI.

Ad edendam notitiam, de cuius indole supra p. 98 actum est, adhibiti sunt 1) codex Monacensis latinus 19415 (antea Tegernseensis) saec. XI. (= M 1) p. 227—229; 2) codex Monacensis latinus 5260 (antea Chiemseensis) saec. XII. (= M 2) fol. 28'; 3) codex Monacensis latinus 3519 (antea M. Welseri, tum civitatis Augustanae) saec. XII. (= M 3) fol. 37. 37'; 4) schedae Bosii (= B) ex codice ignoto collectae, quae exstant apud H. Chr. von Senckenberg, 'Gedanken von dem jederzeit lebhaften Gebrauch des uralten deutschen bürgerlichen und Staatsrechts' 259; 5) F. Lindenbrogius, Codex legum antiquarum (1613), p. 439 (= L).

Edd.: Canisius, Chronicon Victoris (1600), p. 134. Baronius, Ann. eccl. 772 n. 25. Welser, Rerum Boicarum libri quinque 310; ed. Lippert 343. Binius III, 1, 283. Lindenbrogius, l. l. p. 439. Coll. reg. conc. XVIII, 107. Vorburg, Hist. X, 34. Labbe-Cossart VI, 1796; ed. Coleti VIII, 559. Welser, Opp. histor. 161. Harduin III, 2031. Georgisch, Corp. iur. Germ. 325. Resch, Ann. eccl. Sabion. I, 686. Hartzheim I, 128. Mansi XII, 853. Canciani, Barbarorum leges antiquae II, 394. Dalham, Conc. Salisb. 11. Walter, Corp. iur. Germ. I, 294. MG. LL. III, 462 ed. Merkel. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 471.

Regnante in perpetuum domino nostro Iesu Christo in anno XXIIII. regni religiosissimi ducis Tassilonis gentis Baiuvariorum sub die consule, quod erat II. Idus Octob., indictione XIIII., divino praeflatus inspiramine, ut omne regni sui praenotatus princeps collegium procerum coadhunaret in villam publicam Niuihhingas nuncupatam, ut ibidem tam regularem moderaret in sancto habito cenobio virorum et puellarum quam episcopales moderaretur obsequias, insuper gentis suae institutiones legum per primatos inperitos, universa consentiente multitudine, quae repperit diuturna vitiata et videbantur abstrahenda evelleret, et quae decretis placuit conponenda instituerentur.

Inter tot collegia sacerdotum, evolutis episcoporum, abbatum praesentia paginis, regulari ordine vitae atque canonum normas vel decreta patrum nullis conprobare quiverant testimoniis, ut[1] apud monachos parrochiae commodari deberentur vel publica baptismatis obsequia, nisi forte, si infirmum coactos contigeret eventus, et nihil eorum inplerent commorandi negotia, excepto vicissitudinis villarum propriarum singulis annis

Lemma: De concilio, quod dux Tassilo apud (aput (*M 3*) Dingolvingam (Dingolwingam *M 2*) celebravit *M 2. 3. B*, Decretum Tassilonis ducis Baiovariorum *L*.

17 anno] vero *add. M 2, 3. B. L.* XXIIII.] XXII. *L.* religiossimi *M 1.* 18 Baioariorum *M 2. 3. B. L.* consulem *M 2. 3*, consulum *L.* 19 Octob.] 773 *add. man. saec. XV. in marg. M 1*, atque anno ab incarnatione dominica DCCLXXII. *add. M 2. 3. L.* XIIII.] X. *recte M 2. 3. B. L.* divina *B. L.* praeflatus] perflatus *B. L.* inspiramini *M 1*, inspirat(c)ione *M 3. B. L.* 20 coadunaret *M 2. 3. B. L.* Niuihhingas] *ita M 1.* Dingolvingam *M 2. 3. B. L.* 21 regulare *M 2. 3. B. L.* moderaret] ordinaret *L.* habitu *M 2. 3. B. L.* cenobio] c(o)enobium *M 2. 3. B. L*, vitam *add. man. saec. XV. in marg. M 1.* 22 insuper] inter *supplendum videtur.* 23 primates *B. L.* inperitos] imperii *L.* diuturna] diuturnitate *M 3. L.* et] quae *add. M 2. 3. B. L.* 24 abstrahendo *M 2. 3. B.* evellere *M 2. 3. B.* placuit] placerent *M 2. 3. B. L.* instituret *L.* 25 tot] vero *add. M 2. 3. B. L.* devolutis *M 3. B. L.* episcoporum] et *add. M 2. 3. B. L.* abbatum] in *add. M 2. 3. B. L.* 26 regularis ordines *M 2. 3. B. L.* normas *in* normis *corr. M 1.* decreta *in* decretis *corr. M 1.* 27 quieverant *M 1.* apud monachos] monachis *M 2. 3. B. L.* commodari] commendari *M 2. 3. B. L.* deberent *B. L.* 28 si infirmum — eventus et] pro periculo mortis *M 2. 3. B. L.* 29 inplerent] inplebibū *M 1.* negoc(t)io *M 2. 3. B. L.*

1) *Cf. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I, 211 sq.*

obedientialis curis commissio ab abbate proprio fuerint determinata. Unde ab universis abbatibus facta professio, ut minime titulis popularibus se ingerere depellerentur et haec cui commissae sunt plebes sub potestate episcoporum permanerent, sicut in sanctis sinodicis vel decretis priscorum patrum perarata conprobatur conscriptio. Ab episcopis vero simili modo et nihilominus praelatis ponderaverunt sententiis, ut erga eos caritatis gerentur curae, ita ut canonica auctoritas confirmat et spiritalis concordia declarat.

Hoc peracto concilio et ab universis uno ore confirmato, ut, si quis de eadem institutione deviare praesumpserit, a collegio eorum alienetur usque iterato examine, id est publico sinodo.

1 obedientialibus *M 2. 3. B. L.* fuerit *B. L.* 2 professio *in* promissio *corr. M 1.* popularis *M 1.* depellerentur] deberent *L.* et] sed *B. L.* 3 haec] omnia *add. M 2. 3. B. L.* 4 sinodicis] sydonis *M 2. 3*, synodis *B. L.* peraratra *M 1.* comprobat *B. L.* 6 gererentur *B. L.* spiritualis *B. L.* 8 Haec *M 1.* et] est *B. L.* confirmatum *B. L.* ut] it *M 2. 3.* 9 praesumpserint *M 2.* alienaretur *B. L.* 10 publica *B. L.*

*17. CONCILIUM HARISTALLENSE.

779. mense Martio.

Concilii Haristallensis, si modo concilium proprie ecclesiasticum dici potest[1], *statuta subsunt capitulari Karoli Magni regis, quod* congregatis[2] in unum sinodali concilio episcopis, abbatibus virisque inlustribus comitibus, una cum piissimo domno nostro secundum Dei voluntatem pro causis oportunis *decretum est.*

Hoc autem capitulare legitur in his codicibus, scilicet 1) Sangallensi 733 saec. IX. p. 1; 2) S. Pauli in Carinthia XXV. a/4 (antea Kruftiano, tum Sancti Blasii in Nigra Silva) saec. IX. fol. 155; 3) Parisiensi latino 4613 (antea Colbertino, a Baluze Thuaneo dicto) saec. X. fol. 62'; 4) Monacensi latino 19416 (antea Tegernseensi) saec. IX. et X.; 5) Eporediensi 34 saec. IX. fol. 1; 6) Eporediensi 33 saec. IX. ex. vel X. in. fol. 124; 7) Ashburnhamensi, Barrois 214 (antea P. Pithoei) saec. IX. X. fol. 46'; 8) Montispessulano 136 (antea Pithoei, tum collegii Trecensis) saec. IX.; 9) Lugdunensi Batavorum Vossiano Q. 119 saec. IX. X. fol. 138'; 10) Mutinensi ecclesiae cathedralis ord. I. 2. saec. X. ex. fol. 158; 11) Gothano membr. I. No. 84 (antea s. Martini Moguntini) saec. X. XI.; 12) Guelferbytano inter Blankenburgenses 130. 52 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. fol. circiter 88; 13) Parisiensi latino 9654 (antea s. Vincentii Mettensis et collegii Claramontani, tum inter suppl. lat. 75) saec. X. XI. fol. 26'; 14) Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 582 (antea s. Martini Moguntini) saec. IX. X. fol. 29'; 15) Romano eiusdem bibliothecae inter codices reginae Christinae 520 (antea vel s. Benedicti Floriacensis ad Ligerim vel monasterii s. Petri Corbeiensis, deinde P. Danielis, tum Petaviano) saec. X.—XV. fol. 102'; 16) Romano eiusdem bibliothecae eiusdem collectionis 846 (antea A. Petavii) saec. IX. X. fol. 97'; 17) Norimbergensi bibliothecae urbanae Mss. Cent. V. Anhang No. 96 (antea Meieri Norimbergensis) saec. X. XI. fol. 26'; 18) Parisiensi latino 4626 (antea Matisconensi, deinde Bigotiano, tum regio) saec. X. XI. fol. 46; 19) Parisiensi latino 4628 A (antea abbatiae s. Dionysii in Francia) saec. X. fol. 74'; 20) Parisiensi latino 10758 (antea s. Remigii Remensis, deinde collegii Claramontani, tum inter suppl. lat. 164[bis]) saec. IX. X. p. 71; 21) Romano bibliothecae Vaticanae inter codices reginae Christinae 1036 (antea A Petavii) saec. XV. XVI. fol. 46. Accedunt praeterea 22) codex Monacensis latinus 3853 (antea cathedralis ecclesiae Augustanae) saec. X. eiusque exemplaria, scilicet 23) codex Sanctae Crucis (monasterii Heiligenkreuz in Austria) 217 saec. X. et 24) codex Parisiensis latinus 3878 (antea Faurianus, tum regius) saec. X., quorum quisque capita 1—4. 8—10. 11. 17. 21 praebet.

Ab his codicibus differunt alii, in quibus, ut Boretii verbis utar, capita 1—13. 23 multis modis mutata et glossis textui insertis adaucta leguntur, scilicet 1) codex Romanus

1) *Cf. Abel-Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' I, 324.*
2) *Verba ex prooemio hausta.*

bibliothecae Chisianae F. IV. 75 circa annum 1000. conscriptus fol. 60; 2) codex Cavensis 22 circa annum 1005. scriptus fol. 210; ceteri autem, 3) Gothanus membr. I No. 84 (antea s. Martini Moguntini) saec. X. XI. et 4) Mutinensis ecclesiae cathedralis ord. I. 2. saec. X. ex. fol. 177, mutilum capitulare tradunt. Huius formae Langobardicae cc. 3. 5. 8 et initium capitis 12 inveniuntur 5) in codice Romano bibliothecae Vaticanae inter codices reginae Christinae 263 saec. X.—XIV. fol. 230', caput 6 denique 6) in codice Monacensi latino 3853 saec. X. (v. supra n. 22) eiusque exemplaribus, 7) codice Sanctae Crucis 217 (v. supra n. 23) et Parisiensi latino 3878 saec. X. (v. supra n. 24).

Forma, quae communis dicitur, codicibus 1—21 (22—24) tradita, transiit in Benedicti Levitae collectionis additamentum IV. cc. 120—142 (MG. LL. II, 2, 154).

Edd.: Goldast, Constitutiones III, 120. Sirmond II, 84. Coll. reg. conc. XVIII, 161. Le Cointe VI, 158. Labbe-Cossart VI, 1284; ed. Coleti VIII, 589. Baluze I, 195. Hartzheim I, 239. Mansi XII, 893; app. 141. Walter II, 57. MG. LL. II, 36. Migne, Patrol. lat. XCVII, 125. MG. Capit. I, 46. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 219. 'Neues Archiv' XXIV, 471.

Forma, quae Langobardica dicitur, in secundi ordinis codicibus 1 et 2 (3, 4 et 5—8) servata, prodiit ex labore privato iudicum Italicorum et recepta est in collectione quadam circa annum 830. a Lupo condita; singula capita et formae communis et formae Langobardicae adhibuit auctor libri legum Langobardorum Papiensis dicti; cf. Boretius, 'Capitularien im Langobardenreich' 25 sqq. 57 sqq. Abel-Simson, l. l. I, 330 sqq. Mühlbacher² n. 219.

Edd.: Muratori, SS. rer. Ital. I, 2, 94. Martène, Collectio VII, 6. Canciani I, 148. Mansi XIII, 1075. Cod. diplom. Cavensis IV, 2, 4. MG. Capit. I, 46.

18. CONCILIUM IN FRANCIA HABITUM.

779? 780?.

Referunt annales Laureshamenses[1], *Mosellani*[2] *aliique, quos laudat Simson ('Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' II, 53 ann. 5; cf. I, 338 ann. 4), ad annum 779. de fame magna et mortalitate in Francorum regno grassantibus. Ad quam plagam avertendam ieiunia ac missas iussa esse in aliquo concilio incerti loci iam Sirmondus suspicatus est eamque coniecturam sequentes Simson (l. l.) et Boretius (MG. Capit. I, 52) capitulare subsequens anno 779. vel, ut Boretius mavult, ineunti anno 780. adscribendum putaverunt, ille scilicet tantummodo referendo de Boretii verbis, qui epilogo — mentio fit missae sancti Iohannis (Jun. 24.) quasi exspectatae — nisus hoc capitulare ineunti anno 780. se adscribere velle dicit et hoc pro coniectura satis probabili, non pro certo se putare, cum fames et tribulatio non raro Karoli regnum perturbaverint*[3]. *Utut est, num ipse Karolus concilio huic loco ignoto congregato interfuerit, item in medio relinquendum est.*

In editione paranda secuti sumus Boretii exemplum. Capitulare episcoporum legitur in codicibus 1) Eporediensi 34 circa annum 830. conscripto (= E 1) fol. 18; 2) in codice Eporediensi 33 saec. IX. X. (= E 2) fol. 137'; 3) in codice Norimbergensi bibliothecae urbanae Mss. Cent. V. Anhang No. 96 saec. X. XI. (= N) fol. 28', quem contulit c. d. E. Mummenhoff; 4) in codice Parisiensi latino 9654 (antea s. Vincentii Mettensis et collegii Claramontani, tum inter suppl. lat. 75) saec. X. XI. (= P) fol. 26; 5) in codice Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 582 (antea s. Petri Moguntini) saec. IX. X. (= V) fol. 29'. Adhibuimus praeterea Benedicti Levitae collectionem (l. I c. 207 = B 1. MG. LL. II, 2, 56, et add. IV c. 143 = B 2, l. l. p. 155).

Edd.: Sirmond II, 159. Coll. reg. conc. XVIII, 95. Le Cointe VI, 161. Labbe-Cossart VI, 1788; ed. Coleti VIII, 550. Baluze I, 199. Harduin III, 2025. Bouquet V, 648. Hartzheim I, 241. Mansi XII, app. 145. Walter II, 61. MG. LL. I, 39. Migne, Patrol. lat. XCVII, 133. MG. Capit. I, 51. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 472.

Capitulare qualiter institutum est in hoc episcoporum consensu, id est ut unusquisque episcopus tres missas et psalteria tria cantet, unam pro domno rege, alteram

Lemmata: Decretale precum quorundam episcoporum *B 1*, Qualiter pro rege et exercitu eius hac instanti tribulatione a fidelibus in orationibus et eleemosinis Deo supplicandum sit *B 2*.

29 hoc *deest P. V.* episcoporum] epis *N.* consensu] conventu *B 1.* 30 episcopus] epis bi *N.* psalteria tria] tria psalteria *N. B 1. 2.* cantet] cantent *N, deest B 1. 2.* unam] unum *V. B 1. 2.* alteram] alia *N.* alterum *V.* et aliud *B 1. 2.*

1) *MG. SS. I, 31.* 2) *Ibid. XVI, 497.* 3) *Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 625 capitulare in concilio Haristallensi anni 779. (v. supra p. 106 sq.) promulgatum censet.*

pro exercitu Francorum, tertiam pro praesenti tribulatione, presbiteri vero unusquisque missas tres, monachi et monachae et canonici unusquisque psalteria tria. Et biduanas[1] omnes faciant, tam episcopi, monachi et monachae atque canonici atque eorum infra casatum homines, vel qui potentes sunt[2]. Et unusquisque episcopus aut abbas vel abbatissa, qui hoc facere potest, libram de argento in elemosinam donet, mediocres vero mediam libram, minores solidos quinque. Episcopi et abbates atque abbatissae pauperes famelicos[3] quattuor pro isto inter se instituto nutrire debent usque tempore messium, et qui tantum non possunt, iuxta quod possibilitas est, aut tres aut duos aut unum. Comites vero fortiores libram unam de argento aut valentem, mediocres mediam libram; vassus dominicus de casatis ducentis mediam libram, de casatis centum solidos quinque, de casatis quinquaginta aut triginta unciam unam. Et faciant biduanas atque eorum homines in eorum casatis vel qui hoc facere possunt; et qui redimere voluerit, fortiores comites uncias tres, mediocres unciam et dimidiam, minores solidum unum. Et de pauperes famelicos, sicut supra scriptum est, et ipsi faciant.

Haec omnia, si Deo placuerit, pro domno rege et pro exercitu Francorum et praesente tribulatione missa sancti Iohannis sit completum[4].

1 tertiam] tertia *N*, tercium *V*, tertium *B 1. 2.* praesente *N.* tribulatione] faciat *add. B 1.* presbiteri] presbiter *B 2.* vero *deest B 2.* vero unusquisque *desunt B 1.* 2 canonici unusquisque] canonichi unusquisque *N*, canonici *P. V.* Et *deest N.* biduanam *V.* 3 tam — canonici *desunt P. V.* episcopi] epīsbi et *N*, quam *add. B 1*, quamque *add. B 2.* monachas *N.* atque canonici atque] et canonichi atque *N*, et canonici sed et *B 2.* 4 casatum] casatos *E 2*, casati *V. B 1.* vel] ut *N.* Et *deest N.* aut abbas vel] abbas et *B 1. 2.* vel abbatissa] abbatissas *N.* 5 hoc *deest B 1.* potest] possunt *P. V.* libram] libera *N.* de — donet] donet de argento aut eam *(deest B 2)* valente in elymosinam (elemosina *B 2*) *B 1. 2.* elemosina *V*, elimosina *N.* mediocris *N.* 6 mediam] dimidiam *B 1.* media libra *N.* minores] vero *add. B 1. 2.* Episcopi et] Et episcopi *B 1.* Episcopi *B 2.* Episcopi — abbatissae *desunt N.* atque] et *B 1. 2.* 7 familicos *N.* isto — debent] ista striccitate (strictitate *B 2.* = *sterilitate*) nutrire debeant *B 1. 2.* instituto] consensu *E 2.* constituto nostro *N.* nutrire] pascere *N.* debeant *N.* tempore] ad tempora *B 2.* 8 quod] que *N.* aut tres *desunt P. V.* aut duos] vel duos *B 1. 2.* 9 Comites vero fortiores] Comes fortior *B 2.* vero *deest B 1.* libra una *N.* unam *deest B 1. 2.* valentem] libram valentem *E 2*, valent donet *N*, valente *V*, valente donent (donet *B 2*) in elymosinam (elemosina *B 2*) *B 1. 2.* mediocres] mediocris *N.* vero *add. B 1. 2.* 10 mediam] dimidiam *B 2.* vassus — mediam libram *desunt B 2.* vassi dominici *N.* cassatis *hic et infra V.* media libra *N. V.* 11 de casatis quinquaginta] de quinquaginta *B 1. 2.* aut triginta *desunt B 1. 2.* unciam unam] uncia *N.* 12 atque *deest N.* atque — casatis] et eorum homines atque eorum casati (casatus *B 2*) *B 1. 2.* casatus *N.* et qui] hoc *add. N.* 13 redimere] ipsam triduanam *add. B 1*, ipsam biduanam *add. B 2.* fortiore *N.* unciam et dimidiam] denarios triginta *B 1. 2.* minores — unum] numerus soli *N.* 14 pauperes famelicos] pauperibus famelicis *V (e corr.). B 1. 2.* familicos *N.* supra *deest B 2.* et ipsi] ipsi *B 1. 2.* 15 Deo] Domino *N. B 1. 2.* domno] domino *B 2.* pro exercitu] exercitu *N.* et *deest N.* 16 praesenti *V (e corr.). B 1*, pro praesente *B 2.* sint completa *B 1. 2.*

1) *Id est ieiunia duorum dierum.* 2) *Firmi ad biduana ieiunia facienda, ut interpretatur Boretius, l. l. p. 52 ann. 1.* 3) *Id est homines fame vexatos.* 4) *Cf. F. Curschmann, 'Hungersnöte im Mittelalter' (Lipsiae 1900), p. 70. 89 sq.*

19. CONCILIUM FRANCOFURTENSE.

794. mense Iunio.

Adoptianorum haeresis[1] *in Hispania oriunda, cuius auctores Elipantus Toletanus et Felix Urgellitanus episcopi fuerunt, non semel in synodis regni Francorum refutata ac damnata est. Primum in concilio in civitate Ratisbonensi*[2] *anno 792. habito, ubi Karolo rege praesidente ipse Felix auditus et convictus est, deinde in concilio illo celeberrimo Francofurtensi*[3] *mense Iunio anni 794. celebrato, postquam Felix in Hispania de novo errorem suum praedicare coepit, etsi libellum orthodoxae confessionis Romae in Laterano super mysteria et in ecclesia s. Petri super corpus apostoli posuit.*

De hoc concilio Francofurtensi annales qui dicuntur Einhardi haec referunt: Rex propter condemnandam heresim Felicianam aestatis initio, quando et generalem populi sui conventum habuit. concilium episcoporum ex omnibus regni sui provinciis in eadem villa (Franconovurd) congregavit. Adfuerunt etiam in eadem synodo et legati sanctae Romanae ecclesiae, Theophylactus *(Todensis?)* ac Stephanus *(Neapolitanus?)* episcopi, vicem tenentes eius, a quo missi sunt, Adriani papae. In quo concilio et heresis memorata condemnata est et liber contra eam communi episcoporum auctoritate conpositus, in quo omnes propriis manibus subscripserunt. Synodus etiam, quae ante paucos annos in Constantinopoli sub Herena et Constantino filio eius congregata et ab ipsis non solum septima, verum etiam universalis est appellata, ut nec septima nec universalis haberetur dicereturve, quasi supervacua in totum ab omnibus abdicata est *(Annales regni Francorum ed. Kurze p. 95).*

Acta, quae exstant, ad condemnationem haeresis Felicianae spectant; quare eorum cum editione (infra sub litteris C—F inveniuntur) coniunximus epistolas episcoporum Hispaniae ad episcopos Franciae et ipsum Karolum regem directas (sub litteris A et B). Repetivimus praeterea capitulare Francofurtense (sub littera G), e cuius capitulo secundo apparet in illo concilio etiam de adorandis imaginibus tractatum esse, postquam iam anno 767. in synodo Gentiliaca (cfr. Annales regni Francorum ed. Kurze p. 24; A. Kleinclausz, 'L'empire Carolingien', Paris. 1902, p. 137) de eadem quaestione disputatum est. Epistolam Hadriani I. papae (MG. Epp. V, 5; cf. K. Hampe, 'Neues Archiv'

1) *Quicumque de eius origine, progressu, fine egerunt, eorum nomina congesserunt Hefele ('Conciliengeschichte' ed. 2. III, 642 ann. 1), H. Grössler ('Die Ausrottung des Adoptianismus im Reiche Karls des Grossen. Programm des Königlichen Gymnasiums zu Eisleben' 1879, p. 2 sqq.), Moeller et Hauck ('Realencyclopädie für protestantische Theologie und Kirche' ed. 3. I, 180 sqq.). V. praeterea B. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' II, 29 sqq. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 282 sqq.* 2) *Cf. Mühlbacher*[2] *n. 318a. Hefele, l. l. III, 671 sqq. Simson, l. l. II, 33 sqq. Hauck, l. l. II, 295 sq.* 3) *Cf. praeterea Mühlbacher*[2] *n. 324a. Hefele, l. l. III, 678 sqq. Grössler, l. l. p. 13 sqq. Simson, l. l. II, 62 sqq. Hauck, l. l. II, 297 sqq.*

XXI, 85 sqq.), qua capitulari *adversus concilium Nicenum*[1] *alterum anno 787. habitum anno 791. ineunte respondit, et libros qui dicuntur Carolinos*[2] *(ed. Ch. A. Heumann, Augusta concilii Nicaeni II. censura, hoc est Caroli M. de impio imaginum cultu libri IV. Hannoverae 1713; Migne, Patrol. lat. XCVIII, 999 sqq.) ab hoc volumine separandos putavimus.*

A. EPISTOLA EPISCOPORUM HISPANIAE AD EPISCOPOS FRANCIAE.

792—793.

Pro epistolae auctore praecipuo Elipantus haberi licet, propterea quod et Hadrianus papa dicit: reperta sunt in eodem pseudosyllabo perquam plurima cum auctore suo Elipando, Toletanae sedis archiepiscopo, redarguenda, *et in lemmate libelli episcoporum Italiae verba fiunt de sacrosyllabo in Hispaniam mittendo,* specialiter autem ad Elipantum, Tolitane sedis episcopum, in quo omnis negotii constat materia questionum *(v. infra p. 122 l. 41 sqq., p. 131 l. 33 sqq.; cf. Groessler, l. l. p. 46 sq.). Accedit quod in Elipanti epistola ad Alcuinum missa (MG. Epp. IV, 300) similis argumentandi ratio occurrit, quae in eisdem fere sacrae scripturae aut patrum locis nititur atque haec epistola. Quae num in synodo quadam Hispanica scripta sit, statui non iam potest; cf. praeterea Hefele, l. l. III, 676 sqq.*

Legitur in codice Toletano 14. 23 saec. XI. (= T) fol. 1—12, cuius exemplar a Burriel a. 1753. confectum in codice Matritensi bibliothecae nationalis D. d. 17 (= M) fol. 6—17 exstat. Contulit v. d. B. Violet.

Edd.: Alcuini opera ed. Froben II, 568. Migne, Patrol. lat. CI, 1321. Helfferich, 'Der westgothische Arianismus' (1860), p. 139.

Dominis in Christo reverentissimis fratribus Galliae adque Equitanie adque Austrie cunctis sacerdotibus nos indigni et exigui Spanie praesules et ceteri Christi fideles in Domino aeternam salutem. Amen.

Ad notionem nostram pervenit lugubris et funesta opinio, que nos usquequaque contribit, in eo, quod Antifrasii Beati[3], nefandi Asturiensis presbyteri, pseudochristi et pseudoprophete, pestiferi dogmatis sermo vipereus et nidor sulfureus arcana pectoris vestri usquequaque fedaverit ob illut, quod carnis adobtio in filio Dei secundum humane servitutis formam nequaquam fuisse asserit, nec veram ex virgine visibilem formam susceperit. Nos igitur e contrario secundum sanctorum venerabilium patrum Hilarii, Ambrosii, Agustini, Iheronimi, Fulgentii, Isidori, Eugenii, Ildefonsi, Iuliani et ceterorum ortodoxorum adque catholicorum dogmata confitemur et credimus Deum Dei filium ante omnia tempora sine initio ex patre genitum, quoeternum et consimilem et consubstantialem non adobtione, sed genere, neque gratia sed natura, id ipsut eodem filio adtestante: *Ego et pater unum sumus* et cetera, que de divinitate sua Ioh. 10, 30.

36 id] *ita T,* atque id *M e coni.*

1) *Cf. Hefele, l. l. III, 457 sqq.* 2) *Cf. Mühlbacher*[2] *n. 311 b. Leist, 'Die litterarische Bewegung des Bilderstreits im Abendlande I (Programm des Domgymnasiums zu Magdeburg' 1871), p. 19 sqq. Hefele, l. l. III, 694 sqq. Hauck, l. l. II, 316 sqq.* 3) *De Beato cf. Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. IV, 1 (1687), p. 733 sqq.; Risco, 'España sagrada' XXIV, 378 sqq.; de eius cognomine, quo Hispani Beatum vocari volunt, cum non sit beatus, cf. MG. Epp. IV, 301 ann. 1.*

idem verus Deus et verus homo nobis loquutus est. Pro salute vero humani generis in fine temporis ex illa intima et ineffabili patris substantia egrediens et a patre non recedens, huius mundi infima petens, ad publicum humani generis apparens, invisibilis visibile corpus adsumens, de virgine ineffabiliter per integra virginalia matris enixus est. Secundum traditionem patrum confitemur et credimus eum factum ex muliere, factum sub lege, non genere esse filium Dei, set adobtione, neque natura, set gratia,
Ioh. 14, 28. id ipsut eodem Domino adtestante, qui ait: *Pater maior me est*, et evangelista de illo:
Luc. 1, 80. *Puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia et gratia Dei erat in illo*, et
Ioh. 1, 14. iterum: *Vidimus gloriam eius quasi gloriam unigeniti a patre, plenum gratia et veritate.*

De qua adobtione carnis beatus Ambrosius in libro de trinitate loquitur dicens:
1. Thess. 1, 9. *Quomodo*[1] *conversi estis ad Deum a simulacris, servire Deo vibo et vero.* Illi enim dii esse simulantur, natura autem Deus vibus et verus est. Nam et in ipso usu nostro est adobtibus filius et verus filius. Adobtibum filium non dicimus natura esse, qui verus est filius. Item post aliqua: Partus[2] enim virginis non naturam mutabit, sed generandi usum novabit, denique caro de carne nata est. Habuit ergo de suo virgo quod traderet. Non enim alienum dedit mater, set proprium e visceribus suis contulit, inusitato modo, set usitato munere. Habuit igitur carnem virgo, quam nature solemnis iure transcribit in foetum. Eadem igitur secundum carnem generantis Marie genitique natura nec dissimilis fratribus, quia dicit scribtura, *ut per omnia*
Hebr. 2, 17. *fratribus similis fieret.* Similis utique Dei filius nostri non secundum divinitatis plenitudinem, set secundum anime rationabilis et, ut expressius dicamus, humani nostrique corporis veritatem.

Item beatus Ilarius Pictabiensis sic dicit: Parit[3] virgo; partus a Deo est vagit infans; laudantes angeli adorant; panni sordent; Deus adoratur: ita potestatis dignitas non amittitur, dum carnis humilitas adobtatur.

Item beatus Iheronimus in exposito apocalypsin, ubi dicit: Calculum[4] candidum, id est gemma alba, adobtio carnis in filio Dei. Item in epistola ad Cesarium: Non[5] istut verbum, quod in patre et cum patre fuisse et esse credendum est, set homo, quem in gratia salutis
Ps. 2, 7. Deus verbum susceperat, audibit: *Ego odie genui te.* Hic filius hominis per Dei filium in Dei filio esse promeretur, nec adobtio a natura separatur, set natura cum adoptione coniungitur.

1 salutem *T. M.* 5 est *suppl. e coni.* 11 servire] *lectio in T dubia est,* servite *M,* servire *Vulg. Ambr.* 12 nostro] *ita Ambr.,* non *T. M.* 13 natura esse] filium esse natura *Ambr.* 17 foetum] *ita M in marg. Ambr.,* fretum *T.* 20 humani] *ita Ambr.,* humane *T. M.* 22 adorant] *ita T. M,* audiuntur *Hil.* 26 et esse] et *suppl. e coni.*

1) *Ambrosius, De incarn. domin. sacramento c. 8 § 87; Opp. II, 722 sq.* 2) *Ibid. c. 9 § 104; Opp. II, 726.* 3) *Hilarius, De trinitate II c. 27; Opp. II, 42 sq.* 4) *Commentarius in apocalypsim qui dicitur Hieronymi in editionibus operum Hieronymi frustra requiritur. De libris autem, quos fortasse adhibuerunt Hispani et ad eos refutandos episcopi Franciae (v. infra p. 144 l. 30 sqq.), v. d. J. Haussleiter Gryphiswaldensis haec benevolenobis cum communicavit: 'Conici licet episcopos Hispaniae ex commentario Victorini retractato et Hieronymo adscripto (cf. Migne, Patrol. lat. V, 322 B:* gemma alba adoptio in filium Dei; *vocabulum* carnis *Hispani addiderunt), episcopos Franciae ex alio commentario hausisse, qui fluxit ex Ticonio, cuius reliquiae exstant apud Primasium (cf. Migne, l. l. LXVIII, 807 A:* Et dabo ei calculum candidum, id est adoptionem filiorum Dei: nam calculus gemma preciosa est; *pro* filiorum Dei, *quod nonnulli codices praebent, textus receptus habet verba* in filium Dei) *et apud Beatum, In Apocalypsin commentaria ed. Florez, Matriti 1770, p. 175:* Et dabo ei calculum candidum, id est corpus baptismo candidatum. *Reliqua, quae memorant episcopi Franciae:* sive calculi appellatione sermo divinus significatur, *non inveniuntur'.* 5) *Epistola Hieronymi Cesario vel, ut episcopi Franciae volunt (v. infra p. 144, l. 35 sq.), Caesariae missa prorsus ignoratur.*

Beatus quoque Agustinus in exposito evangelii secundum Iohannem iuxta formam deitatis ita dicit: Filius[1] Dei non est adobtione, set genere, neque gratia, set natura. Item in omelia secundum humane servitutis formam ita dicit: Homo[2] adobtatus, cuius gloriam quesibit, qui est ab illo unicus natus. Ecce, quem Agustinus dicit adobtatum, hunc, ut Iohannes apostolus dicit, *advocatum habemus aput patrem, Iesum Christum, qui etiam interpellat pro nobis.* 1. Ioh. 2, 1. Rom. 8, 34.

Igitur beatus Isidorus in libro ethimologiarum ita dicit: Unigenitus[3] autem vocatur secundum divinitatis excellentiam, quia sine fratribus, primogenitus secundum susceptionem hominis, in qua per adobtionem gratiae fratres abere dignatus est, quibus esset primogenitus.

Item precessores nostri Eugenius, Hildefonsus, Iulianus[4], Toletane sedis antistites, in suis dogmatibus ita dixerunt in missam de cena Domini: Qui[5] per adobtivi hominis passionem, dum suo non indulgit corpori, nostro demum, id est iterum, non pepercit, et alibi: Qui pietati tuae per adobtivi hominis passionem quasi quasdam in presentis populi adquisitione manubias, quum non exibuerit e celo, exibuerit e triumpho, et quum non abuerit divinitas immutabilis pugnam, abuerit fragilitas adsumta victoriam, et in missam de ascensione Domini: Odie salbator noster post adobtionem carnis sedem repetit deitatis, item in missam defunctorum: Quos fecistis adobtioni participes iubeas hereditati tue esse consortes. Ecce, quos in adobtione participes esse non dubitat, consortes fieri in hereditate exobtat.

Credimus igitur et confitemur Deum Dei filium lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, ex patre unigenitum sine adobtione, primogenitum vero in fine temporis, verum hominem adsumendo de virgine in carnis adobtione, unigenitum in natura, primogenitum in adobtione et gratia, de quo apostolus ait: *Nam quos prescibit et predestinabit conformes fieri imaginis filii eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Rom. 8, 29. Fratres scilicet eos, de quibus per psalmistam dicit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis;* Ps. 21, 3. unde fratres nisi de sola carnis adobtione, per quod fratres abere dignatus est? De quibus Spiritus sanctus per David loquutus est: *Unxit te Deus, Deus tuus, oleo letitie pre consortibus tuis.* ib. 44, 8. Consortes eius sunt, de quibus Iohannes apostolus ait: *Karissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus, quia, quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.* 1. Ioh. 3, 2. Similes utique in carnis adobtione, non similes ei in divinitate. Unctio vero illa Spiritus sancti, in qua maxime in filio Dei secundum humanitatem plus quam in electis eius facta est per septiformem spiritalium carismata gratiarum; illam esse credimus, quam Esaias loquitur dicens: *Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis et replebit eum spiritus timoris Domini.* Is. 11, 2. 3. Hanc plenitudinem unctionis in solo filio Dei adobtivo et primogenito credimus esse, in ceteris vero sanctis ad mensuram data est huius rei gratia unctionis.

4 ut *suppl. e coni.* 12 passione *T. M.* 36 mensura *T. M.*

1) *Augustinus, Enchiridion c. 35 § 10 (Opp. VI, 210):* Cum enim esset unicus Dei filius non gratia, sed natura, ut esset etiam plenus gratia, factus est et hominis filius. 2) *Augustinus, Tractatus in evang. Iohannis XXVIII § 8 (Opp. III, 2, 516):* Adoptatus est, sed non meritis tuis; quaere eius gloriam, a quo habes hanc gratiam, homo adoptatus, cuius gloriam quaesivit, qui est ab illo unicus natus. 3) *Isidorus, Etymol. VII c. 2 § 13; Opp. III, 301.* 4) *De his archiepiscopis Toletanis cf. Migne, Patr. lat. LXXXVII, 353. LXXXXVI, 18. 427.* 5) *Haec et sequentia fluxerunt ex missali Muzarabico, cuius fragmenta apud Helfferich, l. l. p. 95 sqq. leguntur. Helfferich affirmat verba de missa defunctorum sibi non occurrisse, sed sine dubio ea de eodem fonte esse sumpta. Idem de eis statuendum erit, quae infra (p. 118 l. 2 sq.) ex exorcismis afferuntur.*

Ps. 109, 3. De filio tamen unigenito et sine adobtione vox patris inquiens ait: *Ex utero ante*
ib. 44, 2. *luciferum genui te,* et iterum per psalmistam: *Eructabit cor meum verbum bonum,* et
Is. 45, 23. iterum alibi: *Egredietur de ore meo iustitie verbum.* Id vox filii sine adobtione ita
Eccli. 24, 5; cf. Prov. 8, 25 sqq. (?) dicit: *Ante omnem creaturam ego ex ore altissimi processi; priusquam lucifer oriretur, ego eram; priusquam in planitie prosterneret campos et in altum erigeret montes, ego*
ib. 8, 30. *eram.* Cui pater congaudebat cotidie, dum letaretur orbe perfecto. Et iterum: *Ante*
ib. 8, 25—27. 29. *colles ego parturiebar. Aduc terram non fecerat. Quando parabat celos, aderam; dum vallaret mari terminos et legem poneret aquis, ego eram.* Item vox patris de filio
Deut. 18, 15. primogenito et adobtibo ita dicit per Moysen: *Profetam suscitabit dominus Deus de*
Matth. 17, 5. *fratribus vestris, ipsum audietis tamquam me,* et in evangelio: *Hic est filius meus*
Ps. 88, 27—30. *dilectus, in quo mihi bene complacuit; ipsum audite,* et per David: *Ipse invocabit me, pater meus es tu, Deus meus et susceptor salutis mee. Et ego primogenitum ponam illum excelsum pre regibus terrae. In eternum servabo illi misericordiam meam et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in secula seculorum sedem eius et tronum eius sicut dies*
ib. 2, 8. *celi.* Cui iterum dicit: *Pete a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem*
Is. 45, 2. *tuam terminos terre.* Cui iterum pater per Esayam dicit: *Ego ante te ibo et gloriosos*
ib. 45, 2. 3. *terre humiliabo,* et iterum: *Ego ante te ambulabo et montes planos faciam et seras ferreas confringam et dabo tibi tesauros occultos, ut scias, quoniam dominus Deus tuus*
Mich. 6, 7. *sum.* Et per Miceam: *Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato anime meae?* Quod dixit 'primogenitum', secundum humanitatem; quod dixit 'fructum ventris mei', secundum divinitatem. Et iterum de filio
2. Reg. 7, 12—14. primogenito ad David dicit: *Cum dormieris cum patribus tuis, suscitabo de lumbis tuis qui sedeat super tronum Israel. Ego ero ei in patrem et ipse erit mihi in filium,* set
Eccli. 36, 14. et alibi in libro Iesu filii Sirac: *Miserere, Domine, plebi tue, super quam invocatum est nomen tuum, et Israhel, quem quoequasti primogenito tuo.* Apostolus igitur Paulus
Hebr. 1, 1—6; cf. Ps. 96, 7. de divinitate et humanitate eius conmixta loquens ita dicit: *Multifarie multisque modis olim Deus loquutus est patribus nostris in profetis, novissimis diebus loquutus est nobis in filio, quem constituit heredem universorum, per quem etiam fecit et secula; quum sit splendor glorie et figura substantie eius, portansque omnia verbo virtutis sue, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis; tanto melior angelis effectus, quanto differentius pre illis nomen hereditabit. Cui enim dixit aliquando: Filius meus es tu, ego odie genui te? et iterum, quum introduceret in orbem terre, dixit: Adorent eum omnes angeli eius.*

His premissis sanctorum patrum sententiis assertionibus nostris roboratis, in commune decrevimus ab eorum decretis nullo modo deviare vestigiis, set studiose custodire precepta, ita ut in uno eodemque Dei et hominis filio in una persona, duabus quoque esse naturis plenis adque perfectis, Dei et hominis, Domini et servi, visibilis adque invisibilis, tribus quoque substantiis, verbi scilicet, anime et carnis, ut credatur esse in una eademque Dei et hominis persona et homo deificus et humanatus Deus, iuxta beati Agustini eloquium dicentis: Ex[1] forma enim servi crucifixus est et tamen Dominus maiestatis dicitur crucifixus. Talis enim erat illa susceptio, que et Deum hominem
Phil. 2, 6. faceret et hominem Deum, et post aliqua interiecta: *Qui*[2] *cum in forma Dei esset, non*

11 mihi] mici *T.* 13 misericordia mea *T. M.* 23 mihi] mici *T. M.* 25 Israhel] srahel *T. M.* 26 commixtum *T. M.* 29 substantia *T.* 36 preceptis *T, sensus sententiae subsequentis hiare videtur.*

1) *Augustinus, De trinitate I c. 13 § 28 (Opp. VIII, 767):* Ex forma enim servi crucifixus est et tamen dominus gloriae crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio, quae Deum hominem faceret et hominem Deum. 2) *Non inveni, unde verba:* 'Qui — erat' *(p. 115 l. 3)*, 'In eo —

rapinam arbitratus est esse se equalem Deo. Quid est 'non rapinam arbitratus est'? Non usurpavit equalitatem Dei, set erat in illa, in qua natus erat, formam servi accipiens, non amittens quod erat, sed accipiens quod non erat. Item ipse: In eo etiam, quod de illo scribtum est, quod acceperit a Deo promissionem Spiritus sancti et effuderit, utraque natura monstrata est, cf. Act. 2, 33.
humana scilicet et divina: accepit quippe ut homo, effudit quippe ut Deus. Et post pauca: Ipse ergo Christus Dei filius et Deus et homo; et dedit de celo ut Deus et accepit in terra ut homo. Item ipse: Dei filius, inmutabiliter bonus, ipse manens quod erat et a nobis accipiens quod non erat praeter sue nature detrimentum nostre dignatus est inire consortium. Item ipse: Que quidem omnia ideo ad verbum referuntur, ut una filii Dei persona insinuetur, ne quasi duo Christi videantur, unus Deus et alter homo. Ita sane factum, ut ibi non solum verbum Dei et ominis caro, set etiam rationalis hominis anima, adque hoc totum et Deus dicatur esse propter Deum et homo propter hominem. Unus ergo Christus non confusione substantie, set unitate persone. Diversa[1] quidem substantia est Deus pater et homo mater, [scilicet ancilla et Deus virgo Maria], non tamen diversa substantia Deus pater et Deus filius, sicut non est diversa substantia homo mater et homo filius. Set audi quid dicat in profeta iste filius: *De* Ps. 21, 11.
ventre, inquid, *matris mee Deus meus es tu,* ut[2] ostenderet patrem hinc esse Deum suum, quia homo factus est; homo enim de ventre matris est natus, et secundum hominem ex virgine natus est Deus, ut non solum pater illi esset, qui eum de se ipso [hoc est de sua substantia] genuisset, verum etiam Deus eius esset, et que de ventre matris hominem creabit. Quum[3] legimus ergo: *Verbum caro factum est et abitabit in nobis,* in verbo intelligimus verum Dei filium, Ioh. 1, 14.
in carne agnoscimus verum hominis filium et utrumque simul in unam personam, Dei et hominis filium, ineffabilis gratie largitate coniunctum, propter quod et de illo Iohannes dicit: *Vidimus gloriam eius quasi gloriam unigeniti a patre.* Et post pauca: Inte- ib. 1, 14.
gerrime[4] confitemur et hominem in Deo Dei filium et Deum in homine, virginis filium. Est plenissima et fidelissima ratio vel in uno codemque Christo, in quo ad unitatem persone intra uterum virginalem divinitas humanitasque conpacta est; sicut hominem Deus, ita etiam hominem Deum genuisse credatur, ita ut que suscepit et quod suscepit una sit in trinitate persona. Neque enim homine adsumto quaternitas facta est, set trinitas mansit, adsumtione illa ineffabiliter faciente persone unius in Deo et homine veritatem. Proinde[5] Christus Iesus Dei filius est et Deus et homo, Deus ante omnia secula, homo in nostro seculo; Deus, quia Dei verbum; Deus enim erat verbum; homo autem, quia in unitatem persone accessit verbo anima rationalis et caro. cf. Ioh. 1, 1.
Quocirca in quantum Deus est, ipse et pater unum sunt; in quantum homo est, pater maior est illo. Quum enim esset unicus Dei filius non [adobtione, set genere, neque] gratia, set natura, ut esset etiam plenus [in formam servi adobtione et] gratia, factus est hominis filius idem ipse utrumque ex utroque unus Christus, qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, cf. Phil. 2, 6.
quod natura est, id est esse equalis Deo. Ac per hoc et minor factus est et mansit equalis, utrumque unus, sicut dictum est, set aliud propter verbum, aliud propter hominem, ideoque Dei

4 monstratus *T. M.* 14 substantia Deus] substantia est Deus *Aug.* 17 ex] de *Aug.* 18 genuisset] genuit *Aug.* 19 et que] quem *Aug.* 20 verbo] verbum *T.* 24 hominem *T. M.* 26 uterum] Marie *add., sed del. T.* 31 quia in unitatem] *bis leguntur in T et M.* 34 est hominis] est et hominis *Aug.* idem] idemque *Aug.* 35 qui] quia *Aug.* 36 id est] *Aug.*, idem esse *T. M.*

Deus *(l. 5)*', 'Ipse — homo *(l. 7)*', 'Dei — consortium *(l. 8)*', 'Que — persone *(l. 13)*' *deprompta sint; similia videntur verbis Augustini, Contra Maximinum Arianum I c. 4 sqq.; Opp. VIII, 680 sqq.*
1) *Augustinus, Contra Maximinum I c. 7; Opp. VIII, 684. Verba vero, quae hic et infra uncis includuntur, apud Augustinum desunt.* 2) *Ibid. I c. 7; Opp. VIII, 683.* 3) *Sequentia* (Quum — veritatem *l. 29*) *assuta videntur et corruptissima sunt, ut censet Froben, ed. laud. ann. s.* 4) *Non inveni.* 5) *Augustinus, Enchiridion § 11; Opp. VI, 210.*

filius, non duo filii, Deus et homo, set unus Dei filius; Deus sine initio, homo accepto initio, dominus noster Iesus Christus. Deus[1] enim et homo, non duo, set unus est Christus. Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed adsumtione humanitatis in Deum, quia, sicut in unoquoque homine due sunt quidem substantie, set una persona est anima et caro, ita etiam in Domino et salvatore nostro: licet utraque substantia integritatem suam servet, ut scilicet nec in carne coaguletur divinitas nec in divinitate resolbatur humanitas, utraque tamen unus est Christus, unus mundi redemtor et dominus, cuius unitatis tanta ratio est, ut quecumque humana sunt Deo adscribantur. Et[2] ideo, cum filium Dei Christum dicimus, hominem non separamus nec rursus, cum eundem Christum filium hominis dicimus, separamus Deum. Secundum hominem namque in terra erat, non in celo, ubi nunc est, quando dicebat: *Nemo ascendit in celum, nisi qui de celo descendit, filius hominis, qui est in caelo.* Et iterum ipse post aliqua: Inter[3] Deum et homines mediator apparuit, ut in unitatem persone copulans utramque naturam et solita sublimaret insolitis et insolita solitis temperaret.

Ioh. 3, 13.

Has igitur tanti doctoris sententias ideo in nostra defensione protulimus, ut unigenitum Dei filium sine tempore ex patre genitum credamus, non adobtione, set genere, neque gratia, set natura; in finem vero temporis pro salute humani generis in formam servi carnem adsumendo de virgine secundum apostolum primogenitum inter fratres in una eademque Dei et hominis persona, non genere, set adobtione, neque natura, set gratia, in ea forma, qua equalis matri, non in ea, qua aequalis est patri, quia in forma servi servus, ideo adobtibus, in forma autem Domini dominus servi[4], de qua forma servitutis Deus pater per profetam loquitur dicens: *Ecce, intelleget servus meus,* et iterum: *Ecce, servus meus, suscipiam eum; electus meus, conplacuit sibi in illo anima mea.*

cf. Rom. 8, 29.

Is. 52, 13.

ib. 42, 1.

Set quare egre suscipiat quisquis ille est secundum humanitatem in filio Dei adobtionem?, — quum de eo psalmista dicat: *Minorasti eum paulo minus ab angelis,* et ipse de semetipso per psalmistam: *Ego autem sum vermis et non homo, obprobrium hominum et abiectio plebis,* et propheta de illo: *Vidimus eum et non erat aspectus; et nos putabimus eum quasi leprosum et percussum a Deo et humilitatum.* Ecce quia tanta de eius humilitate dicta sunt! Quur non adserimus adobtionem carnis in filio Dei esse? Quisquis ille est, numquid ignominiosius et deterius est dicere adobtionem in filio Dei potius quam servitutem?, — cum etiam apostolus Paulus de eius servitute confirmet dicens: *Christus Iesus, qui, quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem Deo, set semetipsum exinanivit formam servi accipiens; humiliabit se usque ad mortem, mortem autem crucis.* Quur dicere quisquis ille est pabeat adobtivum, quem sermo profeticus non formidat dicere servum? Numquid honoratius est nomen servi potius quam filii adobtibi? Adobtivus enim adfiliatus dicitur: et tu, quisquis ille es, pabes dicere adobtivum? Profeta dicit: *Et nos putabimus eum quasi leprosum,* et tu pabes dicere adoptivum? Quare ista viliora in filio Dei dicta sunt? Profeta respondeat: *Ipse autem humiliatus est propter iniquitates nostras et adtritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum, et libore eius sanati sumus.*

Ps. 8, 6.

ib. 21, 7.

Is. 53, 2. 4.

Phil. 2, 6—8.

Is. 53, 4.

ib. 53, 5—7.

1 accepto] a certo *Aug.* 22 per *deest T. M.* 29 quia — eius] *ita M, in T propter maculam folii hic et infra nonnulla verba non iam legi possunt.* 30 dicta — adserimus] *ex M.* 31 deterius] *ex M.* 36 honoratius] honoratior *T. M.*

1) *Utrum verba* Deus — adscribantur *(l. 8) ex Augustino originem trahant necne, non inveni.* 2) *Augustinus, Epistola ad Dardanum c. 3 § 9; Opp. II, 680.* 3) *Non inveni.* 4) *Cf. Isidorus, Sentent. I c. 14 § 13; Opp. VI, 148.*

Et Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum. Oblatus est, quia ipse voluit, et tradidit se in mortem pro salute fratrum, si volumtate occubuit . . . nis dicere eum non aborruit, qui corpus proprium flagellis impiorum subdidit et manus proprias a delicto innoxias in cruce extendit, ut nos de dominatu antiqui hostis iustitia potius quam potestate liveraret.

Credimus igitur et confitemur unigenitum Dei filium sine tempore incorporeum et ineffabilem et invisibilem et sine adobtione; credimus eum in fine temporis primogenitum ex Marie virginis utero ineffabiliter et corporaliter egressum deitate exinanita in carnis adobtione secundum David, qui dicit: *Ipse invocabit me, pater meus es tu,* Ps. 88, 27. 28. *Deus meus et susceptor salutis mee. Et ego primogenitum ponam illum excelsum pre regibus terre,* secundum Micean, qui dicit: *Numquid dabo primogenitum meum pro* Mich. 6, 7. *scelere meo,* secundum Iesum filium Sirac, qui dicit: *Miserere Domine plebi tue, super* Eccli. 36, 14. *quam invocatum est nomen tuum, et Israel, quem quoequasti primogenito tuo;* item humano generi consortem secundum David, qui dicit: *Unxit te Deus, Deus tuus, oleo* Ps. 44, 8. *letitie pre consortibus tuis;* secundum apostolum conformem humano generi, sicut ipse dicit: *Nam quos prescibit et predestinabit conformes fieri imaginis filii eius, ut sit ipse* Rom. 8, 29. *primogenitus in multis fratribus;* secundum Ambrosium adobtivum, qui dicit: Usu[1] nostro adobtivus filius, secundum Agustinum, qui dicit: Homo[2] adobtatus, qui est ab illo unicus natus, secundum Iheronimum, qui dicit: Gemma[3] alba adobtio carnis est in filio Dei, secundum Isidorum, qui dicit: Primogenitus[4] autem vocatur secundum susceptionem hominis, in qua per adobtionem gratie fratres abere dignatus est, quibus esset primogenitus. Unde et secundum beatum Gregorium[5] dicimus filium primogenitum sine peccato, unigenitum sine adobtione secundum Eugenium, qui dicit: Qui[6] per adobtivi hominis passionem, dum suo non indulgit corpori, nostro demum, id est iterum, non pepercit, secundum Hildefonsum, qui dicit: Odie[6] post adobtionem carnis sedem repetit deitatis, secundum Iulianum, qui dicit: Quos[6] fecisti adobtioni participes iubeas hereditati tue esse consortes.

Sed et illut opere pretium huic operi conectendum esse putavimus, quod Paulus apostolus ad Galatas scribit dicens, ubi sic ait: *Habemus spiritum adobtionis, in quo* Rom. 8, 15; cf. Gal. 4, 5. *clamamus: Abba pater.* De quo spiritu et psalmista ait: *Ascendit in altum, cepit cap-* Ps. 67, 19. *tivitatem, dedit dona hominibus.* De hoc et beatus Agustinus in suis dogmatibus dicit: Igitur[7] ante ascensionem gratiam sancti Spiritus apostoli acceperunt, qua possunt peccata dimittere et babtizare et credentibus spiritum adobtionis infundere. Post ascensionem vero multo maiorem sancti Spiritus gratiam perceperunt in operatione virtutum et gratia sanitatum et diversarum perceptione linguarum. Item beatus Isidorus in libro differentiarum sic dicit: Christus[8] Iesus veniens crudelitatem legis amovit, peccata, que lex puniebat, per spiritum servitutis relaxabit, per spiritum adobtionis filios ex servis reddidit, amorem implende legis condonabit, et, si deinceps punienda conmiserint, per eundem adobtionis spiritum indulgit, formam bene

2 se *suppl. e coni.* in — fratrum] *ex M.* mortem] morem *M.* occubuit] *ex M, ubi sequentia:* nis — eum *e coni. suppleta sunt.* 8 uterum *T. M.* 35 Christus Iesus] Evangelium vero *Isid.* legis amovit] *suppl. ex Isidoro, lacuna exstante et in T et in M.* 36 relaxabit] laxavit *Isid.* ex servis] *M in marg.,* exervis *T.* legis condonabit] legis omnibus condonavit *Isid.* 37 conmiserint] commiserunt *Isid.*

1) *V. supra p. 112 l. 12 sq.* 2) *Supra p. 113 l. 3 sq.* 3) *Supra p. 112 l. 25.* 4) *Supra p. 113 l. 7 sqq.* 5) *Cf. quae ex Gregorio afferunt episcopi Franciae (infra p. 145 l. 38 sqq.).* 6) *Supra p. 113 l. 11 sq. 16. 17.* 7) *Haec verba non exstant in ecclesiasticis dogmatibus Augustino perperam attributis (Opp. VIII, app. 75), ut monet Froben, ed. laud. ann. a.* 8) *Isidorus, Different. II c. 33 § 127; Opp. V, 104.*

agendi prebuit et, ut possint agi que docuit, adiutorem spiritum infudit. Nam et in exorcismis ita contra hostem dicimus: Recede[1] ab his famulis Christi confusus et per spiritum adobtionis reclusus. Ecce, si Spiritus sanctus, qui est incorporeus et invisibilis et ineffabilis, aliquando donum, aliquando adobtivus dicere non timetur, quur filius Dei, secundum formam servi deitate exinanita corporeus et visibilis et palpabilis, adobtivus esse dicere dubitatur? Certe, si in ore duorum aut trium testium iuxta sententiam Domini stat omne verbum, quando magis tot venerabilium patrum veridicum de adobtione carnis refutetur testimonium?

cf. Matth. 18, 16.

His exemtis, que de inmenso scripturarum pelago iuxta nostrarum virium fortitudinem et sensus nostri tenuitatem decerpere potuimus, in nostra defensione obposuimus et rite custodienda docemus. Superest, ut quisquis ille adobtionem . . . Christi esse denegat, sine dubio verum hominem ex matre natum nequaquam adfirmet fuisse . .; adtendat igitur unaqueque anima fidelis in Christo cum caritatis affectu: si contrarium est aut blasfemum dicere filium Dei secundum formam servi adobtibum, procul dubio, quod dici nefas est, et illut blasfemum erit, quod aliquando leo, aliquando catulus leonis, aliquando vitulus, aliquando ovis sive agnus, victima, hostia, sacrificium, olocaustum, pro diversa varietate causarum princeps et sacerdos, homo et profeta, virga et flos et radix, iudex et rex, iustus et iustitia, apostolus et episcopus, bracium, servus, unguentum, pastor, puer, primogenitus, ostium, angelus, sagitta, aquila, vultur, lapis angularis, petra et cetera huiusmodi in Christo filio Dei nomina[2], pro salvatione humani generis ab eo suscepta, sicut predictum est, quod absit, hec omnia erunt blasfemia plena. Sed absit hoc a fidelium cordibus, ut dicere pabeant, quod sanctarum scripturarum testimonia nobis adobtivum pronunciare non formidant.

Set cui similem dixerimus Antifrasium Beatum, os fetidum et omni spurcitia saginatum, de cuius lateribus arvina dependet, Nabuzardan principem cocorum, murorum Iherusalem destructorem, id est sanctarum scribturarum prevaricatorem, nisi Fausto Maniceo, qui patriarcas nundinarios asserebat, de quo beatus Agustinus inquiens ait: Pius[3] homo Faustus dolet Christum maledictum fuisse a Moisen, eo quod dicat: *Maledictus omnis, qui pependit in ligno.* Faustus doluit Christum maledictum, nefandus Beatus dolet Christum secundum formam servi quempiam dicere adobtibum, contrarius apostolo Iohanni et evangeliste, qui Dei filium, deitate exinanita, dicere non pabet advocatum, id est adobtatum, et in forma servi gratia plenum, et iterum contrarius Hilario, Ambrosio, Isidoro, Iheronimo et ceteris doctoribus, qui nobis predicant in humanitate, non in divinitate adobtibum.

cf. Iob. 15, 27. cf. 4. Reg. 25, 8 sqq.; Ier. 52, 12 sqq. Deut. 21, 23. cf. 1. Ioh. 2, 1.

Et iterum, cui similem dixerimus Antifrasium Beatum nisi Migetio[4], Casianorum[5] et Sabellianorum[6] magistro, nostris temporibus exorto, qui, dum pro manie tipo in

1 possint] *ita Isid.*, possit *T. M.* 4 et 5 dicere] *intellige*: dici. 7 tot] toth *T. M.* magis] *id est*: difficilius. carnis refutetur] *ita T*, carnis in filio Dei refutetur *M.* 9 pelago] *ex M.* 10 nostra defensione] *ex M.* 11 docemus] *ex M.* adobtionem . . . Christi] *ex M.* 12 ex matre] *e coni.*, ex virgine *M e coni.* fuisse . . . adtendat] *ex M.* 13 cum] *e coni., cum M lacunam codicis T non expleverit.* 17 pro — causarum] pro diversa varietatum causarum *T. M.* 20 petra] *desse videtur* appellatur *aut simile quid.* 26 murorum] murosum *T. M.* 36 Sabellianorum] Salibaniorum *T. M.* magistrum *T. M.* exortum *T. M.*

1) *V. supra p. 113 ann. 5.* 2) *Cf. Isidorus, Different. II c. 7 § 16—22; Opp. V, 80 sqq.* 3) *Verba Augustini, Contra Faustum XIV c. 2 (Opp. VIII, 265) leviter mutata sunt.* 4) *De Migetio cf. Helfferich, l. l. p. 84. Gams, 'Kirchengeschichte von Spanien' II, 2, 254.* 5) *De Casianis cf. Gams, l. l. II, 2, 311.* 6) *De Sabellianis cf. Wetzer et Welte, 'Kirchenlexikon' ed. 2. X, 1448.*

capite cauteriaretur a medico, se similem Christo existimans et duodecim apostolos sibi eligens, cuidam mulierculae coram se adstanti ac super eum dolenti dixisse fertur: *Amen, amen dico tibi: odie mecum eris in paradiso.* Similis est iste nefandus Beatus Migetii informantis exemplo, quum residisset crapulatus in vino et brutis animalibus abbatem ordinaret, Rufinum nomine et merito dignum, quod ipse idem Rufinus ore proprio adtestatur, qui in persona Christi se esse existimans Rufino dixisse conprobatur ter vocabulo repetito: *Simon Petre amas me? Pasce obes meas.* Idcirco similes dixerimus Migetium et Beatum, quia equales in honore et pares in virtute. Nam idem Migetius moriturus tertia die resurrecturum se esse predixit, et Beatus in vigilia pasce Hordonio Libanensi [1], populo presente, finem mundi esse profetabit; unde territus et amens populus ille factus, in eadem nocte nullo cibo refectus, die dominica usque ad oram nonam dicitur fuisse ieiunus. Quidam dictus Hordonius, quum se fame afflictum esse cognosceret, dixisse fertur: 'Commedamus et bibamus et, si fuerimus mortui, saltim vel satiati'. Idem vero Beatus egritudinem simulans tertio die resurrexit nec anima vibus nec corpore mortuus.

Luc. 23, 43. Ioh. 21, 17.

Nos vero iam anathematizamus Bonosum [2], qui filium Dei sine tempore genitum, adobtivum fuisse blasfemat. Anathematizamus Sabellium, qui ipsum esse patrem quem filium, quem et Spiritum sanctum et non ipsud delirat. Anathematizamus Arrium, qui filium et Spiritum sanctum creaturam esse existimat. Anathematizamus Maniceum [3], qui Christum solum Deum et non hominem fuisse predicat. Anathematizamus Antifrasium Beatum, carnis lascivie deditum, et onagrum Eterium [4], doctorem bestialium, qui Dei filium secundum humane servitutis formam adobtionem carnis nequaquam habuisse predicant.

Unde obsecramus vos, venerabiles in Christo aeclesiarum presules, per adventum Domini et terribile eius iudicium, ut hec, quae supra diximus, studiose tractare iubeatis et inclito domino et glorioso principi relegenda presentetis, reminiscentes illut: *Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat qui et inluminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium, et tunc laus erit unicuique a Deo;* et Dominus in evangelio: *Nolite iudicare secundum faciem, set iustum iudicium iudicate. In quo iudicio iudicaveritis iudicabimini, et in qua mensura mensi fueritis remitietur vobis.* Poscentes almitudinem vestram, ut, sicut unius Christi vexillo presigniti sumus, ita pacem illam, quam Christus commendabit discipulis suis, intemerato iure servemus. Si quid vero aliter vestra prudentia senserit, reciprocatus vestri sermo socordiam nostram enubilet, et lux veritatis radio veri dogmatis abdita pectoris nostri perlustret, ut dilectio Christi in nobis rite perseveret, ut quos ubertas Christi fecundat terrae spatium nullo modo dividat.

1. Cor. 4, 5. Ioh. 7, 24. Matth. 7, 2. cf. Marc. 9, 49.

4 informantis] *ita M,* informans *T, fortasse* informatus *legendum est.* 6 qui *add. e coni.* 14 egritudine *T.* 15 nec — vibus] *ex M.* 18 delirat] delerat *T,* dei erat(?) *M.* 21 lascivia *T. M.* bestialium] bestualium *T. M.* 25 studiose tractare] *ex M.* 26 inclito domino] *ex M.* reminiscentes] *ex M.*

1) *Id est de Liebana, regione Hispaniae septentrionalis.* 2) *De Bonoso cf. Wetzer et Welte, l. l. II, 1104.* 3) *De Maniceo cf. ibidem VIII, 604.* 4) *De Etherio episcopo Oxamensi cf. Gams, l. l. II, 2, 274.*

B. EPISTOLA EPISCOPORUM HISPANIAE AD KAROLUM MAGNUM.

792—793.

Legitur in codice Toletano 14. 23. saec. XI. (= T) fol. 12—14', quem v. d. B. Violet contulit.

Edd.: Florez, España sagrada V, 539. Alcuini opera ed. Froben II, 2, 567. Migne, Patrol. lat. XCVI, 867.

Domino inclito adque glorioso diversarum gentium principi m. in domino patre et domino Iesu Christo, filio eius, et Spiritu sancto aeternam salutem. Amen.

Celebre ac solemne nomen illut glorificare fauctore Deo veluti iubar ethereum pre cunctis regibus terre, cuius opinio quasi odor nectareus et nardi pistici pretiosus toto pene flagrat in mundo, nostro redolet cordi e pectoris arcano; cuius ut sospitas divina protegente dextera pro salvatione totius ecclesie catholice diutino conservetur per evum, adclines prostrati humo preces offerimus regi sempiterno.

His predictis ad notitiam servorum tuorum pervenit, eo quod Antifrasii Beati fetidi nidoris scribtum quorundam sacercotum parvipendentium corda suo polluerit veneno in eo, quod Deum Dei filium sine tempore unigenitum et sine adobtione nunc in fine temporis pro humani generis salvatione adque redemtione plenum et perfectum hominem preter delicti contagium humano generi consimilem, consortem adque conformem et quoheredem secundum patriarcarum, prophetarum, apostolorum, evangelistarum adque doctorum fidem, de quibus Dominus loquutus est: *Vos estis lux mundi et vos estis sal terre* et *Qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit,* — iste nefandus presbyter et pseudopropheta asseverat Dei filium in forma servi deitate exinanita nequaquam ex utero virginis adsumsisse adobtionem. Contra cuius vesaniam nos indigni et exigui iuxta tenuitatem nostri sensus sacerdotibus vestro regimini subditis epistolam relegendam atque tractandam et vestris sacris obtutibus presentandam direximus, poscentes vos per eum, qui pro te in crucem manus innoxias extendit et pro te sanguinem pretiosum effudit et pro te mortem pertulit et sepulchrum et ad liberandos electos ad infernum descendit et pro te resurgens tibi viam ad caelos revertendi, scilicet ad celestem patriam, demonstrabit, ut per te ipsum arbiter sedeas et inter Felicem episcopum, quem novimus ab ineunte etate in Dei servitio proximum partis nostre defensorem, et eos, qui sacrilegum et carnis flagitio saginatum iam dictum Antifrasium Beatum defendunt, casto et salubri iudicio dirimas et absque adolationis oleo equo pondere sententiam promas. Ita Deus Dei filius colla gentium barbarorum et omnium tibi supervorum imperio potestatis vestre subiciat et dentes eorum acrius conterat et gloriam eorum, qui tibi contradicunt, in pulverem redigat.

Matth. 5, 18. 14. Luc. 10, 16.

Equidem erant adhuc aliqua necessaria, quae culmini vestro, Deo presule sublimato, stilo percurrente vobis insinuaremus; set temporis angustia prepediti quod verbo explicare nequivimus epistole gerulo vobis insinuandum in ore posuimus. Iterum nimio dolore contriti sententiam Domini tibi nequaquam incognitam ad memoriam reducimus, quia dicit: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus*

Matth. 11, [29.

8 m.] *ita T.* 12 flagrat] fraglat *T.* cordi] *lectio dubia est.* 13 salvationem *T.* 16 scribtum] scribto *T.* 19 contagio *T.* 25 vestros *T.* 27 qui pro] qui, pro *e corr. T.* 28 liberandis electis *T.* 30 sedeas] redeas *T.* 35 potestati *T.*

cestris, et illut, quod mulierem in adulterio depreensam et de lapidibus Iudeorum liveravit et, ne deliquium iteraret, admonuit. cf. Ioh. 8, 3—11.

Ideireo veluti prostrati coram tuis obtutibus cum lacrimis poscimus, ut famulum tuum Felicem in proprio honore restaures et pastorem gregi a lupis rapacibus disperso reformes, reminiscens et illut, quod omnipotens Deus a vobis longe efficiat, de Constantino imperatore. Qui dum esset idolatrie cultor, per beatum Silvestrium factus est Christianus, postea per serpentem, sororem suam, sanctorum trecentorum decem et octo sententiam[1] refutans, in Arriano dogmate conversus et ad infernum flenda ruina dimersus diem clausit extremum; de quo beatus Isidorus dicit: Eu[2], pro dolor! bono usus principio et fine malo. Unde itidem petimus, ut fetidissimi Antifrasii Beati doctrinam, qui Dei filium veram de virgine preter peccatum carnem nostre similem adsumsisse denegat, de regno tuo aboleas et catholicam fidem enucleato sermone populo tibi subdito tenendam precipias.

Set et illut pabendum est, piissime et nobis venerande domine, ne fortasse, ubi Deo presule merito vestro visibilis gentilium non est ingressa potestas, hostis antiqui, quod absit, invisibiliter dominetur execranda calamitas, que et multarum animarum perditionem per Antifrasium sepe dictum Beatum, carnis lascivie deditum, sibi adquirat et ad infernum, ignis aeterni incendio exurenda, secum perducat. Pertractet et ruminet illut sacri pectoris arcanum, quod vere Deo sit placitum, et in conspectu eius redoleat operis vestri incensum et timiamatis flagret boni odoris olocaustum. Reminiscatur et illut caritas vestra, quod Petrus princeps apostolorum, cum in gentibus circumcisionem fieri ordinaret, a iuniore Paulo non absconse, set publice repreensus esse dinoscitur dicente: *Si tu, quum sis Iudeus, gentiliter et non Iudaice vivis, quomodo gentes cogis iudaizare?* Gal. 2, 14. Cuius sententiam predictus apostolorum princeps, rationi concordans et veritatis amicus, non contemsit, set ilico adquievit recolens quod scribtum est: 'Si[3] iuniori revelatum fuerit, senior taceat' et 'Proximus[4] ille Deo est, qui scit ratione tacere'. Nam et omnipotens Deus aliquando sententiam suam mutat, consilium vero numquam; sicut de Ezechia factum est. Quur ista dixerim, porro doctus intelleget. Set et illut: 'Consilium[3] multorum ne contempseris unus', scilicet tantorum venerabilium patrum de adobtione carnis Christi sententias ne reprobes solus. Nam dicitur, quod terrore potestatis multos, non iustitia convincas. Doleat pietati vestre, quod idem fetidus Beatus post conversionem iterum adque iterum ad torum scorti reversus se glorietur et in universas partes scribat et gloriosum principem per suam doctrinam orrivilem et ab errore conversum et in fide catholica confirmatum; set et opinio inutilis in gentibus divulgata est, quod credi nefas est, eo quod more gentilium Christum negaveris Dei patris esse filium. cf. Is. 36, 1 sqq.(?).

His explosis petimus, ut clam nos reciprocatus sermo vester inlustret, qui nos letificet, et oratio servorum tuorum imperii vestri culmen exaltet. Amen.

8 conversus] *ita T,* commersus *Froben e coni.* 11 peccato *T.* 14 piissime] pissime *T.* venerande] *ita e coni. Froben,* vernulo *T.* 20 flagret] fraglet *T.* Reminiscat *T.* 23 dicens *T.* 29 illut] *supple* reminiscens. 31 convincas] convincaris *T.* 33 et (= *etiam*) gloriosum] *ita T,* et ad gloriosum *Froben.*

1) *Id est in concilio Nicaeno a. 325.* 2) *Isidori chronica § 334; MG. auct. antt. XI, 466.* 3) *Non inveni.* 4) *Catonis Disticha I, 3, 2; cf. Hauthal, Catonis philosophi liber (1869), p. 9.*

C. EPISTOLA HADRIANI I. PAPAE AD EPISCOPOS HISPANIAE DIRECTA.

793—794.

Hadrianus I. papa, qui iam intra annos 785. et 791. de doctrina Feliciana episcopis Hispaniae scripserat (cf. MG. Epp. III, 636), rogatus a Karolo Magno rege, postquam libellum eorum (supra p. 111 sqq. sub A editum) diligenter examinavit, refutationem eius in Franciam misit, unde una cum libellis episcoporum Italiae et Franciae concilio peracto a Karolo in Hispaniam directa est. Ante concilium ipsum eam conscriptam esse ex fine litterarum apostolicarum apparet, ubi de damnanda haeresi simili modo agitur atque in libello sacrosyllabo episcoporum Italiae: quam similitudinem Grössler (l. l. p. 47) recte ita interpretatus est, ut illos epistolam pontificalem neque Hadrianum eorum libellum adhibuisse statueret. Num in synodo eam Hadrianus conscribi et a sacerdotibus ecclesiae Romanae subscribi iusserit, in medio relinquendum est; cf. Simson, l. l. II, 74 ann. 4.

Integra legitur epistola in codice Monacensi latino 14468 anno 821. iussu Baturici Ratisbonensis episcopi conscripto (olim s. Emmerammi Ratisbonensis) (= M) fol. 30'—42, deinde paululum mutilata in codice Remensi 385 saec. IX. (= R) fol. 61—72'; fragmentum exhibet codex Parisiensis latinus 1568 saec. X. (= P) fol. 48'. 49.

Edd.: Surius III, 227. Bollanus-Nicolini III, 635. Binius III, 1, 411. Sirmond II, 161. Coll. reg. conc. XX, 82. Labbe-Cossart VII, 1014; ed. Coleti IX, 57. Harduin IV, 865. La Fuente, 'Hist. eccl. de España' III, 424. Aguirre, Conc. Hisp. IV, 93. Hartzheim I, 288. Mansi XIII, 865. Villanuño, Summa Conc. Hisp. II, 173; ed. 2. I, 344. Migne, Patrol. lat. XCVIII, 394. — Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. n. 2482. 'Neues Archiv' XXIV, 472.

Adrianus papa, sanctae catholicae atque apostolicae primaeque pontifex sedis, dilectissimis fratribus et consacerdotibus nostris, Gallaciis Spaniisque ecclesiis praesidentibus, in roseo Christi sanguine salutem.

Si tamen licet de omnibus fratribus et consacerdotibus dici. Non enim caritatis vinculo fraterna ansula perstringente nostris implicare amplexibus amoris conhibemus nodo, qui non sunt fidaei nostrae communioni sinceris sensibus sociati ac per hoc a gremio sanctae matris ecclesiae lacrimabili divisione extant exsortes.

Igitur dilectissimus filius noster et spiritalis conpater, domnus Carolus Magnus et venerabilis princeps, rex Francorum ac Langobardorum seu patricius Romanorum, saepe nos stili ferculo catholicae fidaei epulas offerendo multa refectionis dulcedine satiare consuevit et, confluente ad vallem mentis ex aliis quibusque rebus amaritudinis unda, mellitis quin immo rivulis laetitiae de fonte manantibus summa nihilominus suavitate temperare non cessat. Sed quoniam ferventi succensus fidaei zelo ea, quae contraria orthodoxae fidaei Spaniarum de confiniis allata sibi persensit, nostris curavit summa pernicitate obtutibus praesentari, beati Petri amore feliciter obstrictus non rennuit illi honorem debitum exhibere et saedis eius praesulem dignum duxit sacris syllabis consulendum. Regiam scilicet vel canonicam placuit ei consuetudinem renovare. Cumque perlectus et sagacius exploratus fuisset epistolae textus, reperta sunt in eodem pseudosyllabo perquam plurima cum auctore suo Elipando, Toletanae sedis

25 Gallaciis] Galliciis *e corr. R.* 28 perstringente] perstringere *M.* implicare] inligare *R.* 35 immo] in *M.* 36 succensus] successus *R.* 38 obtitibus *R.* 42 pseudosyllabo] seudosyllabo *R.*

archiepiscopo, redarguenda ac per hoc redargutionis vindicta modis omnibus ulciscenda. Unde non mediocri dolore mens nostra sauciata, medium se in animum nostrum tristitiae angor immersit. Qua de re nimio satis zelo compulsi, ex auctoritate saedis apostolicae, pro causa siquidem orthodoxae fidaei, equum ratumque per sacros apices prospeximus respondendum.

Materia autem causalis perfidiae inter cetera reicienda, de adoptione Iesu Christi filii Dei secundum carnem falsis argumentationibus digesta, perfidorum verborum ibi stramina inconposito calamo legebantur. Hoc catholica ecclesia numquam credidit, numquam docuit, numquam male credentibus adsensum praebuit. Multa quidem sparsim in sacris foliis divinarum scribturarum testimonia super hoc negotio inserta repperiri possunt. Sed si in unum plura coacervatim colligere non vitamus, mensuram prorsus epistolae ultra modum excedere nihilominus indicamur. Sufficiant ergo pauca de multis, ne morosa legendi prolixitas desidiosis fastidium inferat, non abstergat.

Cuius namque melius quam ipsius Domini verba primum ponenda sunt? Ipsius nimirum veritatis testimonia inserenda. Ipse enim de se innotuit, cuius filius esset, cum patris nomen se asserit hominibus adnuntiasse. Ait enim: *Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo.* Nomen paternum tunc manifestavit hominibus, cum se patris filium verum et non putativum, proprium innotuit et non adoptivum. Sed notandum, quod dicitur: *Hominibus, quos dedisti mihi.* Non enim sunt isti ex illis hominibus, quos ei pater dederat et immo quos ille cum patre ante mundi constitutionem elegerat, qui eum adoptivum et non proprium filium confitentur, quasi alienus aliquando a patre fuerit aut per carnis extraneus ab eo factus esset adsumptionem, cum, ut verbum caro fieret, una extiterit patris filiique voluntas, sicut scribtum est: *Ut facerem voluntatem tuam; Deus meus, volui.* Hinc alias dicit: *Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum.* Distincte enim dixit 'meum' et 'vestrum', eius videlicet non per gratiam, sed per naturam, noster vero per gratiam adoptionis. Porro numquam non fuit filius, quia numquam non fuit pater. Semper eum et ubique distincte patrem suum appellat. *Pater,* inquit, *meus usque modo operatur, et ego operor,* et rursus: *Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te* et *Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est.* Quodsi secundum eorum callidam tergiversationem cuncta, quae protulimus, ad divinitatem tantummodo filii Dei referenda opinantur, dicant, ubi umquam, communi affectu dixerit nobiscum 'Pater noster'. *Scit enim,* inquit, *pater vester, quid vobis opus sit.* Non ait 'noster', quasi nobiscum adoptatus per gratiam. Et alibi: *Estote ergo et vos perfecti, sicut et pater vester caelestis perfectus est.* Cur non dixit 'noster'? Quia aliter noster et aliter suus. Hinc rursus ait: *Si vos, cum sitis mali, nostis bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester de caelo spiritum bonum petentibus se?* et cetera. Hinc Paulus, vas electionis, ait: *Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Scimus enim, quia non est traditus secundum divinitatem, sed secundum id, quod homo verus erat. Illum nimirum, qui traditus est, id est hominem ipsum, apostolus proprium Dei filium protestatur.

Quid enim prestabilius quidve clarius et omni regione devotius quam beati Petri primi pastoris ecclesiae felici confessione prolatae fidaei tenere fundamentum? *Fundamentum,* inquit magister gentium, *nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.* Huius nimirum inmobilis fundamenti soliditatem beatus Petrus,

Ioh. 17, 6. cf. ib. 1, 14. Ps. 39, 9. Ioh. 20, 17. ib. 5, 17. ib. 17, 1. ib. 10, 29. Matth. 6, 8. ib. 5, 48. ib. 7, 11. Rom. 8, 32. 1. Cor. 3, 11.

2 sauciata] cauciata *R.* 3 nimio satis] *ita R,* nimiositatis *M.* 12 Sufficiat *R.* 17 mundo] mondo *R.* 23 una *deest R.* 24 facere *R.* alias] alius *R.* 25 eius] filius *R.* 34 perfectus] pertus *R.* 36 de caelo] *ita M,* qui in caelis est *R. Vulg.* spiritum bonum] *ita M,* bona *R. Vulg.* 37 vas electionis] electionis vas *R.* 41 clarius] larius *R.* regione] *ita M. R,* religione *edd.* 43 nemo] *ita M,* aliud nemo *R. Vulg.*

cf. Matth. 16, 17. non carne et sanguine, sed patre revelante de caelo, confitendam declaravit, cum refutatis quorundam opinionibus, quid in discipulorum animis fides operaretur, cunctorum cognitor exploraret solus pro se et pro omnibus et pro unitate unus testimonium
ib. 16, 16. fidaei perhibuit dicens: *Tu es Christus, filius Dei vivi.* Qui mox confessionis praecf. ib. 16, 19. mium nulla interveniente mora adeptus et caeli ianitor et ligandi solvendique arbiter
ib. 16, 18. factus est animarum; statimque Dominus: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.* 'Super hanc', inquit, 'petram, quam confessus es et a qua vocabuli sortitus es dignitatem, super hanc soliditatem fidaei ecclesiam meam aedificabo'. Et ideirco portae inferi, id est heretici, non praevalebunt adcf. ib. 16, 18. versus eam, per quos aditus mortis panditur, ut ad inferni claustra eorum errores sequendo descendant, qui se a beati Petri fidaei communione dissociant. Relicta, heu miseri, inviolabilis petrae inconcussa firmitate super lubrica et arenosa ruralia perfidiae aedificare domum festinant. Inundatione autem iuxta Dei beatifica voce facta inlisum
cf. Luc. 6, 48 sq. est limen domus et caecidit, quia non erat fundata super petram. O quam bene fidaei eius inmobiliter persistente muro omnium hereticorum fluxa sunt machinamenta distructa. Numquidnam dixit Petrus: 'Tu es Christus, qui propter nos factus es filius hominis et per adoptionem factus es filius Dei?' Absit. Hoc nec Petrus confessus est, nec sancta ecclesia super firmam fundata petram, id est fidaei fundamentum, quod Christus est, confitetur. Quam Christus protegit et defendit, et Petrus Christi auxilio fultus gubernat, sed una voce cum Petro Christum Dei filium confitetur, quia unus est Christus, Dei hominisque filius, non per gratiam adoptionis, sed propria filii dignitate.

Sufficerat quin immo in his duobus vel tribus testibus stare omne verbum, sed propter controversias litigantium, qui falsis obiectionibus coniecturalium questionum molimine veritatis refragari nituntur adsertionibus, adhibeamus quin etiam alios veritatis testes, sanctos scilicet praedicatores nostros, qui in graemio catholicae ecclesiae lacte fidaei sunt nutriti et ad tantam perfectionis maturitatem pertingere meruerunt, quatenus et solidi cibi capaciores fierent et minutius turbis frangendi peritiam pertinerent.

Beatus igitur Athanasius, Alexandrinae sedis antistes, sancto afflatus Spiritu hoc modo fidaei suae exorsus principium dedit: Confitemur[1] filium Dei ante saecula sempiternum, ex patre genitum, novissimis vero temporibus propter nostram salutem de Maria virgine
Gal. 4, 4. natum, sicut scribtum est: *Quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere,* ac deinceps: Si[2] quis vero adversus divinas scribturas docet alium dicens filium Dei et alium, qui ex Maria virgine, hominem secundum gratiam adoptatum sicut nos, quasi essent duo filii, unus secundum naturam, qui ex Deo, et unus secundum gratiam, qui ex Maria, et si quis carnem Domini nostri desursum dicit et non ex Maria virgine aut mutatam deitatem in carnem et confusam aut alienatam aut passibilem Domini deitatem aut inadorandam Domini nostri carnem sicut hominis et non adorandam Domini et Dei carnem, hunc anathematizat sancta catho-
ib. 1, 9. lica et apostolica ecclesia iuxta Pauli vocem dicentis: *Si quis aliter evangelizaverit vobis praeter id, quod accepistis, anathema sit.*

1 confitendum *M. R.* 5 et ligandi] te ligandi *R.* 8 qua] quo *M.* 10 eam] eum *M.* 11 discendant *R.* 17 per *deest R.* 23 quin] qui *R.* 25 adsertionibus] adsestionibus *M,* adsertionibus *R.* 27 quatenus — pertinerent *desunt R.* 28 minutius — pertinerent] *ita M, fortasse corrupte.* 36 carnem Domini nostri] Domini nostri carnem *R.* Maria virgine] virgine Maria *R.*

1) *Athanasius, De incarnatione Dei verbi (princ.); Opp. II, 1.* 2) *Ibidem (fin.); Opp. II, 2.*

Eloquentissimus vir sanctus Gregorius Nanzazenus ad Clidonium ita scribit: Si[1] quis introducit duos filios, unum quidem, qui ex Deo patre, secundum vero, qui ex matre, et non eundem, ut adoptionis excedat gratiam, quae promissa est his, qui recte credunt, alienum eum a nostro consortio iudicamus. Naturae vero duae, Deus et homo: nam et anima et corpus: filii vero non duo neque dii neque duo homines, quamvis Paulus interiorem et exteriorem hominem appellaverit. Sed huius expositio capituli tempori reservatur oportuno. cf. Rom. 7, 22. Eph. 3, 16.

Venerabilis vero pater Augustinus et admirabilis doctor in quodam sermone super evangelium Iohannis inter cetera sic ait: Non[2] enim nos nati sumus de Deo, quomodo ille unigenitus, sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim venerat unigenitus solvere peccata.

Advertat tandem aliquando obstinata dementia vestra, et abicientes opera tenebrarum, induti arma lucis relictaque nocte perfidiae, in die sincerae fidaei honeste ambulate. Pensate, quid doctor iste dixerit adoptatos nos esse per gratiam ipsius, qui peccata solvere venit. Quomodo per illius gratiam nos sumus adoptati, si ipse consors nobis in adoptionis gratia fuit? Credatur ergo, quod dici nefas est, particeps etiam nobis in causa peccati. Nam sicut peccata nostra non tolleret, si ipse peccatum haberet, ita adoptionis gratiam nobis non tribueret, si ipse propter hominem, quem adsumpsit sine sorde peccati, necessarium eguerit, ut gratiam adoptionis acciperet. Animadvertite quid Iohannes dilectus Christi accubitor de Iohanne baptista et praecursore dixerit: *Iohannes,* inquit, *testimonium perhibuit, quia ipse est filius Dei.* 'Ipse est', inquit, 'unus idemque'. Oportebat[3], ait beatus Augustinus, cum capituli huis mysterium exponendo revelaret, ut ille baptizaret, qui est filius Dei unicus, non adoptivus. Adoptati filii ministri sunt unici: unicus autem habet potestatem adoptare ministrum. Scribtum est enim: *Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius.* Adoptivis vero filiis non dedit omnia, sed quaedam dona carismatum. Pater[4] diligit filium, sed quomodo pater filium, non quomodo dominus servum, quomodo unicum, non quomodo adoptatum. Ioh. 1, 34. Ib. 3, 35.

Iam nunc videamus, quid de hac re sentiat praedecessor noster beatus Gregorius, egregius doctor, sagacissimus verbi Dei indagator et venerabilis pater. Denique in libris moralibus, sancto repletus Spiritu, ait inter cetera de eo, quod scribtum est: *Eratque vir ille magnus inter omnes orientales.* Omnes[5], inquit, qui in hunc orientem fide consistunt, recte orientales vocantur. Sed quia omnes homines tantummodo homines, ipse autem oriens Deus et homo, recte dicitur: *Erat magnus inter omnes orientales,* acsi aperte diceretur: Omnes, qui in fide Deo nascuntur, superat, quia non ut ceteros adoptio, sed natura illum divinitatis exaltat. Et rursus alibi idem ipse: Quia[6] omnis homo tantummodo homo est, ipse autem Deus et homo, in terra ei similis non est, quia, etsi adoptivus quisque filius ad percipiendam divinitatem proficit, nequaquam tamen, ut Deus naturaliter esset, accepit. Item ipse in libro eodem beati Iob de eo, quod scribtum est: *Ecce Deus excelsus in forti-* Iob 1, 3. Ib. 36, 22.

1 Nanzazenus] *ita M,* Nazazenus *R e corr.* 2 Deo patre] Deo et patre *R.* 4 duae] duce *R.* 6 tempori] tempore *M. R.* 7 Agustinus *R.* 8 evangelio *R.* 9 adoptati] *ita Aug.,* optati *M. R.* 10 venerat] venit *R.* 11 obstinata] obstricta *R.* 13 doctor] dortor *R.* 15 adoptionis] aptionis *R.* 17 ita — tribueret *desunt R.* ipse] se *R.* 20 dixerit *deest M. R.* 27 praedecessor] prodecessor *R.* 28 Denique] Dinique *R.* 31 consistunt recte — servus propter *(infra p. 126 l. 22) desunt R.* quia omnes] *Greg.,* qui omnis *M.*

1) *Gregorius Nazianzenus, Epistola ad Cledonium; Opp. II, 85. Cf. MG. Epp. III, 638 ann. 3.* 2) *Augustinus, Tractatus in evang. Iohannis II § 13; Opp. III, 2, 302.* 3) *Ibid. VII § 14; Opp. III, 2, 343.* 4) *Ibid. XIV § 11; Opp. III, 2, 406.* 5) *Gregorius M., Moralia I c. 18 § 26; Opp. I, 26.* 6) *Ibid. II c. 23 § 42; Opp. I, 55.*

tudine et nullus ei similis in legislatoribus, aesi diceret: Qui[1] humilis videbitur in infirmitate, excelsus manet in fortitudine. Et post paululum: Legislator[2] Moyses, legislator Iosue, legislatores etiam prophetae: vel cunctos legislatores dicere possumus, quos ex lege ammonuisse recta populum scimus, sed huic mediatori in legislatoribus nullus similis est, quia isti gratuito vocati ex peccatis ad innocentiam redeunt, redemptor autem noster homo sine peccato est, filius sine adoptione. Nam etsi homo quidem, extra mensuram hominum credendus est. Unde bene dicitur: *Nullus ei similis in legislatoribus.* Ecce de quo scribtura dicit: *Deus excelsus in fortitudine et nemo ei similis in legislatoribus*, et de quo alia
Ps. 88, 7. scribtura dicit: *Quis in nubibus aequabitur Domino aut quis similis erit Deo inter filios Dei?*

Tanta nimirum vos temeritatis dementia deludit, ut equare cum nubibus et legislatoribus non erubescatis; adoptivum eum filium quasi purum hominem, calamitatis humanae subiectum et — quod pudet dicere — servum eum, impii et ingrati tantis beneficiis, liberatorem nostrum non pertimescitis venenosa fauce susurrare. Cur non veremini, queruli detractatores Deo odibiles, illum servum nuncupare, qui vos de servitute diaboli liberavit, cui vos iterum nitimini perfidiae sponte colla submittere? Porro, cum essetis servi peccati, ipse vos liberavit gratuito munere per adoptionis gratiam
Ioh. 8, 49. in sortem filiorum Dei. Numquid non sonat de vobis vox illa Domini dicentis: *Ego honorifico patrem meum, et vos inhonorastis me.* Tales gratiarum actiones infelices ei refertis, ut, qui vos honorifice liberos praetio sanguinis fecit, vos eum iniuriose adoptivum et servum caninis non confundamini linguis latrare. Nam etsi in umbra prophetiae dictus est servus propter servilis formae conditionem, quam sumpsit ex virgine,
Iob 1, 8. sicut scribtum est: *Considerasti servum meum Iob, quod non sit ei similis in terra*, hoc nos una cum beato Gregorio[3] intellegimus et secundum historiam de sancto Iob et allegoricae de Christo dictum. Numquid propterea servi ei nomen inponere debemus, quia sub persona Iob scribtura eum typice designabat? Hinc etiam alius propheta, membrum scilicet sacri corporis, ex persona summi capitis tropica clamat involvente
Ps. 115, 16. vaticinia nube: *O Domine, ego servus tuus, ego servus tuus et filius ancillae tuae*, et
ib. 85, 16. Is. 44, 2. rursus: *Da imperium puero tuo et salvum fac filium ancillae tuae*, et illud: *Noli timere, serve meus Iacob et rectissime, quem elegi* et cetera.

Quae cuncta et iuxta litteram prophetae et mystice revelata nostri mediatoris designant personam. Quodsi quilibet catholicorum virorum huius prophetiae mysterio usus, quemadmodum in quodam libro de incarnatione Domini beatus Ambrosius[4], simile quid dixerit propter eos videlicet hereticos, qui phantasticum aut etiam semiplenum dominicum corpus sacrilego ore susurrant, numquid docuerunt eum servum vel adoptivum praedicare, cum universalis ecclesia evangelicis atque apostolicis imbuta lucidissimis documentis Deum ac Dominum suum totis medullis cordis, tota animi devotione, in dextera eum patris profitetur sedentem? Postquam autem cessavit umbra veritatis et ipsa in prompto manifestata est veritas, quae sub allegoriae silva latebat, nusquam eum a patre servum vocatum legimus, sed filium et dilectum suum, nec filium eum dominum suum appellasse, sed patrem. Nam Deus et homo erat, qui se-

5 gratuito] *ita Greg.*, gratuitu *M.* 22 servilis] *hic de novo inc. R.* forma *R.* 28 vaticinio *M.* 32 designat *M. R.* 34 aut] au *R.* 39 et ipsa — veritas *desunt R.* allegoriae] allegorica *R.* 40 dilectum suum] dilectum et suum *R.* 41 eum dominum] dominum eum *R.*

1) *Gregorius M., Moralia XXVII c. 2 § 3; Opp. I, 853.* 2) *Ibidem.* 3) *Cf. ibid. I c. 11 § 15. II c. 8 § 13; Opp. I, 21. 44.* 4) *Cf. Ambrosius, De incarnatione Domini c. 6; Opp. II, 714.*

cundum Deum dicebat: *Ego et pater unum sumus,* et secundum hominem: *Pater maior me est,* et tamen non ait: 'Pater dominus meus est', sed 'maior'. Enimvero etiam in ipso articulo passionis, in quo servilis forma pati parata erat, ubi omnis humanae conditionis infirmitas monstrabatur, non eum dominum appellavit, sed patrem. *Pater,* inquit, *si fieri potest, transeat a me calix iste,* quoniam *magnum pietatis sacramentum, quod apparuit in mundo,* iuxta Pauli vocem *assumptum est in gloria.* Nullus umquam evangelistarum, nemo apostolorum servum eum commemorat, sed Dominum et salvatorem. Nam Thomas, cum exploraret vestigia vulnerum, quae clavi et lancea intulerunt, exclamavit dicens: *Dominus meus et Deus meus,* Petrus ait: *Domine, tu mihi lavas pedes?,* discipuli omnes: *Domine, auge nobis fidem.* Paulus, clarissima mundi tuba, semper eum Dominum et ipse confitetur et omnem linguam confiteri perdocet.

Ioh. 10, 30. ib. 14, 28. Matth. 26, 39. 1. Tim. 3, 16. Ioh. 20, 28. ib. 13, 6. Luc. 17, 5. cf. Rom. 14, 11. Phil. 2, 11.

Iam revelata et impleta erat omnis figuratae locutionis obumbratio: ipse enim de cruce testimonium perhibuit. Nam cum accepisset acetum, dixit: *Consummatum est.* Cum autem in altare crucis hostiam se pro nobis exhibuisset Deo et patri in odorem suavitatis et aceti poculum mixta gustasset fellis amaritudine, tunc consummata sunt omnia, quae longe ante propheticis fuerant oraculis praenuntiata. Hierusalem autem per figuram significat ecclesiam, sed in re corporea civitas est. Et his similia perquam plurima et innumerabilia mysteriorum sacramenta figuratae locutionis modo edita et enigmatibus sensim foliis obvoluta per sacras paginas inveniuntur inserta, quae longe aliter sunt habenda in specie rerum, aliter in mysticis veneranda figuris. Dictus quippe est in mysterio redemptor noster lapis angularis propter duos parietes utriusque populi, ut faceret utraque unum. Dictus est etiam petra propter firmitatem. Dictus est namque et agnus propter innocentiam et mansuetudinem et sacrificium, quod in altare crucis pro nobis obtulit Deo et patri. Numquidnam lapis et petra est insensibilis creatura aut agnus est inrationabile animal aut vitulus lascivum pecus? Nam etsi propter servi formam et iniuriam passionis paulo minus est ab angelis minoratus, propter triumphum tamen victoriae et gaudium resurrectionis gloria et honore est coronatus. *Constituisti eum,* ait psalmista, *super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Omnia namque post gloriam resurrectionis subiecta sunt ei, haut dubio angeli et omnis creatura. Dominum igitur angelorum omnisque creaturae, cuius sub pedibus cuncta subiecta sunt, vos dicitis servum et adoptivum?

Ioh. 19, 30. cf. Eph. 2, 20. cf. 1. Cor. 10, 4. cf. Ioh. 1, 29, 36; 1. Petr. 1, 19. cf. Ps. 8, 6. cf. Hebr. 2, 7. 9. Ps. 8, 7. 8.

Paulus namque, mundi lilium et ecclesiae pulcherrima rosa, templum scilicet Spiritus sancti et praedicabilis doctor, in universo ore suo Dominum eum et non servum appellat. Ait namque: *In Iesu nomine omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum; et omnis lingua confiteatur, quia Iesus Christus in gloria est Dei patris.* Unde et alias dicit: *Etsi novimus Christum secundum carnem, sed iam nunc non novimus illum,* acsi patenter diceret: 'Etsi novimus illum mortalem, passibilem, vulneri deditum, sed iam in gloria patris scimus eum ab omni humanae conditionis debito alienum'. Paulus, electionis vas, docet, ut omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est Dei patris: cur surda aure et errorum obvoluto tenebris corde hunc locum scripturae legendo transilitis? Paulus omnem linguam dominum Iesum eum confiteri hortatur et docet: et vestra lingua non confunditur servum eum et adoptivum latrare? Haec namque stultiloqua lingua in frusta est praecidenda et per mille, ut ita dixerim, partes minutius detruncanda.

Phil. 2, 10. 11. 2. Cor. 5, 16.

6 mundum *R.* 16 praenuntiata] pronuntiata *R.* 17 perquam] quam *R.* 24 Nam quidnam *M.* 25 inrationabile] inrationale *R.* vitulum *M.* 26 est ab angelis] ab angelis est *R.* 27 honore] hore *R.* 34 Iesu nomine] *ita M,* nomine Iesu *R. Vulg.* 35 quia] Dominus *add. R. Vulg.* Christus] *ita M. Vulg., deest R.* 43 frusta] frustra *R.*

Cur vos non revocant ad viam veritatis et lucis, caeci, scelestes, inmites et in-
cf. Num. 22, 6 sqq. compositi, tam salubria scribturarum documenta? Qui cadentes sicut Balaam apertos habetis oculos nihil videntes et, quia in foveam errorum corruistis, ideo lumine veritatis privati ignorantiae vestrae tenebras non videtis. Apertos vos habere dicitis oculos. Sed quia a statu rectitudinis cecidistis, ideirco patrem mendacii, qui Adae in peccati nocte aperuit oculos ad malum et clausit in bonum, intuemini et patrem luminis non aspicitis, qui discussa nocte peccati iustitiae nobis diem veritatis radio inluminavit.
Iac. 1, 17. Numquid non legistis, quia *omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum?* Cur vos de deorsum a patre mendacii et rectore tenebrarum harum nummum exposcitis peccatorum? Cur cum antiquo serpente reno-
cf. Col. 2, 14. vare vultis delicti cyrografum, quod dulcis clementiae bonitas, unica ac singularis pietas, cruci adfixit in arce et roseo praetiosi sanguinis abstulit ostro? An nescitis, quia ab origine mundi usque ad mediatoris adventum huius emptionis debitum, veneni gutta calamo scribentis infuso mendaciique fraude deceptionis falsitas exarata, omne humanum genus in ventrem malitiae suae trahens quasi fluvium ingurgitantem ab-
Iob 40, 18. sorbuit, sicut de eo scribtum est: *Absorbebit fluvium et non mirabitur et habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.* Cur non precavetis, o miseri, ne forte propter perfidiam vestram elevet se Iordanis in unda tumescente glomeratisque fluctibus extra ripas vos in locis palustribus evomat statimque serpens ille vos inveniat in caeno erroris defixos apertoque crudelitatis ore summa vos rapacitate degluttiat? Intellegite quae dico. Per Iordanem ecclesiam vel baptizatorum advertite multitudinem, per tumescentem undam censuram disciplinae et anathematis iuncturam, extra ripas enim Iordanis, extra graemium ecclesiae, per caenum hereseam pollutionem. In serpente diabolus debet intellegi, qui ideo hereticorum corda perfidiae veneno sauciare inhianter desiderat, ut eos quasi ebrios fauce devoret impietatis.

Cur beati Petri parvipenditis gloriosae confessionis inviolabilem fidem? Cur sacratissimi Pauli apostoli plena sacramentorum misteriis dispicitis perspicua documenta? Cur non per evangelicas paginas planam et directam catholica luce perfusam viam repetitis veritatis? Cur non tot testium Christi veridicas simpliciter sacratiusque prolatas suscipitis sanctiones, sed magis in his credulitatis praebetis adsensum, quae vestris auribus diabolica sibilat lingua? Patris testimonio de filio perhibentis non
Matth. 3, 17. creditis, qui dixit: *Hic est filius meus dilectus.* Spiritus sancti ostensionem in specie
cf. ib. 3, 16. columbae, quia ipse esset dilectus filius, nihili penditis? Super quem putatis Spiritum sanctum in specie columbae descendisse, super Deum an super hominem, an propter unam personam Christi super Dei hominisque filium? Spiritus namque sanctus, cum sit inseparabiliter amborum, patris videlicet et filii, et ex patre filioque essentialiter procedat, quo pacto credi potest super Deum descendisse, a quo numquam recesserat et a quo ineffabiliter semper procedit? Dei enim filius secundum id, quod Deus est, sanctum Spiritum cum patre numquam a se recedente inenarrabili modo mittit et secundum id, quod homo est, super se venientem suscepit. De eo ergo, id est de hominis filio, super quem Spiritus sanctus descendit, licet unus sit Dei hominisque

1 revocat *M.* 2 apertos habetis] apertis abetis *R.* 3 erroris *R.* 4 Apertos] Apestos *R.* habere dicitis] dicitis habere *R.* 9 de *deest M.* mendacii] mentatii *R.* 12 abstulit] *ita M*, abluit *R.* 15 ventre *R.* suae *deest M.* 16 mirabitur] *R. Vulg.*, minorabitur *M.* 17 in os] *ita R. Vulg.*, *desunt M.* o *deest R.* propter *deest M.* 21 Iordanen *e corr. R.* 22 iuncturam] iacturam *R.* 24 inhianter] inaniter *M*, inianter *R.* 27 Pauli] Parvuli *R.* 28 planum *M.* directum *M.* 30 sanctiones] sanctiores *M*, sanciores *R.* credulitatis] crudelitatis *M.* 33 esset dilectus filius] eet *(sic!)* dilectus et filius *R.* 34 Deum] Dominum *M.* 36 et ex patre] ex patre *M.* 37 procedit *M.* 39 secundum *deest M. R.*

filius, vox patris intonuit dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene conplacui.* Matth. 3, 17. 17, 5. Si secundum divinitatem dixisset, nequaquam diceret: 'In quo mihi bene conplacui', sed tantummodo: 'In quo placuit mihi bene'. Sed dum dicit: 'Conplacui', totam simul trinitatem conprehendit, quia in homine Christo tota conplacuit trinitas. Animadvertite, quia nihil vobis restat, ut secundum divinitatem tantummodo credatis dixisse patrem: *Hic est filius meus,* sed potius secundum humanitatem, super quem Spiritus sanctus dicitur descendisse. Iohannes clamat dicens: *Ego nesciebam eum: sed qui misit me* Ioh. 1, 33. *baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem et manentem in eo, ipse est.* Ipse utique unicus, proprius et dilectus et non servus et non adoptivus. Ipsius enim filii testimonium abnuitis, qui distincte semper eum suum patrem et nostrum appellat. Cui ergo vultis credere aut cui vultis adequare eum? Dicit enim ipse per prophetam: *Cui adsimilastis et adequastis me?* Cui alius propheta Is. 46, 5. dicit: *Non est similis tibi in diis, Domine, et non est secundum opera tua.* Non est Ps. 85, 8. secundum opera eius, quia, sicut singulariter est homo ultra homines, ita singulare est opus eius et excellens omnia opera sanctorum, qui dii non essentialiter propter gloriam divinitatis, sed nuncupative pro meriti appellantur dignitate. Opus namque eius est, ut sit unicus, proprius et dilectus filius Dei. Nostrum opus est, ut simus servi per conditionem et filii per gratiam adoptionis.

Iam nunc tempus est, ut a labore operis stili requiescat mucro, non torpescat, sed requiescat et otio reparatus semper sit ad omne opus bonum paratus. Series enim prolixae orationis iam iamque suspensum exposcit versiculi punctum. Attamen priusquam libelli inponatur terminus finialis, adhibenda est litigatorum optio sententialis. Eligant namque quae volunt, vitam an mortem, benedictionem an maledictionem. Optamus namque et infinitam boni pastoris Domini precamur benignitatis clementiam, qui ovem perditam ad ovile propriis humeris reportavit, ut relictis erroris cf. Luc. 5, 5. Ioh. 10, 1. anfractibus, in quibus malae bestiae, id est maligni spiritus, commorantur, et ad viam, quae ducit ad vitam aeternam, fidaei passibus Christo redeant pertrahente, quatenus, in sinum matris ecclesiae suscepti, per lamentum poenitentiae sordes abluant peccatorum et infamata eorum modestia bonae famae recipiant pristinam dignitatem. Nec honoris pereclitentur naufragio et a nostro non disiungantur consortio ac per hoc reconciliati communioni catholicae fidaei divina illos pietas caelestium faciat esse participes gaudiorum. Quodsi exigentibus indignis meritis, tam insolubili eos malignus spiritus perfidiae laqueo iusto Dei iudicio strangulavit, ut resolvi nequeant, ex auctoritate prorsus sedis apostolicae ac beati Petri apostolorum principis et per eam, quam illi magister et Dominus tradidit, potestatem, — et solvendi ligandique licentiam tribuit — cf. Matth. 16, 19. quod sine gravi merore non possumus dicere, perpetuo eos anathematis vinculo religatos, ultrici cum sequacibus suis iudicamus vindicta plectendos ac per hoc et a graemio matris ecclesiae et a nostro consortio definio alienos. Si quis autem fidelium Deumque timentium caritatem eis benignitatis inpertiendo et pro Christi amore pro eis precis oblationem Domino offerre voluerit, non solum non inhibemus, sed, ut faciat, apostolica ammonitione et optamus et salubri incitamus exortatione, ut Deus omnipotens, qui neminem vult perire et omnes homines propter nimiam bonitatem suam vult salvos cf. Ioh. 3, 16.

3 placuit mihi bene] *ita M,* mihi bene complacuit *R.* 4 Christo tota] tota Christo *R.* 9 in eo] *ita M,* in eum *R,* super eum *Vulg.* non adoptivus] adoptivus *R.* 10 enim] igitur *R.* semper] super *M.* 17 sit] sicut *M. R.* 21 Attamen] *Hoc verbo incipit P, ubi praemittuntur:* Ex epistola Hadriani papae contra eandem heresim. 22 finialis] finalis *e corr. P.* 25 qui] ut qui *R.* 27 redeant] credeant *R.* 28 sinu *R. P.* 30 pereclitentur] periclitentur *P.* disiungantur] disiungamur *R.* 33 stranguilavit *M. P.* 34 Petri *deest P.* ille *R.* 35 et solvendi] *intellige:* etiam solvendi. 37 vindicta *deest R.* 38 matris *deest R.*

fieri, revocet eos ad viam veritatis et ad agnitionem pertingere, sicut dignum est, rectae fidaei, quae est in Christo Iesu domino nostro, qui cum patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in trinitate perfecta per omnia saecula saeculorum. Amen.

1 ad agnitionem] agnitionem *R*. dignum] dictum *P*. 2 nostro] *hic finit P*.

D. *LIBELLUS SACROSYLLABUS EPISCOPORUM ITALIAE.*

Libelli sacrosyllabi episcoporum Italiae, qui a Paulino patriarcha Aquileiensi (776—802) confectus e veteris novique Testamenti testimoniis Adoptianorum haeresim refutare studet, duplex forma in libris scriptis legitur. Ut summa tangam, in prima atque maiore cum lemmate prolixiore occurrunt nomina Petri archiepiscopi Mediolanensis (784—803) provinciarumque Italiae, quae in altera et minore desiderantur sicut illa verba: Optamus — adipisci *(infra p. 141 l. 3—9), ubi de haereticis ad rectam fidem redeuntibus agitur. In prima Paulinus ceterique episcopi quid sentiant exponunt, in altera unus Paulinus. Ex iterata libelli editione hanc differentiam ortam esse demonstrare conati sumus in annalibus nostris ('Neues Archiv' XXVI, 559 sqq.), ubi etiam de ratione, quae inter hunc libellum et Chronicon Moissiacense (MG. SS. I, 301 ann.) intercedit et a v. d. B. von Simson ('Forschungen zur Deutschen Geschichte' XIX, 129 sqq.) primum detecta est, fusius disputavimus. Prima forma a Paulino confecta, ab episcopis in synodo confirmata ideoque publica dici debet, per alteram ipse auctor suum proprium opus eam esse ostendere voluit.*

Prima forma legitur 1) in codice Monacensi latino 14468 (antea s. Emmerammi Ratisbonensis) anno 821. iussu Baturici episcopi Ratisbonensis conscripto (= M) fol. 42—57; 2) in codice Remensi 385 saec. IX. (= R) fol. 68—77′; pauca fragmenta praebet codex Parisiensis latinus 1568 saec. X. (= P) fol. 47′—48′.

Edd.: Surius III, 232. Bollanus-Nicolini III, 640. Binius III, 1, 414. Sirmond II, 167. Coll. reg. conc. XX, 94. Labbe-Cossart VII, 1022; ed. Coleti IX, 66. Harduin IV, 873. Paulini opp. ed. Madrisi 1. Aguirre, Conc. Hisp. IV, 97. Hartzheim I, 295. Mansi XIII, 873. Migne, Patrol. lat. XCIX, 151. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 472.

Altera forma legitur 1) in codice Parisiensi latino 4628 A (antea s. Dionysii in Francia) saec. X. (= P 1) fol. 46—55, cuius exemplar in codice Parisiensi latino 4631 (antea Fauriano) saec. XV. fol. 35—43 omittere potuimus; 2) in codice Parisiensi latino 10758 (antea s. Remigii Remensis, postea collegii Claramontani 620, tum inter suppl. lat. 164bis) saec. IX. X. (= P 2) p. 1—24.

Edd.: Paulini Aquileiensis episcopi adversus Felicem Urgelitanum et Eliphandum Toletanum episcopos libellus, ed. incerti loci anni 1549. Herold, Orthodoxographa 1122. Alcuini opp. ed. Duchesne 1873. de la Bigne, Bibliotheca patrum IV (1624), p. 315. Paulini opp. ed. Madrisi 1 (in notis marginalibus).

Sancto incitante Spiritu ac zelo fidaei catholicae scintillatim sub pectore fervescente clementissimi et tranquillissimi gloriosique Caroli regis, domini terrae, imperii

Lemmata: Incipit libellus sacrosyllabus catholico salubriter editus stilo in concilio (consilio *M*) divino nutu (nuto *M*) habito in suburbanis Moguntiae (Moguntie *R*) metropolitane civitatis, regione Germaniae, in loco caelebri, qui dicitur Franconofurd (Franconofuro *R*), sub praesentia clementissimi

38 Caroli regis] regis Karoli *P 1*, Karoli regis *P 2*.

eius decreta per diversas provincias regni eius ditioni subiectas summa celeritate praecurrentia, multitudo antistitum sacris obtemperando praeceptis in uno collegio adgregata convenit. Quadam die residentibus cunctis in aula sacri palatii, adsistentibus in modum coronae presbyteris, diaconibus cunctoque clero, sub praesentia praedicti principis allata est epistola missa ab Elipando, auctore inhormi negotii, Tolitanae sedis antistite Hispaliensi finitimae ruri. Cumque iubente rege publica voce recitata fuisset, statimque surgens venerabilis princeps de sella regia stetit supra gradum suum, adlocutus est de causa fidaei prolixo sermone et adiecit: 'Quid vobis videtur? Ab anno prorsus praeterito et ex quo coepit huius pestis insania tumescente perfidiae ulcu diffusius ebullisse, non parvus in his regionibus, licet in extremis finibus regni nostri, error inolevit, quem censura fidaei necesse est modis omnibus resecare'. Cumque inprecata et concessa esset morosa dilatio per dies aliquot, placuit eius mansuetudini, ut unusquisque, quicquid ingenii captu rectius sentire potuisset, per sacras syllabas die statuto eius clementiae oblatum sui pectoris fidaei munus stili ferculo mentis vivacitate deferret. Sed sicut mos est hereticis tristia laetis, dulcia permiscere amaris, veneni poculum mellis sapore temperare, quaedam in eadem epistola plena blasphemiis et catholicae fidaei reperta sunt modis omnibus inimica, quaedam vero, si dici liceat, inveniri poterant non reicienda. Sed in eodem poculo, in quo gutta veneni infusa turgescit, mellis nihilominus amarescit dulcedo.

Quapropter ego Paulinus, licet indignus peccator omniumque servorum Domini ultimus servus, Aquiliensis sedis Hisperiis oris adcinctae, cui Deo auctore deservio, nomine, non merito praesul, una* cum reverentissimo et omni honore digno Petro, Mediolanensis sedis archiepiscopo, cunctisque cum collegis fratribus et consacerdotibus nostris Liguriae, Austriae, Hisperiae, Ymiliae, catholicarum ecclesiarum venerandis praesulibus, iuxta exilem intellegentiae nostrae tenuitatem sancto perdocente Spiritu corde, lingua, stilo contra eorum vesanias, qui rectae fidaei sunt adversarii, respondere non formidamus, cum sit sancta et universalis ecclesia super firmam nihilominus inmobiliter fundata petram et portae inferi nequeant prevalere adversus eam. Verumtamen quia in mari huius saeculi constituta persistit, adversis hereticorum flatibus, cf. Matth. 16, 18.

*) *Pro* una — praesulibus *(l. 25) praebent P 1. 2:* cum collegis dominis et fratribus meis.

principis domni Caroli (Carolo *M*) gloriosique regis, anno felicissimo regni eius XXVI. et XX. Placuit igitur sancto venerandoque concilio, quatenus hic libellus pro causa fidei ad provincias Galliciae ac Spaniarum mitti deberet ad *(deest M. R, suppl. e coni.)* noxios resecandos errores, specialiter autem ad Elipandum, Tolitane (Tolitanae *R*) sedis episcopum, in quo omnis huius negotii constat materia questionum *M. R,* In nomine patris et filii et Spiritus sancti *P 1.*

1 decreta] de cetera *R.* 2 praecurrentibus *P 1.* antestitum *P 2.* 5 missa *deest P 1.* Elepando *P 1.* inhormi negotii] *ita M,* inhermi negotii *R,* noxii sceleris *P 1. 2.* Tolitane *R,* Toletanae *P 1. 2.* 6 antistiti *M,* pseudoepiscopo *P 1. 2.* Hispaliensi] Hispaniensi *P 1.* finitimae ruri] termino circumseptae (-a) *P 1. 2.* rege *deest P 1* 7 statimque] statim *P 1.* stetit] astitit *P 1.* supra] super *R. P 2.* adlocutus] et allocutus *P 1.* 9 ulcu] *ita M. R,* ulcore *P 1,* ulcus *P 2.* 10 ebullisse] ebulisse *R,* ebullire *P 1. 2.* licet — finibus *desunt R.* nostri *deest P 1.* 11 error] horror *P 1. 2.* 12 aliquot] aliquos, vel quot *superscr. P 1,* aliquos *P 2.* 14 sui pectoris] *ita M,* in sui pectoris *R. P 1,* sui cor pectoris *P 2.* munus — dulcia *(l. 15) desunt M.* 15 permiscere] pertimescere *R,* permisceri *P 1. 2.* 17 si dici liceat] si diliceat *R, desunt P 1. 2.* 18 in quo — mellis *desunt R.* 19 nihilominus] minus *R.* 20 quepropter *R, praemittit P:* Ex libello fidei Paulini patriarche et Petri archiepiscopi contra Elipandum et Felicem hereticos. 21 Aquiliensis] *ita M,* Aquiligensis *cett.* Hysperiis *R. P 2,* Hesperiis *P 1.* oris] horis R. adcinctae] accincta *P 1. 2.* 23 cum *deest R.* 24 Austriae *deest R.* Hysperiae *R.* Ymiliae] Hymiliae *P.* 25 nostrae] meae *P 1. 2.* 27 formidamus] *hoc verbo P mistit,* formido *P 1. 2.* 29 persistat *P 2.* adversis hereticorum flatibus] adversus h. flatus *M.*

violentis perfidorum procellis spumantibusque maledicorum undis inlisa concutitur, licet quassari possit et mergi nequeat, Christi firmata dextera et apostolico gubernaculo moderata, necessarium tamen existimo omnibus Christianis cunctisque fidelibus, maxime apostolicis viris, contra hostes eius fidaci armis dimicare. Non enim Christi miles impetum inruentis belli debet enerviter expavescere nec effugii latibula inhermis palando appetere, sed armis militiae suae praecinctus inrumpentium hostium pectora spiritalibus iaculis ex arcu intorquens scribturarum intrepide perforare, quatenus et semetipsum fidaei clypeo munitus inlaesum custodiat et inimicorum latera spiculis cruentet acutis. Nam ante certaminis tropeum tyronis non plectitur circa verticem triumphalis corona. Cuius rei ratio apostolicis evidentius adprobatur documentis.

1. Cor. 11, 19. *Oportet,* inquit egregius praedicator et de castris dominicis probatissimus miles, *hereses esse, ut hi, qui probati sunt, manifesti fiant.* Alta etenim nonnumquam dispensatione agitur, ut, unde cadere ad ruinam timetur vacillantibus plantis, inde valentius roborata firmiter inconcussa persistat et antiquus hostis, unde se superbe vicisse gloriatur, inde divina superatus potentia se succubuisse doleat prostratus. Nam quia super fidaci fundamentum omnium virtutum fabricam persistere non ignorat, ipsam fidaci malitiae suae manu eradicare soliditatem festinat, quemadmodum de eius satellitibus,

Ps. 136, 7. id est malignis spiritibus, per psalmistam dicitur: *Qui dicunt: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.* Usque ad fundamentum quippe maligni spiritus animam inaniter se exinanisse gloriantur, si ab ipsis fundamentis fidaei firmitatem, temptationum iacula exaggerando, eradicare valebunt. Sciunt utique nihil esse boni omne, quod videtur bonum, nisi fuerit super fidei fundamentum firmiter radicatum.

Hebr. 11, 16. 2. Tim. 2, 19. *Sine fide enim impossibile est Deo placere. Firmum autem fundamentum Dei stat, habet signaculum hoc: novit Dominus qui sunt eius,* licet ille saeviat ac mille modis fraude calliditatis serpendo extra septum sanctae ecclesiae hincinde squamas nequitiae suae Syrtis scopulis inlisus expoliet ac per hoc circumquaque discurrens modo in orbe circulato latenter se iuxta viam obiciens, ut pedem simpliciter calcantis mordeat, modo in summa sese suspendens falsitatis cauda hereticorum pectora veneno perfidiae inficiendo tumida reddat, ut sauciata eorum vitalia fastidiendo spiritalia alimenta evomant. Sed quia super firmam petram fundata est, portae inferi non praevalebunt ad-

cf. Matth. 16, 19. versus eam.

Huius nimirum pestiferi serpentis instinctu, fellis quoque poculo debriati quidam, quorum non sunt nomina in calculo candido agni inscribta, heresem veternosam inlustrium, fortium scilicet virorum calcibus mirabiliter inculcatam catholicaque falce olim funditus detruncatam spinoso moliuntur rediviva radice suscitare de stirpe. Adstruunt igitur, sed falsis adsertionibus inretiti, dominum nostrum Iesum Christum adoptivum Dei filium de virgine natum, quod divinis nequeunt adprobare documentis.

1 liceat *M.* 4 Christi *deest R.* 6 inrumpentium] i r r u e n t i u m *P 1. 2.* 7 spiritalibus] spiritual- *P 1 semper.* 8 inimicorum] in unicorum *R.* 9 tropeum] tropheum *P 1. 2.* tyrones *P 1.* plectitur] c o m (n) p l e c t i t u r *P 1. 2.* 12 hi] hii *R.* Alta] Aliter *M.* 14 superbe vicisse] *ita M,* vicisse superb(a)e *rell.* 17 malitiae] maliae *R.* 18 psalmistam] salmistam *R.* 19 in ea] *ita M. Vulg., desunt cett.* malignis spiritibus *R.* 20 ipsis fundamentis] *ita M,* ipso fundo mentis *R,* ipso fundamento *P 1,* ipso fundamentis *P 2.* 21 Sciunt] sicut *M. R.* 23 Deo *deest P 2.* habet] *ita M. P 2,* et habet *P 1,* habens *R. Vulg.* 26 Syrtis] irtis *M,* istis *P 1,* ystis *P 2.* orbe — modo in *(l. 28) desunt M.* 27 se iuxta] circa *P 1,* se circa *P 2.* mordeat] momordeat *R. P 2.* 28 cauda] causa *P 1.* 29 inficiendo] infiniendo *R.* fastidiendo *deest P 1.* evomat *M. R. P 2.* 30 super] supra *P 1.* 32 Huius] *praemittit P:* Et post pauca. fellis quoque] *ita M,* fellisque *rell.* deebriati] *ita M,* debriati *rell.* 33 candito *M. P.* heresim *P 1.* 34 inculcatam] inconando *R.* 35 moliuntur] moliunt *P 2.* stirpe] *hic sistit P.* 36 adsertionibus] sertionibus *M,* assertionibus *P 1.* inretiti] inrediti *R, deest P 1. 2.*

Haec igitur dicentes aut in utero virginis eum suspicantur adoptatum, quod dici nefas est, quia de beata virgine inenarrabiliter sumpsit, non adoptavit carnem, aut certe purum eum hominem sine Deo natum, quod cogitare impium est, necesse est fateantur, ac per hoc postea, quasi eguerit adoptionem, a patre in filium sit adoptatus, cum nihil Deus eguerit, qui erat in eo non per gratiam quemadmodum in ceteris sanctis purisque hominibus, sed essentialiter per naturam. *Deus,* inquit apostolus, *erat in* 2. Cor. 5, 19. *Christo mundum reconcilians sibi.* Quo igitur pacto nobis adoptionem filiorum tribuit, si ipse necessarium eguit, ut sibi haberet? Nam quia peccatum non habuit, ideo nobis peccata donavit; quia non accepit, ut vita esset, sed ipse essentialiter vita est, idcirco nobis vitam aeternam indulsit.

Videamus nunc, quid de eius incarnatione Gabrihel, cui creditum fuerat secretae dispensationis sacramentum, ad Mariam virginem dicat. *Ave,* inquit, *gratia plena,* Luc. 1, 28. *Dominus tecum;* cumque turbata esset in sermone, subiunxit angelus: *Ne timeas,* ib. 1, 30—32. *Maria, invenisti enim gratiam apud Deum, ecce concipies in utero et paries, et vocabitur altissimi filius.* Iamque credula angelicis dictis, cum ordinem tantae novitatis inquireret, quomodo sine viro fieri posset, mox angelus addidit: *Spiritus sanctus* ib. 1, 35. *superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei.* Non enim ait: 'Adoptivus vocabitur filius Dei', sed absolute: 'Filius Dei et filius altissimi'. Denique non de sola excellentia maiestatis eius tunc loquebatur angelus, sed potius de incarnata divinitate. Porro 'quod' pronomen neutri generis est et 'sanctum' similiter neutri generis est. Ait enim: *Quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei.* Et rursus Mathaeus ib. 1, 35. angelum narrat dixisse: *Quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est;* ut palam Matt. 1, 20. daretur intellegi de corpore dixisse quod de inviolata virgine, sumpsit more sacri eloquii partem pro toto, ut per solum corpus totum intellegas hominem in anima rationali ex ea natum. Sed ne quislibet scrupulus ambiguitatis remaneret, quia de incarnationis eius mysterio dixerit, statimque post pauca subinfert: *Dabit ei dominus* Luc. 1, 32. *Deus sedem David patris eius.* Secundum carnem videlicet David filius dictus est, non secundum divinitatem. Habes igitur, quoniam, de quo supra dixerat: *Quod enim* ib. 1, 35. *ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei* — non adoptivus, sed verus, non alienus, sed proprius — de eo subiecit: *Dabit ei dominus Deus sedem David patris eius.* ib. 1, 32. Nam quis eum in filium adoptasse credatur, cum tota sancta trinitas hominem Christum in utero virginis operata sit? Sicut scriptum est et iuxta historiam de primo Adam et de secundo, id est Christo, in prophetiae sacramento: *Faciamus hominem ad ima-* Gen. 1, 26. *ginem et similitudinem nostram,* vel certe quemadmodum in hac eadem evangelica lectione angelica voce declaratur. Ait enim: *Spiritus sanctus superveniet in te.* Habes Luc. 1, 35. Spiritus sancti tertiam de trinitate personam. *Et virtus altissimi obumbrabit tibi.* In ib. virtute namque altissimi filii persona demonstratur, quia ipse est Dei virtus Deique sapientia. In altissimi nomine patris nihilominus persona accipienda est. Dicant ergo, si valent heretici — quod si nequeunt, catholicis se humiliter salubribus sub-

3 impium est] vel esse *superscr. P 1.* 4 adoptione *P 1.* 7 filiorum tribuit] *ita M,* tribuit filiorum *rell.* 8 sibi] si *R.* 12 dicit *M.* Ave] Have *R. P 1. 2.* 13 sermone] eius *add. P 1.* 14 invenisti enim gratiam] gratiam invenisti *M.* 15 novitatis] vel nativitatis *superscr. P 1.* 16 possit *R. P 2.* 17 obumbrabit] obumbravit *R. P 2.* 21 et — generis est *desunt P 1.* 22 rursum *P 1.* Mattheus *P 2.* 23 palam daretur intellegi] *ita M. R,* non dubites *P 1. 2.* 26 quilibet *P 1.* 27 statimque] statim *P 1.* 31 de eo] ideoque *P 1,* ideo *P 2.* 32 in filium adoptasse] *ita M,* adoptasse in filium *rell.* 34 id est *desunt P 1.* 35 evangelica *deest P 1.* 36 in te *desunt P 1.* Habes — personam *(l. 37) desunt R.* 37 obumbrabit] *ita P 1. Vulg.,* obumbravit *cett.* 40 salubribus] salubriterque *P 1,* salubricis *P 2.*

dant documentis — quis de his tribus personis adoptaverit eum, cum tota eum trinitas in utero immaculatae operata sit virginis.

Porro adoptivus dici non potest nisi is, qui alienus est ab eo, a quo dicitur adoptatus; et gratis ei adoptio tribuitur, quoniam non ex debito, sed ex indulgentia tantummodo adoptio prestatur, sicut nos aliquando, cum essemus peccando filii irae, alieni eramus a Deo. Per proprium et verum filium eius, qui non eguit adoptionem,
Gal. 4, 5. adoptio nobis filiorum donata est, Paulo attestante, qui ait: *Cum ergo venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus per ipsum.* Proprius filius factus est ex muliere, non adoptivus. Hinc alibi idem ipse egregius praedicator dicit:
Rom. 8, 32. *Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Igitur cum ad
cf. Ioh. 1, 29. 3, 28. Iordanis alveum Iohanne comite, qui Christus a populis existimabatur, adpropinquaret et, ut sanctificaretur aquarum natura, mediis sese Iordanicis intinxisset in undis, ut manifestius inter adoptivum et proprium filium discerneret — et* quia inseparabilia unt semper opera trinitatis, caeli aperti sunt super eum et Spiritus sanctus, sine quo numquam erat filius, corporali specie sicut columba descendit super eum et mansit in eo, quia in ipso conplacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare —, statimque vox
Matth. 3, 17. patris intonuit dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene conplacui;* acsi** diceret: 'Iste est, super quem Spiritus sanctus in specie columbae descendit, et filius est et dilectus est et meus est et hic est, quem Spiritus sanctus proprium esse meum filium singulariter demonstravit'. Et rursus, cum esset in monte sancto cum discipulis, quos voluit, et visi essent cum eo Moyses et Helias loquentes, mox paterna vox fulgida per nubem discurrens intonuit; discrevit, qui essent servi per gratiam et per
ib. 17, 5. adoptionem filii et qui verus et proprius filius. *Hic est,* inquit, *filius meus dilectus, in quo mihi bene conplacui; ipsum audite.* In Adam quippe Deus sibi pater displicuisse
Gen. 6, 6. innotuit, qui peccando filii dignitatem amisit. *Poenitet,* inquit, *me fecisse hominem super terram.* In unigenito sibi filio conplacuit, quia propria non habuit, sed aliena peccata tulit, qui numquam a paterna voluntate discordans factus est pro nobis patri
Phil. 2, 8. 9. *oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum et donavit illi nomen, quod est super omne nomen.* Si igitur iuxta hereticos adoptivo nomine censetur ut nos puri et ingrati homines, quo ergo pacto apostolus eum nomen perhibet super omne nomen habere? Adoptivum etenim nomen non est super omne nomen, sed commune et infra nominum tenetur mensuram.

Videamus iam nunc, qualiter primus pastor ecclesiae fidaei posuerit fundamentum. Nam cum magister et Dominus discipulos sagatius exploraret, quid de se homines dicerent, et illi singulorum opiniones diverso sermone retexuissent, qui eum unum

*) *Verba* et quia — inhabitare *(l. 17) desunt P 1. 2.*

**) *Verba* acsi — demonstravit *(l. 21) desunt P 1. 2.*

1 documentis *deest P 1.* adoptaverit eum] *ita M.* eum adoptaverit *rell.* eum *deest P 1.* 6 adoptione *P 1.* 8 factum] natum *P 1.* 10 alibi] *ita M,* alias *cett.* 11 illum] *ita M. Vulg.,* eum *cett.* 12 existimabatur] exaestimabatur *P 2.* 13 mediis *deest P 1.* 14 inseparabilia] inseparabiter *M.* 17 eo] eum *R.* inhabitare] habitare *R.* statimque] statim *P 1. 2.* 18 conplacui] complacuit *P 1. 2.* 22 Helias] cum eo *add. P 1.* mox paterna vox] vox paterna *P 1.* 23 discrevit] discrevitque *P 1.* 25 conplacui] conplacuit *P 1.* Deus sibi] *ita M,* sibi Deus *rell.* 26 innotuit] intonuit *P 1. 2.* 27 sibi filio] filio sibi *P 1.* quia] qui *P 1. 2.* 28 est pro nobis] *ita M,* pro nobis est *rell.* 29 illum *deest R.* 31 apostolos *P 2.* 33 infra] intra *P 1.* 34 primus *deest P 1. 2.* 35 discipulus *P 2.* sagatius exploraret] exploratius percunctaretur *P 1,* exploratius percunctaret *P 2.* 36 retexuissent] texuissent *P 1.*

quemlibet de filiis adoptivis existimabant, quorum adoptionem nondum in re quam per mediatoris perceperunt adventum, sed adhuc in spei servabatur occulto, ilico Dominus, quid illi de se fixius corde retinerent, adiunxit: *Vos*, inquit, *quem me esse dicitis?* Matth. 16, 15. Moxque beatus Petrus, cui non caro et sanguis, sed pater caelestis revelavit: *Tu es*, ib. 16, 16. inquit, *Christus, filius Dei vivi.* Ecce fidem beati Petri apostoli, quam heretici surda aure transiliunt, perfunctorie legere non pertimescunt. Petrus confessus est Christum verum filium Dei vivi, et tu heretice dicis: 'Christus adoptivus filius est'. Enimvero fortassis erigeres perfidiae aurem, si absolute dixisset: 'Tu es filius Dei vivi'. Fingeres forsitan more tuo falsa argumentatione, ut diceres: 'Secundum divinitatem cum filium Dei confessus est'. Sed quoniam cum additamento dixerat: *Tu es Christus,* ib. *filius Dei vivi,* omnium hereticorum ora fidaci suae pugno attrivit. Christi namque nomen ab homine, quem adsumpsit, accepit, quia unctus in homine fuit. Nihil tibi restat quid dicas, nisi solito more facias, sumas de officina mendacii veneno inlita spicula, quibus simplicium corda iaculando falsis assertionibus perforare non erubescas. Frons enim meretricis facta est tibi, erubescere noluisti. Defraudare etenim sanctam cf. Ier. 3, 2. non veremini scribturam parvipendentes magistri gentium prohibitionem dicentis: *Nolite adulterare verbum Dei.* cf. 2. Cor. 4, 2.

Sed quid mirum, si stulti erratis in his, quae allegorica sunt silva condensa et umbrosis phalerum enigmatibus obvoluta, et carpere nescitis docta manu de sub foliis litterarum pendentia spiritalium fructuum poma, cum in propatulo per sanctos praedicatores eductam male intellegentes orthodoxam depravatis doctrinam? Cuius temeritatis et audaciae estis, o infelices, inflati superbiae fastu, ut ipsa Iohannis evangelistae mirabilia documenta perversis non erubescatis fabulis depravare; iuxta vestram vecordiam et non secundum sanam doctrinam intellegitis mystica sacramenta. Dicitis enim, quod Iohannes scribat in epistola sua: *Habemus advocatum apud patrem Iesum* 1. Ioh. 2, 1. *Christum,* et hoc sit advocatus, quod et adoptatus, cum longe aliud sit advocatus et aliud adoptatus. Nam advocatus mihi ille est, qui pro me iudicem interpellat et causam necessitatis meae propriae tuitione defendit. Convenientius quippe propitiatus dici potest quam adoptatus, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Cum enim naturam nostram, quam in se adsumptam, in dextera patris collocatam ostendendo patri incessabiliter manifestat, propitium eum nobis advocatus noster quasi interpellando efficit et benignum. Adoptivus vero dicitur, cum nihil a patre adoptante debetur, sed gratis indulgendo conceditur. Abusive namque et non essentialiter adoptivus est filius dictus, sicut Moyses adoptatus est in filium filiae Pharaonis, alienus ab cf. Exod. 2, 10. ea et generatione et sanguinis adfinitate. Hoc ideo posuimus, ut patenter daretur intellegi eum dici adoptatum, qui nondum prius fuerat proprius filius adoptantis. Unde in Dei filium non cadit nomen adoptionis, quia semper verus filius, semper

1 filiis adoptivis] *ita M,* adoptivis filiis *rell.* existimabant] existibant *R,* exaestimabant *P 2.* adoptionem nondum] adoptio nondum *M. R,* adoptionem dum *P 1. 2.* sed] *supple:* quorum adoptio. 3 adiuxit *P 2.* inquit] Dominus *add. P 1.* 7 verum *deest P 1.* adoptivus] adoptionis *M.* 9 forsitan — argumentatione] fors. falsam argumentationem *P 1,* fors. falsa argumentatione *P 2, in P 1 et 2 desunt igitur* more tuo. more] amore *R.* 11 Dei] Deus *P 1. 2.* ore *M.* 13 facias *deest P 1.* 15 Defraudare] Defraudatis *P 1. 2.* 16 non veremini *desunt P 1. 2.* 18 quid] quoniam non *P 1.* erratis in his] *ita M,* in his erratis *rell.* 19 umbrosis — obvoluta] umbrosa *P 1. 2.* 21 orthodoxam *deest P 1.* 23 fabulis *deest P 1.* 26 longe] lege *M.* 27 aliud] sit *add. P 1.* mihi ille] ille mihi *R. P 2.* 28 propitiatus dici potest] dici potest propitiatus *P 1.* 30 collocatam] conlatam *R.* ostendendo — noster *(l. 31) desunt P 1.* 31 manifestat] minifestat *R.* propitium — quasi] prop. enim nobis eum quasi *M.* 32 cum] cui *P 1. 2.* 33 Abusive — dictus *(l. 34) desunt P 1.* 34 adoptatus est in filium] *ita M,* in filium adoptatus est *rell.* 36 adoptantis] et post fuerat adoptatus *add. P 1.*

Dominus ac per hoc et post adsumptum hominem veri filii vocabulum non amisit, qui numquam verus desiit esse filius. Quodsi* iuxta vestram vesaniam hoc putatis advocatum esse quod et adoptatum, confitemini ergo, quod est deterius et omni blasphemia plenum, duos adoptivos, filium scilicet et Spiritum sanctum. Non enim negare valetis Spiritum sanctum paracletum esse. Quod enim Graece paraclytus, hoc Latine dicitur advocatus[1]. Fatemini quin etiam, quod est super omne malum deterius, super omnem inpietatem scelestius, duos adoptivos filios, verbum scilicet et Spiritum sanctum, ut sitis deteriores Arrio et Eunomio[2] et Maranatha anathemate Macedonio[3] dignum. Adoptivus enim nonnisi adfectatae locutionis alienus dicitur filius. Omnis enim adoptatio ex affectione ducit vocabuli sui originem, quamquam ethimologiae suae non videatur trahere similitudinis sonum. Habet namque ex utraque parte 'utinam' adverbium eleganter insitum, ut si dicas: 'Utinam sis mihi in filium adoptivum' et econtra: 'Utinam merear a te in filium adoptari.' Ex affectu quidem dilectionis pars subrepit parti, ut in utraque conveniat dilectionis affectus. Sed videant heretici, qui portae sunt inferi, quid dixerint, quin immo perverso garriant ore. Obdurata nempe illorum corda, mendacii latibula, per abrupta perfidiae dibaccantes, semper inquirunt et, ne veritatis luce perfundantur, in speleo falsitatis occulere se festinant. Caecidit, heu pro dolor, super eos invidiae ignis et ideo iustitiae solem non meruerunt videre.

Sancta autem catholica atque apostolica ecclesia, quae licet in toto sit orbe terrarum diffusa, una tamen est amica sponsi proxima et columba, quae pennis deargentatis sacri eloquii refulget pulchritudine et in pallore auri posteriora eius perfectae fidaei puritatem claresci t, confitetur quin potius sanctam et ineffabilem trinitatem in unitate, salva scilicet inconfusibiliter proprietate personarum inseparabilem substantiam confitetur; ita sane, ut alius credatur pater, quia pater est, qui genuit coeternum sibi sine tempore et omni initio filium, et alius credatur filius, quia filius est, qui genitus est sine initio a patre non putative, sed vere, et alius credatur Spiritus sanctus, quia Spiritus sanctus est et a patre filioque procedit. Et non est aliud pater et aliud filius et aliud Spiritus sanctus, sed unum sunt inseparabiliter pater et filius et Spiritus sanctus; non unus, sed unum, quia alia est persona patris, alia filii, alia Spiritus sancti, sed una et aequalis et consubstantialis et coaeterna est patris filiique et Spiritus sancti inenarrabilis divinitatis maiestas, quia unus est Deus. Unionem namque in essentia confitemur; trinitatem vero in personarum discretione praedicamus.

*) *Verba* quòdsi — adoptatum *(l. 3) desunt* P 1. 2.

1 Dominus] est *add. P 1.* ac per hoc] hac per hoc *R, desunt P 2.* 2 desiit] desit *R.* filius] Deus *P 1. 2.* 5 paraclitum *R. P 2,* paraclytum *P 1.* Graece] *ita M,* Grece *cett.* paraclytus] *ita M,* paraclitus *cett.* 8 et Maranatha — dignum] *ita M. P 1. 2,* et — digni *R, fortasse autem cum Barthio apud Madrisium p. 11 legendum est:* et Macedonio, Maranatha anathemate digni. 9 adoptatio] adoptio *P 2.* 11 similitudinis sonum] similitudinem *P 1.* 12 si *deest P 1. 2.* 16 mendacii *deest P 1.* dibacchantes *P 1. 2.* 17 falsitatis occulere se] *ita M,* se falsitatis occulere *R. P 1,* se falsitatis occurrere *P 2.* 18 iustitiae solem] solem iustitiae *P 1.* 19 quae *deest P 1.* orbem *P 2.* terrarum *deest M.* 20 pennis] pinnis *M.* 21 refulgit *R. P 2.* perfectae] per rectae *P 2.* 22 puritate *P 1.* quin potius *desunt P 1. 2.* 23 unitatem *R. P 1. 2.* 24 est *deest R.* 25 omni] in *add. M.* 28 aliud filius] filius *P 1.* sed unum — Spiritus sanctus *(l. 29) desunt P 1.* 30 una et aequalis] una aequalis *M.*

1) *Cf. Isidorus, Etymol. VII c. 2 § 31; Opp. III, 303.* 2) *De Eunomio cf. A. Harnack, 'Lehrbuch der Dogmengeschichte' ed. 3. II, 243.* 3) *De Macedonio cf. Wetzer et Welte, 'Kirchenlexikon' ed. 2. X, 108.*

Dominum igitur nostrum Iesum Christum, *Dei* filium, verum semper Deum, semper in patre, semper cum patre, semper credimus apud patrem. In ultimis namque temporibus propter nos et propter nostram salutem secundum secretae dispensationis arbitrium descendit de caelo, unde numquam recesserat; venit nimirum in propria, ubi numquam deerat; natus est de Spiritu sancto et Maria virgine, dicente angelo: *Quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est.* Factus verus homo iuxta id, quod scribtum est: *Et verbum caro factum est et habitavit in nobis*, permansit verus et omnipotens Deus in utraque natura, unus Dei filius idemque hominis filius. Nihil enim humana nativitas divinae praeiudicavit nativitati: adsumpsit quod non erat; permansit in id essentialiter quod erat, non commixtione passus neque divisione, sed in una persona Christi Deus verus et homo permanet verus; non duo filii Deus et homo, sed unus filius Deus et homo, non alius filius hominis et alius Dei, sed unus idemque Dei hominisque filius. Unde et eos valde execramur, qui eum adoptivum impio grumiunt ore, quia, sicut praefati sumus, adoptivus dici non potest nisi is, qui prius est alienus ab eo, a quo adoptari desiderat. Dei ergo filius qua ratione credi potest adoptivus, qui inseparabiliter adsumpto homine in una persona coeunte utraque natura non duo filii, alius Dei et alius hominis, ut, sicut illi errando aestimant, adoptivus sit hominis filius et sine adoptione Dei filius, sed in una persona unus idemque Dei et hominis filius, qui numquam hominem, quem adsumpsit, deseruit, etiam nec in cruce, quando inclinato capite tradidit spiritum, Paulo attestante, qui ait: *Si enim cognovissent, numquam dominum gloriae crucifixissent.* Dominus gloriae dicitur crucifixus, cum sola caro sit crucifixa. Sed quia dominus gloriae idem ipse erat, qui et hominis filius, qui crucifigebatur, et numquam hominem deseruit, sicut dictum est, quem adsumpsit, ideo dicitur dominus gloriae crucifixus.

Matth. 1, 20. Ioh. 1, 14. 1. Cor. 2, 8.

Sunt etiam plerique[1], qui adstruunt ex tribus substantiis unam mediatoris personam, verbi, carnis et animae, cum in causa fidaei non videatur necessarium sophistica disputatione saecularium litterarum calculos syllogistica spargere manu. Sufficerat enim iuxta praecedentium catholicorum patrum saluberrimae promulgationis doctrinam simplicitatis sincera voce ex utraque natura unam personam confiteri, veri Dei verique hominis Christi, divina scilicet et humana, sed propter eos utique, qui semiplenam sine anima rationali et ad vicem animae divinam naturam in carnis dispensatione adsumptam suspicantur, cum psalmista alacri pectore dicat: *Ecce enim Deus adiuvat me et Dominus susceptor est animae meae.* Pro hac igitur re et huiuscemodi erroris nubilo stili flavello ex aere mentis ventosas nubium umbras dispergere festinamus, quatenus aeterni solis perfusa radio micantes stellas per caelos valeat puris obtutibus inspicere scribturarum. Non enim ignoramus ex duabus substantiis humanam subsistere naturam, ex anima nimirum et carne, sed unum sine altero perfectum non efficit hominem. Quid enim caro sine anima nisi terra? Et quid anima sine carne? Nonne spiritus? Homo enim ex utroque et non ex uno. Unde quia redemptor noster perfectum hominem adsumpsit in Deum, idcirco ex duabus naturis Deum et hominem confitemur. Non enim caro sine anima perfecta humana potest dici integraque natura. Nam cum ex limo terrae Deus finxisset hominem, protinus

Ps. 53, 6.

5 Mariae *P 2.* 10 commixtionem *P 1.* divisionem *P 1.* 14 is] his *P 1.* 15 est alienus] *ita M,* alienus est *rell.* 19 filius] *supple* est. 20 tradidit] emisit *P 1.* 23 sicut dictum est *desunt M.* 24 gloria *P 2.* 25 mediatoris] esse *add. P 1.* 27 Suffecerat *P 1.* 29 doctrina *M.* simplicitatis sincera] *ita M,* sincera simplicitatis *rell.* 32 dicat] *an legendum est* dicatur? 34 nubilo] nebulo *P 1.* stilo *P 1.* flavello] favello *P 1, intellige* flabello. 35 perfusa] *scil.* mens. 42 Deus finxisset] *ita M,* finxisset Deus *rell.*

1) *De Apollinaristis cf. Madrisi, Paulini opera 12; v. etiam supra p. 114 l. 38.*

Gen. 2, 7. in eum insufflavit spiraculum vitae, sicut scribtum est: *Et factus est homo in animam vivientem.* Non igitur alter, qui formatus est, et alter, qui insufflatus, sed unus idemque. Ex flatu namque animata est terra, tam inconprehensibili arte mirabilique modo summi artificis manu configurata, ut investigari plenius nequeat, qualiter et unum sit anima et caro, quae perfectum efficiunt hominem, et tamen diversa sit substantia carnis et spiritus. Nam cum scribtum sit: *Ad te omnis caro veniat*, et rursus: *Non timebo quid faciat mihi caro*, et iterum: *Et videbit omnis caro salutare Dei nostri*, nullo namque pacto sine anima videre potest, ut videat salutare Dei, nec venire valet, ut veniat ad eum omnis caro.

Ps. 64, 3. ib. 55, 5. Luc. 3, 6.

Ponamus igitur exempli causa secundum humanae rationis effectum, necessitate per omnia conpellente, matherialia themata disputandi. Nam sicut in planis et solidis figuris linea et in quadrangulis punctus, licet sint indissicabiles et dividi nequeant et idcirco egregie depingant dimensionum figuras, omnium tamen numerorum multitudinis summam in se sociatam retinent et ex se usque ad infinitam numerositatem procedentes et rursum in se usque ad unum recurrentes individuam retinere probantur unionis censuram. Fingamus[1] igitur animam in forma corporis quasi lineam vel punctum in planis, solidis atque quadrangulatis figuris cunctas membrorum partium in se individue continentes positiones, unumquodque in iunctura sua insertum, ita ut et unum sit et diversum. Nam si subtrahas lineam et punctum equalitatis, nobilitas degeneratur figurae. Instante autem lineae iacentis primordio punctique circumfusa numeri quadratura, quique secari vel non secari possunt, resolvi insolubili sectione in lineae punctique privilegio demonstratur. Ita sane vis animae, cum sit incorporea et invisibilis, nec dividi potest nec recipit sectionum scissuras, totam tamen corporis molem, quae dividi vel secari potest, in se continentem mirabiliter regit et per totum diffusa animando vivificat et quasi punctus in medio suam individue retinet dignitatem et in alienam non resolvitur qualitatem. Nam, sicut dictum est, cum sit incorporea, corporaliter cuncta per corpus disponit et, cum sit substantia carnis corporea, per incorpoream creaturam, id est animam, corporeas perficit actiones. Tanta etenim societatis convenientia sibimet sunt unitae, ut* unum sine altero nihil possit et

*) *Loco verborum* ut unum sine altero nihil possit et alterum — non possit humanam monstrare naturam *(p. 139 l. 1) leguntur in P 1. 2* ut unum sine altero nihil possit in humana constare natura, *pro* in — natura *in P 2* humanam constare naturam.

1 in eum insufflavit] *ita M*, insufflavit in eum *rell.* 2 viventem] virtutem *P 2.* insufflatus] est *add. P 1.* 4 configurata] configulata *R. P 1. 2.* et *deest M.* sit] fit *M.* 6 veniat] *ita M. R. P 2*, veniet *P 1. Vulg.* 8 venire valet] valet venire *P 1.* 10 causam *M.* effectum] affectum *P 1. 2.* 11 matherialia themata] mat(h)eriali anathemata *P 1. 2.* 12 nequeat *M.* 13 depinguant *P 2.* 14 infinitam] *ita M*, finitam *cett.* 15 rursum] *ita M*, rursus *cett.* 16 formam *P 1.* 17 atque] in *add. M.* 19 lineam] leneam *P 2.* 20 lineae] linea *P 2.* circumfusa] circafusa *P 1.* 21 numeri] muneri *P 2.* secari] *ita M*, secri *R*, segregari *P 1. 2.* secari] *ita M. R*, segregari *P 1. 2.* 22 punctique] *ita P 1. 2*, punctione *M*, punctia *R.* 23 recepit *R. P 2.* 24 secari] *ita M. R*, segregari *P 1. 2.* 27 corporaliter — corporea *desunt P 1.* 28 incorporea *R.* etenim] enim *R.* 29 unita *P 1.*

1) *Hanc sententiam Madrisi, l. l. p. 13 ita interpretatur: 'Videtur autem is sensus Paulinianae similitudinis esse; sicut punctum licet omnino indivisibile et linea quoque secundum latitudinem indivisibilis, tamen constituunt et circumscribunt quodcunque corpus et quamcunque corporis partem salva semper sua propria indivisibilitate; sic anima vivificat totum corpus et quamlibet ipsius partem, ipsa indivisa remanente. Et sicut quaelibet figura plana vel solida vel quadran-*

alterum sine altero plenam non possit humanam monstrare naturam: et idcirco placuit ex utraque humanam definire naturam. Nam anima incorporea per oculos corporeos videt, audit, sentit, et corporei oculi per incorpoream animam videre probantur. Nam si recedat anima, oculi aperti remanentes et aures patentes nec videre possunt nec audire. Per linguam loquitur anima, et lingua loquitur per animam. In qualibet enim parte corporis incisa caro anima dolet, sine anima vero in frusta secata caro nec dolere nec sentire potest. Per carnem nempe anima et per animam caro esurit, sitit, tristatur. Numquid potest dici caro sine anima humana natura, cum sit nihil aliud nisi terra? Animata vero terra humana perfecto potest dici integra perfectaque natura. Omne enim imperfectum amittit nominis proprietatem, nisi perfectionis ei commodius adiciatur supplementum. Ex quattuor igitur diversis elementis humana subsistere fertur natura, calido, frigido, humido, sicco, id est igne, aere, terra et aqua. Cum ergo ex his quattuor variis homo subsistat naturis, numquid debemus in uno homine quattuor substantias profiteri? Si hoc placet, addatur quin etiam quinta, id est anima, ut constet homo ex quinque, et verbi omnipotentis sit sexta; et tunc, quod est omni fatuitate dementius omnique vecordia stultius, fateantur sex in una Dei hominisque Christi substantiae persona.

Tu forsitan suspicaris, quicumque es nostrae refragator assertionis, de memoria nobis avolasse, quia dixerit beatus apostolus *in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris.* Haec nos tota devotione mentis totaque simplicitate veraciter retinemus cordis et adicimus ea, quae — te forsitan nesciente latent — idem vas electionis Paulum dixisse reminiscimur: *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester et anima et corpus sine querella in adventum domini nostri Iesu Christi servetur.* Tria, inquam, dixit, spiritus et anima et corpus. Numquid aliud est spiritus et aliud anima? Non divisit substantias, sed dignitatem distinxit. Spiritalis quippe anima et spiritale corpus vult ut in adventum domini nostri Iesu Christi servetur. In hoc spiritali homine, qui et interior dicitur, profitetur isdem mirabilis doctor habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Nam est homo animalis et est spiritalis, non per substantiam, sed per meriti qualitatem. Animalis quippe ab anima, spiritalis vero a spiritu nuncupatur, quemadmodum isdem, veridicus videlicet doctor, alterum ab altero discrevit. *Animalis,* inquit, *homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei.* Hic est exterior, qui foras se ad exteriora appetenda effundit. *Spiritalis autem diiudicat omnia,* id est discernit, *et ipse a nemine iudicatur.* Hic est, inquam, interior, in quo Christus creditur habitare, qui introrsus se per contemplationis gratiam retinet et internae refectionis dulcedine pastus in amore sui conditoris suaviter requiescit.

Eph. 3, 16. 17. 1. Thess. 5, 23. 1. Cor. 2, 14. ib. 2, 15.

3 vidit *R. P 2.* 6 incisa] fuerit *add. P 1.* anima dolet] *intellige* per animam dolet. frustra *R. P 2.* 7 animam] anima *P 1.* 8 sit nihil] *ita M,* nihil (nichil) sit *rell.* 9 nisi terra] nisi *R.* perfecta *P 2.* integra *deest P 1.* 11 elimentis *M,* alimentis *P 2.* 15 sit *deest P 1.* 16 fatuitati *P 2.* dementius] p r o f a n u m *P 1. 2.* 17 substantiae persona] *ita M,* persona substantiae *rell.* 18 refragator] refratur *P 2.* 19 interiorem hominem *P 1.* 20 vestris] *ita M. R.* n o s t r i s *P 1. 2.* mentis — simplicitate] mentis s i m p l i c i q u (a) e *P 1. 2.* 21 c o r d e *P 1. 2.* te forsitan nesciente] f o r s i t a n s o m n i a n t e m t e *P 1,* te f o r s i t a n s o m n i a n t e *P 2.* idem] eodem *M. P 2,* eundem *P 1.* 24 dixi *P 2.* 26 corpus vult] vult corpus *P 1.* 30 a] ab *P 2.* isdem veridicus videlicet] videlicet *deest M,* hisdem veridicus videlicet *R,* isdem viridicus videlicet *P 2,* idem vir idoneus videlicet *P 1.* 33 nemine] me *R.* est inquam] i n q u a m e s t *P 1. 2.* 35 pastus] d e p a s t u s *P 1. 2.*

gularis si resolvatur, resolvitur in lineam et punctum indivisibile; ita vita membrorum corporis, etsi pereat per partes, non tamen deperditur indivisibilitas animae, ad quam tandem reducitur. Hoc idem explicari potest ex numero, qui ad unitatem regreditur nec ultra dividitur'.

His itaque praelibatis ad ea, quae reliquimus, revertamur. Quero igitur, ut dicas mihi, in qua natura ipse mediator Dei et hominum homo Christus Iesus dignatus est esurire, sitire, passionum sentire dolores. Quid moraris? Si non vales negare, melius ut profitearis, quia secundum humanam. Divina enim natura inpassibilis, inviolabilis et semper permanet inmutabilis. Verum est, omnino verum, quia in humana. Volo ergo, ut liquidius diffinias, quid sit humana natura, sola caro an sola anima an utraque anima et caro. Non enim possumus — nefas est enim — veritati contradicere. Ex utraque nihilominus humana constat natura, ex anima siquidem et carne. Dicito ergo mihi: in sola carne an in sola anima an, quod est verius, in utraque pertulit vulnera passionum? Caro enim sine anima nihil sentit; anima enim sine carne non esurit neque sitit nec potest crucifigi et tamen crucifixa est per carnem. In summis etenim palmis et in extremis crucifixa est plantis. Quodsi non est crucifixa cum carne, cur sensit dolorem? Caro enim, sicut dictum est, sine anima nihil sentit. Quodsi per carnis cogitationem sensit dolorem et caro per animam dolet incisa, nec caro ergo sine anima nec anima sine carne plena potest dici humana natura. Ex utraque namque conexione, carnis scilicet et animae, perfecta constat humana natura. Unde et maiores nostri hac definitione sancita, quorum sagacissima capacitatis peritia longe valde a nostrae tarditatis distat ignavia, placuit eis, sancto adnuente Spiritu, duas in una Christi persona indubitanter profiteri naturas, divinam scilicet et humanam, quia anima et caro non sunt duo, sed unus homo. Deum enim et hominem Dei filium
1. Tim. 2, 5. confitetur. *Mediator,* inquit apostolus, *Dei et hominum homo Christus Iesus,* qui ex anima et carne non duo, sed unus est dictus homo.

Cessent ergo iam nunc omnes superfluae musitantium adinventiones, cessent calumniatrices querularum questionum obiectiones, quae ad rem non pertinent, sed magis ad simplicium subversionem. Doctrinis variis et peregrinis non abducamur, sed confiteamur cum sanctis patribus nostris, catholicis orthodoxisque viris, qui rectam fidem et corde perceperunt et inviolabili ore ecclesiae filios salubriter docuerunt, duas in Christo naturas, divinam nimirum et humanam, verum Deum verumque hominem, in utraque proprium Dei filium, non adoptivum, sempiternum ex patre, temporaliter natum de virgine matre, consubstantialem in sua Deo patri et Spiritui sancto, consubstantialem etiam nobis in nostra. Nostra dicimus, in carnis conditione, non in
1. Petr. 2, 22. peccati vel miseriae communione. *Peccatum* enim *non fecit,* sed alienum tulit; *nec*
Is. 53, 4. 5. *dolus inventus est in ore eius, sed dolores nostros ipse portavit. Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostrae super eum, et livore eius sanati sumus.*

Omnium autem hereticorum perversa dogmata cum auctoribus et sequacibus suis eterno anathemate percelli iudicamus. Elipandum namque et Felicem, novos hostes ecclesiae, sed veternosa fece perfidiae pollutos, nisi ab hac stultitia resipiscant et per

1 itaque] *ita M,* ita *rell.* 3 sentire] sintire *P 2.* Si *deest P 1. 2.* valis *R.* 4 melius] est *add. P 1. 2.* 5 est] et *add. P 1.* 6 Volo — humana *desunt P 1.* 7 nefas est enim] *ita M,* nec fas est *rell.* 9 est verius] verius est *P 1. 2.* 10 passionum] nec *add. P 2.* 12 cum *deest M.* 13 cur sensit] cur sentit *M,* caro non sensit *P 1.* 14 cogitationem] *ita M. R,* cognationem *P 1. 2,* cruciationem *proponit K. Zeumer, an* contagionem *legendum est?* 15 ergo] enim *P 1. 2.* dici humana] humana dici *R. P 2.* 17 hanc *R.* pueritia *P 2.* 18 nostra *R.* 20 Deum enim] Deum etenim *P 1,* Dominum enim *P 2.* Dei] et *add. P 1.* 21 confitemur *P 1. 2.* 23 Cessent] Censet *hic et infra R.* 25 obducamur *R.* 27 perciperunt *R.* 29 utraque] *ita M,* utroque *rell.* adoptivum] sed *add. P 1.* sempiterna *P 2.* 30 de] *ita M,* ex *rell.* virgine *deest P 1.* et Spiritui sancto] *ita M,* sanctoque Spiritui *R. P 1,* sanctoque Spiritu *P 2.* 31 nostra] natura *P 1.* carnis *deest M.* 36 Omnium] Omnia *P, ubi praemittuntur:* Et post aliqua. autem] *deest M,* enim *P 1.* 37 Eliphandum *P 1. 2.* 38 fece] facere *R,* faete *P 1,* foece *P 2.* per rectae] perfectae *M.*

rectae fidaei satisfactionem lamentis se abluant poenitentiae, indignos eos et ingratos a consortio catholicorum perpetua animadversione eliminare decernimus et a graemio orthodoxae ecclesiae censemus alienos. Optamus* tamen et omni adnisu mentis immensae pietatis boni pastoris, qui animam suam posuit pro ovibus suis et neminem cf. Ioh. 10, 11. vult perire, clementiam inprecamur, ut perfidiae relicto errore ad viam veritatis, quae cf. ib. 14, 6. Christus est, ipso redeant perducente, quatenus, in sinu matris ecclesiae dilectionis suscepti amplexu, tranquilla suaviter fidaei pace quiescentes, largissima sugant ubera pietatis Dei ac per hoc perpetuae felicitatis gaudia, gratia Dei, quae pro omnibus mortem gustavit, largiente sine fine valeant adipisci. Eos autem, qui post hanc tam cf. Hebr. 2, 9. saluberrimam definitionem, quam plenaria synodus sancto afflata Spiritu concorditer subtili sinceritate determinavit, falsissimis eorum adsertionibus, sive clam sive in publica voce, praebuerint adsensum, simili eos sententiae vindicta sancimus esse plectendos, reservato per omnia iuris privilegio summi pontificis domini et patris nostri Adriani, primae sedis beatissimi papae.

Nos autem, domini et karissimi fratres, sequentes praecedentium patrum sanam fidaei doctrinam, respuentes per omnia deleramenta nugatium hominum, corde credamus ad iustitiam, ore autem confiteamur ad salutem dominum nostrum Iesum Christum verum Dei filium, non putativum, proprium in utraque natura, non adoptivum, aequalem et coeternum patri sanctoque Spiritui, qui ecclesiam suam proprio sanguine adquisitam sine macula et ruga inmaculatam custodiat et corda nostra in rectae fidaei puritate inmutilato iure conservet. Catholicum atque clementissimum semperque inclytum domnum Carolum regem per intercessiones beatae et gloriosae semperque virginis Dei genetricis Mariae, per quam meruimus auctorem suscipere vitae, et beati Petri primi pastoris ecclesiae omniumque sanctorum, verum etiam suffragantibus precibus vestris, omnipotens et sancta trinitas sua cum gratia circumcingat suaque semper dextera protegat et defendat, ut faciat semper quae illi sunt placita, quatenus caelestibus fretus armis inimicos nominis Christi, auxilio fultus de caelo, ad terram prosternat. Barbaras etiam nationes infinita Deus omnipotens ditioni eius potentia subdat, ut ex hac occasione ad agnitionem perveniant veritatis et cognoscant verum et vivum Deum creatorem suum. Regenerati siquidem unda baptismatis in graemio adgregentur matris ecclesiae, ut impleatur quod bonus pastor promiserat dicens: *Et alias oves habeo, quae* Ioh. 10, 16. *non sunt ex hoc ovili; et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, ut fiat unum ovile et unus pastor.* Multiplicetur pax in diebus eius, ut sit sancta ecclesia libera et ob omni strepitu mundi secura, qua libertate Christus eam liberavit, liceatque, domini

*) *Verba* Optamus — adipisci *(l. 9) desunt in P 1. 2.*

1 eos et ingratos] *ita M,* et ingratos eos *rell.* 2 decernimus] decerno *P 1. 2.* 3 orthodoxae ecclesiae] sanctae matris (a)ecclesiae *P 1. 2.* censemus] censeo *P 1. 2.* 6 Christus est] est Christus *P.* ipso redeant perducente] ipsum redea(n)t perducentem *M. R.* sinum *R. P.* 7 largissimam *P.* sugant] suggerant *M. R.* 8 pietatis] bonitatis *R. P.* ac] hac *R.* 9 morte *R.* adipisci] *hic sistit P.* autem] *ita M,* etiam *cett.* 10 afflato *R.* 11 determinavit] *ita M,* terminavit *cett.* 12 similis *P 1.* sancimus] sanccimus *P 1,* sanccis(s)imus *M. R.* 13 reservato — papae *(l. 14) leguntur etiam in P, ubi praemittuntur* Et paulo post. 14 Adriani] Hadriani *P.* 15 karissimi] *ita M,* carissimi *cett.* 16 deliramenta *P 1.* 18 in utraque natura *desunt P 1. 2.* 19 sanctoque] sancto *R.* adquesitum *M.* 20 inmaculatam custodiat] custodiat inmaculam *M.* 21 inmutilato iure conservet] immutilata conservet *P 1.* 22 Carolum] Karolum *P 1. 2.* regem *deest P 1.* intercessionem *P 1.* semper *P 1.* 23 suscipere vitae] vitae suscipere *P 1.* 25 suaque — protegat *desunt P 1. 2.* semper dextera] dextera semper *R.* 26 fretus armis] armis fretus *P 1.* 29 perveniat *P 2.* 30 siquidem *deest P 1. 2.* 32 ex hoc ovili et *desunt P 1.* audient] audierint *P 2.* ut fiat] et fiet *P 1.*

sacerdotes, iuxta evangelicas et apostolicas canonicasque regulas simpliciter Domino
Matth. 6, 24. deservire, militare in solis castris dominicis, quia iuxta eiusdem Domini vocem *nemo*
2. Tim. 2, 4. *potest duobus dominis servire*, et Paulus: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, ut placeat ei, cui se probavit.* Nemo sibi blandiatur, quod utrumque possit, et Deo et mundo servire, quia veritas est et mentiri non potest, qui hoc fieri non posse testatur. Unde supplicandus est tranquillissimus princeps noster, ut ille pro nobis contra visibiles hostes pro Christi amore Domino opitulante dimicet, et nos pro illo contra invisibiles hostes, Domini inprecantes potentiam, spiritalibus armis pugnemus, quatenus vicariam ei retributionem in illa die pro ecclesia sua Dei filius rependat, ut, quemadmodum ille nunc eam inter tot mundanos tumultus constitutam reddit securam, ita eum illa caelestis regni faciat esse participem. Indulgeat miseratus captivis, subveniat oppressis, dissolvat fasciculos deprimentes, sit consolatio viduarum, miserorum refrigerium, sit dominus et pater, sit rex et sacerdos, sit omnium Christianorum moderantissimus gubernator auxiliante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in trinitate perfecta per omnia saecula saeculorum. Amen.

1 regulas *deest P 1.* 2 deservire] et *add. P 1.* 4 placeat ei] ei placeat *P 1.* 7 Christi] nomine et *add. P 1.* 8 potentiam] clementiam *P 1.* 9 filius] filiis *R.* 10 ille] illa *P 2.* inter] in *M. R.* tumulto *P 2.* 11 miseratus *deest P 1. 2.* captivus *P 2.* 13 sit — pater *desunt P 1.* 14 moderatissimus *P 1.*

E. EPISTOLA EPISCOPORUM FRANCIAE.

Sicut episcopi Italiae ex sacra scriptura, ita ex libris sanctorum patrum episcopi Franciae haeresim Felicianam redarguere studuerunt, amplo apparatu nisi, ut eorum synodica quasi supplementum libelli sacrosyllabi dici possit. Cum illis in damnatione novae doctrinae consentiunt, sed dubitandum est, utrum de ea universa synodus capite primo tantum capitularis Francofurtensis (v. infra sub littera G) statuerit an etiam uberiore illo decreto, quod in Chronico Moissiacensi ita legitur: Dei filius hominis factus est filius; natus est secundum veritatem naturae ex Deo Dei filius, secundum veritatem naturae ex homine hominis filius, ut veritas geniti non adoptionem, non appellationem, sed in utraque nativitate filii nomen nascendo haberet et esset verus Deus et verus homo, unus filius proprius, ex utraque natura, non adoptivus, quia impium et profanum est Deo patri aeterno filium coaeternum et proprium dici et adoptivum, sed verum et proprium, sicut supradictum est, ex utraque natura et credi et praedicari debere *(Cod. Anian., MG. SS. I, 301 ann.; cf. Hefele, l. l. III, 684), nisi haec verba revocanda videntur ad libellum Paulini, supra p. 141 l. 17 sqq.*

Epistola ipsa legitur 1) in codice Monacensi latino 14468 (antea s. Emmerammi Ratisbonensis) anno 821. iussu Baturici episcopi Ratisbonensis conscripto (= M) fol. 57'—78; 2) in codice Remensi 385 saec. IX. (= R) fol. 77'—90.

Edd.: Surius III, 238. Bollanus-Nicolini III, 646. Binius III, 1, 418. Sirmond II, 175. Coll. reg. conc. XX, 109. Labbe-Cossart VII, 1032; ed. Coleti IX, 76. Harduin IV, 882. Lünig, 'Reichsarchiv' XV, 571. Aguirre, Conc. Hisp. IV, 103. Hartzheim I, 304. Mansi XIII, 883. Alcuini opp. ed. Froben II, 573. Migne, Patrol. lat. CI, 1331. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 473.

Sancta synodus et venerabiles in Christo patres cum omnibus episcopis Germaniae, Galliae et Aequitaniae et toto catholicae pacis clero praesulibus Hispaniae et ceteris ibidem christianitatis nomen habentibus in domino Deo, Dei filio vero et proprio, Iesu Christo, aeternae beatitudinis salutem.

In nomine domini nostri Iesu Christi, qui dixit: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum,* congregatis nobis in unum caritatis conventum, praecipiente et praesidente piissimo et gloriosissimo domno nostro Carolo rege, ad renovandum cum consilio pacificae unanimitatis sanctae Dei ecclesiae statum et ad praedicandam orthodoxae fidaei veritatem, in qua divina operante gratia salutis nostrae initium extat et finis, cui nihil augeri potest vel minui, quae una decet esse omnium Christianorum, dicente beato apostolo: *Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et pater omnium, qui super omnia et in omnibus nobis.* In hac omnis sanctitas vitae, omnis spes remunerationis eternae, sine qua nihil sanctum, nihil Deo acceptabile, nihil vivum. *Iustus enim ex fide vivit.* Quam qui diabolo decipiente perdiderit vivens mortuus est, quia sicut per fidem iustitia, ita etiam per fidem veram vita obtinetur aeterna, dicente Domino salvatore: *Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum et quem misisti Iesum Christum.* Matth. 18, 20. Eph. 4, 5. 6. Rom. 1, 17. Ioh. 17, 3.

Inter cetera itaque, quae pro huius fidaei firmitate tractavimus, domni regis nostri praecipua pietate et laudabili sapientia adsedente et auxiliante nobis, praecepit subito gloriosa illius excellentia fidaei vestrae libellum[1] adferri in medium. Qui cum a notario nobis diligentius adtendentibus sub distinctione sententiarum et proprietate sensuum perlegeretur ad finem, audivimus in eo novas quasdam assertiones exaratas, non tam antiquis sanctorum doctorum traditionibus convenientes quam vestris nuper inventionibus utcumque confirmatas. Sed duae difficiles res nostris in eo libello, quem direxistis, sensibus occurrerunt. Una, cur vobis non sufficiant quae in sanctorum patrum dictis inveniuntur et universali catholicae sanctionis consuetudine confirmantur, dicente scribtura: *Terminos patrum tuorum ne transgrediaris?* Numquid sagatiores sumus ad inveniendam viam veritatis quam apostolici doctores? Et quare aliquid confirmare audemus, quod in illorum non inveniatur scribtis? Altera res est, quare generationem filii Dei, vel aeternam de patre vel temporalem de matre, quisquam hominum audeat investigare, dicente scribtura: *Altiora te ne quesieris.* Unde et sanctus Augustinus dicit in sermone de nativitate Christi: Merito[2], dilectissimi, miranda est salvatoris nostri nativitas, non solum illa divina, de qua dictum est: *In principio erat verbum,* sed etiam illa humana, de qua dicit idem evangelista: *Verbum caro factum est,* unde et propheta: *Generationem eius quis enarravit?* Divina enim magis fide veneranda sunt quam ratione investiganda. Prov. 22, 28. Eccli. 3, 22. Ioh. 1, 1. ib. 1, 14. Is. 53, 8.

Sed tempus est, ut ad discutiendos sensus libelli vestri veniamus, in quo sanctorum patrum per loca testimonia invenimus posita, sed male perfidiae veneno corrupta et inter flores pulcherrimos fidaei catholicae anguinos erroris vestri dentes insertos. Tacuistis nomina librorum et numerum capitulorum, ut difficilius error vester investigaretur. Et ex hoc solo perspicuum est errasse vos voluntarie, dum sanctorum

6 sum] ego *add. R.* conventu *M.* 7 gloriosissimo] glorioso *R.* regi *M.* 10 cui] cum *M.* una] unt *R.* 11 Christianorum] Christi *R.* 17 verum Deum] *ita M,* Deum verum *R. Vulg.* 27 transgredieris *M. R.* 32 Augustinus] Agustinus *R.* 34 dicit idem] idem dicit *R.* 35 enarravit] *ita M,* enarrabit *R. Vulg.* 39 flores *deest M.*

1) *Supra p. 111—119.* 2) *Non inveni; sed cf. Augustini sermo 196. in natali Domini § 1; Opp. V, 902.*

patrum venerabiles sensus per intermissiones aliquorum verborum maculare nitimini. Et miramur vel magis lugemus, quare hoc facere velitis, quare purissimos catholicae fidaei fontes heretico pede turbare non timeatis.

Invenimus enim in libelli vestri principio scribtum, quod posuistis vos: Confitemur[1] et credimus Deum Dei filium ante omnia tempora sine initio et patre genitum, coeternum et consubstantialem, *non adoptione, sed genere.* Item post pauca in eodem loco legebatur: Confitemur[2] et credimus eum factum ex muliere, factum sub lege, non genere esse filium Dei, sed adoptione, non natura, sed gratia. Ecce serpens inter pomifera paradysi latitans ligna, ut incautos quosque decipiat. Ex sermonibus sancti Augustini[3] haec testimonia translata sunt; sed heretica pravitate additum invenimus in sequenti periodo: Non[2] genere esse filium Dei, sed adoptione, quod etiam in sequentibus plenius volente Deo demonstrabimus, nunc vero tantummodo ad ostendendos et cavendos mortiferos
Ioh. 14, 28. veneni sucos legentibus inseruimus. Quod autem exempli gratia posuistis: *Pater*[4] *maior me est,* non propter adoptionem, sed propter formam servi dixit, in qua minor
Luc. 2, 40. est patre. Simili modo et propter formam servi illud dictum est: *Puer*[4] *autem crescebat*
Ioh. 1, 14. *et confortabatur spiritu.* Hoc vero, quod Iohannes dixit: *Vidimus*[4] *gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratia et veritate,* contra adoptionem carnis facit. Si unigenitus, quomodo tunc adoptivus vel, si non est proprius filius, quomodo tunc plenus gratia et veritate?

Igitur quod sequitur in epistola adsertionis vestrae beatum dixisse Hilarium: Nam[5] et in ipso usu nostro est adoptivus filius et verus filius. Adoptivum filium non dicimus natura esse, qui verus est filius, videtis, quomodo caeca mens contra suam ponit testimonia sententiam. Quis est qui audeat dicere Christum non esse verum filium Dei, Iohanne baptista attestante, dum vidit Spiritum Dei descendentem et manentem super
Ib. 1, 34. eum: *Et ego vidi et testimonium perhibui, quia hic est filius Dei?* De quo et apo-
Rom. 9, 5. stolus testatur: *Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus super omnia benedictus in saecula.* Et si verus Deus, etiam et verus filius et, si verus filius, nequaquam tunc adoptivus, quia adoptivus, sicut in testimonio sancti Hilarii positum est, non vere est natura filius.

Item de tractatu in apocalypsin beati Hieronimi, ut dicunt, hoc modo testimonium positum in epistola repperimus praefata: Calculum[6] candidum, id est gemma alba, adoptio carnis in filio Dei. Quod longe aliter in eodem tractatu invenitur. Et dabo ei, inquit, calculum candidum, id est adoptionem filiorum Dei. Nam calculus gemma pretiosa est. Et post pauca: Sive calculum, corpus in baptismo candidatum, sive calculi appellatione sermo divinus significatur. Epistola vero beati Hieronimi, quam ad Caerasiam[7] scribtam dicitis, actenus nec apud Romanos nec apud nos inveniri potuit. Nec umquam eum sibi ipsi contraria scribere putamus, et veris credere melius est

1 nitemini *M. R.* 4 posuistis vos] vos posuistis *R.* 11 Deo] Domino *R.* 12 ad *deest M.* 15 patri *M.* 26 Deus super omnia] *ita M,* super omnia Deus *R. Vulg.* 29 non — filius *desunt R.* 30 de] in *M.* in *deest M.* testimonium positum] positum testimonium *R.* 31 praefata] praefacta *R.* 35 Epistolam *M. R.* Cerasiam *R,* Cesarium *Hispani.*

1) *Cf. supra p. 111 l. 34 sqq.* 2) *Cf. supra p. 112 l. 5 sq.* 3) *Cf. Augustini opp. V, 881 sqq. 1456 sqq. V, app. 212 sqq.* 4) *Cf. supra p. 112 l. 7—9.* 5) *Hilarium laudant episcopi Franciae, rectius vero Hispani haec verba ex Ambrosio (De incarn. domin. sacramento c. 8 § 87; Opp. II, 723) se mutuasse affirmant; cf. supra p. 112 l. 12 sq. Ab eisdem paulo post (p. 112 l. 21 sqq.) Hilarius allegatur, cui Franci non respondent.* 6) *Cf. quae supra p. 112 ann. 4 disputavimus.* 7) *Cf. supra p. 112 ann. 5.*

exemplaribus quam dubiis. Ecce pravitas omni tergiversatione deterior, quae sic sanctorum patrum purissimis sensibus venena suae infundit perfidiae.

Sequitur in epistola: Item[1] in omelia sancti Augustini secundum humanae servitutis formam ita dicit: Homo[2] adoptatus, cuius gloriam quesivit, qui est ab illo unicus natus. Ecce quem Augustinus dicit adoptatum, hunc Iohannes dicit: *Advocatum habemus apud patrem.* In hoc itaque loco ignoramus, quid prius agendum sit, an pravitas repellenda sive imperitia deridenda. In vicesima sexta omelia in expositione eius sententiae legitur, ubi Dominus dixit: *Qui a semetipso loquitur gloriam propriam querit.* Ubi post congruam expositionem infert: Quid[3] tu homo facere debes, qui, quando aliquid boni facis, gloriam tuam queris, quando autem aliquid mali facis, Deo calumnias meditaris? Intende tibi: creatura es, agnosce creatorem; servus es, ne contemnas Dominum. Adoptatus es, sed non meritis. Quere gloriam eius, a quo habes hanc gratiam, homo adoptatus, cuius gloriam quesivit, qui est ab illo unicus natus. De Christo enim dixit 'unicus natus', de nobis vero 'homo adoptatus'. Quam adoptionem pravissimo sensu qui scribsit epistolam ad Christi voluit transferre humanitatem. In qua perversitate sensus utrumque et imperitia scribentis patet et mala voluntas non latet. Etiam et in sequenti mox sententia et falsitas malae voluntatis apparet, ubi dixit: Ecce[1] quem Augustinus dicit adoptatum, Iohannes apostolus dicit advocatum. Certissimum est enim Iohannem apostolum Christum advocatum nominare, sicut ipse testatur: *Apud patrem habemus advocatum dominum nostrum Iesum Christum.* Perspicuum quoque est sanctum Augustinum de homine quolibet per gratiam adoptato dicere, sicut ex sequentia lectionis certissime cognosci potest. 1. Ioh. 2, 1. Ioh. 7, 18. 1. Ioh. 2, 1.

Sequitur in eodem libello vestro: Item[4] praecessores nostri Eugenius, Hildefonsus, Iulianus, Toletanae sedis antistites, in suis dogmatibus ita dixerunt in missa de caena Domini: Qui per adoptivi hominis passionem, dum suo non indulsit corpori; item in missa de ascensione Domini: Hodie salvator noster post adoptionem carnis sedem repetivit deitatis, et cetera, quae ex parentum vestrorum dictis posuistis, ut manifestum sit, quales habeatis parentes, et ut notum sit omnibus, unde vos traditi sitis in manus infidelium. Quia hominem Christum verum Dei patris filium esse negastis, vobis defensor esse noluit, sed tradidit vos in manus inimicorum suorum, ut dominentur vestri qui eum recipere noluerunt et, cui illi publice detrahunt, vos occulte illi derogetis. Nec illius testimonio Christi credere vultis de se ipso dicentis: *Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.* Dum dixit 'tuus', proprietatem ostendit, veluti et pater in baptismo testimonio conprobavit: *Hic est filius meus dilectus.* 'Meus' dixit; addidit quoque 'dilectus', ut intellegeretur proprius esse filius, sicut apostolus dixit: *Proprio filio suo non pepercit.* Et melius est testimonio Dei patris credere de suo filio quam Hildifonsi vestri, qui tales vobis conposuit preces in missarum sollemniis, quales universalis et sancta Dei non habet ecclesia. Nec vos in illis exaudiri putamus. Et si Hildifonsus vester in orationibus suis Christum adoptivum nominavit, noster vero Gregorius, pontifex Romanae sedis et clarissimus toto orbe doctor, in suis orationibus semper eum unigenitum nominare non dubitavit. In oratione enim, quae est secunda feria post Palmas ita Ioh. 17, 1. Matth. 3, 17. Rom. 8, 32.

8 gloriam propriam] propriam gloriam *R.* 13 dicit *R.* homo *deest R.* 15 perversitate] persitate *R.* 16 mox sententia et] sententia et mox *R.* 17 quem] quam *R.* adoptatum — dicit *desunt R.* 18 nominare] nomine *M.* nominare — advocatum *desunt R.* 23 Toletanae] Toletane *R.* 25 noster *deest M.* 29 dominenter *R.* 30 testimonio Christi] Christi testimonio *R.* 31 se *deest R.* 38 Romane *R.* 39 orbi *M. R.*

1) *Cf. supra p. 113 l. 2—5.* 2) *Augustinus, Tractatus in evang. Iohannis XXVIII § 8; Opp. III, 2, 516.* 3) *Ibidem.* 4) *Cf. supra p. 113 l. 10—16.*

posuit: Da[1], quaesumus, omnipotens Deus, ut qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente unigeniti filii tui passione, respiremus. Item quarta feria eiusdem septimanae: Praesta[2], quaesumus, omnipotens Deus, ut qui nostris excessibus incessanter affligimur per unigeniti tui passionem liberemur. Item in ascensa Domini: Concede[3], quaesumus, omnipotens Deus, ut qui hodierna die unigenitum tuum redemptorem nostrum ad caelos ascendisse credimus. Item ad sanctam crucem: Deus[4], qui unigeniti tui domini nostri Iesu Christi pretioso sanguine humanum genus redemere dignatus es. Ecce eum unigenitum nominavit, cuius sanguine redempti sumus.

Quod autem dicitis in epistola fidaei vestrae: Ex[5] patre unigenitum sine adoptione, primogenitum vero in fine temporis, verum hominem adsumendo de virgine in carnis adoptione, unigenitum in natura, primogenitum in adoptione et gratia. Scimus enim Deum Dei filium ex utraque natura et unigenitum esse et primogenitum; unigenitus, quia solus sine initio ex Deo patre genitus et solus ex initio temporis ex matre virgine genitus ideoque in utraque natura unigenitus etiam et primogenitus, quia omnis unigenitus primogenitus est, licet secundum humanam generationem non omnis primogenitus unigenitus sit. Idem ipse Dei filius primogenitus est virginis, ut dicitis, etiam et unigenitus, quia non habuit sequentes carnaliter fratres; igitur et Deo patri primogenitus, quia prius ex Deo patre genitus, quam ulla esset creatura vel aliquod esset tempus, apostolo teste, qui ait ad Colosenses scribens: *Gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine; qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii dilectionis claritatis suae; in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum, qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae, quia in ipso condita sunt universa in caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni sive dominationes, sive principatus sive potestates. Omnia per ipsum et in ipso creata sunt; et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit ipse in omnibus primatum tenens, quia in ipso conplacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare corporaliter.* Item Salomon: *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum et ex antiquis, antequam terra fieret. Necdum erant abyssi, et ego iam concepta eram; necdum fontes aquarum eruperant; necdum montes gravi mole constiterant. Ante colles ego parturiebar* et cetera. Item in libro Sapientiae, ipsa dicente sapientia, id est, filio Dei: *Ego ex ore altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam. Ego in caelis feci, ut oriretur lumen indeficiens, et sicut nebula texi omnem terram. Ego in altis habitavi, et thronus meus in columna nubis.* Item beatus Hieronimus in tractatu epistolae ad Titum, ubi dicit apostolus: *Expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et salvatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis.* Ubi[6] est, inquit, serpens Arrius? Ubi Eunomius coluber? Magnus Deus Iesus Christus salvator dicitur, non primogenitus omnis creaturae, non verbum Dei et sapientia, quae sunt appellationes divinae generationis, sed Iesus et Christus, quae vocabula adsumpti hominis

Col. 1, 12—19.

Prov. 8, 22—25.

Eccli. 24, 5—7.

Tit. 2, 13. 14.

1 defecimus *R.* 2 unigeniti] unigeni *R.* 6 unigeniti] Dei *add. R.* 7 redemere] *ita M,* redimere *R.* 9 unigenitum] enigenitum *R.* 18 aliquid *R.* esse *R.* 19 Colosenses] Cosenses *R.* 21 in regnum *desunt R.* 26 ipse in omnibus] *ita M,* in omnibus ipse *R. Vulg.* 28 in *deest R.* 32 altissimi] *R. Vulg.,* altissimis *M.* 34 Hieronimus *deest R.* 39 quae] et *R.*

1) *Gregorius M., Liber sacramentorum ad fer. II. post Palmas; Opp. III, 61.* 2) *Ibid. ad fer. IV. post Palmas; l. l. III, 64.* 3) *Ibid. in ascensam Domini; l. l. III, 94.* 4) *Ibid. ad exaltationem s. crucis; l. l. III, 128.* 5) *Cf. supra p. 113 l. 20 sqq.* 6) *Hieronymus, Comment. in epistolam ad Titum; Opp. VII, 724.*

sunt. Neque vero alium Iesum Christum, alium verbum dicimus, ut nova heresis calumniatur, sed eundem et ante saecula et ante mundum et post Mariam, immo ex Maria, magnum Deum appellamus, salvatorem nostrum Iesum Christum, qui dedit semetipsum pro nobis.

Haec testimonia ideo posuimus, ut cognoscatis Deum et dominum nostrum Iesum Christum in utraque natura esse et unigenitum et primogenitum, non adoptivum, sed magnum Deum, nec ex eo fratres ei nominari, sicut Elvidius blasphemat, quod primogenitus est, sed ex paternae caritatis affectu. Nam quattuor modis in scribturis sanctis fratres appellari legimus, sicut beatus Hieronimus[1] in libello contra eunden Elvidium testatur, natura, gente, cognatione, affectu. Natura, ut Esau et Iacob, duodecim patriarchae, Andreas et Petrus, Iacobus et Iohannes. Gente, quia omnes Iudaei inter se fratres vocabantur, ut in Deuteronomio: *Si autem emeris fratrem tuum, qui est Hebreus vel quae est Haebrea, serviet tibi sex annis, et in septimo anno dimittes eum liberum abs te,* et in eodem: *Constituendo constitue super te principem, quem elegerit dominus Deus tuus, eum, qui ex fratribus tuis sit* et reliqua. Cognatione autem fratres vocantur qui sunt de una familia, sicut Loth frater Abrahae dicitur, cum sit filius fratris sui Aran, dicente Abraham: *Non sit rixa inter me et te et inter pastores meos et pastores tuos, quia homines nos fratres sumus.* Qua lege et in evangelio fratres Domini dicuntur Iacobus, Iudas et Simon. Affectu quoque fratres dicuntur, qui in duo scinditur, in spiritale et in commune, in spiritale, quia omnes Christiani fratres vocantur, ut ibi: *Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum,* et salvator: *Narrabo nomen tuum fratribus meis,* et alibi: *Vade, dic fratribus meis.* Porro in commune, quia omnes homines ex uno patre nati pari germanitate coniungimur. Hic Hieronimus dicit affectu fratres esse Domini, non adoptione, ubi dicit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis,* et item: *Ite, dicite fratribus meis.*

Deut. 15, 12. ib. 17, 15. Gen. 13, 8. Ps. 132, 1. ib. 21, 23. Ioh. 20, 17. Hebr. 2, 12. Matth. 28, 10.

Sequitur in epistola vestra: *Karissimi*[2]*, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus, quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus et videbimus eum, sicuti est.* Similes utique in carnis adoptione et non similes ei in divinitate. Huius vero sententiae intellectum longe aliter catholici patres exposuerunt. Dicit enim sanctus Augustinus in epistola ad Italicam virginem: In tantum[3] ergo videbimus, in quantum similes erimus, quia et nunc in tantum non videmus, in quantum dissimiles sumus. Inde igitur videbimus, ubi similes erimus. Quis autem dementissimus dixerit corpore nos esse vel similes futuros esse Deo? In interiore igitur homine ista similitudo est, qui renovatur in agnitione Dei secundum agnitionem eius, qui creavit eum; et tanto efficimur similiores illi, quanto magis in eius agnitione et caritate proficimus, quia, etsi exterior homo noster corrumpitur, interior autem renovatur de die in diem; ita sane, ut in hac vita, quantuscumque profectus sit, longe absit ab illa perfectione similitudinis, quae idonea erit ad videndum Deum. Quid vero David putatis dixisse de fratribus adoptivis: *Unxit te Deus, Deus tuus oleo letitiae prae participibus tuis?* Non enim beatus Hieronimus et ceteri sanctae scripturae tractatores hanc participationem unc-

1. Ioh. 3, 2. cf. 2. Cor. 4, 16. Ps. 44, 8.

1 vero] verum *R.* 6 fratres ei] ei fratres *R.* Elvidius] Helvidius *R.* 7 ex] et *M.* 9 et *deest M.* 10 Iudaei] Iudei *R.* inter se fratres] fratres inter se *R.* 11 vocabantur] vocantur *R.* 12 Hebrea *R.* 13 constitue] *ita M,* constitues *R. Vulg.* 15 Abrahae] Habrahe *R.* 16 nos fratres] fratres nos *R.* 17 Qua] quia *R.* Symon *R.* 25 quoniam] *ita M. Vulg.,* quia *R. Hispani.* 28 Italicam] catholicam *R.* 30 corpore — Deo] *ita M,* corpore nos vel esse vel futuros esse similes Deo *R.* 32 eius *deest R.* 34 perfectione] profectione *M.* 35 Quid] Quod *R.* 36 unxit te] uxite *R.*

1) *Ex Hieronymi libro adversus Helvidium cc. 14. 15 (Opp. II, 220—222) verba* Nam quattuor modis — fratribus meis *(infra l. 23) fluxerunt, non autem ad verbum repetita, sed hincinde mutata.* 2) *Cf. supra p. 113 l. 28 sq.* 3) *Augustinus, Epistola ad Italicam; Opp. II, 228.*

tionis de adoptivis fratribus, sed de regibus, qui christi vocabantur, intellegere voluerunt, qui oleo humanae conpositionis uncti esse leguntur, sicut idem beatus Hieronimus
Ps. 44, 8. in tractatu eiusdem psalmi exposuit: *Oleo laetitiae prae consortibus tuis.* Alii[1] reges, qui typum illius praetulerunt et regnando consortes dicti sunt, oleo corruptibili sunt inuncti, hic vero filius Dei a Deo patre oleo exultationis, hoc est resurrectionis dominationisque, est delibutus, quia Christus natura unctus, non per gratiam, quia in illo pleniter fuit divinitas.

Item post multa testimonia, quae omnia exsequi longum est, novissime in Micheae prophetae sententiam offendistis, in qua poenitentis populi personam in se ipso pro-
Mich. 6, 7. pheta adsumpsit. In qua et vestrae blasphemiae stultitiam aperuistis, dicendo: *Numquid*[2] *dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animae meae?* Quod dixit 'primogenitum', secundum humanitatem, quod dixit 'fructum ventris mei', secundum divinitatem. Quae aures catholicae hanc expositionem audire non abhorrent? Quis fidelis illam nare contracta non respuit? Tam ridiculosa est, tam stulta huius sententiae expositio apud vos, ut propter sanctitatem aurium magis taceamus quid de vestra interpretatione sentimus quam exponamus, et lectoris arbitrio dimittimus de vobis in hoc loco iudicare. Tantum dicimus, quid beatus Hieronimus de hac intellexisset sententia. Dicit enim in tractatu eiusdem prophetae: Deus[3] populum ad iudicium provocaverat. Ille sciens peccatum suum non vult contendere, sed rogare; nec tamen in ipsis precibus habet fiduciam. Nihil enim dignum est, quod pro peccato Deo possit offerri, et nulla humilitas potest maculas eluere delictorum, quia inpossibile est sanguine taurorum et vitulorum et per holocausta medullata et cruore arietum et hyrcorum pinguium sordes animae lavare.
cf. 2. Reg. 3, 27. cf. Iud. 11, 31 sqq. *Numquid,* ait, *dabo primogenitum meum pro scelere meo,* sicut rex Moab fecisse describitur; *aut fructum ventris mei pro peccato animae meae,* quod fecit et Iephte offerens filiam pro temeritate voti? Item secundum septuaginta allegoricam expositionem ita disseruit: Si[4] dedero primogenita mea pro impietate et fructum ventris mei pro peccato animae meae, dabo quidem quicquid in me primum est, sed pro meo peccato et impietate nihil dignum offeram. Unde ei
Ps. 50, 4. et David: *Multum,* inquit, *lava me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me.*

Item mentionem epistolae beati Pauli apostoli ad Hebreos facientes nec intellegentes omnia, quae posuerunt, contra se esse et semper ubique Christum dominum filium Dei nominari, non servum, non adoptivum, sicut in illis testimoniis perspicuum
Hebr. 1, 1—6. est, quae ex principio epistolae illius ponere voluerunt: *Multifarie*[5] *multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et saecula. Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius portansque omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis; tanto melior angelis effectus, quanto differentius prae illis nomen hereditavit. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et iterum cum introduceret primogenitum in orbem terrae, dicit: Adorent eum omnes angeli Dei.* Haec itaque testimonia non servum, non adoptivum dicunt dominum nostrum Iesum Christum, sed filium et heredem universorum, sicut et in sequentibus eiusdem epistolae

1 intellegere] intellegi *R.* 4 inuncti] iniuncti *M.* 6 divinitos *R.* 7 omnia *deest M.* 9 stultitiae *R.* 10 mei] meae *R.* animae meae] animeae *R.* 12 expositionem] positionem *M.* 13 contracto *M. R.* 14 tacemus *M. R.* 20 eluere] eruere *M.* 23 Iephte] Iepthe *M.* 24 allegoriam *R.* 27 et *deest R.* lava me] *ita R. Vulg.,* lavare *M.* 28 apostoli *deest M.* Haebreos *R.* 31 ponere] exponere *M.* 36 aliquando *deest M.*

1) *Ps.-Hieronymus, Comment. in psalmum 44; Opp. Hieronymi ed. Antwerpiae VII (1578), p. 57. Deest apud Vallarsium.* 2) *Cf. supra p. 114 l. 19 sqq.* 3) *Hieronymus, Comment. in Micheam II c. 6; Opp. ed. Vallarsi VI, 505.* 4) *Ibidem.* 5) *Cf. supra p. 114 l. 26—33.*

legimus: *Moyses quidem tamquam famulus fidelis fuit in tota domo eius; Christus vero tamquam filius in domo sua.* Et Paulo ante: *Amplioris enim gloriae iste prae Moysi dignus habitus est.* Quomodo amplioris gloriae, si servus sicut et Moyses vel ex servo adoptivus? Quos et beatus Augustinus in omelia tertia sancti evangelii secundum Iohannem mirabiliter distinxit, dicens: Tenete[1] ergo, fratres, soliditatem istam: *Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est.* Per servum lex data est et reos fecit; per imperatorem indulgentia data est et reos liberavit. *Lex per Moysen data est:* non sibi aliquid amplius servus adsignet, quam quod per illum factum est. Electus ad magnum ministerium tamquam fidelis in domo, sed tamen servus, agere secundum legem potest, solvere a reatu legis non potest.

Hebr. 3, 5. 6. ib. 3, 3. Ioh. 1, 17.

Quod autem in sequentibus epistolae vestrae legitur: His[2] praemissis sanctorum patrum sententiis adsertionibus nostris roboratis, in commune decrevimus ab eorum decretis nullo modo deviare vestigiis, optamus Dominumque deprecamur hoc omnino verum esse, quod dicitis. Sed necdum perspeximus ita esse. Faciat quandoque divina misericordia fieri, ut terminos sanctorum patrum non transgrediamini.

cf. Prov. 22, 28.

Quod etiam in sequentibus adiunxistis in professione Niceni simboli non invenimus dictum, in Christo duas naturas et tres substantias, et[3] homo deificus et Deus humanatus. Quid est natura hominis nisi anima et corpus, vel quid est inter naturam et substantiam, ut tres substantias necesse sit nobis dicere et non magis simpliciter, sicut sancti patres dixerunt, confiteri dominum nostrum Iesum Christum Deum verum et verum hominem in una persona? Mansit vero persona filii in sancta trinitate, cui personae humana accessit natura, ut esset una persona, Deus et homo, non homo deificus et humanatus Deus, sed Deus homo et homo Deus, propter unitatem personae unus Dei filius et idem hominis filius, perfectus Deus, perfectus homo. Perfectus homo non est nisi anima et corpore, sicut et sanctus papa Leo in omelia quarta de natali Domini eandem nuncupat naturam, quam et substantiam, ita dicens: Tanto[4] foedere naturam utramque conseruit, ut nec inferiorem consumeret glorificatio nec superiorem minueret adsumptio. Salva igitur proprietate utriusque substantiae et in unam coeunte personam. Nec negamus et nos Christo haec tria veraciter inesse, divinitatem scilicet, animam et corpus. Sed quia vere Deus et homo dicitur, in Dei nomine totum, quod Dei est, designatur, in hominis vero totum, quicquid hominis est, intellegitur. Ideo sufficit in eo unam perfectam divinitatis et alteram perfectam humanitatis confiteri substantiam. Aliud est enim contra hereticos contendere, aliud vero puram fideliter confiteri fidem. Ibi enim veritas animae et carnis in Christo ostendenda erat, hic perfecta humanitas in eodem confitenda est. Sic et sanctus Augustinus in libro, quem Encheridion nominari placuit, evidentissime et catholice in undecimo capitulo exposuit ita dicens de Deo Christo: Nempe[5] ex quo homo esse coepit, non aliud coepit esse quam Dei filius, et hoc unicus; et propter Deum verbum, quod illo suscepto caro factum est, utique Deus, ut, quemadmodum est una persona quilibet homo, anima scilicet rationalis et caro, ita sit Christus una persona, verbum et homo.

cf. Ioh. 1, 14.

1 domu *M. R.* 2 iste] isti *M,* istae *R.* 3 servo] sicut *add. R.* 9 domu *R.* 14 Faciat] Fiat *R.* divina misericordia] misericordia divina *R.* 15 transgrediamini] transgredimini *M.* 16 etiam] et *add. R.* 19 non *deest R.* 20 confiteri] confitemini *M.* 21 sancta *deest R.* 22 esset] et *add. R.* 25 natale *R.* 26 ita *deest M.* 27 nec] necdum *R.* 34 humanitas] humanitatis *M.* 37 non] nam *R.* 38 ut] et *M.* 39 quilibet] quelibet *R.*

1) *Augustinus, Tractatus III in evang. Iohannis § 15. 16; Opp. III, 2, 309.* 2) *Cf. supra p. 114 l. 34 sq.* 3) *Cf. supra p. 114 l. 39.* 4) *Leo, Sermo 21. in natiu. Christi; Opp. I, 65.* 5) *Augustinus, Enchiridion § 11; Opp. VI, 210.*

Consuetudo ecclesiastica solet in Christo duas substantias nominare, Dei videlicet et hominis, sicut Cassiodorus in secundi psalmi tractatu cum sententia sancti Augustini roboravit. Et[1] ne per hereticas, inquit, contentiones Christiani animus fluctuetur, quem oportet omnia veraciter fixeque credere, nominis ipsius definitionem auctoritate patrum brevi satisfactione concludimus. Audiamus ergo beatissimum et doctissimum Augustinum in evangelistae Iohannis expositione dicentem: Agnoscamus[2] geminam substantiam Christi, divinam scilicet, qua equalis est patri, humanam, qua maior est pater. Utrumque autem simul, non duo, sed unus est Christus, ne sit quaternitas, non trinitas Deus, ac per hoc Christus est Deus, anima rationalis et caro. Qua veritate recognita, conpetenter mortiferos vitamus errores. Item beatus Ambrosius in ymno quodam de natali Domini dicit ita: Geminae[3] gigans substantiae alacris ut currat viam. Item sanctus Augustinus in libro Encheridion capitulo tertio decimo: Proinde[4], sicut confitemur dominum nostrum Iesum Christum, quod de Deo Deus, homo autem natus est de Spiritu sancto et Maria virgine, utraque substantia, divina scilicet atque humana, filius est unicus patris omnipotentis. Item in expositione catholicae fidaei: Non[5] ergo duos Christos neque duos filios, sed Deum et hominem unum filium, quem propterea unigenitum dicimus, manentem in duabus substantiis, sicut ei naturae veritas contulit. Isidorus quoque in libro aethimologiarum: Sic[6] autem, inquit, Dei filio iuncta est humana natura, ut ex duabus substantiis fieret una persona.

Item sancta Romanae ecclesiae diaconus Paschasius in libro secundo operis pulcherrimi, quem de Spiritu sancto conposuit, cuius opusculi beatus Gregorius papa Romanus in libris dialogorum[7] mentionem facit, in capitulo quarto ita dicit: Itaque[8] in Deo et homine gemina substantia, sed non gemina persona est, quia persona personam consumere potest, substantia vero substantiam non potest, si quidem persona res iuris est, substantia res naturae. Hoc loco necessarium videtur, ut in Christo domino pariter et homine unam personam et duas
1. Cor. 2, 8. substantias testimoniis asseramus. Da unam in Dei hominisque personam. Apostolus dicit: *Si enim cognovissent sapientiam Dei, numquam dominum gloriae crucifixissent.* Si requiras, quomodo potuerit inviolabilis pati et inconprehensibilis crucifigi: personae unitas facit, ut quod homo
Ioh. 3, 13. pertulit Deus pertulisse credatur. Item cum evangelista commemorat: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit filius hominis, qui est in caelo,* quomodo hic filium hominis ante passionis et resurrectionis sive ascensionis diem et de caelo asserit descendisse et in caelestibus permanere, nisi hoc per unitatem personae ratio veritatis absolvat? Sicut alio loco capitis et
Matth. 25, 12. corporis sociatur persona, cum legitur: *Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere.* Quid agit personae unitas? Homo pascitur et Deus reficitur; pes confovetur et
1. Cor. 2, 8. caput fomentum in se sentire testatur. Dicit ergo: *Numquam dominum gloriae crucifixissent,*
Ioh. 3, 13. et e diverso: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit filius hominis, qui est in caelo.* Vide, quomodo per unitatem personae divina humanis et humana divinis miscentur. Deus

2 tractatu — roboravit *desunt R.* 5 beatissimum] *ita M,* beatum *R.* 6 qua] quae *R.* 8 Deus *deest M.* 10 ymno] *ita M,* hymno *R.* natale *R.* dicit ita] ita dicit *R.* 11 sanctus Augustinus] beatus Ambrosius *R.* 13 Maria virgine] virgine Maria *R.* 15 unum] unicum *R.* 17 Sic] Si *R.* 19 Romane *R.* 21 facit] fecit *R.* Deo] Domino *R.* 25 Da — personam] *ita M,* Dam *(!)* unam redemptoris Dei hominisque personam *R,* Da unam in redemptore Dei et hominis personam *Faustus.* 33 agit] ait *R.* 34 in *deest M. R.* 36 divina — divinis] humana divinis et humanis divina *R.*

1) *Cassiodorus, Expositio in psalmum 2; Opp. II, 16.* 2) *Augustinus, Tractatus LXXVIII in evang. Iohannis § 3; Opp. III, 2, 699.* 3) *Ambrosius, Hymnus 4 v. 15. 16; Opp. II, 1221.* 4) *Augustinus, Enchiridion § 12; Opp. VI, 211.* 5) *Ps.-Augustinus (vel Gennadius), De ecclesiasticis dogmatibus c. 2; Opp. VIII, app. 75.* 6) *Isidorus, Etymol. VII c. 2 § 48; Opp. III, 305.* 7) *Gregorius M., Dialog. IV c. 40; Opp. II, 444.* 8) *Paschasius = Faustus Reiensis, De Spiritu sancto II c. 4; ed. Engelbrecht 139 sq.*

crucifigitur et homo de caelo descendere et in caelo permanere memoratur. Item paulo post in eodem capitulo: Paulus[1] apostolus etiam duas substantias evidenter, remota sacramenti obscuritate, degessit ita dicens: *Patres nostri, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula.* Rom. 9, 5.

Sed et inter lucidissimas et catholicas sancti Augustini sententias, quas sparsim et inordinate posuistis ad defensionem, ut vos dicitis, vestram, ut nos intellegimus, accusationem erroris vestri, non metuistis intermiscere sensus, fingentes eum dicere quod in illius non invenimus dictis. Ex quo perspicuum est vos vestrae non confidere causae, quia in exemplis sanctorum patrum non invenistis fidem vestram confirmari, ideoque adulterinos pravitatis sensus interposuistis, asserentes illos dicere quod non dixerunt, sicut certissime cognosci potest in capitulo XI°. de libro sancti Augustini, quem Encheridion, ut praefati sumus, nominavit, cuius capituli textum ponimus, ut facilius vester patescat error et malitiae noscatur imperitia. Dicit enim praefatus pater: Proinde[2] Christus Iesus Dei filius est Deus et homo, Deus ante omnia saecula, homo in nostro saeculo, Deus, quia Dei verbum — Deus enim erat verbum —, homo autem, quia in unitate personae accessit verbo anima rationalis et caro. Quocirca in quantum Deus est, ipse et pater unum sunt; in quantum homo est, pater maior est illo. Cum enim esset unicus Dei filius, non gratia, sed natura, ut esset etiam plenus gratia, factus est et hominis filius, idem ipse utrumque ex utroque unus Christus, qui, *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est* quod natura erat, id est *esse se equalem Deo: exinanivit* autem se *accipiens formam servi,* non amittens vel minuens formam Dei. Ac per hoc et minor est factus et mansit equalis, utrumque unus, sicut dictum est, sed aliud propter verbum, aliud propter hominem, propter verbum equalis, propter hominem minor, unus Dei filius idemque hominis filius, idemque et Dei filius, non duo filii Dei, Deus et homo, sed unus Dei filius, Deus sine initio, homo a certo initio, Dominus noster Iesus Christus. cf. Ioh. 1, 1. Phil. 2, 6. 7.

His igitur verissimis catholicae fidaei assertionibus perfidiae intermiscere venena non metuistis. Ubi ergo ille dixit: Cum[3] enim esset unicus Dei filius, non gratia, sed natura, ut esset etiam plenus gratia, factus est et hominis filius, ad confirmandum errorem vestrum interposuistis, quod ille non dixit, hoc modo: Cum[4] enim esset unicus Dei filius non adoptione, sed genere, neque gratia, sed natura, ut esset etiam plenus in formam servi adoptione et gratia, factus est hominis filius idem ipse utrumque ex utroque unus Christus. Videat qui legit et intellegat, quanta est haec pravitas et quanta est haec tergiversatio. Quare sanctorum patrum sensus conmaculatis et venenum erroris catholico melle intermiscitis? Quid est quod dicitis Deum natura Dei filium, genere esse filium Dei? Quid est quod adoptionem gratiae coniungitis, dum in eodem capitulo paulo post idem mirificus doctor eum, qui est hominis filius, unicum Dei filium nominare non dubitaret ita dicens, sicut et ante exposuimus: Nempe[5] ex quo homo esse coepit, non aliud coepit esse quam Dei filius, et hoc unicus, et propter verbum, quod illo suscepto caro factum est, utique Deus, ut, quemadmodum una persona est quilibet homo, anima scilicet rationalis et caro, ita sit Christus una persona, verbum et homo. Igitur si unicus, quomodo adoptivus, dum cf. Ioh. 1, 14.

5 et *deest R.* 9 in *deest R.* confirmare *M. R.* 11 cognosci] agnosci *R.* 14 Deus ante] Deus autem ante *R.* 16 est *deest R.* 17 quantum] autem *add. R.* 19 qui] quia *R.* 20 id est] idem *M.* 23 Dei *deest R.* 26 His] Hisce *R.* intermiscere venena] venena intermiscere *R.* 27 Cum] Cui *R.* 30 forma *M.* 32 legat *M.* 36 unicum *deest M.* 39 ut] et *M.*

1) *Paschasius = Faustus Reiensis, De Spiritu sancto II c. 4; ed. Engelbrecht 141.* 2) *Augustinus, Enchiridion § 10; Opp. VI, 210.* 3) *Ibidem.* 4) *Cf. supra p. 115 l. 33 sqq.* 5) *Augustinus, Enchiridion § 11; Opp. VI, 211.*

multi sunt adoptivi filii? Unicus itaque de multis non potest dici. Item unitas personae, quae est in Dei filio et filio virginis, adoptionis tollit iniuriam. Si ergo Deus verus est, qui de virgine natus est, quomodo tunc potest adoptivus esse vel servus? Deum enim nequaquam audetis confiteri servum vel adoptivum, et si eum propheta servum nominasset, non tamen ex conditione servitutis, sed ex humilitatis oboedientia,
cf. Phil. 2, 8. qua factus est patri oboediens usque ad mortem, prefato papa Leone dicente in omelia secunda de nativitate Christi: Assumpta[1] est de matre Domini natura, non culpa; creata est forma servi sine conditione servili. Item sanctus Augustinus in omelia tricesima nona dicit: Dominus[2] noster etiam in forma servi non servus, sed in forma etiam servi dominus fuit. Nonne secundum saeculi nobilitatem beata Maria virgo ex regali et libera prosapia processit? Huic vero virgini regiae dignitatis Spiritus sanctus accessit et filium ex ea procreari fecit. Mirum si Spiritus sanctus hominem ex ea non potuit facere perfectum et ingenuum.

Sed et hoc volumus a vobis audire, an Adam, primus humani generis pater, qui de terra virgine creatus est, liber esset conditus an servus? Si servus, quomodo tunc imago Dei, si liber, quare et Christus quoque non ingenuus de virgine? Meliore quidem terra, etiam animata et inmaculata, Spiritu sancto operante factus est homo,
1. Cor. 15, 47. dicente apostolo: *Factus est primus homo de terra terrenus, secundus de caelo caelestis.* Si terrenum liberum conditum confitemur, quare non multo magis caelestem liberum esse confitemur? Unde Adam fuit servus factus nisi ex peccato, apostolo Petro attestante:
Ioh. 8, 34; cf. 2. Petr. 2, 19. *Qui enim peccatum facit, servus est peccati?* Christus autem non fecit peccatum, ideo servus non est peccati, sed magis liberator ac redemptor eorum, qui servi sunt pec-
Ioh. 8, 36. cati, eo ipso attestante: *Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis.* Sed forte servum
Ps. 71, 1. 11. hominis eum esse dicitis. Quid est quod dicit propheta? *Deus iudicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis. Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes ser-*
1. Cor. 15, 25. Hebr. 2, 8. *vient ei;* item apostolus: *Omnia subiecit sub pedibus eius.* Et hoc sepius repperitur, quam exemplis indigeat edoceri, quod sit dominus omnium, non alicuius servus. Anne
Ps. 8, 6 — Hebr. 2, 7. angelorum eum vultis servum dicere, quia dictum est: *Minuisti eum paulo minus ab angelis?* Utique minoratus est propter mortalitatem carnis, non propter conditionis
Ps. 8, 6 — 8. servitium, ideoque statim sequitur: *Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecesti sub pedibus eius;* item apostolus ad
Hebr. 1, 4. Hebreos: *Tanto melior effectus angelis, quanto differentius prae illis nomen hereditavit;*
ib. 1, 6. et iterum: *Cum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei.*

Quid dicitis de Deo patre, qui eum in baptismo etiam et in transfiguratione,
Matth. 17, 5. quae facta est in monte, filium nominavit, non servum: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene conplacui?* De qua sententia beatus Hylarius in libro sexto de fide ita disseruit: Si[3] proprium ac singulare est: *Hic est filius meus,* quid calumnias Deo patri professae de filio proprietatis adferimus? Anne tibi videtur in eo, quod dicitur, hoc significari: alios quidem habeo cognominatos in filios, sed hic filius meus est? Donavi adoptionis nomen

7 Domini] Dei *R.* 8 trigesima *R.* 13 ingenuum] ingenitum *M.* 15 an] sive *R.* quomodo *deest R.* 16 Meliora *M.* 22 sed magis *desunt R.* 23 eritis] estis *R.* 24 esse] fuisse *R.* 26 sub] su *R.* 28 vultis servum] servum vultis *R.* Minuistis *R.* 29 est propter] est pater *R.* 35 Quid] Qui *M.* 37 Hylarius] Helarius *R.* 39 hoc *deest M.* 40 habeo cognominatos] cognominatos habeo *R.* nomen *deest R.*

1) *Leo, Sermo 22. in nativ. Christi; Opp. I, 70.* 2) *Non inveni; sed cf. Augustini opp. III, 2, 516. V, 875.* 3) *Hilarius, De trinitate VI c. 23; Opp. II, 148.*

plurimis, sed iste mihi filius est. Ne queras alium, ne non hunc esse credas. Hunc ergo tamquam digito indice ac verbi significatione contingo, quia dico: Et meus est et filius est'. Hec igitur paternae vocis significatio ea fuit, non quo, qui ad omnem implendam iustitiam baptizandus erat, ignoraretur, sed ut qui ad sacramentum salutis nostrae homo cernebatur Dei voce Dei filius nosceretur. Restat igitur, ut sit rex et redemptor, Deus et Dei filius, de quo et apostolus ad Romanos: *Qui proprio filio suo non pepercit.* Proprium nominavit, non adoptivum. De qua sententia idem beatus Hylarius in libro praefato ita dicit: Numquidnam[1] etiam nunc adoptionis in eo erit nuncupatio, in quo proprietatis est hoc nomen? Item post pauca: Quere[2] virtutem dicti, ut magnitudinem caritatis intellegas; quid sit proprium expende, ne ignores veritatem. Nunc enim apostolus proprium ait filium, cum in multis vel suum vel eius sepe dixisset. Quamvis multi codices per translatorum simplicem intellegentiam in hoc loco pro 'proprio filio' 'suo filio' conscribtum habeant, tamen Grecitas, qua lingua apostolus est locutus, proprium nunc magis quam suum nuncupavit. Et licet communis intellegentiae sensus non satis inter proprium et suum differat, verum apostolus, cum in ceteris aliis dictis suum filium commemorasset, hic tamen dicit: *Qui proprio filio suo non pepercit.* Item libro octavo: Sentisne[3], quid tibi desit, Christo negando quod suum est? Si per naturam Dei Christus tibi Dominus est, habes Spiritum sanctum; si vero per adoptivum nomen hic Dominus est, Spiritu sancto carens spiritu erroris animaris, quia nemo nisi in Spiritu sancto dominum Iesum potest dicere. Item in dogmate catholicae fidaei: Ergo[4] Dei filius hominis factus est filius, natus secundum veritatem naturae ex Deo Dei filius et secundum veritatem naturae ex homine hominis filius, ut veritas unigeniti non adoptione neque appellatione, sed in utraque nativitate filii nomen nascendo haberet, ut esset verus Deus et verus homo, unus filius. Item sanctus evangelista Iohannes verum eum filium nos credere docuit dicens: *Et nos vidimus et testificamur, quoniam pater misit filium suum salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet et ipse in Deo*; item post pauca: *Scimus, quoniam filius Dei venit et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum et simus in vero filio eius. Hic est verus Deus et vita aeterna.* Tu vero, quisquis es, qui Christum praedicas adoptivum, unde tibi iste sensus venisset, voluissem scire; ubi hoc nomen didicisses, ostende. Patriarchae nescierunt, prophete non dixerunt, apostoli non praedicaverunt, sancti tractatores hoc nomen tacuerunt, doctores fidaei nostrae non docuerunt. Forte in tertium caelum raptus fuisti et ibi audisti archana verba, quae hucusque sanctae Dei ecclesiae ignota essent, si tu in tertium caelum raptus non esses. Aut super pectus Domini recubuisti et ibi audisti quae beatus Iohannes audire non meruit? Aut per choros angelorum te ducens agnus hoc tibi nomen ostendit? Aut tibi leo de tribu Iuda librum septem sigillis clausum aperuit, unde haec mysteria intellegeres et nomina proferres, quae quattuor animalibus incognita mansissent, immo toto mundo inaudita, nisi tu novus doctor ad declarandum tuum nomen venisses?

Rom. 8, 32. — ib. — 1. Ioh. 4, 14. 15. — ib. 5, 20. — cf. 2. Cor. 12, 2. — cf. Ioh. 21, 20. — cf. Apoc. 5, 5—7.

Dicis enim: 'Cur[5] times adoptivum Christum Dominum nominare?' Dico tibi, quia nec apostoli eum sic nominaverunt, nec sancta Dei et catholica ecclesia consue-

3 igitur] quidem *R.* omnem implendam] inplendam omnem *R.* 6 proprio] prio *R.* 7 Hilarius *R.* 8 erit] erat *M.* proprietatis] prietatis *R.* 12 proprio] prio *R.* Graecitaes *R.* 15 suo *deest R.* 16 Sentisne quid] Sentis numquid *R.* si per] super *M.* 17 habeus *R.* 19 hominis] homis *R.* 21 in *deest R.* 22 haberet] aberet *R.* 34 Aut — agnus] Aut te per choros angelorum agnus ducens *R.* 38 timens *M.*

1) *Hilarius, De trinitate VII c. 45; l. l. II, 167.* 2) *Ibidem.* 3) *Ibidem VIII c. 27; l. l. II, 233.* 4) *Ps.-Augustinus (vel Gennadius), De ecclesiasticis dogmatibus c. 2; Opp. VII, app. 75. — Cf. annales Laureshamenses a. 794., MG. SS. I, 36, ubi haec verba recepta sunt.* 5) *Cf. p. 116 l. 35 sqq., p. 118 l. 4 sqq., ubi his similia leguntur.*

tudinem habuit sic eum appellare, immo nec credere eum adoptivum esse, sed proprium filium, iuxta praecedentia apostolorum testimonia et sanctorum doctorum dogmata. Plurimae vero sunt in sanctis scribturis appellationes domini nostri Iesu Christi sicut leo, agnus, lapis, vermis et multa talia, quae omnia certas habent et mysticas significationes, cur ita dicantur. Adoptivus siquidem non habet aliam significationem, nisi ut Iesus Christus non sit proprius filius Dei nec ex virgine ei in filium genitus, sed nescio ex quo servo adoptatus in filiaetatem, ut vos dicitis. Quarum significationum allegoricas interpretationes diceremus, si huic praesenti rationi necessariae viderentur, sicut leo propter dignitatem regiam, agnus propter innocentiam, vermis propter humilitatem incarnationis. Quod vero eum dicitis leprosum nominari[1], videtur vos minus intendisse, quomodo propheta hoc nomen posuit: *Et nos*, inquit, *putavimus eum quasi leprosum et percussum a Deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras.* 'Quasi leprosum' dixit, non 'leprosum', item 'putavimus' dixit, id est, ut beatus Hieronimus in tractatu eiusdem prophetae exposuit: Nos[2] putavimus eum propria sustinere peccata, sed, ut verius intelleximus, pro nostris vulneratus est iniquitatibus. Nullatenus morbo leprae percussus est in corpore nec lepra peccati vulneratus est in anima. Lupum vero et vulturem eum non leginus in sanctis scribturis, quantum nostrae occurrit memoriae, nuncupari nec etiam adoptivum.

Is. 53, 4. 5.

Nonne olim eadem heresis vestra in Nestorio[3] ab universali sancta ecclesia refutata est, etiam et damnata? Quapropter forte illum anathematizare noluistis, dum alios, Bonosum scilicet, Arrium et Sabellium Manicheumque, qui prava de Dei filio senserunt, in vestra epistola anathematizastis[4]. Numquid non ideo damnatus est, quia beatam Mariam semper virginem non Dei, sed hominis tantummodo credidit esse genetricem? De cuius heresi sanctus Cyrillus Eulogio presbytero scribit hoc modo dicens: Nestorius[5] itaque in suis expositionibus simulat se dicere unum filium et unum Dominum, sed refert filiationem ad solum Dei verbum; et paulo post: Dicendo[6] enim, quia propterea Deus verbum Christus nominatur, quia habet copulationem ad Christum, quomodo non apertum est duos dicere Christos, si Christus ad Christum habet coniunctionem, tamquam alter ad alterum? Videtur enim Nestorium dicere copulationem quod vos dicitis adoptionem. Quid est adoptio nisi caritatis copulatio, qua pater adoptione sibi copulat filium, quem proprium non habet? Et certissimum est, sicut praefati sumus, alium esse proprium filium, alium adoptivum. Nonne tunc duo filii erunt Deo patri, unus proprius et alter adoptivus, quod nullus catholicus audet dicere? Quid est aliud dicere eandem virginem adoptivum vel servum genuisse nisi negare Deum illam genuisse? Si Deus generatus est, nequaquam adoptivus, sed filius, quia alia persona est proprii filii, alia adoptivi filii vel servi. Et scimus esse unam personam in Christo Deo, Dei et hominis, sicut beatus Gregorius in epistola ad Quiricum episcopum scribsit: Non[7] autem, inquit, prius in utero virginis caro concepta est, et postmodum divinitas venit in carnem, sed mox, ut verbum venit in uterum, mox verbum servata propriae virtute naturae factum est caro, et

cf Iob. 1, 14.

8 si huic praesenti] sin hic presenti *R.* 9 dignitatem regiam] regiam dignitatem *R.* 10 eum] cum *R.* 12 percussum] percussit *R.* 17 vulturem] vultorem *R.* sanctis scribturis] scripturis sanctis *R.* 21 Subellium *R.* 27 nominatur] quia nominatur *add. M.* 28 Christos] Christus *R.* cogiunctionem *R.* 36 vel *deest R.* esse unam] unam esse *R.* personam *deest R.* 37 Quirinum *M.* Quyrinum *R.* 39 ut *deest M. R.* utero *M. R.*

1) *Cf. supra p. 116 l. 38 sq.* 2) *Hieronymus, Comment. in Isaiam; Opp. IV, 615.* 3) *De Nestorio cf. Hefele, l. l. II, 149.* 4) *Cf. supra p. 118 l. 35 sq.* 5) *Cyrillus, Epistola ad Eulogium presbyterum; Opp. V, 2, 134.* 6) *Ibidem.* 7) *Gregorius M., Reg. XI, 52 ad Quiricum; MG. Epp. II, 326 (Jaffé-E. n. 1844).*

perfectus homo, id est in veritate carnis et animae rationalis, natus est per uterum virginis filius Dei. Si igitur mox a tempore conceptionis verus Deus Dei filius conceptus est, quando fuit, ut homo esset sine Deo, unde adoptaretur in filium? Sicut enim numquam fuit, ut Deus pater esset sine Deo filio, de quo dictum est: *In principio erat verbum,* ita numquam fuit, ut homo Iesus esset sine Deo, de quo dictum est: *Verbum caro factum est,* id est Deus homo factus est. Sicut enim Arrius filium separavit a patre dicendo: Erat[1], quando non erat Dei filius, ita per adoptionem vos separatis hominem Christum a Deo filio.

Ioh. 1, 1. ib. 1, 14.

Et miramur, dum tanta sanctorum patrum testimonia profertis, cur non intelligatis, quod contra eadem testimonia sensum ponitis vestrum, alia prave intellegentes, alia pessime interpretantes, iuxta apostolum *non intellegentes quae dicitis nec de quibus affirmatis.* Sufficiat vobis, obsecramus, dicere in confessione catholicae fidaei quod sancti patres dixerunt et sic simbolum tenere ecclesiasticae professionis, sicut sanctissimi doctores exposuerunt. Longe siquidem inferiores sumus illis ad excogitanda verba convenientia apostolicae fidaei. Tantum firmiter credamus et teneamus quod illi scribserunt, qui Spiritu Dei repleti sunt et nobis a Deo dati sunt doctores. Quid enim vobis displicet in domino nostro Iesu Christo, ut verus sit Deo patri filius, dum ille ipse et se filium nominavit et veritatem, dicendo: *Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te,* et iterum: *Ego sum via et veritas et vita,* nisi forte cum Iudaeis vultis dicere: *Tu de te ipso testimonium dicis; testimonium tuum non est verum?* Mox ille ipse pro se respondet vobis: *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum verum est,* et paulo post: *Et lege,* inquit, *vestra scribtum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, et testimonium perhibet de me, qui misit me, pater.* Pater de caelis intonuit et eum filium suum nominavit; Christus de terris in caelos clamavit, se filium nominavit: et vos cum Iudaeis adhuc increduli estis? Latro in cruce eum Dominum nominavit; centurio morientem eum videns clamavit: *Vere filius Dei erat iste.* Sed et daemones eum verum filium Dei summi cum sua legione proclamaverunt, sicut in sanctis legitur evangeliis: et Elefantus cum sua legione negat adhuc eum vere filium Dei esse? Apostoli interrogati a Christo dicente: *Quem dicunt homines esse filium hominis!* — de filio hominis interrogat — et de filio hominis respondit ei Petrus dicens: *Tu es Christus filius Dei vivi;* et pro hac laudabili confessione meruit ab ipso Deo salvatore nostro audire: *Beatus es, Symon Bariona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus, qui in caelis est.* Patrem suum dixit, qui haec revelavit; pater de suo filio mysteria revelavit seculari inaudita sapientiae, et pro hac gloriosa confessione beatum Petrum principem apostolorum caeli terraeque remuneravit potestate dicens: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum. Et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in caelo, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in caelis.* Audistis quid haec apostolica fides meruit, videte, quid vestra mereatur adoptio. Paulus eundem, qui crucifixus est, Dei virtutem et Dei sapientiam praedi-

ib. 14, 6. ib. 8, 13. ib. 8, 14. ib. 8, 17. 18. cf. Matth. 3, 17. cf. Ioh. 17, 1. cf. Luc. 23, 42. Matth. 27, 54. cf. Luc. 8, 28. Matth. 16, 13. ib. 16, 16. ib. 16, 17. ib. 16, 18. 19.

1 id est] idem *M.* per] puer *R.* 6 factus] fatus *R.* Arrius] Aerrius *R.* 12 catholicae] cathocae *R.* 14 ad *deest M.* 15 apostolicae fidaei] fidei apostolicae *R.* 17 nostro *deest M.* 21 respodet *R.* 33 Simon *R.* 36 Petrum *deest M.* 40 Auditis *R.* apostolica fides] fides apostolica *R.*

1) *Cf. fragm. Thaliae apud Athanasium, Oratio contra Arianos I § 5: Athanasii opp. I, 1, 322.*

1. Cor. 1, 23. 24. cavit scribens ad Corinthios: *Nos vero Christum praedicamus et hunc crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, credentibus vero Dei virtutem et Dei sapientiam.* Ecce duo luminaria mundi quale de Christo filio Dei testimonium proferunt. Et vos eum adhuc adoptivum vultis dicere et nobiscum spiritum adoptionis
Is. 9, 6. accepisse Dei filium? Esaias autem eum filium appellat: *Filius,* inquit, *datus est nobis, et factus est principatus super humerum eius; et vocabitur nomen eius admirabilis, Deus, fortis, princeps pacis, pater futuri saeculi.*

Intellegite, fratres, quae legitis et nolite nova et incognita nomina fingere, sed quae in sancta scriptura inveniuntur tenete. Illa enim, quae ibi inveniuntur de Christo Deo, honestas habent significationes et nostrae saluti convenientes. Et nolite per humanas inventiones fluctuare, sed in soliditate sanctarum scripturarum vosmetipsos roborate. Illas legite, illas docete, quia in illis est vita aeterna. Inculcastis iterum iterumque replicastis vos consona sanctis patribus ponere testimonia. Sed, ut probavimus, longe aliter vos illorum intellegitis dicta, quam illi ipsi intellexerunt, qui haec ipsa testimonia libris inserebant; et invenimus, sicut et ante praefati sumus, certissime vos illorum sanctissima scripta hereticae pravitatis veneno infecisse et interseruisse verba, quae nusquam in illorum legimus libris, nisi forte vestri magistri ita sensissent, quorum nomina sanctae et universali Dei ecclesiae ignota putamus hucusque remansisse, si huius erroris scisma per vos mundo ea non innotuisset. Desinite fratres vestros per aures populi Christiani diffamare, parentes et vosmetipsos a sancta Dei dividere ecclesia et nolite per diverticula errorum discurrere et cisternas vobis heretica perfidia dissipatas fodere, quae aquas purissimae fidaei non tenebunt, sed per viam regiam ad limpidissimum catholicae puritatis fontem festinate et ex eo potate spiritum
cf. Ioh. 7, 38. caritatis et fidaei, quatenus de ventre vestro fluant aquae vivae salientes in vitam eternam. Tenete vos intra terminos sanctorum patrum et nolite novas versari questiunculas; ad nihil enim valent nisi ad subversionem audientium. Sufficit enim vobis sanctorum patrum vestigia sequi et illorum dicta firma tenere fide. Illi enim in Domino nostri extiterunt doctores in fide et ductores ad vitam, quorum et sapientia Spiritu Dei plena libris legitur inscripta et vita meritorum miraculis claret sanctissima, quorum animae apud Deum Dei filium, dominum nostrum Iesum Christum, pro magno pietatis labore regnant in caelis.

Hos ergo tota animi virtute, toto caritatis affectu sequimini, karissimi fratres, ut horum inconcussa firmitate doctrinis adherentes consortium eternae beatitudinis, donante vero et proprio Dei filio, domino nostro Iesu Christo, cum illis habere mereamini in caelis. Desinite, fratres, illum praedicare servum, quem regem et redemptorem ha-
cf. Matth. 28, 18. bemus, cui data est omnis potestas in caelo et in terra. Cessate eum adoptivum
Phil. 2, 10. 11. nominare, qui est verus Deus et verus Dei filius, in cuius *nomine omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Iesus Christus in gloria est Dei patris.* Intellegite in hac professione vestra duplices diabolicae fraudis latuisse dolos, hoc est, ut vos, qui gratia baptismi redempti estis, ab unitate catholicae disiungeret ecclesiae et scismatici erroris laqueo a via salutis eternae retraheret et gentibus, inter quas habitatis, Christianae fidaei initia interclauderet, dum et dominum nostrum Iesum Christum, quem Deum colimus et adoramus, servum praedicatis et adoptivum. Haec sunt enim argumenta diaboli, ut et vos subvertat in fide et illos

1 praedicavimus *R.* 2 autem *deest R.* 8 legitis] elegitis *M.* 12 roborare *R.* Inculcatis *R.* 16 inficisse *M. R.* 19 mundo ea] ea mundo *R.* 21 errorum discurrere] discurrere errorum *R.* 24 salientis *R.* 26 ad subversionem] ab subversione *R.* 28 ductores] doctores *M.* 31 regnat *R.* 32 tota *R.* 38 quia — est] quia Iesus est Christus in gloria *R.* 42 interclauderet] *ita M,* intercluderet *R.* 44 ut et] et ut *R.*

avertat a fide. Quiescite, viri fratres, quiescite ab hac nequitia, estote vobismetipsis doctores ad vitam et vicinis vestris ductores ad fidem. Considerate, quale est hoc scandalum inter paganas gentes, ut dicatur Deum Christianorum servum esse vel adoptivum. Nos per illum adoptivi sumus, non ille nobiscum adoptivus, nos per illum a servitute liberati, non ille nobiscum servus. Cur eum servum nominare debemus, qui nos amicos maluit nominare quam servos, dicens: *Iam non dicam vos servos, sed amicos, quia servus nescit, quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quaecumque audivi a patre meo, nota feci vobis?* Adtendite, qua caritate nos nominavit amicos. Ea caritate nominemus eum Deum Dei filium et diligamus ex toto corde, quia *ipse prior dilexit nos* et tradidit semetipsum pro nobis, ut emundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Credamus eum Dominum et non servum, ipso dicente: *Vos vocatis me Dominus et magister et bene dicitis, sum etenim.* Et verum Deum verumque Dei filium confiteamur in utraque natura, divina scilicet et humana. Credamus eum omnia velle, quae meliora sunt, et omnia posse, quae vult, sicut dictum est: *Omnia, quaecumque voluit Dominus, fecit in caelo et terra.* Quis negat meliorem esse proprietatem in filio quam adoptionem? Et dum omnipotens Dei filius nostrae fragilitatis naturam in unitatem suae personae adsumere voluit, ut esset mediator Dei et hominum, cur non debuit ex meliore filiorum dignitate et multo excellentiore nostram sibi in unitatem personae adsociare humanitatem, quatenus ex sua gloriosa et propria nobilitate nostrae servitutis redimeret ignobilitatem? Venit enim medicina ad aegros, misericordia ad miseros, redemptor ad reos, liber ad servos, ut dictum est: *Deus ultionum libere egit,* et in evangelio: *Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis.* Non simus ingrati tantorum beneficiorum domini nostri Iesu Christi, per quem conditi sumus et a quo iterum redempti sumus et in gloriam filiorum Dei adoptati. Predicemus eum Deum verum et vivum et vere filium Dei, ut ad eius beatissimam visionem pervenire mereamur, in qua est eterna beatitudo et beata eternitas, cui laus et gloria in omnes aeternitates. Amen.

Ioh. 15, 15. 1. Ioh. 4, 10. Ioh. 13, 13. Ps. 134, 6. ib. 93, 1. Ioh. 8, 36.

1 nequitia] et *add. R.* 2 hoc *deest M.* 5 servus] servum *R.* eum] enim *R.* 7 servos *R.* 9 quia] in *add. R.* 11 sectatorem] sectorem *R.* 12 ipsi *R.* 14 meliora] meiores *R.* 15 et terra] *ita M,* et in terra *R. Vulg.* 16 esse] sese *R.* 18 multo excellentiore] multe excelentiore *R.* 20 redemeret *R.* 22 ultionum libere] ultionem liber *R.* 23 simus] scimus *R.* 26 cui] cu *R.*

F. EPISTOLA KAROLI MAGNI AD ELIPANDUM ET EPISCOPOS HISPANIAE.

Integra legitur haec epistola in codice Monacensi latino 14468 (antea s. Emmerammi Ratisbonensis) anno 821. iussu Baturici episcopi Ratisbonensis conscripto (= M) fol. 78—88, mutila in codice Remensi 385 saec. IX. (= R) fol. 90'—95; finem exhibet codex Einsiedlensis 191 saec. IX. in. (= E) fol. I'—II'.

Edd.: Flacius Illyricus, Ecclesiastica historia cent. VIII, 631. Surius III, 247. Bollanus-Nicolini III, 655. Baronius, Ann. eccl. 794 n. 15. Binius III, 1, 424. Goldast, Const. I, 19. Sirmond II, 186. Coll. reg. conc. XX, 131. Vorburg, Hist. X, 200. Labbe-Cossart VII, 1047; ed. Coleti IX, 91. Harduin IV, 896. Lünig, 'Reichsarchiv' XV, 32. Aguirre, Conc. Hisp. IV, 111. Hartzheim I, 316. Mansi XIII, 799. Alcuini opp. ed. Froben II, 582 (fragm.). Ideler, 'Karl d. Gr.' II, 326. Migne, Patrol. lat. XCVIII, 899. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 326. 'Neues Archiv' XXIV, 473.

Carolus gratia Dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum, filius et defensor sanctae Dei ecclesiae, Elipando Toletanae civitatis metropolitano et ceteris in partibus Ispaniae consacerdotibus orthodoxae fidaci et fraternae caritatis in Christo Deo, Dei filio proprio et vero, optamus salutem.

Gaudet pietas Christiana divinae scilicet atque fraternae per lata terrarum spatia duplices caritatis alas extendere, ut materno foveat affectu quos sacro genuerat baptismate. Et maxima est sanctae matris ecclesiae exultatio suorum adunatio filiorum, ut sint consummati in unum qui redempti sunt ab uno, dicente eodem redemptore do-
Ioh. 17, 11. mino nostro Iesu Christo: *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut omnes unum sint, sicut et nos unum sumus.* Unde et in cantico canticorum de sancta
Cant. 6, 3. dicitur ecclesia: *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Constipata exercitus ordinatio et unanimis bellatorum fortitudo magno solet hostibus esse terrori: sic filiorum sanctae matris ecclesiae intra murum catholicae fidaci pacifica adunatio acreis potestatibus nimium constat terribilis et ignitis malignae perfidiae spiculis omnino inpenetrabilis extat, sicut et verissimus gentium praedicator et fortissimus ecclesiae proeliator prae-
Eph. 6, 16. cepit dicens: *In omnibus adsumentes scutum fidaei, in quo possitis omnia tela nequissimi*
Hebr. 11, 6. *ignea extinguere* et hoc saeculum nequam libero ad caelestia volatu evadere. *Sine fide enim inpossibile est placere Deo.* Inpossibile est quod omnino ab homine fieri non potest. Principium est salutis nostrae fides: qua intemerata et integra sanitate confirmata, totius vitae cursus per bonorum vestigia operum feliciter fine tenus currit. Per
cf. ib. 11, 4 sqq. fidem enim, sicut idem praefatus doctor in epistola ad Hebreos testatur, omnes sancti placuerunt Deo.

Hanc igitur fidem orthodoxam et ab apostolicis traditam doctoribus et ab universali servatam ecclesia nos pro virium nostrarum portione ubique in omnibus ser-
cf. Act. 4, 12. vare et praedicare profitemur, quia non est in alia aliqua salus nisi in illa, quam pacifica ab initio salutis nostrae unanimitate semper servabat ecclesia, pro qua etiam, viri fratres, et vestra bona devotio, quam vos habere decet in Domino, his partibus fidaci vestrae litteras dirigere curastis, utrumque, et generales ad sacerdotales sanctissimas aures, ad nos quoque speciales[1]. In quarum itaque serie litterarum non satis nobis elucebat, an quasi ex auctoritate magisterii nos vestra docere disposuistis an ex humilitatis discipulatu nostra discere desideratis. Tamen sive hoc sive illud vestris inesset animis, petitionem vestram, caritate Christianae religionis cogente, non spernendam esse censuimus, valde desiderantes Deumque ex intimo cordis affectu deprecantes, quatenus in verae fidaci soliditate firmiter utrimque permaneamus et inter fluctivagos huius saeculi aestus, Spiritu sancto navigium nostri cursus regente, ad portum perpetuae tranquillitatis pervenire mereamur. Ad hanc autem tranquillitatem capiendam oculus cordis fide purificandus est et assiduis sanctarum orationum precibus mentis acies inlustranda, ut purae veritatis lumen omni errorum nube expulsa contemplari valeat, ne in opiniones noxiae falsitatis temeritas inordinata incautius gradientes precipitet. Nec pigeat Christianum ubi hesitet querere nec pudeat ubi nesciat discere, quoniam pia humilitas discendi sapientiae intrat secreta, et melius est discipulum esse veritatis quam doctorem existere falsitatis. Ille ad altiora semper provehitur, iste ad inferiora semper dilabitur et inde magister efficitur erroris, unde auditor contempsit esse veritatis.

2 Elipando] Elepando *R.* 3 Ispaniae] Hispaniae *R.* 4 Deo *deest R.* vero] vere *M.* 6 duplices] dulplices *R.* 8 redempti] redepti *R.* 10 cantica *R.* 12 terrore *M.* 15 proeliator] praetiator *R.* 17 ignea] ignita *R.* 18 non] no *R.* 19 qua] quia *R.* 23 ab apostolicis] apostolicis *R.* 24 servate *R.* 30 auctoritate] octoritate *R.* 34 utrumque *R.* 38 acias *R.* 40 Nec] ne *M.* ubi hesitet] ubesitet *R.* 41 humilitas] humilitatis *M.* 43 delabitur *R.*

1) *Cf. supra p. 111—119 et 120 sq.*

Hanc igitur, fratres, pernitiosam devitantes elationem sanctorum patrum et catholicorum doctorum sacris inhaerearnus sensibus. Discamus quae scribserunt, credamus quae docuerunt et non declinemus ad dexteram neque ad sinistram, sed per viam regiam ad regem et redemptorem, Deum et dominum nostrum Iesum Christum, concordi fidaci et veritatis curramus professione. *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*, eodem attestante Paulo apostolo: *Iustus autem ex fide vivit.* Si iustus ex fide vivit, quomodo qui fidem non habet rectam se vivere aestimat? Nos nempe non sumus infidelitatis filii in perditionem, sed fidaci in adquisitionem animae. Sequamur sanctorum patrum venerabilia in caritate praecepta. Decet enim, ut omnium Christianorum una sit fides et unus animus, sicut est unum ovile et unus pastor. Qui vero extra ecclesiastici ovilis septa invenientur lupina rabie devorabuntur, quia vocem boni pastoris non audiunt, qui ante suas oves ingredietur et egredietur, ut eos ad pascua vitae perducat eternae. Nobis itaque dictum intellegamus quod egregius praedicator suis karissimis praecipiebat filiis dicens: *Obsecro vos per nomen domini nostri Iesu Christi, ut unum dicatis omnes, et non sint in vobis scismata, sitis autem perfecti in uno sensu et in eadem scientia.* Haec habentes apostolicae auctoritatis praecepta concordate nobiscum. Diligimus vos, hoc vobis volumus in Domino quod et nobis, quia perfecta, quam habemus in Christo, caritas congregare gaudet, non spargere, adunare, non scindere et inconsutilem salvatoris nostri tonicam integram servare, non dividere, praevidentes hoc idem in pace Christi custodire, quod milites in passione eius observabant.

cf. Is 30, 21.
Rom. 10, 10.
ib. 1, 17.
cf. Hebr. 10, 39.
cf. Ioh. 10, 16.
cf. ib. 10, 7 sqq.
1. Cor. 1, 10.
cf. Matth. 12, 30.
cf. Ioh. 19, 23, 24.

His ita praelibatis vestris in Domino valde congaudemus profectibus, ita ut in cordibus nostris fraterno vulnerati amore vestram, quam patimini inter gentes, lacrimabili gemitu condolemus oppressionem. Sed maiore multo tristitia lugemus, si aliquid diabolica fraude interius oppressionis per infidelitatem vel cuiuslibet scismatici erroris patiemini in cordibus. Iste est continuus dolor pectoribus nostris et pene inremediabile vulnus, nisi per eius misericordiam, qui sanat contritos corde et vult omnes homines salvos fieri ad agnitionemque veritatis pervenire, illi nos laetificent, qui contristaverunt. Vestra igitur correctio nostra est laetificatio, desiderantes vos socios habere in fide catholica et cooperatores in praedicatione veritatis, ut gaudium, quod Christus promisit suis discipulis, habitet in nobis et gaudium nostrum impleatur in vobis.

cf. Luc. 4, 18; 1. Tim. 2, 4
cf. Ioh. 15, 11.

Ad impletionem vero huius gaudii fraterna cogente caritate iussimus sanctorum patrum synodale ex omnibus undique nostrae ditionis ecclesiis congregare concilium, quatenus sancta omnium unanimitas firmiter decerneret, quid credendum sit de adoptione carnis Christi, quam nuper novis adsertionibus et sanctae Dei universali ecclesiae antiquis temporibus inauditis vos ex vestris scriptis intulisse cognovimus. Immo et ad beatissimum apostolicae sedis pontificem de hac nova inventione nostrae devotionis ter quaterque direximus missos, scire cupientes, quid sancta Romana ecclesia, apostolicis edocta traditionibus, de hac respondere voluisset inquisitione. Necnon et de Brittanniae partibus[1] aliquos ecclesiasticae disciplinae viros convocavimus, ut ex multorum diligenti

5 concorda *M.* creditus *R.* 6 Paulo *deest R.* 10 unum] unu *R.* 17 quod] quid *R.* 18 quia] qui *R.* gaudet] et *add. R.* 21 observabant] servabant *M.* 22 ut] *intellige* sicut. 26 Iste] Ita *R.* inremediabile *M. R.* 28 illi] in illi *R.* 30 cooperatores] cooperationes *R.* 31 promisit suis discipulis] suis promisit dissipulis *R.* 35 credendum] cernendum *R.*

1) *De sacerdotibus ex Britannia accersitis cf. Simson, l. l. II, 66 ann. 1—3; de Alcuino cf. capitulare Francofurtense c. 56 (infra p. 171).*

consideratione veritas catholicae fidaei investigaretur et probatissimis sanctorum patrum hincinde roborata testimoniis absque ulla dubitatione teneatur. Idcirco vobis per singulos libellos dirigere curavimus, quid praedictorum unanimitas pia patrum et pacifica perscrutatio auctoritate ecclesiastica inveniret, statuisset, confirmaret.

Primo, quid domnus apostolicus cum sancta Romana ecclesia et episcopis in illis partibus quaquaversum commorantibus et catholicis doctoribus sentiret, sub unius libelli tenore statuimus [1].

Deinde secundo loco, quid ecclesiastici doctores et sacerdotes ecclesiarum Christi de propinquioribus Italiae partibus cum Petro Mediolanensi archiepiscopo et Paulino Foroiulianensi vel Aquileianensi patriarcha, viris valde venerabilibus, intellegi vel firmiter voluissent credi, suis propriis responsionibus exaratum posuimus libellum, quia ipsi quoque praesentes nostro synodali conventui adfuerunt [2].

Post haec tertius tenet libellus orthodoxam sanctorum patrum episcoporum et virorum venerabilium fidem, qui in Germaniae, Galliae, Equitaniae et Brittanniae partibus dignis Deo deserviunt officiis, vestrisque obiectionibus sanctarum scripturarum testimoniis roboratas obtinet responsiones [3].

Dein quarto loco meae propriae unanimitatis cum his sanctissimis praedictorum patrum decretis et catholicis statutis consensum subnexui, sicut vosmetipsi in vestra epistola, quam meo specialiter adsignastis nomini, rogare curastis [4], id est ne paucorum subdolis assertionibus consentirem, sed plurimorum testimoniis roboratam fidem firmiter tenerem. Facio certissime, Deo domino nostro Iesu Christo donante horum me sanctissimae multitudini et probatissimae auctoritati in verae fidaei professione firmiter associans, nec vestrae me paucitati in confessione huius novae assertionis socium admitto, sed apostolicae sedi et antiquis ab initio nascentis ecclesiae et catholicis traditionibus tota me mentis intentione, tota cordis alacritate coniungo. Quicquid in illorum legitur libris, qui divino afflati Spiritu toti orbi a Deo Christo dati sunt doctores, indubitanter teneo, hoc ad salutem animae meae sufficere credens, quod sacratissimae evangelicae veritatis pandit historia, quod apostolica in suis epistolis confirmat auctoritas, quod eximii sacrae scribturae tractatores et praecipui Christianae fidaei doctores ad perpetuam posteris scriptum reliquerunt memoriam. Cum his quoque doctoribus et sanctae ecclesiae pastoribus veram praedico fidem, quos in praesenti tempore ille nobis dedit luminaria, qui dixit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.*

Matth. 28, 20.

Hi sunt propugnatores fidaei nostrae, hi sunt rectores per diversas sedes civitatis Christi. Cuius antemurale est fides catholica et caritas firmissimus murus et propugnacula divinarum testimonia scribturarum; et divitiae salutis in ea sunt sapientia et scientia et spes portarum custodia, quae quattuor clavibus, id est prudentia, iustitia, fortitudine et temperantia, piis aperiuntur animis. Huius vero civitatis ipse Dei verus et proprius filius, Deus verus, homo verus, Iesus Christus, dominus noster, regali praesidet potentia, cuius gratia totam illius civitatis structuram regit, defendit et exaltat. Quisquis ad

2 hincinde] hinc in die *R.* 3 praeditorum *R.* unanimitas pia patrum] patrum pia unanimitas *R.* 5 in illis] illis in *R.* 6 quaqueversum *M.* 9 propinquoribus *R.* 10 viris] in Domino *add. R.* 11 voluissent credi] credi voluissent *R.* 13 haec] hanc *R.* libellos *R.* 14 Aequitaniae *R.* 16 testimonii *M.* 19 meo] in eo *R.* nomine *M.* 21 nostro] meo *R.* 22 probatissimae auctoritati] probatissime octoritati *R.* 23 confessione] consensione *R.* 25 me *deest R.* coniungo] congungo *R.* 26 afflati Spiritu] Spiritu affati *R.* toto *M*, tota *R.* 34 Hi] Hii *R hic et infra.* civitates *R.* 36 divinarum testimonia scribturarum] scripturarum divinarum testimonia *R.* 37 iustitia] iusttia *R.* 38 aperiunt *R.* 39 praesedit *R.* 40 cuius] et cuius *M. R.*

1) *Supra p. 122—130.* 2) *Supra p. 130—142.* 3) *Supra p. 142—157.* 4) *Supra p. 121 l. 37 sq.*

hanc civitatem, recta sibi praeviante fide, manus bonorum operum habens plenissimas, pervenire festinat, apertas inveniet portas et regem regum cum milibus sanctorum agminum obviare sibi gaudebit. Sed et gratias vobis agimus de instantia orationum vestrarum, quibus memoriam nostri assidue vos habere dixistis[1], optantes, ut preces vestrae acceptabiles sint domino Deo salvatori nostro, et ut ipse per suam misericordiam dignos vos efficiat exaudiri et ad unitatem sanctae suae ecclesiae revocare dignetur et eiusdem pietatis humeris in sanctae matris ecclesiae reportet ovile, qua de caelis veniens ovem requirere perditam inventamque cum triumpho gloriae ad sedem paternae maiestatis revexit.

Illud quoque, quod vobis nostram pietatem flagitare placuit[2], quatenus in praesentia nostra libelli vestri legeretur textus et perscrutante plurimorum consilio, quid in eo rectae fidaei sanctionibus consentiens inveniretur, fecimus sicut petistis, collectis undique, veluti praefati sumus[3], ecclesiasticis doctoribus et populi Christiani rectoribus; nobisque omnibus pacifico unanimitatis choro consedentibus eundem libellum a capite calectenus per distinctiones uniuscuiusque sententiae et per interrogationes vel responsiones, prout cuique libuit, perlegere iussimus. Quid vero de eo libello praesules ecclesiarum Christi fidaeique catholicae doctores intellexissent, non opus est mihi in hac mea iterare epistola, dum eorum libellus proprius hoc vobis evidenter ostendit.

Scriptam itaque in epistola vestra huiusmodi obsecrationem invenimus: Poscentes[4] vos per eum, qui pro te in cruce manus extendit innoxias et pro te praetiosum sanguinem effudit et pro te mortem pertulit et sepulturam, ad liberandos electos ad infernum descendit et pro te resurgens tibi viam ad caelos revertendi, scilicet ad caelestem patriam, demonstravit, ut per te ipsum arbiter sedeas. Ecce ego vestris petitionibus satisfaciens congregationi sacerdotum auditor et arbiter adsedi. Discernimus et Deo donante decrevimus, quid esset de hac inquisitione firmiter tenendum. Sed modo per eandem obsecrationem vos iterum iterumque obtestor, ut in pacifica unanimitate et catholicae fidaei professione nobiscum firmiter maneatis nec vos doctiores aestimetis universali sancta Dei ecclesia. Eandem fidem tenete, quam orthodoxi patres in suis nobis simbolis scribtam reliquerunt, et nolite *plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem;* nec ratiotinando humano ingenio divina vos mysteria investigare arbitremini, sed magis credendo honorate quae humana fragilitas temere perscrutando invenire non valet. Rom. 12, 3.

Exemplum mihi Constantini imperatoris proposuistis[5], cuius initium beatum Isidorum laudasse dicitis et finem doluisse; quod ne mihi accidat, per quendam Beatum, quem Antifrasium cognominastis, benigne suadetis. Hoc etiam divina miserante gratia praecavere satago, non ab illo tantummodo, sed etiam ab omnibus, qui aliquid rectae fidaei contrarium docere videntur, adsiduaque devotione Deum deposco et quoscumque ex filiis sanctae matris ecclesiae valeo mihi in hac petitione adiutores convoco, ne me alicuius verbosa adulatio vel fraudulenta laudatio decipiens a via veritatis avertat, sepius cum propheta decantans: *Corripiet me iustus in misericordia* Ps. 140, 5.

1 plenissimam *R.* 7 qua] qui *M.* 9 revexi *R.* 18 eorum] illorum *R.* hoc] ho *R.* 20 extendit innoxias] innoxias extendit *R.* praetiosum sanguinem] sanguinem praetiosum *R.* 22 resurgens] surgens *M.* ut] uti *R.* 23 arbiter] arbter *R.* satisfaciens] satisfacientes *R.* 27 sancta Dei ecclesia] sanctae Dei ecclesiae *M. R.* Eandem] Eam *R.* 29 ratiotinando] rationando *R.* 30 arbitremini] arbitramini *M. R.* 33 ne] nec *R.* accedat *M.* 34 Antifrasium] Antifrasin *M. R.* per antiphrasin *Froben.*

1) *Cf. supra p. 120 l. 10 sqq.* 2) *Cf. supra p. 119 l. 24 sqq., p. 120 l. 24 sqq.* 3) *Cf. supra p. 159 l. 33 sqq.* 4) *Cf. supra p. 120 l. 27 sqq.* 5) *Cf. supra p. 121 l. 9 sq.*

et increpabit me. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Vos vero vobismetipsis cavete quod nos fraterno ammonuistis amore, procurantes diligentissime omnipotentisque Dei vobis assiduis precibus clementissimam convocate gratiam, ne callida antiqui hostis versutia sensus vestros in aliqua parte corrumpat, et peius fiat interius diaboli servitium quam exterius gentis inimicae, eumque expectate redemptorem, quem salutis vestrae habuistis auctorem. Illum glorificate in corde et portate in corpore et dignam in vobis illi praeparate habitationem in fide, quae per dilec-
cf. Gal. 5, 6. tionem operatur, quatenus vos illius gloriosa potentia et ineffabilis misericordia ab utriusque servitutis molestia, exteriore scilicet et interiore, liberet et custodiat et in die magno ante conspectum gloriae suae cum multiplicibus laboris vestri divitiis gloriosos stare concedat et vocem optabilem cum operatoribus apostolicae fidaei audire
Matth. 25, 34. faciat: *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Paratum igitur vobis regnum ab origine mundi indubitatae veritatis promissione speratis, si catholicae fidaei unanimitati vosmetipsos adiungere curetis. Exteriores servitutis molestias interna fidelitatis spe consolamini. Oculos vestrae mentis ad eum erigite, qui vos eripuit de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii dilec-
cf. Col. 1, 13. tionis suae.

Actenus, antequam huius adoptionis in Christo nomen a vobis exortum nostros non offenderet animos, vos germanitatis amore dileximus, et si nos vestrum corporale servitium contristaret, rectitudo tamen catholicae fidaei laetificavit in vobis. Nunc vero duplici pro vobis affligimur merore, diabolica fraude deceptis in corde et inimica servitute oppressis in corpore. Sed redite, obsecro, ad unitatem sanctae matris ecclesiae, ut vos eruat de angustia servitutis terrenae qui vos per baptismi gratiam a
ib. 3, 9. vinculo liberavit originalis peccati. Expoliastis veterem hominem: quomodo iterum fraude decepti maligna induamini illo? Adoptionis filii Deo patri facti estis per eum, qui non est adoptivus, sed proprius; state per fidaei inviolabilem confessionem in libertate filiorum Dei et nolite infidelitatis iugum subire. Expellite vincula diabo-
cf. Ps. 145, 7. licae deceptionis de cordibus, quatenus Deus Christus, qui solvit compeditos, excutiat catenam gentis inimicae de manibus vestris. Habetis nos divina auxiliante gratia cooperatores gaudii vestri, si vos nobiscum catholicae fidaei vultis esse praedicatores. Certissimum itaque ibi erit divinae miserationis auxilium, ubi una est totius ecclesiae caritas et una verae fidaei confessio. Ad multitudinem populi Christiani et ad concilii sacerdotalis unanimitatem revertimini. Si enim duorum vel trium sancto pioque con-
cf. Matth. 18, 20. sensui secundum suam promissionem Dominum esse praesentem non dubitamus, quanto magis ubi tot sanctissimi patres, tot venerabiles fratres, tot filii piae matris ecclesiae in nomine illius pacifica conveniunt unanimitate, eum adesse medium non dubitamus et illorum regere consilia, qui sui nominis laudem querere dinoscuntur.

Ad confirmanda igitur corda vestra in fide et veritate hanc nostri nominis fraterna instigante caritate epistolam scribere curavimus, optantes, ut nostra, quam habemus pro fide catholica, proficiat devotio et vos divina clementia ad fidem reducat catholicam. Ante igitur quam huius sepedicti scandali a vobis oriretur offensio, duplici caritate, sicut praediximus, dileximus vos, id est in orationibus nostris per omnes regni nostri ecclesias habuimus socios et, vestri memoriam cotidie facientes, itidem

4 hostis] ostis *R.* 11 operatoribus] cooperatoribus *R.* 14 unanimitati] unanimitate *M. R.* 15 interna] interra *M.* vestrae mentis] mentis vestrae *R.* 19 non *deest R.* 20 catholicae fidaei] fidaei catholicae *R.* 21 deceptis — oppressis] deceptos — oppressos *M. R.* 25 per] super *M.* 27 libertatem *M.* 32 carita *R.* concilii sacerdotalis] sacerdotalis concilii *R.* 36 dubitamus] est dubitandum *R.* 37 regere] regenere *R.*

quoque et Deo auxiliante voluntatem habuimus vos liberare a servitio secularis necessitatis secundum temporis oportunitatem et vestri consilii adhortationem. Nunc vero hac duplici caritate — quod sine dolore non dicimus — fraudastis vosmetipsos, non intellegentes vos fraude diabolica esse deceptos, ut utroque iuvamine vos denudasset, id est participatione fidaei et orationum nostrarum vel solatio auxilii nostri. Videte, videte, quam grande malum adversus vosmetipsos factum habetis, quod nequaquam ausi sumus orare pro vobis sicut pro fidelibus sanctae Dei ecclesiae filiis nec vos adiuvare quomodo fratres in vestris maximis necessitatibus. Quapropter revertimini ad hanc duplicem consolationem et abicite a vobis hanc malignam diabolicae fraudis versutiam, ut possitis nobiscum consortium habere in omni caritate et auxilio oportuno. Post hanc vero correptionem vel admonitionem apostolicae auctoritatis et synodalis unanimitatis, si non resipiscitis ab errore vestro, scitote omnino vos pro hereticis haberi nec ullam vobiscum communionem pro Deo audemus habere. Currite, dum lucem habetis, ne tenebrae vos anathematis adprehendant, unde non potestis pedes vestros explicare, sed aeterna damnatione inretitos esse lugebitis. Adhuc enim pia mater ecclesia, quae revocat vos ad gremium suae misericordiae, volens vos Deo nutrire in filios, tantum nolite vos abstrahere ab eius pietate, qui vos vocavit in regnum filii dilectionis suae.

cf. Ioh. 12, 35.

cf. Col. 1, 13.

Credimus[1] in unum Deum patrem omnipotentem, factorem caeli ac terrae, visibilium omnium et invisibilium. Credimus et in unum dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, natum ex patre ante omnia secula et ante omnia tempora, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, naturalem, non adoptivum, per quem omnia condita sunt, caelestia et terrestria, unius essentiae et unius substantiae cum patre. Credimus et in Spiritum sanctum, Deum verum, vivificatorem omnium, a patre et filio procedentem, cum patre et filio coadorandum et conglorificandum. Credimus eandem sanctam trinitatem, patrem et filium et Spiritum sanctum, unius esse substantiae, unius potentiae et unius essentiae, tres personas et singulam quamque in trinitate personam plenum Deum et totas tres personas unum Deum omnipotentem, patrem ingenitum, filium genitum, Spiritum sanctum procedentem ex patre et filio, nec patrem aliquando coepisse, sed sicut semper est Deus, ita semper et pater est, quia semper habuit filium. Aeternus pater, aeternus filius, aeternus et Spiritus sanctus ex patre filioque procedens, unus Deus omnipotens, pater et filius et Spiritus sanctus, ubique praesens, ubique totus, Deus aeternus, ineffabilis, inconprehensibilis. In qua sancta trinitate nulla est persona vel tempore posterior vel gradu inferior vel potestate minor, sed per omnia aequalis patri filius, aequalis patri et filio

1 habuimus vos] vos habuimus *M.* 2 oportunitatem] oportunita *R.* 5 est] ut *add. M.* nostrarum] vestrarum *R.* 6 adversum *R.* factum habetis] habetis factum *R.* 7 ausi] auxi *R.* ecclesia *R.* 16 ecclesia] *scil.* est. gremium] praemium *M.* 19 Credimus] *hoc verbo incipit E, ubi praemittuntur:* Expositio catholicae fidei a sanctis patribus et venerabilibus sanctae Dei ecclesiae pastoribus, qui piissimo principe rege Karolo iubente congregati sunt in loco celebri, qui dicitur Francofurd, latinae Vadus Francorum, concordi professione et pacifica omnium unanimitate perscripta, quatenus huius sanctissimi symboli signum memoriale permaneret in Domino (Amen, *add. al. man., postea deletum).* 23 adoptivum] abtivum *e corr. E.* 32 ex patre filioque procedens *desunt E.* omnipotens pater] pater omnipotens *M.* 35 filius aequalis patri *desunt R.* filio] et *add. R.*

1) *Cf. symbolum fidei libris q. d. Carolinis insertum (l. III c. 1; Migne, Patrol. lat. XCVIII, 1113 sqq.).*

Spiritus sanctus divinitate, voluntate, operatione et gloria. Alius tantummodo in persona pater, alius in persona filius, alius in persona Spiritus sanctus. Non aliud, sed unum natura, potentia et essentia Deus pater et filius et Spiritus sanctus. Credimus ex hac sancta trinitate filii tantummodo personam pro salute humani generis de Spiritu sancto et Maria virgine creatam, ut qui erat in divinitate filius Dei patris esset in humanitate hominis matris filius; perfectus in divinitate Deus, perfectus in humanitate homo; Deus ante omnia saecula; homo in fine saeculi; verus in utraque substantia Dei filius, non putativus, sed verus, non adoptione, sed proprietate; una persona Deus et homo, unus mediator Dei et hominum; in forma Dei aequalis patri, in forma servi minor patre; in forma Dei creator; in forma servi redemptor; unus in utroque Dei filius proprius et perfectus ad implendam humanae salutis dispensationem passus est vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte; surrexit vera carnis suae resurrectione et vera animae suae resumptione et eodem corpore, quo passus est, et resurrexit, ascendit in caelos, sedens in dextera Dei patris, et in eadem forma, qua ascendit, venturus iudicare vivos ac mortuos, cuius regni non erit finis. Praedicamus unam sanctam Dei ecclesiam toto orbe diffusam, locis separatam, fide et caritate coniunctam, et veram remissionem peccatorum in eadem ecclesia, sive per baptismum sive per poenitentiam, divina donante gratia et bona voluntate hominis cooperante. Credimus et omnes homines resurrecturos esse et singulos secundum sua opera iudicari, impios eternis suppliciis damnandos cum diabolo et angelis eius, sanctos vero eterna gloria coronandos cum Christo et sanctis angelis eius in saecula sempiterna.

Haec est fides catholica et ideo nostra, optamus etiam et vestra, quia una est
cf. Eph. 4, 5. fides et unum baptisma et unus dominus noster Iesus Christus, qui est Deus verus et verus homo, verus Deus et verus Dei filius, in utraque natura unus idemque mediator Dei et hominum, homo Iesus Christus, qui est Deus benedictus in saecula. Hanc fidem vos, karissimi fratres, firmiter tenere in commune deprecamur, et si aliter antea in quolibet verbo sensistis, corrigite vosmetipsos et ad unitatem sanctae Dei ecclesiae pura fide festinate et contentiones nominum novitatesque vocum devitate, quia iuxta
cf. Tit. 3, 9 (?). apostolum non est hereticus nisi ex contentione. Vos igitur pauci estis: unde putatis vos aliquid verius invenire potuisse quam quod sancta et universalis toto orbe diffusa tenet ecclesia? Sub tegmine alarum illius requiescite, ne vos avida diaboli rapacitas, si foras inveniat, nefando gutture devoret. Redite ad pium matris ecclesiae graemium. Illa vos foveat et nutriat, donec occurratis in virum perfectum et in plenitudinem
cf. Eph. 4, 12. corporis Christi. Habetote nos cooperatores salutis vestrae, catholicae pacis auxiliatores, et societas nostra sit in Christo Iesu domino nostro, qui vos nobiscum incorruptos et inmaculatos fide pariter et opere custodiat et constituat ante conspectum gloriae suae incontaminatos et inreprehensibiles et perpetuae beatitudinis heredes pariter perficiat in eternum. Amen.

4 humanu *E.* 5 creatam] incarnatam *R. E.* filius Dei patris] Dei patris filius *R. E.* 6 esset] et *add. R.* 11 salutis] *hoc verbo finit R.* dispensatione *E.* 12 passionis *E.* surrexit] resurrexit *E.* 13 animae suae] animae *E.* 16 diffusa *E.* separata *E.* 17 baptimum *E.* 19 resurrecturus *E.* singulus *E.* 20 damnandus *E.* 32 nefande *E.* 34 Habetote] Habete *E.*

G. CAPITULARE FRANCOFURTENSE.

Ad litteram usque repetimus editionem a Boretio confectam, quae nititur 1) in codice Parisiensi latino 10758 (antea s. Remigii Remensis, deinde collegii Claramontani 620, tum inter suppl. lat. 164bis) saec. IX. X. (= P 1) p. 25 et 2) in codice Parisiensi latino 4628 A (antea s. Dionysii in Francia) saec. X. (= P 2) fol. 55. Exstat capitulare etiam in codicibus Parisiensi latino 4631 saec. XV. (antea Fauriano) fol. 43, codicis P 2 apographo, et Hamburgensi bibliothecae urbanae theol. 1717 saec. XVII. Codex denique Guelferbytanus inter Blankenburgenses 130. 52 (antea ecclesiae Augustanae) saec. X. fol. circiter 88 exhibet cc. 12—14.

Edd.: Paulini libellus (v. supra p. 130 l. 33 sq.) a. 1549. in praef. (cc. 1. 2). Synodus Parisiensis a. 1596. in praef. (cc. 1. 2). Alcuini opp. ed. Duchesne 1889. Goldast, Const. I, 18 (cc. 1. 2). Sirmond II, 192. Coll. reg. conc. XX, 143. Bail II, 291. Labbe-Cossart VII, 1056; ed. Coleti IX, 99. Baluze I, 261 (cc. 3—56). Harduin IV, 903. Georgisch 585 (cc. 3—56). Bouquet V, 650 (cc. 3—5. 55. 56). Hartzheim I, 323. Mansi XIII, 907 (cc. 1. 2). XIII, app. 187 (cc. 3—56). Walter II, 113 (cc. 3—56). MG. LL. I, 71. Migne, Patrol. lat. XCVII, 190. Haddan-Stubbs, Councils III, 481. MG. Capit. I, 73. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I. n. 325. 'Neues Archiv' XXIV, 473.

Coniungentibus, Deo favente, apostolica auctoritate[1] atque piissimi domni nostri Karoli regis iussione anno XXVI. principatus sui cunctis regni Francorum seu Italiae, Aquitaniae, Provintiae episcopis ac sacerdotibus synodali concilio, inter quos ipse mitissimus sancto interfuit conventui. Ubi in primordio capitulorum exortum est de impia ac nefanda erese Elipandi Toletane sedis episcopi et Felicis Orgellitanae eorumque sequacibus, qui male sentientes in Dei filio adserebant adoptionem: quam omnes qui supra sanctissimi patres et respuentes una voce contradixerunt atque hanc heresim funditus a sancta ecclesia eradicandam statuerunt[2].

II. Allata est in medio questio de nova Grecorum synodo, quam de adorandis imaginibus Constantinopolim fecerunt[3], in qua scriptum habebatur, ut qui imagines sanctorum ita ut deificam trinitatem servitio aut adorationem non inpenderent, anathema iudicaverunt: qui supra sanctissimi patres nostri omnimodis adorationem et servitutem rennuentes contempserunt atque consentientes condempnaverunt.

III. His peractis de Tasiloni[4] definitum est capitulum, qui dudum Baioariae dux fuerat, sobrinus videlicet domni Karoli regis. In medio sanctissimi adstetit con-

I. 22 Eliphandi *P 2*. 24 supra] dicti sunt *add. P 2*.
II. 27 imagines] imaginibus *e corr. P 2*. 29 qui] quam *P 2*. adorationem] et orationem *P 1*.
III. 31 peractis] peragratis *P 1*.

1) *Cf. Annales q. d. Einhardi ad a. 794. (ed. Kurze, Ann. regni Francorum 95):* Adfuerunt . . . in eadem synodo et legati sanctae Romanae ecclesiae, Theophylactus *(Tudertinus)* ac Stephanus *(Neapolitanus)* episcopi, vicem tenentes eius, a quo missi sunt, Adriani papae. 2) *Cf. annales Laureshamenses ad a. 794. et chronicon Moissiacense ad a. 794., MG. SS. I, 36. 301, supra p. 142. 153 laudati. Quae exhibet codex Berolinensis 81 Phill. 1744 fol. 121' manu saec. XII. exarata fluxerunt ex annalibus Laureshamensibus; v. praeterea Simson, l. l. II, 67 ann. 1. 71 ann. 2.* 3) *Concilium oecumenicum septimum, Nicenum secundum vulgo dictum, anno 787. Niceae coeptum et Constantinopoli finitum est; cf. Hefele, l. l. III, 474.* 4) *Cf. Simson, l. l. II, 83 ann. 3.*

cilii, veniam rogans pro commissis culpis, tam quam tempore domni Pippini regis adversus eum et regni Francorum commiserat, quam et quas postea sub domni nostri piissimi Karoli regis, in quibus fraudator fidei suae extiterat, indulgentiam ut ab eo mereretur accipere, humili petitione visus est postulasse, demittens videlicet puro animo iram atque omnem scandalum de parte sua, quaeque in eo perpetrata fuisset et sciebat. Necnon omnem iustitiam et res proprietatis, quantum illi aut filiis vel filiabus suis in ducato Baioariorum legitime pertinere debuerant, gurpivit atque proiecit et, in postmodum omni lite calcanda, sine ulla repetitione indulsit et filiis ac filiabus suis in illius misericordia commendavit. Et ideirco domnus noster, misericordia motus, praefato Tasiloni gratuitu animo et culpas perpetratas indulsit et gratia pleniter concessit et in sua aelemosina eum in amore dilectionis visus est suscepisse, ut securus Dei misericordia existeret inantea. Unde tres breves ex hoc capitulo uno tenore conscriptos fieri praecepit, unum in palatio retinendum, alium praefato Tasiloni, ut secum haberet in monasterio, dandum, tertium vero in sacri palacii capella recondendum fieri iussit.

IIII. Statuit[1] piissimus domnus noster rex, consentienti sancta synodo, ut nullus homo, sive ecclesiasticus sive laicus sit, ut nunquam carius vendat annonam, sive tempore abundantiae sive tempore caritatis, quam modium publicum et noviter statutum, de modio de avena denario uno, modio ordii denarius duo, modio sigalo denarii tres, modio frumenti denarii quatuor. Si vero in pane vendere voluerit, duodecim panes de frumento, habentes singuli libras duas, pro denario dare debeat, sigalatius quindecim aequo pondere pro denario, ordeaceos viginti similiter pensantes, avenatios viginti quinque similiter pensantes. De vero anona publica[2] domni regis, si venundata fuerit, de avena modius II pro denario, ordeo den. I, sigalo den. II, frumento modius denar. III. Et qui nostrum habet beneficium diligentissime praevideat, quantum potest Deo donante, ut nullus ex mancipiis ad illum pertinentes beneficium fame moriatur; et quod superest illius familiae necessitatem, hoc libere vendat iure praescripto.

V. De[3] denariis autem certissime sciatis nostrum edictum, quod in omni loco, in omni civitate et in omni empturio similiter vadant isti novi denarii et accipiantur ab omnibus. Si autem nominis nostri nomisma habent et mero sunt argento, pleniter pensantes, si quis contradicit eos in ullo loco in aliquo negotio emptionis vel venditionis, si ingenuus est homo, quindecim solidos conponat ad opus regis; si servilis conditionis, si suum est illud negotium proprium, perdat illud negotium aut flagelletur nudus ad palum coram populo; si autem ex iussione sui domini fecerit, tunc ille dominus solidos quindecim conponat, si ei adprobatum fuerit.

VI. Statutum est a domno rege et sancta synodo, ut episcopi iustitias faciant in suis parroechiis. Si non oboedierit aliqua persona episcopo suo de abbatibus, presbiteris, diaconibus, subdiaconibus, monachis et caeteris clericis vel etiam aliis in eius

III. 8 et] cum *addi vult Boretius, quod Simson non probat.*
IIII. 27 famen *Boretius.*
V. 35 palam *P 1. 2.*

1) *Cf. Soetbeer, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' VI, 73.* 2) *Cf. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' ed. 2. IV, 6 ann. 1.* 3) *Cf. Karoli capitulare Mantuanum 781 c. 9, MG. Capit. I, 191 (Mühlbacher[2] n. 234); v. praeterea Soetbeer, l. l. IV, 291. Prou, 'Les monnaies carolingiennes' p. X. XLII. Simson, l. l. I. 375.*

parrochia, venient ad metropolitanum suum, et ille diiudicet causam cum suffraganeis suis. Comites quoque nostri veniant ad iudicium episcoporum. Et si aliquid est, quod episcopus metropolitanus non possit corrigere vel pacificare, tunc tandem veniant accusatores cum accusato cum litteris metropolitano, ut sciamus veritatem rei.

VII. Definitum[1] est etiam a domno rege et sancta synodo, ut episcopus non migret de civitate in civitate, sed curam habeat ecclesiae suae; similiter presbyter et diaconus maneat in suas ecclesias canonicae.

VIII. De[2] altercatione Ursione Viennensis episcopi et advocato Elifanto Arelatensis episcopi lectae sunt epistolae beati Gregorii, Zosimi, Leonis et Simmachi, quae difinierunt eo, quod Viennensis ecclesia quattuor suffraganeas habere sedes deberet, quibus illa quinta praemineret; at Arelatensis ecclesia novem suffraganeas habere deberet, quibus ipsa praemineret. De Tarentasia[3] vero et Eberduno[4] sive Aquis[5] legatio facta est ad sedem apostolicam; et quicquid per pontificem Romanae ecclesiae definitum fuerit, hoc teneatur.

VIIII. Definitum est etiam ab eodem domno rege sive a sancta synodo, ut Petrus episcopus[6] contestans coram Deo et angelis eius iuraret cum duobus aut tribus, sicut sacrationem suscepit, aut certe cum suo archiepiscopo, quod ille in mortem regis sive in regno eius non consiliasset[7] nec ei infidelis fuisset. Qui episcopus, dum cum quibus iuraret non invenisset, elegit sibi ipse, ut suus homo ad Dei iudicium iret, et ille[8] testaretur absque reliquiis et absque sanctis evangeliis, solummodo coram Deo, quod ille innocens exinde esset, et secundum eius innocentiam Deus adiuvaret illum suum hominem, qui ad illud iudicium exiturus erat et exivit. Tamen eius homo ad iudicium Dei, neque per regis ordinationem neque per sanctae synodi censuram, sed spontanea voluntate, qui etiam, a domino liberatus, idoneus exivit. Clementia tamen regis nostri praefato episcopo gratiam suam contulit et pristinis honoribus eum ditavit nec passus eum esse sine honore, quem prospexit de composito crimine nihil male meruisse.

X. Definitum quidem a domno rege et a sancta synodo esse dinoscitur, ut Gaerbodus[9], qui se episcopum esse dicebat et sui ordinationis testes non habuit, qui tamen episcopalia a Magnardo metropolitano episcopo[10] consecutus est, qui etiam professus est diaconus et presbiterum non secundum canonicam ordinationem ordinatum esse, ut ab eodem gradu episcopatus, quod de se habere dicebat, deponeretur a praedicto metropolitano sive a conprovincialibus episcopis.

VI. 4 accusatu *P. 1. 2.* rei] *ita corr. Sirmond,* ei *P 1,* eius *P 2.*

VIII. 8 Ursione] Usione *P 1.* Uisione *P 2.* Eliphanto *P 2.* 11 at] ad *Boretius.* novem] *verbum hoc P 1. 2 pro novi capitis numero ponunt et quae sequuntur numerant* X, XI *rell.*

VIIII. 18 nec — fuisset *desunt P 2.* episcopus dum] *ita P 2,* dum episcopus *P 1.*

X. 28 Definitum] est *add. P 1.* esse dinoscitur *desunt P 2.* 30 consecutus] *ita corr. Sirmond,* coniunctus *vel* convinctus *P 1. 2.* 31 diaconos *P 2.*

1) *Cf. concilium Nicenum c. 15, Antiochenum c. 21, Sardicense c. 1, Chalcedonense cc. 5. 10 (Mansi II, 681. 1326. III, 22. VII, 375. 376); Karoli admonitio generalis 789 c. 24, MG. Capit. I, 55 (Mühlbacher*[2] *n. 300). V. infra c. 27.* 2) *Cf. Hefele, l. l. II, 590.* 3) *Moustier en Tarentaise; v. Leonis III. bullam spuriam, Jaffé-E. n. 2533.* 4) *Embrun.* 5) *Aix.* 6) *Virdunensis.* 7) *Cf. gesta episcoporum Virdunensium c. 14, MG. SS. IV, 44, et Simson, l. l. II, 42 ann. 4.* 8) *Ipse episcopus, ut ait Boretius, l. l. I, 75 ann. 14.* 9) *Sedis ignotae; cf. quae Mühlbacher*[2] *p. 141 exponit.* 10) *Rotomagensi.*

XI. Ut[1] monachi ad saecularia negotia neque ad placita exercenda non exeant, nisi ita faciant, sicut ipsa regula praecepit.

XII. Ut reclusi non fiant, nisi quos ante episcopus provintiae atque abbas comprobaverint, et secundum eorum dispositionem in reclusionis loco ingrediantur.

XIII. Ut[2] abbas cum suis dormiat monachis secundum regulam sancti Benedicti.

XIIII. Ut[3] cellerarii in monasteriis avari non elegantur, sed tales electi sint, quales regula sancti Benedicti docet.

XV. De[4] monasterio, ubi corpora sanctorum sunt: ut habeat oratorium intra claustra, ubi peculiare officium et diuturnum fiat.

XVI. Audivimus[5] enim, quod quidam abbates cupiditate ducti praemia pro introeuntibus in monasterio requirunt. Ideo placuit nobis et sanctae synodo, ut pro suscipiendis in sancto ordine fratribus nequaquam pecunia requiratur, sed secundum regulam sancti Benedicti suscipiantur.

XVII. Ut[6] abba in congregatione non elegatur, ubi iussio regis fuerit, nisi per consensum episcopi loci illius.

XVIII. Ut abbates[7], qualibet culpa a monachis commissa, nequaquam permittimus coecare aut membrorum debilitate ingerere, nisi regularis disciplina subiaceat.

XVIIII. Ut[8] presbyteri, diaconi, monachi et clerici tabernis ad bibendum non ingrediantur.

XX. Ut[9] episcopum canones et regulam non liceat ignorare.

XXI. Ut[10] dies dominica a vespera usque ad vesperam servetur.

XXII. Quod[11] non oporteat in villolis nec in vicis episcopos ordinare.

XXIII. De[12] servis alienis: ut a nemine recipiantur neque ab episcopis sacrentur sine licentia dominorum.

XXIIII. De[13] clericis et monachis: ut in suo proposito permaneant.

XXV. Ut[14] decimas et nonas sive census omnes generaliter donent, qui debitores sunt ex beneficio et rebus ecclesiarum secundum priorum capitulorum domni regis, et

XII. 3 fiant] faciant *P 1.*
XIIII. 6 electi sint] eligendi sunt *P 2.*
XVI. 10 quod] ut *P 1.* 12 requirantur *Boretius.*
XXV. 27 beneficia *Boretius.* capitularum *Boretius.*

1) *Cf. Karoli capitulare 789 c. 30, MG. Capit. I, 64 (Mühlbacher² n. 301).* 2) *Cf. Regula Benedicti c. 22 ed. Woelfflin p. 32.* 3) *Cf. ibid. c. 31, l. l. p. 37, et Karoli capitulare 789 c. 6, l. l. p. 63.* 4) *Cf. Regula Benedicti c. 52, l. l. p. 51, et Karoli capitulare 789 c. 7, l. l. p. 63.* 5) *Cf. Regula Benedicti c. 58, l. l. p. 56 sqq., et Karoli capitulare 789 c. 15, l. l. p. 63.* 6) *Cf. ibid. c. 12, l. l. p. 63; v. praeterea regulam Benedicti c. 64, l. l. p. 62.* 7) *Cf. Karoli capitulare 789 c. 16, l. l. p. 63.* 8) *Cf. concilium Laodicense c. 24, Africanum c. 7 (Mansi II, 579. III, 734); Karoli admonitio generalis 789 c. 14, l. l. p. 55.* 9) *Cf. Decreta Coelestini c. 20 (Jaffé-K. n. 371); Karoli admon. gen. 789 c. 55, l. l. p. 57. V. praeterea infra c. 53.* 10) *Cf. concilium Laodicense c. 29, Mansi II, 580; Karoli admon. gen. 789 c. 15, l. l. p. 55.* 11) *Cf. concilium Laodicense c. 57, Sardicense c. 6 (Mansi II, 582. III, 24); Karoli admon. gen. 789 c. 19, l. l. p. 55.* 12) *Cf. Karoli admon. gen. 789 c. 23, l. l. p. 55.* 13) *Cf. Decreta Innocentii c. 17 (Jaffé-K. n. 286); Karoli admon. gen. 789 c. 27, l. l. p. 56.* 14) *Cf. Karoli capitulare Haristallense 779 c. 13, MG. Capit. I, 50 (Mühlbacher² n. 219), eiusdem epistola in Italiam emissa, l. l. p. 203 (Mühlbacher² n. 282); v. praeterea Simson, l. l. I, 325 ann. 3.*

omnis homo ex sua proprietate legitimam decimam ad ecclesiam conferat. Experimento enim didicimus in anno, quo illa valida famis inrepsit[1], ebullire vacuas anonas a daemonibus devoratas et voces exprobrationis auditas.

XXVI. Ut domus ecclesiarum et tegumenta ab eis fiant emendata vel restaurata, qui beneficia exinde habent[2]. Et ubi repertum fuerit per veraces homines, quod lignamen et petras sive tegulas, qui in domus ecclesiarum fuerint et modo in domo sua habeat, omnia in ecclesia fiant restaurate, unde abstracte fuerunt.

XXVII. De[3] clericis: nequaquam de ecclesia ad aliam ecclesiam transmigrentur neque recipiantur sine conscientia episcopi et litteras commendatitias[4], de cuius diocesia fuerunt, ne forte discordia exinde veniat in ecclesia. Et ubi modo tales reperti fuerint, omnes ad eorum ecclesiam redeant, et nullus eum post se retinere audeat, postquam episcopus aut abbas suus eum recipere voluerit. Et si forte senior ignorat, ubi suum requirere debet clericum, cum quo fuerit, ipse eum sub custodia retineat et non permittat eum vacare aliubi, usque dum domino suo restituatur.

XXVIII. Ut[5] non absolute ordinentur.

XXVIIII. Ut unusquisque episcopus sibi subditos bene doceant et instruant, ita ut in domo Dei semper digni inveniantur, qui canonice possint fieri electi.

XXX. De[6] clericis ad invicem altercantibus aut contra episcopum suum agentibus, sicut canones docent, ita omnimodis peragant. Et si forte inter clericum et laicum fuerit orta altercatio, episcopus et comes simul conveniant et unanimiter inter eos causam diffiniant secundum rectitudinem[7].

XXXI. De[8] coniurationibus et conspirationibus: ne fiant et, ubi sunt inventae, destruantur.

XXXII. Ut[9] monasteria secundum canonicam institutionem fiant custodita.

XXXIII. Ut[10] fides catholica sanctae trinitatis et oratio dominica atque symbolum fidei omnibus praedicetur et tradatur.

XXXIIII. De[11] avaricia et cupiditate calcanda.

XXXV. De[12] hospitalitate sectanda.

XXV. 2 enim *deest P 1.*

1) *Anno ut videtur 793., de quo haec referunt annales Mosellani (MG. SS. XVI, 498):* Famis vero, quae anno priori caepit, in tantum excrevit, ut non solum alias immundicias, verum etiam, peccatis nostris exigentibus, ut homines homines, fratres fratres ac matres filios comedere coegit. Ostensa autem eodem anno in ipso regno per diversa loca verno tempore falsa annona per campos et silvas atque paludes, innumera multitudo, quam videre et tangere poterant, sed comedere nullus; *v. praeterea Simson, l. l. II, 53 ann. 5. Cf. F. Curschmann, 'Hungersnöte im Mittelalter' (Lips. 1901), p. 90 sq.* 2) *Cf. Karoli breviarium missorum Aquitanicum 789 c. 2, MG. Capit. I, 65 (Mühlbacher[2] n. 302).* 3) *V. supra c. 7. Cf. Karoli admon. gen. 789 c. 24, l. l. p. 55.* 4) *Cf. Loening, 'Geschichte des deutschen Kirchenrechts' I, 143 ann. 2.* 5) *Cf. conc. Chalcedonense c. 6, Mansi VII, 375; Karoli admon. gen. 789 c. 25, l. l. p. 55.* 6) *Cf. conc. Chalcedonense c. 9, Mansi VII, 375; conc. Romanum 743 c. 12, supra p. 18; Karoli admon. gen. 789 c. 28, l. l. p. 56.* 7) *Cf. A. Nissl, 'Der Gerichtsstand des Clerus im fränkischen Reich' (Oenoponti 1886), p. 139; v. etiam ibid. p. 132 ad c. 39.* 8) *Cf. conc. Chalcedonense c. 18, Mansi VII, 378; Karoli admon. gen. 789 c. 29, l. l. p. 56.* 9) *Cf. conc. Chalcedonense c. 24, Mansi VII, 380; Karoli admon. gen. 789 c. 31, l. l. p. 56.* 10) *Cf. concilii Carthaginiensis prooemium et cc. 1. 2, Mansi III, 707. 710; Karoli admon. gen. 789 c. 32, l. l. p. 56.* 11) *Cf. conc. Carthaginiense c. 5, Mansi III, 711; Karoli admon. gen. 789 c. 33, l. l. p. 56.* 12) *Cf. Karoli admon. gen. 789 c. 75, l. l. p. 60.*

XXXVI. De[1] criminosis: ut non habeant vocem accusandi maiores natu aut episcopos suos.

XXXVII. De[2] reconciliatione tempore necessitatis.

XXXVIII. De presbyteris, qui contumaces fuerint contra episcopos suos: nequaquam communicentur cum clericis, qui in capella regis[3] habitant, nisi reconciliati fuerint ab episcopo suo, ne forte canonica excommunicatio super eos exinde veniat.

XXXVIIII. Si[4] presbyter in criminale opere fuerit deprehensus, ad episcopum suum ducatur et secundum canonicam institutionem constringatur. Et si forte negare voluerit, et accusator comprobationem dare non potuerit, et coram episcopo definitum esse nequiverit, tunc ad universali concilio illorum ratio deferatur.

XL. De[5] puellis, quae a parentibus privatae fuerint: sub episcoporum et presbyterorum praevidentia gravioribus feminis commendentur, sicut canonica docet auctoritas.

XLI. Ut[6] nullus episcopus propriam sedem amittat aliubi frequentando aut in propriis rebus suis manere audeat amplius quam tres ebdomadas. Et propinqui vel heredes episcopi res, quae ab episcopo sunt adquisitae aut per comparationes aut per traditiones, postquam episcopus fuerit ordinatus, nequaquam post eius obitum hereditare debeant; sed ad suam ecclesiam catholice. Illas autem, quam prius habuit, nisi traditionem ad ecclesiam ex eis fecerit, heredibus et propinquis succedant.

XLII. Ut[7] nulli novi sancti colantur aut invocentur, nec memoria eorum per vias erigantur, sed hii soli in ecclesia venerandi sint, qui ex auctoritate passionum aut vitae merito electi sint.

XLIII. De[8] arboribus et lucis destruendis canonica observetur auctoritas.

XLIIII. Ut[9] electi iudices de utrisque partibus non spernantur.

XLV. De[10] eorum testibus canonica sit observatio. Et[11] parvuli non trahantur ad sacramentum, sicut Guntbadingi faciunt.

XLVI. De[12] virginibus, quo tempore velandi sint vel quibus occupationibus ante annos viginti quinque, si necessitas compellit, ea quaerantur, quae in canone scripta sunt.

1) *Cf. concilium Carthaginiense c. 8, Mansi III, 714; Karoli admon. gen. 789 c. 35, l. l. p. 56.* 2) *Cf. concilium Carthaginiense c. 7, Mansi III, 711; Karoli admon. gen. 789 c. 34, l. l. p. 56.* 3) *Cf. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' ed. 2. III, 516 sqq.* 4) *Cf. concilium Carthaginiense c. 15, Mansi III, 718; Karoli admon. gen. 789 c. 38, l. l. p. 56.* 5) *Cf. concilium Africanum c. 11, Mansi III, 735; Karoli admon. gen. 789 c. 40, l. l. p. 56.* 6) *Cf. canones apostolorum c. 39, concilium Africanum c. 38 (Mansi I, 55. III, 775); Karoli admon. gen. 789 c. 41, l. l. p. 56; v. praeterea Loening, l. l. I, 216.* 7) *Cf. concilium Africanum c. 50, Mansi III, 782; Karoli admon. gen. 789 c. 42, l. l. p. 56.* 8) *Cf. concilium Africanum c. 51, Mansi III, 782; Karoli admon. gen. 789 c. 65, l. l. p. 58.* 9) *Cf. concilium Africanum c. 89, Mansi III, 822; Karoli admon. gen. 789 c. 44, l. l. p. 56.* 10) *Cf. ibid. c. 64, l. l. p. 58.* 11) *Cf. ibid.:* Et ut parvuli, qui sine rationabili aetate sunt, non cogantur iurare, sicut Guntbodingi faciunt. *Alludunt haec verba ad legem Gundobadam VIII, 1 (MG. LL. nat. Germ. II, 49):* Si ingenuus per suspicionem vocatur in culpa, tam barbarus quam Romanus, sacramenta praebeat, cum uxore et filiis et propinquis sibi duodecimus iuret. 12) *Cf. concilium Africanum c. 93, Mansi III, 822; Karoli admon. gen. 789 c. 46, l. l. p. 57.*

XLVII. De abbatissis, quae canonice aut regulariter non vivunt, episcopi requirant et regi adnuntient, ut ab honore priventur.

XLVIII. De[1] oblationibus, quae in ecclesia vel in usus pauperum conferuntur, canonica observetur norma, et non ab aliis dispensentur, nisi cui episcopus ordinaverit.

XLVIIII. De[2] presbyteris ante tricesimo aetatis anno non ordinandis.

L. Ut[3] confecta sacra mysteria in missarum solemniis omnes generaliter pacem ad invicem praebeant.

LI. De[4] non recitandis nominibus, antequam oblatio offeratur.

LII. Ut nullus credat, quod nonnisi in tribus linguis Deus orandus sit, quia in omni lingua Deus adoratur et homo exauditur, si iusta petierit.

LIII. Ut[5] nulli episcoporum et sacerdotum liceat sacris canonis ignorare.

LIIII. De[6] ecclesiis, quae ab ingenuis hominibus construuntur: licet eas tradere, vendere, tantummodo ut ecclesia non destruatur, sed serviuntur cotidie honores.

LV. Dixit etiam domnus rex in eadem synodum, ut a sede apostolica, id est ab Adriano pontifici, licentiam habuisse, ut Angilramnum archiepiscopum[7] in suo palatio assidue haberet propter utilitates ecclesiasticas. Deprecatus est eadem synodum, ut eo modo, sicut Angilramnum habuerat, ita etiam Hildeboldum episcopum[8] habere debuisset, quia et de eodem, sicut et de Angilramnum, apostolicam licentiam habebat. Omnis synodus consensit, et placuit eis eum in palatium esse debere propter utilitates ecclesiasticas.

LVI. Commonuit etiam, ut Aliquinum[9] ipsa sancta synodus in suo consortio sive in orationibus recipere dignaretur, eo quod esset vir in ecclesiasticis doctrinis eruditus. Omnis namque synodus secundum ammonitionem domni regis consensit et eum in eorum consortio sive in orationibus receperunt.

XLVII. 2 et] ut *P 1*.
L. 7 confecta — mysteria] *ita P 1*, confectis sacris mysteriis *P 2*.
LVI. 22 Aquilinum *P 2*.

1) *Cf. concilium Gangrense cc. 7. 8, Mansi II, 1107; Karoli admon. gen. 789 c. 47, l. l. p. 57.* 2) *Cf. concilium Neocaesariense c. 11, Mansi II, 545; Karoli admon. gen. 789 c. 50, l. l. p. 57.* 3) *Cf. decreta Innocentii c. 1 (Jaffé-K. n. 311); Karoli admon. gen. 789 c. 53, l. l. p. 57.* 4) *Cf. decreta Innocentii c. 2 (Jaffé-K. n. 311); Karoli admon. gen. 789 c. 54, l. l. p. 57.* 5) *V. supra c. 20.* 6) *Cf. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I (Berolini 1895), p. 224 ann. 37.* 7) *Mettensem († 791).* 8) *Coloniensem († 813).* 9) *De Alcuino e Britannia legato cf. Simson, l. l. II, 66 ann. 2. 3.*

20. CONVENTUS EPISCOPORUM AD RIPAS DANUBII.

796. aestate.

Aestate anni 796. Pippinus rex, cum Karolo patre iubente contra Avaros expeditionem faceret (cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' II, 121 sqq.; Mühlbacher[2] n. 333 f), ad Danubii ripas conventum episcoporum congregavit, ubi de ratione tractabatur, qua subiecti ad fidem catholicam converterentur[1]. *Aderant Arno episcopus Salisburgensis, ut apparet ex Alcuini epistola ad eum missa (MG. Epp. IV, 153 sq.), et Paulinus patriarcha Aquileiensis (cf. ibid. 143), cuius* dictatus *ex actis illius conventus superest. Hoc autem libello ea tantum comprehenduntur, quorum auctor ipse* socius et auditor *fuit; neque enim quidquid in consultationem venit continet, sed quae de tempore modoque baptizandi in* locutione, *ut dicitur, acta sunt; cf. C. Giannoni, 'Paulinus II. Patriarch von Aquileia' (Vindob. 1896), p. 42 sqq.*

Dictatus legitur in codice Vindobonensi 458 (antea Salisburgensi) saec. X. (= V) fol. 179—186.

Edd.: Mansi XIII, 921. Jaffé, Bibl. VI, 311. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 474.

In Dei omnipotentis praescientia, qui fecit ea, quae futura sunt, cuncta ante omnia saecula praedestinatim facta existunt, quae nimirum per singula tempora iusto
Ps. 95, 13. Dei moderatius iudicio disponuntur, sicut scriptum est: *Iudicabit orbem terrae in aequitate et populos in veritate sua.* Et ne unus quidem sermo cecidit cassus in terram de omnibus bonis, quae locutus est Dominus facere, impleturque cotidie quod veritatis
Ioh. 10, 16. voce inviolato salubriter protestatur iure, qua dicitur: *Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere et vocem meam audient et fiet unus pastor et unum ovile.* In quibus verbis subtiliter dominica pensanda sunt documenta, ne quis sibi iactanter tribueret et de lucro congregatarum ovium propriam laudem dissipiens quaereret. Non enim ait: 'Oportet illas adducere', ut intellegeretur 'quemlibet' sine Dei gratia, sed addidit 'me', quatenus patenter daretur intellegi nihil nostrum, sed totum, quod dignum, sanctum iustumque est, suum esse, licet nobis gratuito munere propter nimiam bonitatem eius merces de exsecuto humiliter obsequio retri-
cf. Act. 17, 28. buatur, si non nostram, sed eius, cuius omne, quod sumus, vivimus et movemur, laudem et honoris gloriam requiramus.

Denique cum secundum bonae voluntatis suae propositum ferocium gentium mentes ad lenitatis mansuetudinem in praefinito perducere dignatus fuisset tempore

Lemma: Dictatus Paulini patriarchae *V.*

18 praedistinatim *V.* 25 tribuerit *V.*

1) *V. etiam Alcuini epistolam Karolo directam, MG. Epp. IV, 156 sqq.*

et Caroli Christianissimi principis animum fidei zelo inflammatum feliciter incitasset, quatenus Christianas exercituum legiones per dilectissimum Pippinum suum, Iordannica sceptra Christo duce gubernante, supra ripas Histri Danubii adgregandas non retardaret, castra calcatius metatus in eodem loco isdem venerabilis Pippinus rex, accersito quin etiam quorundam episcoporum reverendo collegio, de plurimis quibusque rerum cerimoniis ad cultum Dei et Christianam propensius pertinentium religionem diligenti studuit curiositate clementibus explorare verbis. Et indulta quocirca familiaritatis praedictorum patrum licentia, requisitum est primum de sacro regenerationis lavacro, quibus temporibus principaliter ac specialiter, si rationalis necessitas aliter non exposcat, tribui catecuminis oporteret. Inventumque est protinus et per sacras scripturarum adprobatum paginas, duo tantummodo legitima tempora, in quibus sacramenta baptismatis, nisi iusta et inevitabilis, ut praefati sumus, interveniat occasionis necessitas, modis omnibus iure sunt celebranda, Pascha videlicet celeberrimum festum et Pentecosten gloriosum sancti Spiritus in igneis linguis adventum [1]. Ait enim magister et doctor gentium in fide et veritate: *Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte* Rom. 6, 3. 4. *ipsius baptizati sumus; consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte, ut, quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus.* Nam et trina inter sacras lavacri mersio [2] undas triduanam Domini non inconvenienter significat sepulturam, et tertia elevatio ab unda tertiae diei gaudium dominicae resurrectionis demonstrat.

De Pentecosten autem Dominum dixisse discipulis suis sanctus sic commemorat Lucas: *Vos autem,* inquid, *baptizabimini Spiritu sancto, quem accepturi estis non post* Act. 1, 5. *multos dies,* et illud: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest* Ioh. 3, 5. *intrare in regnum caelorum.* Hinc alias egregius praedicator de conversis et ex fontis utero sacratius renatis intonans ait: *Sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine* 1. Cor. 6, 11. *domini Iesu Christi et in Spiritu sancto.* Unde et ab ipsis apostolis traditum est sanctae ecclesiae duo haec tempora in mysterio sacri baptismi singulariter celebrare. Qua de re placuit iuxta hanc inviolabilem apostolicam regulam et canonicae formulae celeberrimas sanctiones bina haec tempora in sacramento regenerationis adscribi, excepto mortis periculo, pro quo non solum non sunt tempora observanda, sed nec hora vel momenta diei noctisque silentia, ut, quandocumque huius rei necessitas exigerit, nulla mora interveniente in mortis quemlibet periculo constituto baptismi gratia velocius tribuatur.

Similiter de his sentiendum est, qui obsidionis discrimine vallati seu timore perculsi naufragii vel angustia carceris circumdati, quae cuncta haec ad mortis pertinent causam. Aliter autem apostolica et canonica, sicut dictum est, inmutilatius forma servetur.

Ex hac igitur dominicae auctoritatis admonitione primus pastor ecclesiae quorundam, ut ita dixerim, fratrum infestos animos temperare curavit, cum ab his de susceptione gentium quasi prevaricator legis redargueretur: *Recordatus sum,* inquid, Act. 11, 16. *sermonum Domini dicentis: Iohannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sancto.* Et adiecit: *Ego autem quis eram, qui prohiberem Deo?* Definitum ib. 11, 17. quippe est in superiore locutione, quibus necessariis omni tempore negotiis desideran-

7 quocirco V. 18 triduana V. 35 naufragi V. 40 susceptione] supceptione V.

1) *Cf. Leonis decreta cc. 11. 12 (Jaffé-K. n. 414).* 2) *Cf. canones apostolorum c. 50, Mansi I, 56; Leonis decreta c. 9, l. l.; Gregorius M., Registrum I, 41, MG. Epp. I, 57 (Jaffé-E. n. 1111); Conc. Toletanum IV c. 6, Mansi X, 618.*

tibus sacrum baptisma inculpabiliter concedatur. Videamus, si tamen licet nobis ex considerationis intuitu humiliter perpendere, an etiam propter rudem ad fidem gentem noviter concurrentem praedicta duo tempora laudabiliter valeant anticipari, ita dumtaxat ut non a recto sanctarum scripturarum tramite exorbitare nec praecedentium
cf. Prov. 22, 28. patrum terminos videamur transgredere. In actis namque legitur apostolorum, praedicante Petro, trium milium credentium turba semel et bis, super quos Spiritus sanctus
Act. 2, 41. ceciderat, baptismi gratiam suscepisse; *et adposita est,* inquiens, *in eadem die,* id est fidelium multitudini in corpore ecclesiae adgregata. Sed et eunuchus legens Esaiam prophetam, adsumpto Philippo divino in curru imperio, aqua inventa ab eodem bapti-
cf. ib. 8, 30—38. zatus adseritur. Denique et Paulus, electionis vas, triduano peracto ieiunio, ab
cf. ib. 9, 9 sqq. Annania recepto lumine legitur baptizatus.

Haec igitur prolata exemplorum testimonia, quae protulimus, probabilia quidem et verissima habenda existunt, sed longe ab his, de quibus agimus, dissimiliter sentienda. Haec autem gens bruta et inrationabilis vel certe idiotae et sine litteris tardior atque laboriosa ad cognoscenda sacra mysteria invenitur. Illi vero, qui ex circumcisione venerant, quibus credita fuerant divina eloquia, legislatio et mystica prophetarum praeconia, licet centurio cohortis Italiae ex gentibus fuerit, sed et ille secularibus litteris inbutus et prius ab angelo praemonitus et ante baptisma timens
cf. ib. 10, 20. Deum probatus, a Petro confestim inscribitur baptizatus. Illis namque, qui ex circumsione erant, sicut dictum est, solo modo fides, qua Christum Dei filium recte crederent, deerat, et ea, quae legebantur, qualiter figurate intellegi deberentur, indigebant. Unde
Is. 53, 7. Act. 8, 32. et eunuchus cum legeret in verbis Esaiae prophete: *Sicut ovis ad occisionem ductus est et quasi agnus coram tundente se, sic non aperuit os suum,* perquirit anxiae a Philippo, utrum de se hoc propheta an de alio aliquo dixerit. Cui cum typice a Philippo evangelizatum esset de Christi haec passione mystice fuisse predicta, statim praedicatori suo, infuso sancto Spiritu, praebens adsensum fideique[1] munus de thesauro cordis per ferculum linguae evangelizanti libenter optulit prolatum. Nihil namque tunc aliud deerat eunucho nisi sola aquae substantia, qua inventa protinus in ea meruit baptizari.

Huic autem genti, quemadmodum praefati sumus, sacris ignare eloquiis non convenit iuxta haec prolata scripturarum exempla tam citius baptismi mysterium indulgere, priusquam inbuatur fidei sacramento per aliquas protelationis moras, presertim cum
Matth. 28, 19. 20. Dominus praecipiat discipulis suis dicens: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi*
Marc. 16, 16. *vobis,* et rursus: *Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit.* Intueri quippe in verbis dominicis vigilanti studio libet et animadvertendus in praeceptis illius sacratissimus ordo. Non enim ait: 'Ite, baptizate omnes gentes docentes eos', sed primum intulit: 'Docete', deinde adiecit: 'Baptizate'. Et non qui baptizatus fuerit et crediderit, sed
ib. *qui crediderit et baptizatus fuerit, hic salvus erit.* Et post baptismum rursus: *Docete*
Matth. 28, 20. *eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis,* ut in promptu daretur intellegi et ante baptismum fides esset docenda et ut intellegat novitius, quae sit baptismi gratia, quia per id peccata dimittantur et regeneratus novus homo, mortuo scilicet inter undas redemptionis vetere cum actibus suis, qui erat filius peccati, incipiat per adoptionem filius esse Dei et particeps regni caelorum et post hanc mortalem vitam aeternae

12 probabilia] probalia V. 14 tardiora V. 20 credere V. 25 fuisset V. statimque V. 28 solo V. quam V. 34 eos *deest* V. 40 prumptu V. 44 mortalem] iumortalem V.

1) *Cf. supra p. 131 l. 14 sq.*

vitae beatitudinem consequatur. Post baptismum vero docendi sunt servare omnia Dei mandata, quibus pie et iuste in hoc saeculo vivere debeant[1].

Ipsa vero praedicantium doctrina non debet esse violenta humanoque pavenda timore, sed benigna, suadebilis et cum dulcedine inrorata, suadebilis nempe de praemio vitae aeternae, terribilis de inferni supplicio, non de gladii cruento mucrone, nec coacti aut inviti trahantur ad baptismi lavacrum, sed quos Spiritus sancti gratia perfuderit et ex desiderio animae suae expetierint salutem. Dilatatio autem tarditatis usque ad quem dierum numerum praetendatur, in sacerdotis arbitrio aestimari debet, iuxta mores prorsus audientium, quam velocius vel serius suscipiant verbum Dei et adspirante sancto Spiritu intellegant suae redemptionis augmentum. Infra quadragenarium tamen numerum protelationis summa persistat, ne forte longe protracti flamma desiderii eorum defervens inaniter refrigescat, ita dumtaxat, ut septenarius numerus in discendo non transgrediatur.

Porro de duobus legitimis temporibus, id est Pascha vel Pentecosten, in quibus universaliter, sicut dictum est, sanctum tribuitur baptismum, considerare libet, qualiter propter conversionem istarum gentium atque sacerdotum raritatem inviolabiliter valeant anticipari.

Scimus itaque sanctum venerandumque Paschae gaudium et adventum sancti Spiritus, id est Pentecosten, in die dominico fuisse conlatum et nos per unamquamque ebdomadam prima feria, id est dominico die, dominicae resurrectionis solemnem laetitiam et sancti Spiritus inenarrabilis praesentiae gloriam celebramus. Si ergo felici presumptione hac de causa praedicta tempora anticipare non expavescimus, venerande tamen dominicae diei terminum, excepta mortis causa, nullo quolibet temeritatis ausu transilire praesumamus, ita ut per hunc ordinem cuncta procedant.

Denique si visum fuerit sacerdoti, et non aliter res exigat, per duas vel tres aut amplius minusve ebdomadas iuxta definito numero vel non protrahere caticuminum, faciat, qualiter illi recte paruerit. Per septem tamen illos dies, in quibus vespere sabbati, quae in prima lucescit sabbati, baptizandus est, indicto ieiunio catacizetur cotidie audiens unguaturque oleo sancto et in vespere, sicut diximus, sabbati sancti- ficetur aqua in fonte vel in tali vase, ubi in nomine sanctae trinitatis trina mersio fieri possit. Et postquam se professus fuerit credere in Deum patrem omnipotentem et in Iesum Christum filium eius unicum, dominum nostrum, et in Spiritum sanctum et abrenuntiare se confiteatur diabolum et pompis eius, mundum et pompis eius, tunc semel dicatur a sacerdote: 'Et ego te baptizo in nomine patris et filii et Spiritus sancti'. Mox levatus tertia de unda suscipiatur ab eo, qui ei spiritalis pater electus est. cf. Matth. 28, 1.

Parvuli autem lactantes nisi solo mortis debito interveniente serventur cuncti ad illa duo universalia, de quibus iam sepius dictum est, tempora, Pascha utique vel Pentecosten. De his autem, qui iam baptizati a sacerdotibus terrae istius in nomine sanctae trinitatis esse probantur, quemadmodum eorum professione, cum a nobis diligenti cura percunctarentur, didicimus, placuit, non oportere iterum baptizari. Ait enim Paulus divinus apostolus: *Unum baptisma, una fides,* et per semetipsam veritas Petro: *Qui lotus est,* inquid, *non indiget, ut lavet iterum, nisi tantum pedes,* id est gressus pravi operis lacrimarum fonte penitendo abluere. Eph. 4, 5. Ioh. 13, 10.

2 debeat *V.* 4 nimpe *V.* 6 invitus *V.* 7 et] *supple* qui. 8 aestimare *V.* 13 transgradiatur *V.* 16 raritate *V.* 19 unumquemque eudumata *V.* 24 trasilire *V.* 26 ebdomadas] eudumatas *V.*

1) *Cf. Alcuini epistolae ad Megenfridum et Arnonem, MG. Epp. IV, 159 sqq. 163 sqq.*

Hi autem, qui a clericis baptizati sunt, aqua tamen a sacerdote benedicta, in nomine sanctae trinitatis et adsunt praesentes ipsi baptistae, qui testimonium tali perhibeant, vel certe ipsi, qui baptizati sunt, valent de se taliter testimonium proferre, nec hos arbitramur recte iterum baptizari, sed per solam manus inpositionem tradantur eis omnia dona spiritalia, quae ante baptismum et post baptismum oportuerant tradi, et sic in gremio sanctae suscipiantur ecclesiae.

Illi vero, qui ab inlitteratis clericis baptizati existunt et, cum intinguerentur in aqua, nec illi fidem, quia nesciebant, professi sunt, nec ille, qui baptizabat, dixit: 'Baptizo te in nomine patris et filii et Spiritus sancti' nec 'in nomine Iesu Christi', sicut cuiusdam horum idiotarum professione conperimus, sed sola aqua solum corpus abluit, hi profecto pro non baptizatis habendi sunt. Sola enim aqua sine sancti Spiritus ammixtione nihil valet aliud nisi sordes carnium aut quarumcumque rerum abluere. Peccatorum nimirum remissio et sanctificatio spiritalis nonnisi per gratiam
Ioh. 20, 23. sancti Spiritus ministratur, *Accipite,* inquiens Dominus, *Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Enimvero non ait Dominus: 'Nisi quis sanctus fuerit ex sola aqua tantummodo', sed ex aqua et Spiritu sancto. Hinc est, quod magister et doctor gentium in sola aqua Iohannis baptismate baptizatos mandat iterum
cf. Act. 11, 16. 19, 4. baptizari. Nam cum interrogans explorasset eos, qui baptizati erant, si accepissent Spiritum sanctum, et responsum ab eis recepisset nescire se, si esset Spiritus sanctus, tunc iussit eos in nomine Iesu Christi baptizare. Et hoc ergo exemplo collegi potest in sola aqua sine gratia Spiritus sancti baptizatos iterum procul dubio inculpabiliter baptizari.

De his igitur ita satis dixisse sufficiat. Nunc autem ad alia festinantes ab his conpendiosius calami cuspitem suspendamus.

Paulinus licet indignus servorum Domini ultimus servus, valvicula sanctae et orthodoxae Aquiligensis ecclesiae sedis, horum venerabilium fratrum socius et auditor fui[1].

2 ipse *V.* 11 baptizati *V.* 22 baptizare *V.* 24 cuspite *V.*

1) *Cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' II, 128 sq., praecipue autem p. 298 ann. 7, ubi de eis agitur, quae Conversio Bagoariorum et Carantanorum c. 6 (MG. SS. XI, 9) refert.*

21. CONCILIUM FOROIULIENSE.

796. vel 797.

De concilio Foroiuliensi a Paulino patriarcha Aquileiensi (776—802) celebrato et gesta ipsius synodi infra edenda et epistola Paulini ad Karolum regem missa (MG. Epp. IV, 516) referunt. In illis legitur synodum habitam esse anno . . . felicissimo principatus eorum *(scil. Karoli Magni et Pippini)* tertio et vicessimo et XV., *quam notam chronologicam ita interpretemur necesse est, ut eam respicere intellegamus ad Karoli regnum Italicum, quo potitus est anno 774., et ad annos Pippini filii, a. 781. in regem Italiae promoti*[1]. *Ex anno autem Karoli efficitur concilium Foroiuliense celebratum esse inter menses Maios exeuntes annorum 796. et 797., neque vero anno 791., ut alii viri docti voluerunt (cf. C. Giannoni, 'Paulinus II. Patriarch von Aquileia', Vindob. 1896, p. 88). Legitur praeterea in gestis synodalibus:* canonicis . . . evocatum syllabis fraternum quorundam episcoporum contubernium Foroiulium municipium, metropolim Aquilligensem, veneranter quoacervatum convenit, *unde apparet, quantopere illi errarint, qui nisi in verbis epistolae Paulini modo laudatae:* concilium habitum alti fuisse sub nomine regis tranquillissimis vestrae serenitatis auribus operae pretium duximus humillimis horum quamvis incultorum apicum suppliciter notulis intimare *(l. l. p. 517) suspicati sunt concilium illud Altini — quod ex correctura statuerant — habitum esse illudque Altinate nominandum, quamquam de tali nihil alibi traditur et verbum* alti *coniungendum est cum verbo* regis, *loco concilii minime indicato (cf. l. l. p. 517 ann. 2).*

Tria autem erant, quae in hoc concilio tractabantur. Primum quidem Paulinus de novo ut anno 794. in concilio Francofurtensi impugnat haeresim Adoptianorum. Deinde quaestionem adgreditur de processione Spiritus sancti, quam uberiore formula symboli contra Hadrianum I. papam ita solvere conatus est, ut diceret se credere in Spiritum sanctum, qui ex patre filioque procedit[2]; *cf. A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 331 sq. Tum capita quattuordecim promulgata sunt, quae inprimis Karoli Magni admonitionem generalem anno 789. emissam et canones concilii Francofurtensis anni 794. de novo in memoriam populi reducerent, severitate autem maiore hincinde admixta.*

1) *Epocha annorum regni Italici in diplomatibus Karoli est intervallum inter diem 30. mensis Maii et diem 2. mensis Iunii, cf. Mühlbacher*[2] *n. 163b; de Pippino die 15. mensis Aprilis anni 781. in regem Italiae coronato v. ibid. n. 508f. Cum annus 23. Karoli incipiat non ante finem mensis Maii 796., Pippini vero 15. claudatur exeunte mense Aprili eiusdem anni, notae inter se differunt, ex quibus tamen pro certo habemus numerum anni Karoli Magni, praesertim cum hic verbis exprimatur, anno Pippini notis tantummodo scripto.* 2) *In tertio articulo auctum est symbolum fidei q. d. Constantinopolitanum anno 381. adscriptum. Cf. etiam supra p. 163 l. 25 sq. 29 sq.*

Gesta concilii ut a rege confirmarentur, Paulinus per epistolam saepius iam laudatam petivit, unde pauca hoc loco repetere nobis visum est, eo quod, si non partem gestorum, at certe eorum quasi supplementum quoddam efficiunt. Concordi parilique devotione, *ait Paulinus,* cum fratribus et cum consacerdotibus nostris roseo in Christi Iesu cruore aeternas multipliciter supplici concinnamus stilisona voce salutes. Et sacris paternorum canonum valenter incitantibus documentis et vestris, ut verum resonat, mellitis salubrius inrorantibus salivis, in hac, cui Deo auctore licet indignus indignoque famulatu deservio, sede concilium habitum alti fuisse sub nomine regis tranquillissimis vestrae serenitatis auribus operae pretium duximus humillimis horum quamvis incultorum apicum suppliciter notulis intimare. . . . Cumque ex condicto in unum cannonicis coactus syllabis sacerdotalis coetus religiosa convenisset devotione, requisitum protinus concorditer constat, summa quantotius explorante subtilitatis sagacitate, quemadmodum eiusdem declarat reverendi concilii solertissimus ordo, de quacumque activi negotii qualitate, de causa siquidem ortodoxae fidei, de statu quin etiam ac famosa ecclesiastici culminis dignitate, de rerum quarumcumque dispendiosa iactura, de quibuscumque necessariis susurrantium questionum petitionibus, de quibus iuste rectęque conqueri potest, quarumque querule disputationis exhibitio, nodosa licium adligatione contorta, sacerdotali nichilominus desiderabat enodatim divinatione resolvi. Haec nostrae humillimae parvitatis exiguitas iuxta tenuissime minus ut decuit incapabilem intelligentiae nostrae capacitatem, non ut iuxta consummatam perfectionem celebre dignumque fuerat, nec ut tanti exigebat censura regiminis, sed in quantum annuens inmeritis nobis altissima dignata est gratuito munere largiri clementia, prout rei ratio prestabilius exposcebat, de singulis quibuscumque temptavimus inevitabilium negotiorum quaerimoniis explicare. Quae cuncta iuxta moris nostri non incognitae gloriae vestrae voluntatis nostrae consuetudinem, quemadmodum in fronte huius prefati sumus epistole, in vestrae potestatis emancipata arbitrio, in vestro nichilominus decrevimus reservare iudicio, quatinus subtili libraminis vestri moderatius lance librata, si sinistro plus iusto relabente moderaminis perpendiculo nullius esse deprehendantur momenti, vestrae auctoritatis censura penitus abolita sopiantur. Si vero alicuius fortassis utilitatis equo pendente libraminis disco rata, si dici liceat, poterunt adprobari, vestris fulcita fortius adiumentis vivaciter convalescant. . . . Quicquid vobis placuerit vel displicuerit aut si omnino nil dignum duxeritis, sacris nobis vestris iubete syllabis significantius propalare. Nec hoc praetereundo, sed magis necessarium per omnia scire vestrae maluimus sinceritatis mansuetudinem, quoniam huius statuta concilii non quasi generalia, sed localia, vel etiam specialia, cum provincialibus istius sedis consentaneisque episcopis aequum ratumque prospeximus delegare, si tamen vestra vestrorumque fidelium fuerint auctoritate probabiliter roborata, vel si curvatim inclusa infra circulum resecantis falcis vestrae nonnulla vel etiam quam plurima inlesa valuerint effugere, et ad nostrae quandoque humilitatis manus prospera iucunditate celebrique praecincta laetitiae favore leta reverti meruerint, indulgentiae vestrae praenotata stigmatę venerando, non quidem vetamus, cui libuerint, sed nec coartamus, cui displicuerint, gratis tamen cunctis oblata in arbitrio respuendi vel amplectendi relinquimus unicuique *(l. l. p. 517. 519).*

Traduntur denique gesta synodalia in codice Romano bibliothecae Vaticanae 3827 (antea s. Petri Bellovacensis) saec. X. (= V) fol. 5′—13, cuius exemplar in codice eiusdem bibliothecae inter libros Christinae reginae 1041 saec. XVII. fol. 10—20′ omittere potuimus. Maior pars symboli fidei legitur in codice Monacensi latino 14468 (antea s. Emmerammi Ratisbonensis) anno 821. iussu Baturici episcopi Ratisbonensis conscripto (= M) fol. 27′—30′; de capite denique nono etiam aliunde cognito necessaria suo loco adnotabimus.

Edd.: Surius III, 257. Bollanus-Nicolini III, 665. Binius III, 1, 404. Coll. reg. conc. XX, 47. Labbe-Cossart VII, 991; ed. Coleti IX, 31. Harduin III, 847. Paulini opp. ed. Madrisi 65. Mansi XIII, 833. Migne, Patrol. lat. XCIX, 283. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 474.

Regnante domino nostro Iesu Christo in perpetuum super omnes caelos et super omnem terram, rege regum et domino dominantium, cuius regnum sempiternum est, qui est super omnia Deus benedictus in saecula, de cuius largissimae benignitatis manu invictissimi principes, domnus Karolus ac Pippinus, donativo pietatis eius suscepto regalia sceptra ipso opitulante prosperis gubernare rebus probantur, anno igitur felicissimo principatus eorum tertio et vicessimo et XV., canonicis siquidem evocatum syllabis, fraternum quorundam episcoporum contubernium Foroiulium municipium, metropolim Aquilligensem, veneranter quoacervatum convenit.

Igitur resedentibus cunctis ex more[1] in sedilibus praeparatis, adsistente vero circumquaque non modica fratrum consentanea turba in ecclesia beate semperque virginis Dei genetricis Mariae, immolato namque Deo primum in ara cordis sacrificio laudis et orationis hostia in altare pectoris caritatis igne concremata, post apostolicam et evangelicam lectionem imnisque spiritalibus salubriter praelibatis necdum valvis puplicis reseratius patefactis, persistente nimirum pro foribus vulgi glomerata caterva, per secretioris ianue aditum vocante archidiacono intromissus est ad brevem[2] sacerdotalis sub silentio venerabilis quoetus. cf. Ps. 49, 14.

Paulinus, Christi et Domini servus, his verbis post paululum loquendi principium dedit:

'Nulli[3] prorsus dubium Domini sacerdotum, qui sacras venerandorum canonum regulas vigilanti non omiserit ingenio sagatius explorare, bis in anno concilium per unamquamque provintiam fieri debere[4], in urbe scilicet metropoli vel in colibet oportuno loco, iuxta metropolitani eiusdem regionis arbitrium et, ut temporis commodius dictaverit ordo, propter necessariam videlicet ecclesiasticae dignitatis curam, quinimmo propter confluentia gerendarum rerum confusaque negotia, que crebrius litis de radice spinosis causarum emergi aculeis consuevit, hac per hoc pullulantia dominici ruris triticie messis virentia sata adhuc, ut ita dixerim, infra stipule tecam spiritalium fructuum turgentibus spicis necdum in flaventes culmos aureas erumpentes aristas necdum sterilium zizaniorum manipulis in uno fasce ignitis funibus conligatis, ultricibus traditis in pabulum flammis, umbrosis nichilhominus suffugare falsitatum ramniculis moliuntur. cf. Matth. 13, 30.

Qua de re talia et huiuscemodi pestifero de virgulto fruteta gliscentia plurimorum nimirum venerabilium fratrum, qui agrum iuris caelestis patroni summa sollicitudinis cura excolere sunt deputati, radicitus necessarium fore prospectum est, ut linguarum

11 Foroiulim *V.* 12 Aquilligensis *V.* 16 hostiam *V.* 17 imnisque] *id est* hymnisque. 20 quoetus] *id est* coetus. 23 cannonum *V.* 28 crebius *V.* 29 pululantia *V.* 30 imfra *V.* teca *V.* 32 zezaniorum *V.* 33 suffugare] suffocare *coni. Madrisi.* 34 frutecta *V.* 36 redicitus *V.*

1) *Cf. ordo celebrandi concilii a concilio Toletano IV. anno 633. can. 4 (Mansi X, 617 sq.) praescriptus.* 2) *Madrisi, l. l. p. 77, clericos intermissos fuisse existimat ad brevem, id est ad normam indiculi, ex quo vocarentur.* 3) *De Paulini oratione symboloque in ea recitato cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 718 sq. C. Giannoni, l. l. p. 79 sqq. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 331 sq.* 4) *Cf. canones apostolorum c. 38, concilium Nicenum c. 5, Antiochenum c. 20, Chalcedonense c. 19 (Mansi I, 55. II, 679. 1326. VII, 378). Karoli M. admonitio generalis 789 c. 13 (MG. Capit. I, 55; Mühlbacher[2] n. 300).*

falcibus detruncata marcescant, quatenus sepius censure magisterio nequitie recisis ramusculis ipsa quandoque radicum materies, veneni infusione vitiata, funditus evellatur. Sed quamobrem, iuxta quod diffinitum est, in hac veneranda sede, cui Deo auctore non meis meritis, sed gratuito me praeesse munere recognosco, per tot temporum curricula minime sit reverendi concilii sessio celebrata, vestram scire non ambigo sincerissimam caritatem. Nam propter inprobos, qui solent inrumpere, mundanos tumultus propterque inminentia proeliorum bella, quae circumquaque per girum finium nostrorum frementi ferocitate ingruere non cessabant, intermissum interim hoc magnificum opus procul dubio poterit adprobari. Verumtamen non penitus intermissum veridicis valebit adsertionibus aestimari. Nam quotiens, reverendis principalibus accersiti imperiis, in generali celeberrimae synodi venerabilium patrum conventione humillima parvitatis meae praesentia, quia sepius contigit, adfuerit, vestris est animis, ut opinor, non celatum, vestrisque etiam obtutibus aliquoties latius patuisse in promptu non dubito. Nunc autem divina opitulante clementia, adtritis utique ferocium barbarorum superbiae typho erectis cervicibus, auxilio per omnia adminiculante de caelo, reddita iam quietissima pace terris, superna prorsus largiente gratia paululumque respirantibus regalibus iussis necessarium duximus summopere festinantes dilectissimam fraternitatem vestram iuxta priscorum canonum inviolabiles sancciones in uno collegio adgregari, quatenus insolubili caritatis vinculo conligati, subpliciter eum exorantes, qui suis dignanter sese fidelibus repromisit in medio adfuturum, ubi in unum duo vel tres in
cf. Matth. 18, 20. eius fuerint nomine congregati, — sicque sub eius praesentia, licet indigni, eius tamen famuli constituti — incipiamus iam iamque ipso auctore et consummatore nostri certaminis et perfectore operum nostrorum — quin potius suorum magis dicam quam nostrorum operum perfectore, quia omnia eius sunt et de illius cuncta gratis susci-
Is. 26, 12. pimus manu; scriptum quippe est: *Omnia opera nostra operatus est nobis,* — diligenti profecto exigentes cura, si qua sunt irrita et enormi statione persistentia, quae sacris oporteat valenter legibus coerceri, praeterita corrigere, praesentia suffulciendo construere, futura praecavendo vitare.

Sed quoniam ad huius spiritalis aedificii fabricam construendam fundamenta sunt primum fidei nichilominus profundius iacienda, super illud videlicet inflexibile funda-
1. Cor. 3, 11. mentum modis omnibus inserenda, de quo per Paulum dicitur: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id, quod positum est, quod est Christus Iesus,* cuius nimirum fundamenti constructio non debet inordinata manu iactata fulciri — clamat profecto illa praeconia voce in amoris cantico, in cuius thalami constructione haec
Cant. 2, 4. iaciuntur altius fundamenta: *Ordinata,* ait, *in me caritate,* cuique longe ante prophetico
Is. 54, 11. repromittebatur oraculo: *Sternam,* inquiens, *per ordinem lapides tuos, fundabo te in saphiro;* per saphirum quippe, qui aeream fingit simulando pulchritudinem, fidei simillimum non inconvenienter demonstrat mysterium — primum ergo visum est michi, omnium minimo Domini servorum, in primi ordinis fronte ipsum textum symboli salubriter a sanctis aeditum patribus quasi lineam in directum normulatim aequo moderamine in fundamenti huius spiritalis aedificii mole intrinsecus ac forinsecus tendere, ut quoaequata iuxta illius rectitudinis normulam tota nostri operis fabrica, hincinde catholicae fidei libratim summisso perpendiculo, rectius ad altiora excrescens, convenienter in utroque pariete aequis disputationum metita funiculis, in summa scientiae arce perfectionis culmen veridicis adsertionibus fulciatur. Persistente autem huius

10 asertionibus *V.* acersiti *V.* 11 humillimam — praesentiam — adfuisse *V.* 14 dubio *V.* adtristis *V.* 15 typo *V.* ausilio *V.* 20 in eius] in medio eius *V, verbo* medio *ex anteriore linea repetito.* 26 profecto] perfecto *V.* enormi] inormis *V.* 28 constuere *V.* 36 repromitebatur *V.* 37 similando V_1 *ut fortasse* assimilando *praeferendum sit.* 42 totam — fabricam *V.*

invisibilis aedificii aequaliter tricamerata structura, quattuor prorsus virtutum altrinsecus positis subnixa fornicibus, iam iamque triplici purpureoque in funiculo, qui difficile rumpitur, aureum iocundius suspendatur decus ornamentorum. Eccl. 4, 12.

Post inviolabilem igitur et meo sensu modis omnibus inserendam symboli diffinitionem, a venerandis videlicet, sicut dictum est, olim presulibus sancto revelante Spiritu mirabiliter prelibatam — a trecentis siquidem decem et octo, qui apud Niceam Bithiniae [1], et centum quinquaginta, qui apud Constantinopolim [2] — de mysterio namque sanctae et inenarrabilis trinitatis planiore me repromisisse profiteor sermone dicturum, sophisticas per omnia verborum phaleras devitantes, sed et isagogicas argumentorum relinquentes inextricabiles conclusiones, simpliciter propter simplicium mentes liquidiusque, ut humane permittit possibilitas infirmitatis, vel certe, ut ipsa de se sancta dignatur trinitas revelare, cultiore potius sensu quam stilo cupio recolere; propter varios videlicet hereticorum errores diversasque quorundam simplicium suspiciones non alteram componere vel docere fidem consentio, sed eam, quam a sanctis patribus traditam omnia sinceriter saecula susceperunt. Scio namque quibusdam in sinodalibus foliis [3] esse sancitum, ad refellendas siquidem novas et multiplices hereses, praesertim propter fraudulentam fictamque Nestorii [4] vel Euticis [5], falsidicorum pestilentiumque virorum, non fidem dicam, sed potius perfidiam, non licere cuiquam alterius fidei symbolum docere vel componere. Sed absit a nobis proculque sit ab omni corde fideli alterum vel aliter quam illi instituerunt symbolum vel fidem componere vel docere. Sed iuxta eorum sensum ea fortasse, que propter brevitatis conpendium minus ut decet a simplicibus vel indoctis intelleguntur, exponendum decrevimus tradere hac memoria mandavimus eum ipsumque textum symboli retinere, quatenus iuxta apostolum idoneus sit homo Dei ad omne opus bonum paratus, ad resistendum non sane fidei. cf. 2. Tim. 2, 21. Ait enim ipse: *Sine fide inpossibile est Deo placere.* Hinc alias scriptum est: *Nisi* Hebr. 11, 6. *credideritis, non intellegetis.* Ipse enim admirabilis doctor prohibet variis nos et peregrinis doctrinis abduci, sanam tamen doctrinam docet fidelibus modis omnibus praedicare. cf. Hebr. 13, 9. Enimvero non est in argumento fidei addere vel minuare ea, quae a sanctis patribus bene salubriterque sunt promulgata, secundum eorum sensum recte sentire

Is. 7, 9.

2 qui] quid *V.* 4 sensui *V.* inserenda — difinitione — prelibata *V.* 6 siquidem] simiquidem *V.* 7 Bithinii *V.* Constantinopolim] *scil.* congregati erant. mysterio] ministerio *V.* 9 sophiticas *V.* isagoricas *V.* 12 dignitur *V.* cultore *V.* recolere] redolere *V.* 14 quam] q. *V.* 16 hereses] heresearces *V.* 17 fictamque] fictam quam *V.* falsedicis pestilentibusque viris *V.* 18 altere *V.* 20 alteram *V.* 23 eam *V.*

1) *Mansi II, 665.* 2) *Ibid. III, 565.* 3) *Madrisi, l. l. p. 78, haec affert: Sanctus Athanasius, epist. ad. Antioch. de statuto synodi Sardicensis anni 37. sic ait:* Quamvis certi homines nonnulla quasi quae deessent Nicaeno concilio ascribere vellent idque acriter contenderent, sancta tamen synodus, quae Sardis convenit, indigne id tulit decretoque sancivit, ne quid ulterius de fide scriberetur, et sese contentos esse Nicaena fide declaraverunt. *Patres quoque concilii Constantinopolitani anni 381., licet aliquid addidissent Nicaeno symbolo ad novas Macedonii aliorumque haereses retundendas, nihil tamen se immutasse nec novam formulam constituisse profitentur canone 1. his verbis:* Trecentorum decem et octo patrum, qui Nicaeae convenerunt, fidem non abrogari, sed firmam ac stabilem manere oportere et omnem haeresim anathematizari *etc. Quod et concilium Ephesinum anni 431. statuit decreto actione 6. inserto:* Statuit sancta synodus alteram fidem nemini licere proferre aut conscribere aut componere praeter definitam a sanctis patribus, qui in Nicaea cum Spiritu sancto congregati fuerunt. 4) *Cf. Wetzer-Welte, 'Kirchenlexikon' ed. 2. IX, 166 sqq.* 5) *Cf. ibid. VIII, 1781 sqq.*

et exponendum eorum subtile supplere ingenium, sed addere vel minuare est subdole contra sacrosanctum eorum sensum, aliter quam illi callida tergiversatione diversa sentire et confuso stilo perversum dogma componere ac per hoc impio ore potius iactanter garrire quam docere presumere. Plurimorum etenim catholicorum virorum ecclesiarumque Dei cultorum sacre fidei compositum venerabile legitur opus aliis quidem verbis dissimilique calamo resonante, sed eundem sensum eundemque ingenii intellectum concorditer inviolatae fidei uno adsertionis redolere probatur documento. Nam si recenseatur Nicaeni symboli series veneranda, nichil aliud de Spiritu sancto in ea nisi hoc modo repperiri poterit promulgatum: 'Et in sanctum', inquiunt, 'Spiritum'. Quid est ergo dicere: 'Et in Spiritum sanctum'? Quomodo accipienda est tam brevissima eorum professio, nisi ut patenter detur intellegi mentium eorum integre fidei religiosa devotio et in sanctum Spiritum sicut et in patrem et filium probabiliter credidisse, quemadmodum postea a sanctis patribus centum quinquaginta, qui contestati sunt symboli fidem Nicaeni concilii inviolatam perenniter permanere? Supplerunt tamen quasi exponendo eorum sensum et in Spiritum sanctum confitentur se credere, 'dominum et vivificatorem, ex patre procedentem, cum patre et filio adorandum et glorificandum'. Haec enim et cetera, quae secuntur, in Nicaeni symboli sacro dogmate non habentur. Sed et postmodum, propter eos videlicet hereticos, qui susurrant sanctum Spiritum solius esse patris et a solo procedere patre, additum est: 'Qui ex patre filioque procedit'. Et tamen non sunt hi sancti patres culpandi, quasi addidissent aliquid vel minuissent de fide trecentorum decem et octo patrum, quia non contra eorum sensum diversa senserunt, sed inmaculatum eorum intellectum sanis moribus supplere studuerunt. Didicerant itaque centum quinquaginta, qui intulerunt a patre procedentem, evangelista testante promisisse discipulis ipsum unigenitum de
Ioh. 15, 26. 16, 14. suo spiritu: *Spiritus, qui a patre procedit, ipse me clarificabit.* Legerant nempe hii sequentes, qui addiderunt: 'Qui ex patre filioque procedit', ipsa eademque veritate in
ib. 14, 9. 10. evangelio redarguente Philippum: *Philippe,* inquit, *qui videt me, videt et patrem meum. An non credis, quia ego in patre et pater in me est?* Si ergo, sicut ipse testatur, inseparabiliter et substantialiter est pater in filio et filius in patre, quo pacto credi potest, ut consubstantialis patri filioque Spiritus sanctus non a patre filioque essentialiter et inseparabiliter semper procedat? Quis est iste, obsecro, qui dicit discipulis
ib. 20, 22. suis, cum insufflasset in eis: *Accipite Spiritum sanctum?* Quis est, inquam, qui repro-
ib. 16, 7. misit eis? Nonne unigenitus filius, qui in patre est et pater in eo? *Nisi ego abiero,*
ib. 14, 26. *paraclitus non veniet. Cum adsumptus fuero, mittam eum vobis.* Et illud: *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia, quecumque dixero vobis.* Saepe etenim a nobis nostrisque maioribus[1] indubitanter diffinitum est inseparabilia semper esse opera sanctae trinitatis. In eo namque Spiritus sanctus a filio procedere creditur, in quo a patre procedere non dubitatur. Sed melius hoc adprobare valemus, si rei gestae actio, quae per apostolos est exsecuta, in medio revolvatur. Per fidelissima quippe historiae argumenta, que actus nuncupatur apostolorum, Luca evangelista testante cognovimus praedicante Petro in Iudea tria fere milia credentium conpuncto corde dixisse ad

3 ac] ad *V.* 6 eundem] eodem *V.* eundemque] eodemque *V.* 7 probantur *V.* 8 Nicaeni] incęni *V.* 9 inquient *V.* 14 Nicaeni] incęni *V.* inviolata *V.* 15 exponendum *V.* 16 procedente *V.* 19 patris] patri *V.* 24 procedente *V.* promississe *V.* unigenito *V.* 27 Philippo *V.* 28 testantur *V.* 31 Quis] Qui *V.* 42 conpuncti *V.*

1) *Alludi videtur ad vetustiora symbola ecclesiae Aquileiensis; v. A. Hahn, 'Bibliothek der Symbole und Glaubensbekenntnisse der alten Kirche' ed. 3. p. 42 sqq.*

Petrum et ad reliquos apostolos: *Quid facimus, viri fratres?,* respondisse vero Petrum Act. 2, 37.
pro se et pro cunctis ad illos didicimus: *Paenitentiam,* inquit, *agite, et baptizetur unus-* ib. 2, 38.
quisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissione peccatorum; et rursus, accersitus
a Cornelio centurione, viro iusto et timente Deum, cum aperuisset os suum, evangeli-
zabat illis multa de regno Dei et nomine Iesu Christi. *Et adhuc eo loquente, Spiritus* ib. 10, 44.
sanctus cecidit super eos, qui audiverant verbum, et post pauca protinus subinfertur
dixisse Petrum: *Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hii, qui* ib. 10, 47. 48.
Spiritum sanctum acceperunt sicut et nos? Et iussit eos in nomine Iesu Christi baptizari.
Sed et doctor et magister gentium, in fide et veritate solertissimam curam gerens
omnium ecclesiarum, cum de Iohannis baptismate disputaret, quia *Iohannes quidem* ib. 19, 4. 5.
baptizavit baptismo paenitentiae populum in eum, qui venturus est post ipsum, ut cre-
derent, hoc est in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine Iesu. Porro multi
Samaritanorum, cum credidissent Philippo evangelizanti de regno Dei et nomine Iesu,
baptizabantur, viri ac mulieres, haud dubio in nomine Iesu Christi. Et, si ergo omnes cf. ib. 8, 5. 12.
isti, qui evangelizantibus sanctis apostolis credentes baptizati sunt in nomine Iesu
Christi, — et sancta ecclesia inviolabiliter fundata super eam persistit petram, quam
beatus Petrus non carne et sanguine, sed patre, qui in caelis est, revelante sibi con- cf. Matth.
fessus est, et illius fide regitur et gubernatur omnis ecclesia cuique specialiter quasi 16, 17.
primo pastori dictum est: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam* ib. 16, 18.
meam, — ubi est, inquam, illa regula trinitatis, quam generaliter suis post resurrec-
tionem Dominus apostolis commendavit, quorumque principatum hisdem beatus gerebat
Petrus apostolus? *Ite,* inquit, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et* ib. 28, 19.
filii et Spiritus sancti. Cur magister in nomine patris et filii et Spiritus sancti et
discipuli in nomine tantum Iesu precipiunt baptizari? Numquid aliud veritas per
semetipsam docuit, et aliud discipuli veritatis vel aliam formam doctrine ecclesiis tradi-
derunt? Absit hoc. Nullus sic dissipit, qui sani capitis est; nullus tam insanae furiae
mancipatus, qui haec vel mente tractare praesumat. Sed, videamus, qualiter utrumque
verum et sanctum est socialeque bonum et individuum mysterium? Sacramentum igitur
sanctae trinitatis, quam magister et Dominus tribus enumeratis personis, in uno tamen
nomine voluit demonstrare, hoc eiusdem veritatis discipuli in una de trinitate persona,
id est filii, totam sanctamque trinitatem essentialiter sancto sibi revelante Spiritu
intellegere meruerunt, quoniam, sicut crebrius dictum est, inseparabilia sunt semper
opera trinitatis. Ubi enim pater, ibi inseparabiliter filius et Spiritus sanctus, et ubi
filius, ibi inenarrabiliter pater et Spiritus sanctus, et ubi Spiritus sanctus, ibi in-
conprehensibiliter pater et filius. Nam etsi audierant discipuli praecipiente Domino
et magistro propter mysterium trinitatis: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in* ib. 28, 19.
nomine patris et filii et Spiritus sancti, audierunt profecto praesentes eum ostendentem
sibi unitatem naturae. *Ego,* ait, *et pater unum sumus,* et rursus: *Ego in patre et pater* Iob. 10, 30.
in me est, et iterum: *Pater autem in me manens ipse facit opera,* sed et verbum illud ib. 14, 10. 11.
ib. 14, 10.
consubstantiale patri sanctoque Spiritui, internis intuentes obtutibus, quod *in principio* ib. 1, 1—3.
erat et apud Deum erat et Deus erat et per quem omnia facta sunt, semper in patre,
semper cum patre, semper apud patrem inseparabiliter sciebant permanere. Unde
non inmerito Philippus redargui debuit, qui alicubi fortassis patrem aut plus aliquid
quaerebat, cum diceret: *Domine, ostende nobis patrem, et sufficit nobis,* cuique protinus ib. 14, 8.
a Domino quasi per increpationem refertur: *Tanto,* inquid, *tempore vobiscum sum, et* ib. 14, 9. 10.

4 cum] et cum *V.* 9 sollertissimam *rad. corr.* solertissimam *V.* 11 baptisma *V.* 16 sanctae *V.* 19 primi pastoris *V.* 23 *(in fine)* Spiritu *V.* 25 semetipsa *V.* 26 insaniae *V.* 28 mysterium] mynisterium *V.* 39 facit] fac *V.*

non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt et patrem meum. An non credis, quia ego in patre et pater in me est? De Spiritu autem sancto, ut ostenderet eum
Ioh. 15, 26. 16, 14. suum patrisque, sic ait: *Spiritus,* inquit, *veritatis, qui a patre procedit, ille me clarificabit.* Nam qui de patre procedit patris profecto Spiritus est et qui veritatis Spiritus
ib. 14, 6. est suus nichilominus Spiritus est; ipse enim de se dicit: *Ego sum via, veritas et vita.* Hunc per Isaiam patris testatur esse, cum propter adsumptum hominem loquitur:
Is. 61, 1. ib. 48, 16. *Spiritus Domini super me.* Et illud: *Dominus misit me et Spiritus eius.* Et quia suus
Ioel 2, 28. est, idem ipse per Iohelem promisit dicens: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Quam bene ergo Dominus alta et ineffabili Dei sapientia, ut ostenderet
Matth. 28, 19. personaliter mysterium trinitatis, *in nomine,* inquit, *patris et filii et Spiritus sancti* et, ut demonstraret inseparabilem essentialiter individuae deitatis unitatem, praemisit: *In nomine.* Non enim ait 'in nominibus' quasi in multis, sed 'in nomine', quia trinus et unus est Deus. Non enim naturam, sed personas discrevit. Quam feliciter quidem et apostoli in nomine Iesu, id est salvatoris, totam sanctam et ineffabilem docuerunt intellegere trinitatem! Quam catholice et sancti patres in hac fidei stabilitate solidati a patre sanctum Spiritum procedere sunt professi! Quam gloriose et illi, qui eum ex patre filioque procedere confitentur! Hinc perspicuae datur intellegi sempiterna Dei patris et omnipotens sapientia, quae mirabiliter intellegentiae nostrae infantiam erudire non cessat, cum de se inclinatius loqui in sacro dignatur eloquio, ut se innotescat trinum et unum Deum, modo propter personarum discretionem distincte loquitur, modo vero indiscrete propter consubstantialem individuae deitatis unitatem. Nam si semper indiscrete, absconderet utique mysterium trinitatis; si vero semper distincte, excellentiam profecto celaret inseparabilem deitatis. Docet nimirum per sacras testamentorum paginas modo mirabili utrumque, ut intellegamus et corde credamus ad
cf. Rom. 10, 10. iustitiam et ore confiteamur ad salutem, trinum et unum Deum. Unde et ipsa divinitas, trinus et unus Deus, licet sit inenarrabilis, non tamen est incognoscibilis. Cognosci nempe creator a sua rationabili debet creatura. Hinc est, quod in evangelio unigenitus,
cf. Ioh. 1, 18. ib. 17, 3. qui est in sinu patris, loquitur genitori: *Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum et verum Deum et quem misisti, Iesum Christum.* Hinc alias per prophetam praedicendo
Ier. 31, 34. testatur, dicens: *Cognoscent me,* inquid, *omnes a minimo usque ad maximum.* Hinc
1. Cor. 14, 38. vas electionis de ignorantibus Deum per exprobrationem intonans ait: *Qui ignorat ignorabitur.* Inenarrabilis quippe est, quoniam, quantus aut quid sit Deus, inveniri non potest, et non solum humana, sed neque subtilis et incorporea angelica natura summam illam inconprehensibilem et incircumscriptam divinitatis essentiam nulla penitus investigare subtilitatis posset sagacitate. Nam etsi angeli fonti scientiae perenniter adsistentes omnia sciunt, ipsum tamen scientiae fontem, cuius sit magnitudinis, qui nec
Ps. 146, 5. initium recipit nec fine concluditur, metiri nequeunt. *Magnus tamen est Dominus noster et magna virtus eius, et sapientiae eius non est numerus.* Tantum de illo absque dubio sciunt, quantum ipse illis de se revelare dignatur. Verumtamen cognoscibilis est et illis iuxta quod illi secundum suam possunt naturam capatius sustinere, et nobis
cf. 1. Cor. 13, 12. 2. Cor. 5, 7. scilicet in speculo et in enigmate, quamdiu *per fidem ambulamus et non per speciem,* iuxta modum nostrae naturae, inquantum nostra praevalet possibilitatis infirmitas summatim sentire. In sacro autem eloquio vel in fidei instrumento addere vel minuere est non recte et aliter sentiendo intellegere, quam a sancto Spiritu per calamum linguae

6 Hunc] Hinc *V.* 9 ineffabilis *V.* 10 inquit] inquiens *V.* sanctus *V.* 12 trinus et] trinus *V.* 13 Quam] Quem *V.* 15 catholici *V.* 18 quae] quam *V.* 21 unitate *V.* 22 indiscrete — distincte] *supple* loqueretur. 24 ut *deest V.* 27 creatur *V.* 34 penitus] plenius *V.* 35 sagatitate *V.* 37 finem *V.* 41 non] nunc *V.* 43 sacro] cro *V.* 44 intellegere] *supple* non recte est.

sanctorum virorum enigmatum mirabiliter constant misteriorum sacramenta digesta, qui eodem sancto afflati Spiritu per sacras ea librorum exarare paginas studuerunt, sicuti est mos proprius hereticorum, qui neglegentes divine scripture sensum vel modum genusque locutionis, corrupti ab antiquo serpente, secundum sua desideria coacerbant sibi inextricabiles questionum tumultus et ideirco infuso ferrugineo stilo in tinctorio falsitatis proprium, sed tamen perversum se dogma componere gloriantur, quin potius peregrinis et variis quam aecclesiasticis ac spiritalibus habuti conantur doctrinis, parvipendentes, veritatis refragatores, legis praeceptum, quo mistice cavetur sacerdotem semel in sua tribu et de sua tribu vel stirpis suae uxorem accipere et ipsam virginem, ex eadem scilicet Christiane religionis doctrina, qua semel inbutus est, de qua Christianum nomen sortitum se gratulatur sumsisse et ex qua per undam regenerationis renatum se recognoscit inmaculata fidei puritate quasi virginem et non heresea pollutione corruptam in amplexu amoris excipere, ad propagandam catholicae fidei posteritatis ex ea subolem perdocetur. Sed his dispectis imitati prorsus Zambri in adulterino concubitu exarserunt, — qui sermo alterius lingue vernaculus elucubratus de proprio interpretatus dicitur 'fluxus vehemens' sive 'canticum meum' [1] — qui deceptus in specie Madianitidis scorto eam petiit, velut isti, vehementi fluxu perverse doctrinae inmoderatius despumantes, delectantur in pulchritudine splendentis eloquentiae perversi dogmatis. Quem Finees, Domini sacerdos, qui proprio de stilo translatus in Latino palato 'oris augurium' resonat vel 'ore quievit' [2], ultrici transfixum pugione in locis genitalibus simul cum sua adultera interfecit, quia videlicet censura ecclesiasticae disciplinae hereticum hominem post unam et alteram correptionem, expulsum de ecclesiae gremio, aeterno anathematis iaculo simul cum sua condempnata stuprata herese interemit. Quiescere namque fecerat iuxta nominis sui interpretationem iram indignationis furorisque Domini, quae iam egressa erat ad perdendum populum in ultione petulci [3]. Nam quemadmodum lubricus ille serpens in paradyso diliciarum Evam corrupit astutia sua, cuius mentem, mendatii venenum inficiens, instigavit, ne veritati crederet, sed potius adquiesceret falsitati, dum praeceptum oboedientiae male interpretando persuasit transgredi, ita nunc versipellis in hoc paradiso sanctae ecclesiae, que spiritalibus divitiis adfluit, per hereticorum molitur semper pectora nequitiae virus infundere, quatenus falsitatis debriati poculo, errabundo poplite per anfracta erroris evagantes, veritatis invenire nequeant fontem. Unde et Paulus de quibusdam dubius precavens ait: *Timeo enim, ne, sicut serpens decepit Evam astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, ne credatis veritati.* Quemadmodum infelix Arrius [4], huius serpentis crapulatus veneno, addere vel demere in sancto evangelio conatus est, ubi mediatoris vocem intonantis prurienti aure et cauteriata audierat conscientia et perfunctoriae

cf. Lev. 21,14. cf Num. 25,14. cf. ib. 25, 6. cf. ib. 25, 7 sq. cf. Tit. 3, 10. cf. Gen. 3, 1 sqq. 2. Cor. 11, 3. cf. 2. Tim. 4, 3. cf. 1. Tim. 4, 2.

1 digesta] diiestat *V.* 2 eodem] eundum *V.* 7 habuti] = abuti. 8 quo] co *V.* 9 tribunu *corr. al. man.* tribu *V.* 11 sortitum] sordum *V.* 12 puritatem *V.* 14 eam *V.* subolem] sobolem *V.* 17 Madianitidis — petiit] Ammanite^{s} scorto^{q} eā^{m} petiit *V, corr. al. man.* Ammantis scorti id petiit. 19 Quem] *scil.* Zambri. 20 transfixo *V.* 21 interficit *V.* 22 corruptionem *V.* expulso *V.* 23 condempnata] condempnans *V.* 24 fecerat] *scil.* Finees. 25 perdendum] prehendum *V.* 32 evacantes *V.*

1) *Cf. Hieronymus, De nominibus Hebraicis s. v. Zamri et Zabdi; Opp. ed. Vallarsi III, 32. 46.* 2) *Cf. ibid. s. v. Finees; l. l. III, 20.* 3) *Madrisi, l. l. p. 79: Id est rei petulcae et fornicariae, de qua ex Num. cap. 25. loquitur Paulinus; Servius ad Virgilii Georg. IV v. 10 dicit:* Petulci, lascivi, exsultantes, et petulci dicti ab appetendo. 4) *De Ario cf. A. Harnack, 'Lehrbuch der Dogmengeschichte' ed. 3. II, 195 sqq.*

legerat secundum hominem dixisse: *Vado ad patrem, quia pater maior me est.* Super hoc igitur quasi addidisse quiddam convincitur, cum polluto sensu et inpio ore ex suo intulit: 'non solum secundum humanam naturam, sed et secundum divinitatem'; minorem eum et posteriorem patri mentiri non timuit. Quae numquam in sacrosanctis evangeliis, in nulla saltem qualibet divinorum testamentorum serie se legisse poterit adprobare et quasi minuisse de sancti evangelii lectione reus constringitur, ubi surda et obturata quasi aspis aure eundem unigenitum Dei filium audire dispexerat: *Ego et pater unum sumus.* Hinc quoque videtur minuisse, sed sibi ibi inpudenter addidisse, sed ad suam perniciem, nihil praeiudicans divinis oraculis. Sancta autem et veneranda evangelii sacramenta cunctis inviolata seculis permanebunt.

Ioh. 14, 28.

cf. Ps. 57, 5. Ioh. 10, 30.

Catholicus vero quilibet doctor, recte sentiens iuxta quod a Domino gloriosius est praelibatum, quomodo et secundum hominem minor et secundum Deum aequalis sit patri, haec multiplici evidenter exponendo sermone explicuit; non addidisse vel minuisse, sed inreprehensibiliter praedicandus est latentia sancti evangelii mysteria supplevisse. Multa quidem huiuscemodi et his similia obiectionum spicula ex arcu linguae intorta inveniri poterant, quibus adversantia obtrectatorum confossa pectora saucioque infecta vulnere reticerent, sed propter brevitatis compendium ab his iam iamque calamo subtrahendo decrevimus temperare. Nam in apochalipsin Iohannes apostolus sub unius libri appellatione de tota utriusque testamenti serie contestatus est dicens: *Si quis,* inquit, *adposuerit ad haec, adponet Deus omnes plagas scriptas in libro hoc. Et si quis deminuerit de verbis libri prophetiae huius, auferet Deus partem illius de libro vitae et de civitate sancta.*

Apoc. 22, 18. 19.

Verumtamen sanctos praedicatores ecclesiae haec non percellit ultionis vindicta, quos ipsum nimirum apochalipsin librum et unumquodque capitulum scripturarum multiplicuisse promulgatione laudamus quosque pro his sempiternam credimus recepturos mercedem. Ipse quippe mediator Dei et hominum, dominus et magister, multa in parabolis, quas ipse proposuerat, mellifluo divinitatis exponendo ore, verborum insignia multiplicavit et duobus in via ambulantibus aperuit sensum *et incipiens a Mose et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant.* Sed et beatus apostolus non est culpandus, qui legis enigmata per multiplicia disputationum disseruit verba.

Luc. 24, 27.

Hucusque propter eos, qui nequeunt ad purum subtiliter intellegere, quid sit in sacro eloquio addere vel minuere. Nunc autem his ita digestis proposita nostrae repromissionis debita tandem aliquando pleno reddere calamo iam non differamus.

De causa nempe fidei polliciti sumus contra eos disputare, qui variis erroribus inplicati non recte sentiunt de mysterio trinitatis, contra eos videlicet, qui de personarum discretione dubitant, qui ipsum putant esse patrem ipsumque filium, qui inferiorem filium et posteriorem mentiuntur esse patre, qui tria principia confitentur. Nos autem cum sanctis patribus unum principium confitemur, patrem et filium et Spiritum sanctum. Scriptum est enim: *Tecum principium in die virtutis tuae.* Non principium, quod incipit, vel quasi initiale, sed principium, quod praecedit omnia, quia numquam non fuit pater, hoc est paternum numquam defuit nomen, quia semper pater fuit et est, et numquam non fuit filius, hoc est, quia filii nomen numquam defuit, quia semper et sine initio filius fuit et est. Contradicimus et per omnia Patripas-

Ps. 109, 3.

10 permanebit *V.* 19 serie] sirie *V.* 20 ad haec] adhuc *V.* plagas] pagas *V.* 21 auferat *V.* 22 libro] ligno *V.* 23 percellit *V.* 24 quos] qui *V.* 28 aperuit] apparuit *V.* 41 quod incipit] qui incipit *V.* quia] qua *V.* 43 est quia quia filii *V.*

sianis [1], qui divinitatem eius passibilem ausi sunt elinguare. Similiter et illis non cedimus, qui in duos videntur filios unum Christum Dei filium dividere, dum illum naturalem et adoptivum adfirmare moliuntur, cum unus idemque sit Dei hominisque filius, cui per prophetam dicitur: *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.* Sed melius Ps. 101, 28.
haec intimamus, si ipsum, sicut prefati sumus, textum symboli ac deinceps que secuntur hoc exsequimur ordine. Obsecramus vos, fratres, et germano obnixius inprecamur affectu, ut ab hoc loco ea, quae secuntur, usquequo pervenitur, ubi legitur de divina unigeniti essentia hoc modo: 'in qua regnat in unitate et trinitate cum patre et sancto Spiritu [2]', scribentes illa non in membranis vel morticinis pellibus, sed in tabulis cordis carnalibus memoria retinere curetis.

Credo [3] in unum Deum patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia saecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis et incarnatus est de Spiritu sancto et Maria virgine et homo factus est. Crucifixus aetiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est et resurrexit tertia die secundum scripturas. Ascendit in caelum, sedet ad dexteram patris et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, dominum et vivificantem, qui ex patre filioque procedit [4], qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum et expecto resurrectionem mortuorum et vitam futuri saeculi. Amen.

Sanctam autem, perfectam, inseparabilem et ineffabilem veramque trinitatem, id est patrem et filium et Spiritum sanctum, individuam confiteor in unitate naturae, quia trinus et unus est Deus. Trinus nimirum per distinctionem personarum, unus vero per substantiam inseparabilem deitatis. Has igitur tres personas, patris filiique ac Spiritus sancti, non putativas vel quasi suspicabiles tantum, sed veras subsistentes, coaeternas, coaequales credimus et consubstantiales. Alia est enim persona patris, alia filii, alia Spiritus sancti. Sed pater et filius et Spiritus sanctus non tres dii, sed unus est Deus. Nam pater verus Deus, vere et propriae pater est, qui genuit ex se, id est ex sua substantia, intemporaliter et sine initio verum filium, coeternum, consubstantialem et coaequalem sibi. Et filius verus Deus, vere et propriae est filius, qui ante omnia saecula genitus est de patre, intemporaliter et absque ullo initio, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero. Et numquam fuit pater sine filio nec filius sine patre. Pater etenim semper pater est, erat et erit. Et filius semper filius est, erat et erit. Et numquam non fuit pater, quia numquam non fuit filius. Semper enim pater, qui genuit sibi aequalem filium. Semper quidem filius, qui genitus est aequalis patri. Spiritus namque sanctus verus Deus, vere et proprie Spiritus sanctus est, non genitus, nec creatus, sed ex patre filioque intemporaliter et inseparabiliter procedens. Consubstantialis, coaeternus et aequalis patri filioque semper est, erat et erit. Et numquam fuit pater aut filius sine Spiritu sancto nec Spiritus sanctus sine patre et

10 curetis] curate V. 18 sedit V. 21 conglorificatur] cumglorificatur V. 22 remissione V. 24 Sanctam] *hoc verbo incipit M.* veramque] veneramque V. 39 Spiritus namque sanctus] Spiritus sanctus namque *M.*

1) *Cf. Wetzer-Welte, l. l. I, 973 sq.* 2) *V. p. 189 l. 5 sq.* 3) *Cf. cum hoc symbolo Paulini regula fidei, MG. Poetae I, 124; v. Giannoni, l. l. p. 76 sq.* 4) *Cf. supra p. 177 ann. 2.*

filio. Et idcirco inseparabilia sunt semper opera trinitatis, et nihil est in sancta trinitate diversum aliquid aut dissimile vel inaequale, non divisum naturaliter, non confusum personaliter, nihil maius aut minus. Non anterior, non posterior, non inferior, non superior, sed una et aequalis potestas, par gloria, sempiterna et coaeterna consubstantialisque maiestas. Unum namque sunt essentialiter pater et filius et Spiritus sanctus. Et idcirco unus est Deus; sed non unus propter personarum discretionem pater et filius et Spiritus sanctus. Verus enim pater proprie pater est et non est filius. Et verus filius proprie filius est et non est pater. Spiritus quoque sanctus proprie spiritus est et non est personaliter pater vel filius, sed ex utroque procedit; et tamen non sunt tres dii, sed unus est Deus. Et in hac sancta trinitate nichil, quod absit, aliquid putandum est visibile, corporale, palpabile vel conprehensibile. Omnipotens namque sancta trinitas, invisibilis, incorporalis, inpalpabilis, inconpraehensibilis, incircumscripta, infinita, inmensa et sempiterna, omnia nutu et imperio suo gubernat. Nam etsi legitur oculus Domini vel brachium sive dextera et cetera, non membrorum positionem vel molem corporis, sed effectum summe et inenarrabilis divinae potentiae integra recte fidei credulitate debemus intellegere. Nam quia omnia videt et omnia penetrat et cuncta nuda et aperta sunt ante eum, oculos habere dicitur; quia vero nos sua virtute creavit, regit, protegit et defendit, brachium vel dexteram habere perhibetur et his similia. De hac autem ineffabili trinitate sola verbi Dei persona, id est filius, in ultimis diebus propter nos et propter nostram salutem secundum propositum secrete dispensationis arbitrium descendit de caelis, unde numquam recesserat. Incarnatus est de Spiritu sancto et semper virgine Maria, verus homo factus verusque permanet Deus. Nec obfuit humana et temporalis nativitas divinae illi et intemporali nativitati, sed in una Christi Iesu persona verus Dei verusque hominis filius, non alter hominis filius, alter Dei, sed unus idemque Dei hominisque filius, in utraque natura, divina scilicet et humana, Deus verus et homo verus, non putativus Dei filius, sed verus, non adoptivus, sed proprius, quia numquam fuit propter hominem, quem adsumpsit, a patre alienus. Solus enim sine peccato natus est homo, quoniam solus est incarnatus de Spiritu sancto et inmaculata virgine novus homo. Consubstantialis Deo patri in sua, id est divina, consubstantialis etiam matri sine sorde peccati in nostra, id est humana, et ideo in utraque natura proprium eum et non adoptivum Dei filium confitemur, quia inconfusibiliter et inseparabiliter adsumpto homine unus idemque est Dei et hominis filius. Naturaliter patri secundum divinitatem, naturaliter matri secundum humanitatem, proprius tamen patri in utroque, quoniam, sicut dictum est, non sunt duo filii, alter Dei, alter hominis, sed unus Christus Iesus propter unam personam Dei et hominis filius, Deus verus et homo verus, in anima rationali et vera carne. Perfectus homo secundum humanitatem, perfectus Deus secundum divinitatem, qui in eadem natura, id est humana, quam sumpsit ex virgine, humanas pertulit infirmitates, non fragilitatem peccandi, sed in eadem dignatus est crescere per incrementa temporis, esurire, sitire, fatigari, contumelias et obprobria sustinere. Dignatus est flagellari, crucis patibulum subire, lanceam in latere excipere, clavis transfigi, fel et acetum gustare. In eadem dignatus est mori, sepeliri, ad inferos descendere, tertia die resurgere, cum discipulis conversari et post triumphum victricis gloriae eandem humanam naturam, ascendendo super omnes caelos et exaltatam super omnes angelos, in patris

7 non est filius] non filius *M.* 9 personaliter *deest M.* 11 aliquid *deest M.* 16 vidit *M.* 21 arbitrium *deest M.* 24 Dei] Deus *M.* alter hominis hominis filius *V*, alter filius hominis *M.* 28 est incarnatus] incarnatus est *M.* 31 Dei filium] filium Dei *M.* 38 humana] huma *V.* 41 laterae *V.* 42 discendere *M.* 43 victricis] victris *V.* eadem *V.* 44 exaltatus *V.*

dextera collocavit. In eadem iterum venturus est iudicare vivos et mortuos et saeculum per ignem, redditurus unicuique secundum opera sua, impiis utique supplicium sempiternum, iustis vero vitam aeternam. Divina autem illa ineffabilis natura, in qua Deus est aequalis patri sanctoque Spiritui, inpassibilis, immutabilis, inconvertibilis, ubique praesens semperque omnipotens, inviolata permanens, in qua regnat in unitate et trinitate cum patre et Spiritu sancto et nunc et semper et per cuncta saecula saeculorum. Amen.

Hanc igitur catholicae fidei sincerissimam puritatem volumus omnes Dei sacerdotes omnesque gradus ecclesiae summo cum studio et absque ullo vitio, ita ut ne unus quidem apex intermittatur vel augeatur, distincte et sensatim discendo memoria retinere et posteris suis discenda derelinquere. Si quis vigilantiori sensu praeditus ante potuerit, laudamus et hortamur. Qui* vero inbecilli ingenio torpens ante nequiverit, in anniversaria tamen proximiore huius venerandi concilii volubilique sessione, cum vestris obtutibus auxiliante Domino pusillitatis nostrae praesentiam vita comite repraesentare meruerimus, Deo amabilis fraternitatis vestrae caritas, hanc, sicut dictum est, memoria retineat, ita sane, ut in nostrae humilitatis aspectu eam studiose valeat recensere; alioquin difficile vos vitare ecclesiasticas ferulas estimate.

Symbolum[1] vero et orationem dominicam omnis Christianus memoriter sciat, omnis aetas, omnis sexus omnisque conditio, masculini, feminae, iuvenes, senes, servi, liberi, pueri, coniugati innuptaeque puellae, quia sine hac benedictione nullus poterit in caelorum regno percipere portionem. Qui autem observaverit haec et a malis operibus se custodierit, et in praesenti saeculo salvus erit et in futuro cum angelis congaudebit.

Non novas, karissimi, regulas instituimus nec supervacuas rerum adinventiones inhianter sectamur, sed sacris paternorum canonum recensitis foliis ea, quae ab eis bene gesta salubrique promulgata mucrone persistunt, summa devotionis veneratione amplectentes recentiori stilo opere praecium duximus renovare, quatenus ad modum mundi ac ruminantis ungulasque findentis animalis, devoratas aescas ad faucem memoriae revocantes, quasi ruminando per sacre lectionis studium dudum depastum spiritale pabulum subtilius liquidiusque sese in ventre mentis refundat. Quo satiati dilitiarum suaviter aepulo ad referendas superni largitoris gratias, de cuius benignitatis manu

cf. Deut. 14,6.

*) *Pro* Qui vero — estimate *(l. 17) haec praebet M:* Qui[2] vero ante non potuerint, in die tamen sancto Paschae praesenti anno omnes, sicut diximus, memoria retineant, ita ut in nostrae humilitatis praesentia eam studiose valeant recensere.

1 conlocavit *M.* 2 sempiternum] aeternum *M.* 3 illa *deest M.* 5 semperque] semper *M.* 6 Spiritu sancto] sancto Spiritu *M.* 8 Dei] Domini *M.* 9 gradus] grudus *V.* vitio] servare *add. M.* 11 derelinquere] relinquere *M.* 12 hortamus *M.* 13 anniversarii *V.* 16 studio *V.* 17 recenseri *V.* 19 omnisque] omnis *M.* iuvenes senes] senes iuvenes *M.* 21 percipere] recipere *M.* 23 congaudebit] *hoc verbo sistit M.* 28 ruminantibus ungulaque *V.* 29 ruminanda *V.* spiritalium *V.* 32 potuerit *M.* 34 valeat recenseri *M.*

1) *Cf. concilium Francofurtense 794 c. 33, supra p. 169; v. praeterea Theodulfi Aurelianensis capitulare q. d. primum c. 22, Mansi XIII, 1000 (v. 'Neues Archiv' XXVI, 667). Hauck, l. l. II, 271 ann. 1.* 2) *Textui codicis M, cum sit in peius haud dubie mutatus, nihil fidei attribuendum erit: de tempore ergo concilii habiti tota, ut monuit K. Zeumer, conclusio iacet.*

cuncta gratuito suscipimus munere, modis omnibus incitemur, qui, ut nos post culpam discordiae ingratos funiculo caritatis trahendo ad patris suamque gratiam revocaret,
Phil. 2, 6. 7. *cum in forma Dei esset equalis patri, semetipsum pro nobis exinanivit, formam servi accipiens*, mediator inter Deum et nos fieri est dignatus, cuius livore ab eo, quod
cf. 1. Petr. 2, 24. diabolus inflixerat, mortis vulnere mirabiliter sumus sanati'.

Capitulo I. Primum[1] igitur, ut iuxta priscas patrum divinitus aeditas sanctiones nullus Domini sacerdotum vel quicumque sub canone sunt constituti canonicas, quinimmo apostolicas ignorantes aut parvipendentes definitiones inordinate vel inhoneste in domo Dei, quae est ecclesia, conversentur, sed, in suo ordine cuncta persistentia, pulchritudo ecclesiastici decoris inviolata permaneat. Illud summopere vigilantique studio praecaventes decernere curavimus, ut nullus canonicae deditus dicioni donum sancti Spiritus pecunia, praetio fraudulenter deceptus, vendere vel emere praesumat[2], ne cui in quemlibet sacrum ecclesiastici ordinis gradum muneris exigente merito liceat quempiam subvehens promovere patentique semper cordis aure pertimescat, intellegat clarissimam illam Domini vocem dicentis: *Gratis accepistis, gratis date.* Hanc quippe
Matth. 10, 8. pestiferam simoniacam heresem primus pastor ecclesiae in ipsa, ut ita dixerim, originali cupiditatis radice anathematis ferro funditus resecare curavit.
cf. Act. 8, 18 sqq.

Capitulo II. Ut[3] longe altius excellat vita pastoris conparata subditi gregis, quoniam singulariter boni pastoris voce dicitur: *Vos estis lux mundi*, et rursus: *Vos*
Matth. 5, 14. ib. 5, 13. ib. 5, 16. *estis sal terrae*, et iterum: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est.* Hinc etenim colligi potest, in quantum distare debet pastor a grege, dum istos homines et illos plus quam homines, id est lucem hominum, Dominus voluit appellari. Si ergo lux mundi sumus, lucere utique absque nebulosa hypocrisis ammixtione debemus et, si sal terre sumus, condire nichilominus terrenas mentes sapientiae sapore per verbum praedicationis debemus.

Capitulo III. Item placuit, ut sobrie et pie casteque iuxta apostolum viventes
cf. Tit. 1, 11. 2, 12. Rom. 13, 13. Eph. 5, 18. fugiamus turpis lucri gratiam, non in commessationibus et ebrietatibus, et non ebriemur vino, in quo est luxuria, quemadmodum per semetipsam veritas generaliter in evan-
Luc. 21, 34. gelio precipiendo protestatur dicens: *Cavete a crapula et ebrietate et curis saeculi huius.* Unde et in ecclesiastico canone sententialiter constat decisum aut cessare ab huiusmodi vitii ingurgitatione aut certe perseverantes honoris iactura pereclitari debere. Quorum huius ultricis sententiae dictatorum nos conplices ac fautores esse fatemur[4].

1 gratuitu *V*.
I. 11 donu *V*. 15 voce *V*.
II. 18 longo *V*. 19 quoniam] quorum *V*. 20 vestra] veram *V*. 24 hypocrisi *V*.

1) *Canones concilii huius commentario instruxit satis amplo Madrisi, l. l. p. 80—94 (Migne, Patrol. lat. XCIX, 309—342); v. praeterea Giannoni, l. l. p. 90 sqq. Quae v. d. Brandileone in libro 'Atti e Memorie del Congresso storico tenuto in Cividale nei giorni 3, 4, 5 Settembre 1899 (Cividale' 1900, p. 55 sqq.; cf. 'Neues Archiv' XXVI, 572) ad cc. 8. 9. 11 huius concilii exposuit, quae cum Edicti Liutprandi cc. 32—34, 12 et 129 et 30 contulit, inspicere non potuimus.* 2) *Cf. concilium Vernense 755 c. 24, MG. Capit. I, 37; Karoli M. admonitio generalis 789 cc. 21. 22, l. l. p. 55; v. praeterea Hadriani I. papae epistolam anno 790. vel 791. ad Karolum datam, MG. Epp. III, 634 (Jaffé-E. n. 2478). Madrisi, l. l. p. 80.* 3) *Cf. Giannoni, l. l. p. 91, qui laudat Karoli M. admonitionem generalem 789 cc. 72. 73, l. l. p. 59 sq.* 4) *De his verbis cf. Madrisi, l. l. p. 81. Giannoni, l. l.*

Capitulo IIII. Ut iuxta Niceni venerandi diffinitionem concilii[1] nullus patiatur subintroductas mulieres secum in domo propria habere vel private cum eis cohabitantes conversari. Et quamquam de quibusdam inhonesta carentibus suspitione clementius aliquo modo inibi legatur indultum, nos autem omnes omnino nunc necessarium vetare prospeximus, eo quod experimento didicerimus ob illarum velamentum alias licentius ad eos aditum veniendi perditionis causa habuisse. Non autem vetamus quempiam, sed potius adortamur pauperibus personis iure sibi cognationis coniunctis benefacere, cum sit omnibus benefaciendum; sed ab eis segregate in suis degentes domiciliis perseverent.

Capitulo V. Ut[2] secularia negotia ultra modum mensurae nulli liceat exercere. Ait enim apostolus: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* 2. Tim. 2, 4. Intueri quapropter subtilius libet, cuius nos esse regis milites gratulamur. Et quia in castris dominicis militamus, sollicite pensare constringimur, quibus armis muniti cum tanto adversario certaminis bella adgressi pugnare valeamus, ut expediti ab omni praesentis saeculi inpedimento, intrepidi in prima acie persistentes, post palmam victoriae triumphatricis glorie coronam ab eo rege, qui nos de antiquo hoste triumphavit, suscipere mereamur.

Capitulo VI. Item[3] placuit, ut eas prorsus mundanas dignitates, quas seculares viri vel principes terrae exercere solent, in venationibus scilicet vel in canticis secularibus aut in resoluta et inmoderata laetitia, in liris et tibiis et his similibus lusibus, nullus sub ecclesiastico canone constitutus ob inanis laetitiae fluxum audeat fastu superbie tumidus quandoque praesumendo abuti, nisi forte, si in ymnis et spiritalibus canticis delectatur, de sacris videlicet scripturarum voluminibus digne honesteque compositis utatur. Ab his igitur non solum non inhibemus abstinere, verum etiam conibentes licentiae concedimus votum.

Capitulo VII. Item placuit, ut nullus episcoporum presbyterum vel diaconum vel archimandritam[4] in dispendio honoris condempnare praesumat absque huius venerandae sedis consultu. Si quis post haec prohibita temerarius usurpare temptaverit, non erit ambiguus de sui honoris periculo.

Capitulo VIII. De[5] his autem, qui propinqui sanguinis adfinitatem sibi in matrimonium sociare temptaverint, quia valde gravis nimisque asperrima in prisco canone[6] ab antiquis patribus de hoc negotio iudicialis sententiae elimata sub paenitentiae flagello persistit vindicta, idcirco tanti praecaventes flagitii periculum, ut melius cautiusque prospeximus, dignum duximus diffinire, ita dumtaxat, ut nemini liceat

IIII. 3 quibus inhonestam carentibus suspitionem *V.* 5 velamento *V.* 6 additum *V.* 7 quaempiam *V.*

V. 10 Capitulo *deest V.* 13 crastris *V.* 14 bello *V.* 15 praesenti *V.* 16 palmam] pallam *V.*

VI. 20 resoluta] desoluta *corr. manus posterior V.* laetitia] laetia *V.* 24 utatur] abutatur *V.*

VII. 27 archemandritem *V.*

VIII. 31 temptaverit *V.*

1) *C. 3; Mansi II, 679; v. quae supra p. 12 ann. 1 ad concilium Romanum 743 c. 2 annotavimus.* 2) *Cf. concilium Francofurtense 794 c. 11; supra p. 168.* 3) *V. quae affert Madrisi, l. l. p. 83.* 4) *Archimandrita est titulus abbatum secundum Madrisi, l. l.; secundum Ducange s. v. etiam quemlibet praelatum significat.* 5) *V. quae de hoc capitulo exponit Madrisi, l. l. p. 84 sqq.* 6) *Cf. canones apostolorum c. 19, concilium Agathense 506 c. 61 (Mansi I, 52. VIII, 335).*

furtim raptimque nuptias contrahere, ne forte per erroris ignaviam vel certe, quod peius est, diabolico instigati amore inlicita conubia celebrentur, sed interventis pactis sponsalibus, per aliquam dilationis moram, requisiti quin etiam diligenti cura vicini vel maiores natu loci illius, qui possint scire lineam generationum utrorumque, sponsi scilicet vel sponsae, in eo etiam, ut sine notitia sacerdotis plebis illius nullatenus fiat, quatenus nulla deinceps separationis tribulatio intercedat. Si vero hoc ordine cuncta peragantur ac probatum sine fraude testium fuerit et causa contigerit, quod postea aut ipsi recordati fuerint, qui primum se nescire professi sunt, aut certe per aliorum veratium hominum testimonium inventi fuerint in eo gradu consanguinitatis, quo segregari solent, segregentur quidem ab invicem et agant paenitentiam et, si fieri potest, perseverent utrique innupti. Quodsi propter incontinentiam vel certe, quod est honestius, amore filiorum in id permanere nequeunt, transeant quidem ad secundas
cf. 1. Cor. 7, 6. nuptias. Hoc autem dicimus secundum indulgentiam, non secundum imperium. Beatiores tamen erunt, si sic permanserint secundum nostrum consilium. Filii vero, qui ex tali matrimonio procreati fuerint, legitimi habeantur ad hereditatem defuncti capiendam. Qui autem non observaverint omnia haec, quae pro salute anime et fragilitate vitae supra conpendiose scripta leguntur, et furtivas vel interdictas nuptias contrahere praesumpserint et proximi cognationis fuerint inventi, separentur quoque et ipsi et cunctis diebus vitae suae sub paenitentiae lamento permaneant atque ad secundas nuptias numquam ille vel illa perveniant, alieni a communionis gratia iudicentur filiique, qui de hoc tam incesto coniugio nati fuerint, improbi habeantur nullamque rerum adipisci valeant parentum facultatem.

Capitulo VIIII. Illud[1] praeterea per omnia praecaventes prohibere decrevimus, ut nullus praesumat ante annos pubertatis, id est infra aetatem, puerum vel puellam in matrimonium sociare nec in dissimili aetate, sed coaetaneos sibique consentientes.
cf. ib. 5, 1. Multas sepius ex huiuscemodi nuptiali contractu ruinas animarum factas audivimus et tales fornicationes perpetratas, quales nec inter gentes; ita plane ut, cum contingit puerum adultum esse et puellam parvulam et e contrario, si puella maturae aetatis et puer sit tenere, et per virum cognata et socrus deprehendantur adulterae et per puellam frater vel pater pueri tanti peccati flagitio pereant inretiti. Unde qui haec prohibita de cetero usurpare praesumpserit ab omni ecclesiastico consortio sit alienus, sed nec a publicis sit immunis iudiciis.

Capitulo X. Item placuit, ut resoluto fornicationis causa iugali vinculo non liceat viro, quamdiu adultera vivit, aliam uxorem ducere, licet sit illa adultera, sed nec adulterae, quae paenas gravissimas vel paenitentiae tormentum luere debet, alium

VIII. 3 requisita *V.* 6 saparationis *V.* 8 certe] cete *V.* 9 quo] quos *V.* 11 incontinentiam] innocentiam *V.* 16 observaverit *V.* fragilitate] *ita V*, frugalitate *edd.* 17 conpendiosa *V.* 18 praesumpserit *V.* 20 gratiae *V.* 21 incestu *V.*

VIIII. *Legitur etiam in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130, 52 (antea Augustano) saec. X. (= G) fol. 90, MG. Capit. I, 232 c. 1, et in Libro Papiensi Karoli Magni c. 140 (= P), MG. LL. IV, 512.* 24 id — aetatem *desunt P.* 25 matrimonio *P.* consentientes] consocientes *G.* 26 Multa *V*, Quia multas *P.* nuptiale *G.* 27 perpetratos (?) *G.* cum] dum *P.* contingit] contigerit *G. P.* 28 aetatis] sit *add. P.* 29 per puellam] propter puellam *G. P.* 30 frater vel pater] pater vel frater *P.* inretiti] inreati *V.* 32 a] ad (?) *G.*

X. 35 adultera *V.*

1) *Cf. quae exposuit K. Zeumer ad Leg. Visigoth. III, 1, 4, MG. LL. nat. Germ. I, 125 ann. 2.*

accipere virum nec vivente nec mortuo, quem non erubuit defraudare, marito. Nam etsi legatur in sacris evangelicis paginis sola fornicationis causa dixisse Dominum dimittere virum uxorem suam, non tamen legitur concessisse aliam vivente illa in coniugio sibi sociare, prohibuisse quidem modis omnibus non ambigitur. Ait enim: *Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit, moechatur.* Qua de re ita diffinire prospeximus, ut iuxta eiusdem Domini mellifluam vocem nemo haec interdicta violator inculcare praesumat. Sed quoniam in medio ambiguus interponitur sermo, id est 'nisi ob fornicationem', quaeri nimirum potest, utrum ad solam licentiam dimittendi uxorem 'qui dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem' an etiam ad utrumque dictum referatur, hoc est ad aliam vivente illa accipiendam, quasi dixerit: 'Qui dimiserit uxorem suam et aliam nisi ob fornicationem duxerit, moechatur'. Et idcirco peritissimi viri beati Hieronimi libellum commentariorum recenseri nobis studiose mandavimus, anxiae utique cognoscere festinantes, qualiter hisdem famosissimus doctor haec sacrata dominica verba iuxta capatioris ingenii sui subtilitatem sensisse monstraretur. Cuius nimirum sensum, sagaciter explorantes, in promptum nichilominus patuit ad solam dimittendi uxorem licentiam pertinere. Nam cum more suo vir sanctus ad huius capituli summatim seriem exponendam transcurreret, inter cetera et post pauca sic ait: Et[1] quia poterat, inquit, accidere, ut aliquis calumniam faceret innocenti et ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen inpingeret, sic prior dimitti iubetur uxor, ut secundam prima vivente non habeat. Non enim debet imitari malum adultere uxoris, et si illa duo, immo unam carnem per scissuras fornicationum divisit in tres, non decet, ut maritus nequius exsequendo tres dividat in quattuor. Unde patenter datur intellegi: quamdiu vivit adultera, non licet viro nec potest inpune secundas contrahere nuptias.

cf. Matth. 5, 32. ib. 19, 9. cf. ib. 19, 5. 6.

Capitulo XI. Item[2] placuit de faeminis cuiuscumque conditionis, puellis scilicet vel viduis, quae, virginitatis sive continentiae propositum spontanee pollicentes, Deo emancipate fuerint et ob continentiae signum nigram vestem quasi religiosam, sicut antiquus mos fuit in his regionibus, indutae fuerint: licet non sint a sacerdote sacratae, in hoc tamen proposito eas perpetim perseverare mandamus. Si vero postea sese sive clanculo corruperint seu publicae nupserint, dignis quidem mundano iudicio corporalibus cohercite vindictis segregentur ab invicem et agant cunctis diebus vitae suae paenitentiam et a communione corporis et sanguinis Christi priventur, nisi forte pontifex, rescita eorum paenitentia, si digna fuerit, humanius praevidens poterit communionis gratiam indulgere. In extremo tamen vitae suae viatico humanius indulto non defraudentur. Et in his rebus praecipuae illa modis omnibus custodiatur interdictio, ut nulli liceat praedictis personis habitum, id est vestem, mutare absque sui episcopi conscientia.

Capitulo XII. Hoc[3] igitur inviolato stilo iuste sancire prospeximus, ut monasteria puellarum, quae sub disciplina regulae degunt, obstructius munitis claustris nulli

X. 1 quem] cui *V*. 3 viro *V*. 4 ambigetur *V*. 5 alium *V*. 10 refertur *V*. 12 libelli *V*. 16 dimittendi] admittendi *V*. 17 ad *suppl. e coni.* exponendum *V*. 18 accedere *V*. innocendi *V*. 19 secunda *V*. 20 debetur *V*. 23 vivit adultera] vivunt in adultera *V*.

XI. 25 quae] qui *V*. 29 corrumperint *V*. 32 dignae *e corr. al. man. V*. fuerint *V*.

XII. 38 obstrusius *V*. nullo *V*.

1) *Hieronymus, Commentarius in evang. Matthaei ad c. XIX v. 9: Opp. VII, 146.* 2) *V. Madrisi, l. l. p. 87 sqq.* 3) *Cf. concilium Vernense 755 cc. 5. 6. (10), MG. Capit. I, 34 (35), Francofurtense 794 c. 32, supra p. 169.*

pateant, nisi forte summa compellente necessitate, aditui virorum. Sed neque presbyteri vel diacones vel quilibet de clero vel etiam archimandritis quasi visitationis vel praedicationis causa sine permisso episcopi civitatis sibi licentiam tribuat ineundi. Quin etiam nec episcopus absque sacerdotibus vel clericis suis, ut decet et honestae convenit, adire illuc licentius se aestimet. Sed sive ipse sive quaelibet religiosa persona, alienus ab inlicita suspicione, quem morum gravitas ornat, permittente et admonente episcopo exortationis vel aedificationis obtentu, quae ad salutem animae pertinet, si dignum fuerit ut adeant haec Deo dicata loca, non aliter, sed cum idoneis testibus pergant, ne propter incautam praesumptionem sanctae ecclesiae infametur angelicus ordo. Et nulla ullo umquam tempore licentia sit abbatissae vel cuilibet monachae, transfigurante se satana in angelum lucis quasi orationis causa suggerente eis, Romam adire vel alia loca venerabilia circuire. Quam sit namque inreligiosum et reprehensibile cum viris propter itineris necessitatem conversari, nullus tam excors est vel dissipiens qui ignoret. Si quis post hanc definitionem huius reverendi concilii de his, quae consona voce salubriterque statuta sunt, temerario ausu violare temptaverit, canonicis coherceatur vindictis, scilicet aut iuxta modum vel qualitatem culpe excommunicatione multetur aut anathematis vinculo punitus vinciatur aut certe honoris proprii amissione nudatus, reus ab ecclesiae gremio evellatur. Hae enim sunt canonicae ultrices vindictae, a quibus nullus sacrae legis prevaricator poterit inmunis abire, nisi forte paenitentiae interveniente medella veniam meruerit adipisci.

cf. 2. Cor. 11, 14.

Capitulo XIII. Diem[1] autem dominicum inchoante noctis illius initio, id est vespere sabbati, quae in prima lucescit sabbati, quando signum insonuerit vel hora est ad vespertinum caelebrandum officium, non propter honorem sabbati ultimi, sed propter sanctam illam noctem primi sabbati, hoc est dominici diei, cum omni reverentia et honorifica religione venerari omnibus mandamus Christianis, abstinere primum omnium ab omni peccato et ab omni opere carnali, etiam a propriis coniugibus et ab omni opere terreno et nichil aliud vacare nisi ad orationem, concurrere ad ecclesiam cum summa mentis devotione, cessante omni causarum strepitu, cum caritate et dilectione benedicere Deum patrem et laudare totis medullis cordis unigenitum Dei filium, qui istam diem per gloriosam suam sanctificavit resurrectionem, et ymnum dicere sancto Spiritui, qui eam benedixit per admirabilem suum adventum, quando in igneis linguis super beatos descendit apostolos. Sed et omnium penae dona carismatum in eadem sacratissima die creduntur in mundo conlata. Nam in ipsa die Dominus post resurrectionem in discipulis Spiritum sanctum ad remittenda peccata insufflavit. In ipsa in deserto Dominus de quinque panibus quinque milia hominum pavit. In ipsa die manna pluit de caelis primum in heremo, et multa alia spiritalium munificentia rerum in ipsa die sunt manifestata, que cuncta longum est per ordinem recenseri. Ipsum est enim sabbatum Domini delicatum, de quo scriptura dicit: *Qui fecerit in eo opus servile,* id est peccati, *morte moriatur.* Porro si de illo sabbato diceret, quod Iudaei caelebrant, quod est ultimum in ebdomada, quod et nostri rustici observant,

cf. Matth. 28, 1.
cf. Ioh. 20, 22.
cf. Matth. 14, 13 sqq.
cf. Exod. 16, 4 sqq.
cf. Is. 58, 13.
Lev. 23, 35.
cf. Exod. 12, 15, 16.

XII. 1 aditu P. 2 clero] cloro P. 3 ineundo P. 5 quilibet P. 6 permittente] permitte P. 7 episcopis P. 8 si *suppl. e coni.* 9 praesumptione P. 10 cuilibet] quaelibet P. 11 satanan P. suggereus P. 12 inreligiose P. 13 necessitate P. 18 ammissione P. evallatur P.

XIII. 28 omne P. 32 penae] = paene. 37 manifesta P. cuncti P. 38 delicatum] delegatum P. 40 caelebrent P.

1) *Cf. Karoli M. admonitio generalis 789 c. 15. l. l. p. 55; concilium Francofurtense 794 c. 21. supra p. 168.*

diceret tantum 'sabbatum' et nequaquam adderet 'delicatum' et 'meum'. Sed quia differentiam voluit facere inter illum et istum, quod est dominica dies, ideo addidit 'meum', acsi diceret 'meum, non vestrum, delicatum, non in vestris observationibus maculatum'. Et ideo cum omni reverentia est a nobis honorandum atque colendum. Cetere vero principales festivitates et ipse sunt veneranter honorandae vel custodiendae. Et illa festa, quae sacerdotes in ecclesia predicant, modis omnibus sunt custodienda. Nos autem, qui sacerdotes vocamur, debemus populum nobis subiectum et predicando verbis in omni bono et faciendo quae docemus exemplis instruere, in caritate, in castitate, in humilitate, in continentia, in modestia, in vigiliis, in ieiuniis et oratione, in religione, in elemosinis, in hospitalitate, in quantum vires permittunt, in verbo sapientiae sale condito, in temperantia manducandi vel bibendi, in conversatione sancta, in simplicitate cordis, in omni opere bono, pie et iuste vivendo, *expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et salvatoris nostri Iesu Christi*, qui cum patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula seculorum. Amen. cf. Is. 58, 13. Tit. 2, 13.

Capitulo XIIII. De[1] decimis vero vel primitiis, salva scilicet allegoricarum rerum mystica sacramenta, nichil melius puto docere, quam quod scriptum est in Malachia propheta, dicente Domino: *Inferte omnem decimam in horreo meo, ut sit cibus in domo mea, et probate me in hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas caeli et effudero vobis benedictionem usque ad habundantiam et increpabo pro vobis devorantem et non corrumpam fructum terrae vestrae; nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes.* Sed quia indignatio et ira Dei manet super gentem vel populum, qui hoc Domini praeceptum toto corde et bona voluntate non adimplet, supra praemiserat dicens: *Si affiget*, inquit, *homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis: In quo configimus te? In decimis et in primitiis vestris. In penuria vos maledicti estis et me vos configitis gens tota.* Qua de re quis non alacri et laeto pectore offerat decimas Deo, ut possit illam promereri benedictionem, de qua dicit: *Effundam super vos benedictionem meam usque ad habundantiam?* Vel quis non timeat vel contremiscat illam maledictionem, quam minatur nolentibus offerre: *Vos maledicti estis et me vos configitis gens tota?* Et si forte nobis non creditis vel nos dispicitis, quia homines sumus, credite ergo ipsi Domino dicenti, qui mentiri non potest, qui utrumque promisit, et maledictionem in hoc saeculo et in futuro nolentibus oboedire eius mandatis et benedictionem et habundantiam et salutem animae et corporum bona voluntate obtemperantibus eius imperiis et in praesenti saeculo se daturum et in futuro. Non enim exigit Deus a te quae non habes nec pensat quantum tribuas, sed in quantum habes, simplici corde de suis, non de tuis donis da Deo, quia omne, quod sumus, vivimus et habemus, eius est et de ipsius benignitatis suscipimus manu. Considerat namque, qua mente et non quantum in eius sacrificium offeras, qui potens est et in praesenti saeculo centuplum et in futuro vitam tribuere sempiternam, qui vivit et regnat cum patre et Spiritu sancto et nunc et semper per cuncta saecula saeculorum. Amen. Malach. 3, 10—12. ib. 3, 8. 9. ib. 3, 10. ib. 3, 9. cf. Tit. 1, 2. cf. Matth. 19, 29.

XIII. 2 dominica] domica V.

XIIII. 15 allegoriarum V. 18 aparuero V. catharactaras V. 20 sterelis V. 22 Domini] Dm V. 23 affiget] affugit V. 24 configitis] confugitis *hic et infra* V.

1) *De decimis v. quae collegit Hauck, l. l. II, 222 sqq.*

22. CONCILIUM RISPACENSE.

798 (?).

Anno ut videtur 798. inde a die 20. mensis Augusti Arno tum archiepiscopus Salisburgensis (cf. MG. Epp. V, 58) synodum provincialem congregavit, cuius ex actis perpauca tantum servantur. Quae cur illi anno fortasse sint adscribenda et qua ratione inter se cohaereant, nuperrime A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 447 sqq. exposuit. Sunt autem 1) Arnonis encyclica; 2) canonum Rispacensium reliquiae; 3) Arnonis instructio pastoralis.

A. *ARNONIS ENCYCLICA.*

Legitur in codice Monacensi latino 19410 (antea Tegernseensi) saec. IX. (= M) p. 61—62.

Edd.: Pez, Thesaurus anecd. VI, 1, 74. Resch, Annales eccl. Sabionensis III, 7. Mansi, Suppl. I, 745. Hartzheim II, 692. Mansi XIII, 1029. Dalham, Concil. Salisburg. 32. Kleinmayrn, Iuvavia app. 60. Binterim, 'Pragm. Geschichte der deutschen Nationalconcilien' etc. I, 116. MG. LL. III, 477. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 474.

Sincerrimae dilectionis venerabiliter praeferendo et cum omni caritatis amore amplectendo N. digno Dei antestiti supplex sanctae Iuvavensis ecclesiae archiepiscopus N. bene cupiens prosperitatis vestrae hic in praesenti vita et in futuro saeculo. Solito etenim more sanctitatis vestrae precibus nos enixe commendamus; vestra namque memoria, ut optime condecet, iugiter apud nos retinetur. Sicut optime noverit fraternitas vestra, et canonica auctoritas probat omniumque nostrorum est utilitas maxima, qui sumus in loco regiminis constituti, synodale conloquium habere et ibi pertractare nostrum ministerium a Deo nobis commissum ad profectum totius Christianae plebis, quia id ipsum a confratribus nostris episcopis hoc anno in regno domni senioris nostri in Francia est peractum[1]. Quapropter Deo auspice nos coadunati sumus synodalem conlocutionem exercere ad Rispah die inchoante XIII. Kalendas Septembris[2]. Quapropter bonum est, ut die statuto vos ipsi illuc veniatis et precipiatis vestro chorepiscopo, ut illuc veniat, ac archipresbyteris vestris seu ceteris primoribus ecclesiasticis et de illa vestra abbatia illos proceres monachos, quantos vobis videtur, et si illa capitula, quae in illa synodo in Francia gesta fuerunt, scripta habeatis, vobiscum deferte. De victualibus vero sagax prudentia vestra precaveat, ad quantos dies ibi commorari in loco, tantos tunc nostra suppetiat convenientia, quia, sicut superius praefati

27 illut *M*.

1) *De synodo anno 798. sub Karolo Magno rege habita nihil constat.* 2) *Aug. 20.*

sumus, ut illa synodalis loquela divina auxiliante gratia nobis a Deo merces adcrescat et apud homines bona laus. Et hoc scitote, quia ad confratres nostros episcopos istam exemplariam scriptam directam habemus. Perlecta hac epistola a vestra dilectione nobis sospitatem vestram per missum aut per indicolum vestrum nobis innotescere non pigeatis.

3 hac] haec *M.* 5 pigeatis] *in M haec sequuntur:* Sincerrime dilectionis venerabiliter praeferendo et puro caritatis ardore colendo Eio *(cf. Epitaphium Eionis apud Pez, Thes. anecd. VI, 1, 8)* digno Dei praesuli Urso supplex; *reliqua paginae pars vacua est.*

B. CANONUM RISPACENSIUM RELIQUIAE.

Reginonis Prumiensis de synodalibus causis et disciplinis ecclesiasticis libro I. (cc. 346 et 389 ed. Wasserschleben, Lipsiae 1840, p. 162 et 177) duo concilii Rispacensis canones servantur, quos hic adnectimus. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 474.

(I). Ex concilio ad Risphach in Baioaria cap. XLI.

Ut nullus clericus vestimenta laicalia portet nec arma; nisi tantum, quod ipsius religioni deceat, induere praesumat.

(II). Ex concilio ad Risphach.

Festos dies celebrare sancimus, id est diem Paschae, similiter feria secunda, tertia, quarta et quinta. Ante missam licentia sit arandi et seminandi, hortum vel vineam excolendi et sepem circumcludendi. Ab alio vero opere cessare decrevimus, post missam autem ab opere vacare. Pentecosten similiter ut in Pascha, sancti Laurentii [1], Kalendas Novembris Omnium sanctorum [2], similiter dedicationes ecclesiarum.

1) *Dies 10. mens. Augusti.* 2) *Cf. Alcuini epistola Arnoni directa a. 800. ante Mart. 19:* Kalendis Novembris sollemnitas omnium sanctorum. Ecce, venerande pater Arne, habes designatam solemnitatem omnium sanctorum, sicut diximus. Quam continue in mente retineas et semper anniversario tempore colere non desistas. . . Hanc solemnitatem sanctissimam tribus diebus ieiunando, orando, missas canendo et elemosinas dando pro invicem sincera devotione precedamus *(MG. Epp. IV, 321); cf. Hauck, l. l. II, 448 ann. 2.*

C. ARNONIS INSTRUCTIO PASTORALIS.

Arnonis instructio pastoralis, ut A. Hauck, l. l. II, 448 ann. 2 docuit, non statuta ipsa synodi exhibet, sed ea tali ratione complectitur, ut de eis clerus universus provinciae Salisburgensis certior fiat. Singula autem capitula Karoli regis praecepta imitantur, admonitionem inprimis generalem anni 789. (MG. Capit. I, 52; Mühlbacher² n. 300): dubium non est, quin Arno has vel similes regis Francorum constitutiones in Baioaria quoque observari voluerit, postquam clericos suos iussit secum deferre capitula, quae in illa synodo in Francia gesta fuerunt *(p. 196, l. 30).*

Invenitur haec instructio in codice Monacensi latino 4639 (antea Benedictoburano) saec. XII. (= M) fol. 65'—74'.

Ed.: Westenrieder, 'Beiträge zur vaterländischen Historie' I (1788), p. 22. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 474.

Diligenter investigavimus et investigata curavimus scribere, qualis debeat esse pastor aecclesie, quomodo semetipsum in bonis operibus exerceat, quomodo aecclesiam regere debeat et cottidie pensare omnia studia cordis sui, quomodo vel qualiter ad culmen regiminis perveniat et qualiter vivat, et bene vivens, qualiter doceat, et recte docens, infirmitatem suam cottidie quanta consideratione cognoscat[1].

(II). Gaudeat de promissis bonis; de supradictis verbis consideret, apostolo dicente: 1. Tim. 3, 1. *Qui episcopatum, bonum opus desiderat:* vigilanti animo adponat quod his verbis subcf. ib. 3, 2 sqq. sequens dixit. Oportet eum inreprehensibilem esse, pudicum, castum, sanctum, sobrium, in omnibus scripturis sanctis doctum, semetipsum cottidie castigantem, ut in bonis operibus talem se studeat subditis ostendere, ut exempla bona, que in illo procedant, plus subditos doceant quam verba. Et hoc studeat, si bene vixerit, adimplere.

(III). Et quamvis cum labore clerum sibi commissum diligat; amet, doceat cum omni humilitate et cum summa caritate presbyteros secundum eorum gradus, diaconos in aecclesia sua secundum possibilitatem vel loci ipsius paupertatem secundum dispositionem vel traditionem apostolorum aut III aut V aut IIII, si possibilitas loci monstraverit[2]. Ipsi sint docti, et cottidie exerceat illos ad legendum, ut in ipsis appareat doctrina et sapientia eorum, ut sine reprehensione ante Deum cottidie ministrare debeant, et in illis reprehensio non inveniatur.

(IIII). Presbyteros, qui sunt apud illum, in parrochia secundum populum constituat; unicuique per singula loca iungat, ut curam pastoralem in populo exerceant, non tam per cupiditatem quam per lucrum animarum. Et describat episcopus suis presbyteris, quanta vel qualia loca ad regendum eis consignaverit; praecipiat, ut nullum neglectum de officio suo debeant habere. Et hoc consideret episcopus, ut ipsi presbyteri non sint idiothae, sed sacras scripturas legant et intellegant, ut secundum traditionem Romane aecclesiae possint instruere et fidem catholicam debeant ipsi agere et populos sibi commissos docere, missas secundum consuetudinem caelebrare, sicut Romana traditio nobis tradidit. Baptismum publicum constitutis temporibus per II vices in anno faciat, in Pascha, in Pentecosten; et hoc secundum ordinem traditionis Romanae debet facere[3].

(V). Sacramentarium[4] unusquisque habeat, quod episcopus debet considerare, quomodo scriptum sit secundum ordinem, ut lex Domini per neglectum non pereat, sed cum summa reverentia sacerdos admoneat, qualiter per castitatem puram ad aecclesiam Dei veniant vel orationibus vacent, oblationes Deo offerant, et semper illos admoneat more pastorali, abstineant se a fornicatione, a periuriis, a furtis, ab idolorum contagiis, ut vota non solvant more paganorum, sed soli Deo cum timore et reverentia decimas offerant et suum baptisma custodiant, fidem Christianam conservent, et si per neglectum aliquis peccaverit, ipsum sacerdos praedicet et doceat, qualiter ad aecclesiam

Lemma: Incipit qualis esse debet pastor aecclesiae *M, ubi numeri capitum a nobis uncis inclusi desunt.*
II. 11 studeant *M.*
III. 15 III—IIII] *scil.* diaconos. 18 non *deest M.*
IIII. 19 in *deest M.* 20 loca] et *add. e corr. M.* 22 quantum *M.* 27 faciat] fiat *M.*
V. 29 Sacramentarium] Sacramentorum *M.*

1) *Cf. Gregorius M., Regula pastoralis lib. I. prooem.:* Cum rerum necessitas exposcit, pensandum valde est, ad culmen quisque regiminis qualiter veniat atque ad hoc rite perveniens qualiter vivat et bene vivens qualiter doceat et recte docens infirmitatem suam quotidie quanta consideratione cognoscat *(Opp. II, 1).* 2) *Cf. Hauck, l. l. II, 450 ann. 1.* 3) *Cf. supra p. 173 ann. 1.* 4) *Id est librum sacramentorum; cf. Haitonis Basiliensis episcopi (807—823) statuta c. 6, MG. Capit. I, 363 (v. etiam ib. p. 235 l. 15), praeterea Ducange s. v. sacramentum.*

Dei revertatur et confessionem coram Deo sacerdoti offerat et de neglectis penitentiam agat; et emendatus[1] in olivae sancto sit revocatus, postquam cessat mala agere; post tempus aliquot iuxta verbum episcopi vel presbyteri festis diebus non cesset communicare. Et si in parrochia sua aliquis presbyter hominem superbum tumidumque invenerit, qui fidem suam, quam debet habere, non custodit nec sacerdoti obaudire voluerit, adhibeat testes II vel III; si nec sic audire voluerit, dicat coram tota aecclesia, forsitan timet et erubescet et per talem verecundiam quod blandiens noluit tunc emendet confusus. Et si ista non praevalent, tunc recurrat ad consilium episcopi sui, qui praeest populo, et ipse blandis verbis oppugnare studeat et ad synodum sanctae aecclesiae revocare; et si hoc non praevalet, tunc proferat ei sententiam, quali digni sunt qui ita agunt. Proponat ei poenas sempiternas, iudicium divinum, ut, si nec ita voluerit, tunc coram aecclesia excommunicatus ab aecclesia eiectus sit nec ad orationem recipiendus nec in aecclesia cum Christianis aliis sociatus sit, ut caeteri, qui haec audiunt, pertimescant et animas suas custodire non neglegant[2].

(VI). Ipse episcopus in aecclesia sua taliter studeat vivere et de se cottidie bona proferre, ut omnem gregem, quem commissum habet, delectet eum sequi et monita, quae eis inpendit, delectetur eum audire. Clericos suos taliter doceat, qualiter ipse vivit, ut non sint superbi, non sint luxoriosi, non sint latrones, non sint mendaces, non sint usurarii, non negociatores, intenti sint in dilectione. Quae de ore proferre debent, haec cum summo studio discant, quia turpe est hoc docere, quod minime scit, nec potest cecus cecum docere nec ignorans alii viam ostendere. Propterea oportet omnia discere cum disciplina et nichil ignorare, quod agere debet alios docere. cf. Matth. 15, 14.

(VII). Qui sunt ministri altaris Domini debent esse dissimiles caetero populo. Clericali vestitu vestiantur, sicut canones[3] constituerunt; arma non praesumant portare nec laicum vestitum ullus canonicus clericus. Sicut sunt dissimiles moribus inter seculares, ita et in vestitu debent esse dissimiles.

(VIII). Episcopus autem unusquisque in civitate sua scolam constituat[4] et sapientem doctorem, qui secundum traditionem Romanorum possit instruere et lectionibus vacare et inde debitum discere, ut per canonicas horas cursus in aecclesia debeat canere unicuique secundum congruum tempus vel dispositas festivitates, qualiter ille cantus adornet aecclesiam Dei et audientes aedificentur. Et cum summa reverentia et amore Dei ministrent in altare Domini, ut populus, qui hoc audiverit vel viderit, cum alia praedicatione vel illa compunctione, quam videt et audit, adtrahatur ad amorem caelestem et compunctus hoc agat, quod placeat.

(VIIII). Episcopus enim tantam curam de grege suo agat, quomodo pastorem decet aecclesiasticum, ut Domini iussionem impleat. Consideret verbum Domini, quod dixit:

V. 1 sacerdote *M.* 3 cesset] cessa *M.* 7 blandiens] plandiens *M.* 10 proferat] praeferat *M.* eis *M.* 11 quale *M.* eis *M.* 12 voluerint *M.*

VI. 16 dilectet *M.* 17 delectatur *M.* 19 quae] quod *M.* 21 nec] nisi *M.*

VII. 27 constituet *M.* 29 inde debitum] *ita corr.*, meditum (ineditum?) *M.* 32 ministrent] *scil.* clerici. 33 compunctio *M.* adtrahatur] adtrahat eum *M.*

VIIII. 35 tantum *M.*

1) *Ad verba illa:* emendatus — revocatus *cf. Pauli epistola ad Romanos 11, 24:* Nam si tu ex naturali excisus es oleastro et contra naturam insertus es in bonam olivam, quanto magis ii, qui secundum naturam inserentur suae olivae. 2) *Cf. Hauck, l. l. II, 38 ann. 7.* 3) *Cf. concil. Matisc. 583 c. 5 (MG. Conc. I, 156), Latun. 673—675 c. 2 (l. l. p. 218), Suession. 744 c. 3 (MG. Capit. I, 29). Admon. gener. 789 c. 70 (l. l. p. 59).* 4) *Cf. admon. gener. 789 c. 72; l. l. p. 60.*

Ioh. 10, 11. *Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam ponit pro ovibus suis.* Quando ille summus pastor animam suam pro nobis posuit, et nos non debemus neglecto habere, ut pro fratribus animas ponamus. Anima autem sacerdotis pro grege ponenda est, ut facientibus mala cum summa audacia resistere, oppressos liberare de manu potentis, propter pauperes et viduas et orphanos contra iudicem se erigere, et si eos viderit contra legem oppressos, hoc dicere non recuset. Absque ullo timore debet admonere iudices, ut cessent a malis operibus et contra legem pauperes non praesumant premere, et si aput illum impetrare non potest, usque ad summum principem, cui Deus populum tradidit ad regendum, usque ad ipsum aut ipse ambulare propter pauperes aut diaconum suum transmittere, tamen nullum hominem tantum debet timere quantum Deum, ut nullum neglectum exinde habeat, quorum curam suscepit.

(X). Et hoc episcopus consideret, quia de oblationibus Christianorum vel alia elemosina, quae Domino inspirante Christianus populus offert, quatuor partes exinde debent fieri. Unam episcopus ad suum opus retineat; aliam presbyteris et diaconibus tribuat, terciam clero, qui officium reddunt; quartam hospitibus et peregrinis servet largiendo.

(XI). In hoc semper episcopus debet gregem suum admonere, ut fidem rectam teneant, resurrectionem sanctam credant, in hoc non dubitent; nec cesset admonere, ut frequenter hoc videant, ut aliquis, qui pro amore non se corrigit, ut timorem penarum timeat[1]. Sic emendet in omnibus.

(XII). Consideret sacerdos, quantos in plebem suam per pastorale regimen susceperit, si per neglectum suum aliquis periit, quod de illa anima in die iudicii rationem redditurus est. Taliter cottidie istam . . .

(XIII). . . . et unusquisque episcopus consideret, quod nihil sine metropolitano episcopo agat; et ad synodum constitutam in anno, ubi principes metropolitani constituerunt, non neglegant venire. Tamen unusquisque episcopus in parrochia sua duabus vicibus in anno cum suis presbyteris singularem synodum habeat, unam in initio quadragesime, alteram in Kalendis Septembris[2], ut semper illos admonere debeant, qualiter ipsi agant vel plebem doceant, et semper hoc inquirant, qualiter vivant et populum doceant vel ut baptizent, ut semper amor episcopi et timor pariter versetur in presbyteris, ut non per neglectum incipiant vagare.

(XIIII). Et hoc omnino rogamus, ut nullus episcopus alienum clericum sine litteris episcopi sui recipere ausus sit neque in extranea parrochia presbyterum aut diaconum ordinare vel aecclesiam sacrare, quia hoc sacri patres et antecessores nostri praeceperunt[3], ut non fieret et non propter hoc inter sacerdotes scandalum nascatur.

(XV). Et cum summa vigilantia hoc praecipiat episcopus praevidere et ipsi praevideant, ut istis girovagis[4], qui circumeunt mundum et seducunt multos, dicunt se esse episcopos, quod non sunt, et per praesumptionem aecclesias Dei praesumunt sacrare, clericos ordinare, alios ad presbyterii gradum benedicere, quod nullatenus oportet hoc

X. 14 episcopo *M.*
XII. 20 quantos] = quot. 22 istam] *in M duae paginae vacuae sequuntur.*
XIII. 26 unum *M.* 27 alterum *M.*

1) *Cf. admon. gener. 789 cc. 32. 82; l. l. p. 56. 61.* 2) *Cf. ibid. c. 13; l. l. p. 55.* 3) *Cf. concil. Antioch. cc. 13. 22 (Mansi II, 1324. 1326). Karoli capitulare 769 c. 4 (l. l. p. 45). Concil. Haristall. 779 c. 6 (l. l. p. 48). Admon. gener. 789 cc. 3. 56 (l. l. p. 54. 56).* 4) *Cf. regula Benedicti c. 1 (ed. Woelfflin p. 8). Karoli capitulare 789 c. 1 (MG. Cap. I, 63; Mühlbacher[2] n. 301).*

fieri. Dum magnus error exinde exit, rogamus, ut tales nec in aecclesia recipiantur, nisi prius fides illorum probetur, si sint catholici an non, et si talis inventus fuerit, sub districtione teneatur et non concedatur ei, ut ministerium tangat nec officio fungatur, nisi in publica sinodo probatus fuerit, nec ullus extraneus in aecclesia aliena sine consensu episcopi praedicare praesumat nec magniloquus, ut, si episcopus, cui commissa est plebs, forsitan simplex est, coram populo tantum per extraneam personam non vilescat.

(XVI). Et hoc secundum priscorum patrum antiquos canones omnino observare debemus, ut qui ab universali synodo pro certis criminibus excommunicatus fuerit, ante emendationem et conversationem non suscipiatur ab aliquo, non episcopus, non presbyter, non diaconus, non laicus et nullus omnino de populis aecclesiae; et si pertinax perseveraverit et noluerit converti ad unitatem aecclesiae, nec post mortem in memoria eius nec scriptum nec oblationes pro illo offerre in aecclesia catholica non debeant nec suas elemosinas recipere. Et si quis ante emendationem cum tali communicaverit, iuxta canones antiquos excommunicetur cum illo usque ad correctionem et ad emendationem vitae suae [1].

(XVII). Et hoc diligenter observare debemus, ut qui viventes peccaverunt peccatum usque ad mortem elemosinam vel pecuniam nullus sacerdos accipiat, quia cum illis quibuslibet peccantibus et viventibus communicare prohibemus.

(XVIII). Si quis hoc de episcopis vel de presbyteris non custodierit et contra hanc constitutionem patrum vel fratrum, qui in praesenti sunt et manu firmaverunt, ex eis aliquid abstraxerit et contra statuta fratrum praesumpserit facere, sciat se excommunicandum a synodo publica. Explicit.

XV. 5 magniloquus ut si] magniloquium ipse *M, quae emendavit K. Zeumer.*

XVI. 12 nec] non *M.* in *suppl. e corr.* 13 nec scriptum] necnon scriptum *M.*

XVII. 17 ut] *scil.* eorum. 18 cum] pro *M.* 19 quibuslibet] quibus *M.*

XVIII. 20 contra] extra *M.* 22 aliquid] aliqua si *M.* 23 publico *M.* Explicit] *in M haec sequuntur:* Mundi terminum ruinis crebrescentibus prope adesse cognoscimus; ideoque oportet sacerdotes Domini super populum sibi iniunctum sollicite atque cautissime evigilare, ut suadendo vel blandiendo (pland. *M*) atque increpando ab errore revocent (revocet *M*), ut ad caulas Domini secum pariter inlesos Domino iuvante perducere mereantur; *sed utrum haec Arnoni adscribenda sint necne, propter illud* Explicit *iam supra additum dubium videtur.*

1) *Cf. admon. gener. 789 cc. 1. 7. 36 (l. l. p. 54. 56).*

23. CONCILIUM ROMANUM.

798. Octobr. 23.

Controversia diu inter viros doctos (cf. 'Neues Archiv' XXIV, 474) agitata de huius synodi tempore componi videtur fragmento quodam, quod J. B. Sägmüller in tractatu Theodori episcopi Feltrensis et Trevisani (1464—1466) de primatu et cardinalatu lib. I c. 8 invenit[1], *ubi ita de hoc concilio agitur:* Altera . . . sinodus est . . . Leonis pape tertii, que Rome habita est contra heresim asserentium dominum nostrum Iesum Christum filium Dei esse non naturalem, sed adoptivum. Quod quidem concilium post invocationem sancte trinitatis sic incipit: 'Anno Deo propicio domini Karoli regis Francorum et Longobardorum atque patricii Romanorum, a quo cepit Italiam, vicesimo sexto, mense Octobrio die XXIII., indictione VII., prepositis in medio sacrosanctis Christi quatuor evangeliis[2], presidente ter beatissimo et coangelico Leone, summo pontifice sancte Romane ecclesie et universalis tertio papa, in venerabili basilica beati Petri principis apostolorum, presentibus[3] etiam cum eo reverentissimis (reverend. *B*) et sanctissimis episcopis, id est Valerio archiepiscopo sancte ecclesie Ravennatis[4], Georgio episcopo Hostie'[5]; ubi etiam post quosdam episcopos hodie inferiores, sed tunc ordinatione priores Albanensis et Penestrinus describuntur episcopi et enumeratis cunctis episcopis sequitur: 'sed et venerabilibus presbiteris Pardone archipresbitero tituli Emiliane, Gregorio presbitero tituli Marci'. Et post omnes presbiteros sequitur: 'Astantibus diaconibus, id est Fausto diacono, Leone diacono sancte Romane ecclesie' etc. *Quae lectio codicis B, quamvis saeculo XV. conscripti, in dubium non revocanda optime convenire videtur cum eo, quod Sickel, Acta regum et imperatorum Karolinorum I, 252 ann. 11 exposuit (cui adstipulati sunt Bresslau, 'Handbuch der Urkundenlehre' I, 836 et Sägmüller, 'Tübinger theol. Quartalschrift' LXXVI, 301), scilicet in curia Romana annos Karoli* a quo cepit Italiam *numeratos esse alio modo atque in diplomatibus ab ipso Karolo datis, non a Papia urbe expugnata (intra dies 30. mensis Maii et 2. mensis Iunii 774., cf. Mühlbacher*[2] *n. 163b), sed ab anteriore quodam facto, fortasse, ut crediderim, a tempore illo, quo Karolus vel Italiam intravit vel Papiam oppugnare instituit (mense Septembri anni 773., ut videtur, cf. Mühlbacher*[2] *n. 158e. f). De anno 799. non cogitari potest, ideo quod Leo III. non ante diem 29. mensis Novembris anni 799. e Francia Romam rediit (cf. Jaffé-E., Regg. pontt. I, 310). Quem annum*

1) *'Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde' suppl. II (1893), p. 80 (= 'Tübinger theol. Quartalschrift' LXXVI, 297) ex codice Berolinensi theol. lat. 4°. 184 saec. XV. (= B) fol. 30. 30'.* 2) *Cf. concil. Roman. 745 Oct. 25, supra p. 38 l. 4, p. 41 l. 1, p. 42 l. 24.* 3) *Cf. infra p. 221, ubi legitur praesente Leone papa LVII episcopos et plerosque presbyteros et diaconos concilio huic Romano interfuisse.* 4) *Gams, Series episcoporum p. 717 inde ab anno 795. usque ad annum 806. enumerat Iohannem IX., ab anno 806. usque ad annum 810. S. Valeri(an)um.* 5) *Gams, l. l. p. IV habet Georgium ad annos 753—783?, Gregorium II. ad annum 787?*

si quis statuere vellet, numerum indictionis septimae secundum usum Constantinopolitanum in mensem Octobrem anni 798. quadrantem pro corrupto habere atque lectionem codicis B Octobrio *in* Decembrio *mutare deberet* [1].

De eodem concilio exstat praeterea testimonium in Pauli continuatione Romana (MG. SS. rer. Langob. 202), ubi haec referuntur: Contra *(Adoptianorum)* heresim Leo tertius papa congregata Romae synodo multis eam evangeliorum et sanctorum patrum testimoniis in perpetuum damnavit.

Huius quartae Felicis damnationis reliqua fragmenta leguntur in codice Parisiensi latino 1568 saec. X. (= P) fol. 49—50.

Edd.: Sirmond II, 244. Coll. reg. conc. XX, 262. Labbe-Cossart VII, 1149; ed. Coleti IX, 213. Harduin IV, 927. Aguirre, Conc. Hisp. IV, 115. Mansi XIII, 1031. Villanuño, Summa conc. Hisp. II, 198. I², 356. — Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. I, 308. 'Neues Archiv' XXIV, 474 ad anni 799. initium.

EX ACTIONE PRIMA SYNODI LEONIS TERTII PAPAE.

Leo, sanctissimus ac ter beatissimus sanctae catholicae et apostolicae Romane ecclesiae et universalis papa, dixit.

Et post pauca:

'De peste illa, quae per miserum Felicem ex episcopo . . . de nomine adoptionis in Christo Dei filio orta est, concilium facere atque tractare pariter debemus. Et olim quidem a praedecessore nostro bonae memoriae domno Hadriano papa et ex auctoritate sanctae sedis apostolicae, eiusdem magni regis iussione, synodali tramite sub anathematis vinculo putabatur esse extincta, nunc magis ac magis crescendo pullulat'.

Et paulo post:

'Et ut nobis visum est, peiores hereses vel maiores blasfemias, quam ante in eius scriptis vel dictis umquam audissemus, ibidem cognovimus. Asserens autem Christum Iesum dominum nostrum nec filium Dei verum nec etiam verum Deum, sed nuncupativum'.

EX ACTIONE SECUNDA.

Leo episcopus dixit: 'Quis non videat miserrimum illum et infelicem hereticum, qui non solum heresiarcha dudum de adoptione in filio Dei latrans factus est, sed etiam et semel et bis et tertio periuratus effectus est? In primis namque in Ratisbonensi concilio, quod per iussionem praefulgidi et orthodoxi filii nostri domni Caroli magni regis actum est, confessus est [2] se ex ipsa herese male dixisse et in ipso conscripsit concilio, anathematizans qui ausus fuerit dicere filium Dei dominum nostrum Iesum Christum adoptivum secundum carnem esse. Et iterum sub sanctae recordationis praedecessore nostro domno Hadriano papa, directus a domno Carolo praefulgido magno rege, ipse miserrimus hereticus, infelix episcopus, doctus ab eodem almo prae-

18 per *deest P.* ex episcopo . . .] *nonnulla deesse videntur, sicut* hereticum factum. *Verba* ex *et* episcopo *inter se coniungi et in* exepiscopum *corrigi non debent, quia infra in actione III. verba fiunt de episcopo Felice.* 30 latrante *P.* 31 Ratisbonensi] *ita in marg. J. Sirmondus;* in Abonense *P, quae in* 'in Narbonense' *corrigi non debent, propterea quod acta huius concilii a. 788., ut dicitur, celebrati spuria sunt (cf. infra inter Spuria).* 33 se *deest P.*

1) *Quod mavult K. Zeumer, ut mecum communicavit.* 2) *A. 792.; cf. supra p. 110.*

sule, fecit illum orthodoxum in vinculis libellum, anathematizans et confirmans inter cetera nequaquam filium Dei adoptivum esse, sicut dixerat, sed 'proprium et verum dominum nostrum Iesum Christum filium Dei confiteor'. Unde et ipsum orthodoxum suum libellum super sacrosancta Dei mysteria in nostro patriarchio ponens iuravit sic tenere et confiteri. Et iterum in confessione super corpus beati Petri apostoli ipsum ponens orthodoxum suum libellum similiter et illic iuravit nequaquam se dicere audere adoptivum, sed 'proprium et dilectum filium Dei teneo et confiteor'[1]. Et postmodum transgressus legem Dei excelsi fugiens apud paganos consentaneos periuratus effectus est. Sed nec illud metuit almum et orthodoxum concilium, quod in conspectu domni Caroli praefulgidi et orthodoxi magni regis pro huiusmodi re gestum est, satis rectae fidei continere; et anathematis vinculis iaculantes eundem Felicem, si in ipso errore persisteret, cum sequacibus suis condemnaverunt[2]. Et ut audivit vestrum concilium, cf. 2. Petr. 2, 22. in suum vomitum ut canis reversus est in volutabro luti, ut audistis per suum blasfemum libellum, quem ad venerabilem virum Albinum, abbatem monasterii sancti Martini, emisit[3], et in peiorem latrationem evenit quam antea. Et flebilis est miser ille, quia, si non ex sua iniqua herese reversus fuerit in veram et catholicam, sacrosanctam, olitanam fidem, semetipsum anathematizavit'.

EX ACTIONE TERTIA.

Ezech. 33, 11. Leo sanctissimus papa dixit: 'Ipse enim mundi redemptor nos docuit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.* Nunc nostris sermonibus commonitionem audiant qui erraverunt et conversi concordes nobis nostram teneant catholicam et apostolicam fidem et sanctorum patrum sequantur traditiones. Venerantes procul dubio sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae, quae est caput ecclesiarum Dei, pias atque sacras definitiones, priscae insistant religioni; recognoscentes rectitudinem fidei traditae, suarum ipsi animarum, Deo inspirante, salutem procurent'.

Post pauca:

'Felici, Orgelitanae ecclesiae episcopo, si noluerit declinare de heretico dogmate suo, in quo ausus est filium Dei adoptivum asserere, anathema sit, atque ante tribunal Dei omnipotentis condemnatus seu a sancta et apostolica Dei ecclesia extorris nostroque consortio alienus. Hi vero, qui conversi fuerint et nostrae societati se unierint in fide et concordia sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae, perpetuae vitae atque Matth. 25, 34. beatitudinis gaudia mereantur et vocem audiant divinam: *Venite benedicti patris mei*', et cetera.

1 orthodoxum] horthodoxum *hic et infra P.* inter] intra *P.* 6 auderet *P.* 9 illum *P.* 10 satis *etc.] ita P, sed sensus hiare videtur.* 13 per] in *P.* 15 et *deest P.* 23 caput] totius *add. P.*

1) *De hac secunda Felicis damnatione alia testimonia non exstant.* 2) *A. 794. in concilio Francofurtensi; cf. supra p. 110 sqq.* 3) *Huius libelli pauca fragmenta exstant apud Alcuinum in libris adversus Felicem (ed. Froben, Alcuini opp. I, 789 sqq.); cf. Alcuini epistolae, MG. Epp. IV, 237. 241. 284. et Grössler, 'Ausrottung des Adoptianismus' p. 21 sqq. (v. supra p. 110 ann. 1).*

24. CONCILIA RISPACENSE, FRISINGENSE, SALISBURGENSE.

800. inde ab Ian. 20.

In codice Guelferbytano inter Blankenburgenses (antea Augustano) 130. 52 saec. X. fol. 66'—67', 83'—86' trium synodorum canones leguntur, quorum ex numero, si ad interpositionem post caput tricesimum secundum insertam respexeris, triginta duo capita primo *in Rispacensi conventu decreta, tum in Frisingensi repetita videbuntur esse; reliqua in conventu Salisburgensi addita sunt. Quo modo si canones inter se disiunguntur, elucet, cur in notitia concilii Rispacensis, quae inferius inter acta ad concilium Rispacense spectantia (B 2) sequetur, canones enumerentur, qui secundum coniecturam ab Hefele ('Conciliengeschichte' ed. 2. III, 729 ann. 1) propositam nondum in Rispacensi, sed postea in Frisingensi concilio promulgati sunt.*

Synodi quo tempore habitae sint non satis liquet. Rispacensis synodus, quam Frisingensis et Salisburgensis fortasse exceperunt, in recentioris aevi excerptis, quae ex genuinis certe confecta sunt actis, die 20. Ianuarii anni 796. vel 799. congregata esse dicitur, quamquam in annum 796. non quadrant Arnonis titulus nec annus regni Karoli, in mensem Ianuarium anni 799. non annus regni Karoli, qui numeratur inde a die 9. mensis Octobris anni 799. ad diem mensis 8. Octobris anni 800. Hauck ('Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 450 ann. 3) annum 799. recepit, nos tamen cum Mühlbacher (Regg. imperii ed. 2. I n. 351) annum 800. praeferre maluimus.

Ad idem concilium Rispacense duo praeterea pertinent documenta: 1) Karoli regis mandatum ad Arnonem Salisburgensem archiepiscopum directum (B 1); 2) notitia concilii Rispacensis (B 2). Loco appendicum adnectimus 1) versionem Theotiscam a Dückher editam ex codice Pataviensi (C 1), 2) versionem Theotiscam, quae legitur apud Dalham (C 2), 3) Iordani recensionem canonum (C 3).

A. STATUTA RISPACENSIA, FRISINGENSIA, SALISBURGENSIA.

Leguntur in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130. 52 (antea Augustano) saec. X. (= G) fol. 66'—67', 83'—86'. Capita 13—15 exhibent praeterea: 1) codex latinus Monacensis 19416 (antea Tegernseensis) saec. IX. (= M) fol. 63—64; 2) Gothanus membr. I n. 84 (antea Moguntinus) saec. X. ex. vel XI. in. (= G 1) fol. 223 et fol. 405 (= G 2) c. 15; 3) Mutinensis ord. I. 2 saec. IX. ex. (= M 1) fol. 176; reliquos, codicem Eporediensem 33 saec. IX. ex. vel X. in. fol. 143 et eiusdem bibliothecae 34 saec. IX. in. fol. 30, omisimus.

Edd.: MG. LL. I, 77. Migne, Patrol. lat. XCVII, 203. MG. LL. III, 468. 'Mittheilungen für Salzburger Landeskunde' XII, 348 (fragm.). MG. Capit. I, 226. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 475.

Decretum synodale ex iussione domni Karoli.

I. De unitate et concordia sacerdotum Christi et populi Christiani.

II. Ut episcopus, abbas, presbiter aut monachus sive sanctae moniales a recto et proposito tramite deviare non praesummant.

III. Ut nullus inter eclesiasticos ordines constitutus pro qualibet causa ad secularia iudicia accedere audeat sine iuditio episcopi vel metropolitani.

IIII. De elemosina quater in anno facienda.

V. De ieiunio feriarum omni tempore observando, exceptis diebus antepositis, et letania facienda.

VI. De conciliis bis in anno celebrandis.

VII. De presbiteris et diaconibus non ordinandis nisi legitimis temporibus.

VIII. De pace in eclesia custodienda.

VIIII. De communibus vestimentis non spernendis.

X. De usuris non exigendis.

XI. De rebus nobilium non attrahendis causa ambitionis.

XII. De sacerdotibus contra decreta statuta praesumptiose agentibus.

XIII. De divisione decimarum.

XIIII. De tuitione viduarum, pupillorum, caecorum et claudorum ab episcopis.

XV. De incantationibus, auguriis vel divinationibus et de his, qui tempestates vel alia maleficia faciunt.

XVI. De nefario iuramenti usu vitando.

XVII. De feminis nequaquam post hanc convenientiam cum sacerdotibus et clericis habitandis.

XVIII. De laicis claustra monachorum non ingredientibus.

XVIIII. De novacianis non recipiendis ante examinationem regulae.

XX. De cuculla non utenda nisi ad monacho vel pro necessitate ad religioso sacerdote.

XXI. De clericis et laicis claustram puellarum non intrantibus.

XXII. De signo pulsando a sanctimoniale.

XXIII. De sceleratis et inlicitis nuptiis abstinendum.

XXIIII. De monachis ad convivia laicorum minime accedentibus.

XXV. De monachis: ullo modo nec parroechiam teneant nec ad secularia iudicia accedant.

XXVI. De clericis regem non inquietantibus absque consensu episcopi vel metropolitani.

XXVII. De abbatissis de monasteriis non egredientibus sine licentia episcopi.

XXVIII. De sanctis monialibus: ne virorum vestimenta induant.

XXVIIII. De abbatibus, monachis et sanctimonialibus a carnibus quadrupedum abstinentibus.

XXX. De rebus tributalium non atrahentibus ab episcopis vel abbatibus.

XXXI. De servo alterius ministrum eclesiae minime constituendum nisi libertatem concessa.

XXXII. De legalia baptisteria constituenda.

De his, quae postmodum addita sunt.

I (33). De letaniis infra quadragesimam singulis ebdomadibus faciendis.

II (34). De reverentia et devotione in letaniis tenenda absque seculari lusu et vestium ornatu.

1 Decretum] Titulum V *praemittit G.* 44 De] Titulum VI *praemittit G.*

III (35). De examinatione ministrorum aeclesiasticorum.

IIII (36). De assiduitate sacerdotum in missarum celebratione.

V (37). De divisione rerum aeclesiasticarum a rectoribus earum inter propinquos canonice observanda.

VI (38). De sollicitudine archipresbiterorum erga sibi subiectos presbiteros.

VII (39). De sobrietate, castitate atque pudicitia a diaconibus custodienda.

VIII (40). De monachis peculiaria non usurpanda.

VIIII (41). De sollemnitatibus sanctae Dei genetricis quater in anno celebrandis.

X (42). De celebritate caput ieiunii.

XI (43). De orationibus usum Romanorum tenendum in caena Domini.

XII (44). De nobilibus non tondentibus absque examinatione episcopi.

XIII (45). De fratribus in monasterio aeque amantibus et de disciplina eorum.

XIIII (46). De altercatione et contentione inter virum et feminam de carnali commixtione.

XV (47). De litteris dirigendis per episcopatus et monasteria pro obitu episcoporum, abbatum, monachorum et sanctimonialium.

Decretum sinodale episcoporum ex iussione domni Karoli.

I. Ideoque convenit supradictam congregationem sanctam domini Dei omnipotentis auxilio statuere in invicem indissolubili vinculo caritatis, ut unanimes uno ore honorificare Deum patrem in celis et concordiam pacis inter se perpetuo iure firmare, quod universo populo Christiano indesinenter conservare oportet, maxime tamen his, qui eclesiastici ordinis officio mancipantur, qui pro se et pro totius christianitatis salute inmaculatas hostias domino Christo debent offerre.

II. Admonebant enim in ipso concilio, ut nullus eorum, sive episcopus sive abbas vel presbiter aut monachus vel etiam ceteri ministri sanctae Dei eclesiae seu sanctae moniales, a recto tramite deviare praesummeret, et hic, qui in canonica vita degere debuisset, recte et secundum ordinem absque ulla transgressione vitam conservasset canonicam, aut hi, qui sub voto monachicam vitam observare vovissent.

III. Statuerunt, ut nullus inter aeclesiasticos ordines pro qualibet causa absque iuditio episcopi sui vel etiam metropolitani consensu ad iuditia secularia minime audeat accedere. Sed si qualibet causa intra sanctas eclesias contigisset adquirere, cum omni caritate et concordia in invicem conservata requiratur. Si episcopus vel abbas vel etiam presbiter inter se aliquam habuissent secularis rei altercationem, cum moderamine caritatis et insolubili vinculo pacis cum consilio episcopi sui in invicem sibi ea, quae in causa essent, absque iniuria vel damnatis iuramentis fideliter et devote, iustitia inter eos peracta, cum timore Domini essent consentientes. Si vero cum consilio episcopi iustitia inter eos minime potuisset peragi, tunc ad metropolitanum episcopum causa deferatur, ut cum ipsius consilio vel voluntate necnon et iussu omnia perficerentur[1].

IIII. Statuerunt etiam, ut cum consilio vel voluntate omnium pro remedio animarum elemosinas esse faciendas quater in anno, id est sabbato ante Palmas et sab-

I. 17 Titulum V *praemittit alia man. G.* 22 officium *G.*
II. 26 hic] his *G.*
III. 38 ut] et *G.*

1) *Cf. Karoli admonitio generalis 789 c. 28, MG. Capit. I, 56. Concilium Francofurtense 794 c. 6, supra p. 166 sq.*

bato sancto Pentecosten et tertia sabbati septimi mensis[1] et in sabbato proximo nativitatis Domini[2]; et hoc publice non propter laudem humanam vel vane gloriae mercedem, sed pro aeterna retributione et in exemplum populi Christiani, unde ipse Matth. 5, 16. Dominus in evangelio ait: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est.* Et hoc invitus neque coactus nemo faciat, sed spontaneo iuditio unusquisque iuxta vires suas inpertire studeat, quia non requiret Deus quantum, sed quanta voluntate proferatur, quia voluntas bona pro opere facti reputabitur.

V. Item placuit sancto concilio quarta et sexta feria a carne et vino cuncto clero abstinendum[3] et ad nonam letaniam faciendam cum missarum sollemniis pro incolomitate et prosperitate vel firmitate totius sanctae Dei eclesiae vel pro aeterna salute Christiani populi et animarum suarum vita perpetua vel pro vita et salute et stabilitate imperii domni regis vel filiorum eius, exceptis tamen diebus a nativitate Domini usque in octavas Epyphaniae[4] et a Pascha usque ad sanctam Pentecosten et praecipuis festivitatibus, id est sanctae Mariae[5], sancti Iohannis baptistae[6], duodecim apostolorum[7], sancti archangeli Michahelis[8] et sancti Martini[9] vel veneranda festivitate illius parroechie; vel etiam caritatis officium inplendum in adventu fratrum supervenientium et his, qui in hoste vel in itinere sunt constituti vel ad palatium domni regis veniunt vel infirmitate etiam detenti, indulgentiam concedimus. Cibos vero quadragesimales vel potus in arbitrio uniuscuiusque esse utendos. Hoc tamen maxime cavendum, ut non usque satietatem cibum et potum sumamus, sed partius; qui vero plus abstinuerit plus se mercedem habere sciat. Si quis vero in eclesiastico ordine vel clericatus officium hoc sponte adinplere studuerit hortatur, ut semper in melius proficiat. Si quis vero ex his neglegens et desidiosus fuerit, corripiatur et invitus per admonitionem nostram et correptionem etiam coactus hoc faciat.

Et hoc admonemus, ut praedicetur in populis, ut per exortationem et per suasionem vel per quamlibet occasionem hoc populis persuadere possimus, cum omni studio fideliter et devote faciamus.

Similiter decrevimus reliqua capitula conventionis nostrae per singula quaeque breviter praenotari.

VI (1). Ut bis in anno concilia celebrentur, sicut in concilio Calcidonensi[10] continetur kap. XVIIII.

VII (2). De non ordinandis presbiteris et diaconibus nisi in legitimis temporibus, sicut in decretis Zosimi papae[11] continetur kap. III. necnon et in decretis Gelasii papae[12] cap. XI.

VIII (3). Ut pacem omnibus inperetur custodiri in eclesia, sicut in capitulo I. continetur regulae Innocentii papae[13].

V. 14 scm *G.*

1) *Id est Septembris.* 2) *Cf. concil. Baiuw. 740—750 c. 10; supra p. 53.* 3) *Cf. ibidem c. 11; supra p. 53.* 4) *Ian. 13.* 5) *V. infra c. 41.* 6) *Iun. 24.* 7) *Iul. 15.* 8) *Sept. 29.* 9) *Nov. 11.* 10) *Conc. Chalced. c. 19; Mansi VII, 378.* 11) *Decreta Zosimi c. 3 (Jaffé-K. n. 339).* 12) *Decreta Gelasii c. 11 (Jaffé-K. n. 636).* 13) *Decreta Innocentii c. 1 (Jaffé-K. n. 311).*

VIIII (4). Ut nullus communibus vestimentis spretis nova et insolita assumat, id est quod vulgo nominatur cotzos vel trembilos[1], sicut in praefatione Gangrensis[2] sinodi prohibetur et in decretis Gelasii[3] habetur.

X (5). Ut nullus presbiter aut alius ex clero usuram exigat, sicut in decretis papae Leonis[4] cap. III., similiter et in decretis Gelasii papae[5] cap. XV.

XI (6). Ut nullus episcopus vel abbas atrahere audeat res nobilium causa ambitionis, sicut in canone Cartaginensi[6] continetur cap. V.

XII (7). Ut, si quis sacerdotum contra statuta decretalia praesumptiose agit et converti nolens, ab officio suo moveatur; noteturque omnibus, ut nullus cum in consortio recipiat; et si quis hoc fecerit, simili sententiae subiacebit. Similiter et de laicis eandem constituimus regulam, sicut in decretis papae Leonis[7] continetur kap. V.

XIII (8). Ut decimae populi dividantur in quattuor partes, id est una pars episcopo, alia clericis, tertia pauperibus, quarta in eclesiae fabricis applicetur, sicut in decretis pape Gelasii[8] continetur cap. XXVII.

XIIII (9). Ut[9] viduis et pupillis, orfanis, caecis et claudis tuitionem atque adminiculum inpertiamus iuxta possibilitatem nostram vel vires, sicut in praecepto domni regis continetur[10].

XV (10). De incantationibus, auguriis vel divinationibus et de his, qui tempestates vel alia maleficia faciunt[11], placuit sancto concilio, ut, ubicumque deprehensi fuerint, videat archipresbiter diocesis illius, ut diligentissima examinatione constringantur, si forte confiteantur malorum, quae gesserunt. Sed sub tali moderatione fiat eadem districtio, ne vitam perdant, sed ut salventur in carcere, usque dum Deo inspirante spondeant emendationem peccatorum. Et ut nullatenus per aliqua praemia a comitibus vel centenariis absque districta examinatione remittantur; et hoc si fecerint, archipresbiteri, cum hoc cognoverint, nequaquam episcopos celare audeant et ab episcopis, ut dignum est, pro hoc corripiantur.

VIIII. 2 Gangensis *G.*

XI. 6 mobilium *G.*

XIII. 12 Ut] V. cap. *praemittit M,* XXIII *praem. G 1.* decima *M.* pars *deest G 1.* 13 in *deest M,* ad *G 1. M 1.* eclesiae] in *add. G 1. M 1.* applicetur] amplificetur *G,* amplicetur *M. G 1.* 14 decreta *M. G 1,* decreto *M 1.* papa *M.* papae Gelasii] Gelasii pape *G 1.* cap. XXVII. *des. M. G 1. M 1.*

XIIII. 15 Ut] XXVII. cap. *praemittit M,* XXIIII *praem. G 1.*

XV. 18 De] malef(iciis) *add. al. man. in marg. G,* XV. cap. *praemittit M,* XXV *praem. G 1,* Cap. XXV *G 2.* 19 alia maleficia] alia alificia *M,* aliquam malitiam *G 1.* consilio *G 1.* deprehensi] reprehensi *M. G 1. 2.* 20 diligentissime *M.* 21 sub *deest G 1. 2.* 22 ne] nec *G 1.* ut *deest G 1.* carcere] adflicti *add. M. G 1. 2. M 1.* dum] cum *G 1.* 23 spodeant *M.* ut *deest G 1. 2.* 24 abque *M.* 25 cum] dum *M. G 1. 2.* episcopis *M. G 2.* audiant *M.*

1) *Cozo est pallii genus, trembil toga vel pallium.* 2) *Concil. Gangr. praef. (Mansi II, 1097).* 3) *In decretis Gelasii nihil de hac re legitur.* 4) *Decreta Leonis I. c. 3 (Jaffé-K. n. 402).* 5) *Decreta Gelasii c. 15 (Jaffé-K. n. 636).* 6) *Concil. Carthag. c. 5, Mansi III, 711.* 7) *Decreta Leonis I. c. 5 (Jaffé-K. n. 402).* 8) *Decreta Gelasii c. 27 (Jaffé-K. n. 636).* 9) *C. 14 = Liber Papiensis Lotharii c. 103; MG. LL. IV, 558.* 10) *'Viduis, orfanis et minus potentibus ne vis fiat saepe sub banno regio edicitur; an certum quoddam praeceptum canonum auctor respiciat dubitatur'; Boretius, MG. Capit. I, 228 ann. 6.* 11) *Cf. indiculus superstitionum n. 22, MG. Capit. I, 222. Hauck, l. l. II, 395 ann. 2; v. praeterea Agobardi archiepiscopi Lugdunensis librum de grandine et tonitruis, Opp. ed. Baluze II, 145 sqq.*

XVI (11). Ut omnes presbiteri doceant populum devitare nefarium iuramenti usum, sicut in Calcid(onensi) continetur concilio cap. XVIIII[1].

XVII (12). Ut nullus ex clero feminam secum in domo habitare permittat propter suspitionis causam nisi matrem et sororem aut amitam sive eas, quae suspiciones malas effugiunt, sicut in Niceno concilio[2] continentur. Si quis post istam convenientiam mulieres in domo sua habuerit, deponatur; si clericus hoc perpetratus fuerit, vapuletur.

XVIII (13). Ut claustra monachorum laici non intrent nec inquietent fratres degentes sub silentio, nisi forte si maiores personae fuerint, quod omnino vitare non possumus.

XVIIII (14). Ut novatiani, qui veniunt, in monasterio non recipiantur in ordine congregationis, antequam secundum regulam pleniter examinentur; et non preponantur ceteris in monasterio, antequam regularis vitae ordinem pleniter edoceantur, sicut in regula sancti Benedicti continetur[3].

XX (15). Ut nemo utatur cuculla, nisi qui se monachi voto constrinxerit, aut, si necessitas poposcerit, propter frigorem religiosus sacerdos utatur.

XXI (16). Et ut in monasterium puellarum non intrent clerici neque laici, nisi tantum presbiter missam cantans vel visitationem infirmorum faciens horis conpetentibus et statim exeat.

XXII (17). Ut liceat sanctimonialem signum eclesiae pulsare et lumen accendere.

XXIII (18). Admonemus omnino omnem populum Christianum ab inlicitis et sceleratis nuptiis abstinere.

XXIIII (19). Ut monachi ad convivia laicorum minime accedere praesumant.

XXV (20). Ut qui monachico voto est constitutus nullo modo parroechiam teneat nec ad iuditia secularia accedere praesummat.

XXVI (21). Ut nullus ex clero domnum regem inquietare audeat, antequam notetur causa episcopo suo. Et si ille minime potuerit definire, tunc dirigat eum ad metropolitanum episcopum. Et si ipse non potuerit causam ipsius deliberare cum consilio metropolitani, cum litteris commendatitiis dirigere eum studeat ad regem[4].

XXVII (22). Ut abbatissae nullatenus exeant de monasteriis suis nisi per consensum atque licentiam episcoporum suorum; ipsique episcopi prevideant eis, nec negetur, quando egredi debent de monasteriis pro utilitate sua. Talesque ipse abbatissae secum assumant, de quibus nullatenus redeuntes recitare praesummant ceteris sanctimonialibus, 'quia plurima destructio est'[5], sicut in sancta regula continetur.

XVII. 6 vapulet *G*.
XVIIII. 12 et doceantur *G*.
XXI. 18 et *deest G*.
XXV. 23 Ut] *nullo numero apposito hoc caput in G iungitur cum anteriore, ut numeri capitum inde a capite 26. discrepent ab indice capitulorum.*
XXVII. 30 prevideant — negetur] prevideantur eis non negentur *G*.

1) *Cum concilii Chalced. c. 18 (Mansi VII, 378)* de coniuratione vel conspiratione *verba fiant, Hefele (l. l. III, 730) haec verba* sicut — XVIIII. *minus recte a scriptore codicis ex capite 6. huc translata esse putat.* 2) *Concil. Nicen. c. 3 (Mansi II, 678). Cf. L. Baiuw. I, 12, MG. LL. III, 277.* 3) *Regula Bened. c. 58 ed. Woelfflin p. 56.* 4) *Cf. concil. Antioch. cc. 11. 12, Mansi II, 1323. Karoli admonit. gener. 789 c. 10, MG. Capit. I, 55. V. supra c. 3.* 5) *Regula Bened. c. 67, l. l. p. 66:* Nec praesumat quisquam alio referre quaecumque foras monasterio viderit aut audierit, quia plurima distructio est.

XXVIII (23). Ut sanctae moniales non induantur virilia indumenta, id est rocho vel fanones[1], nisi tantum feminea vestimenta.

XXVIIII (24). Ut abbates vel monachi vel monachae ipsorum abstineant se de quadrupedia carne, sicut in sancta regula continetur[2], nisi infirmi ad reparationem corporis restaurandam. Hoc vero non denegamus, si contigerit, ut caritatis officium persolvere debeant, aut si evenerit ex qualicumque necessitate aut famis inopia; et hoc cum magna consideratione atque consilio episcoporum fieri debeat. Nullusque sibi reputetur haec observare non posse propter varia itinera, quia Dominus missis in praedicationem discipulis iussit non peram sumere neque calciamenta neque duas tunicas: quanto magis nos, qui sumptus atque vestimenta sufficienter habemus. cf. Matth. 10, 10.

XXX (25). Ut nullus episcopus neque abbas sibi atrahere audeat res tributalium domni regis, id est basilicas eorum benedicere vel quicquid a tali conditione pertinere videtur, antequam domnus rex hoc pleniter definiat.

XXXI (26). Ut nemo praesummat servum alterius ministrum eclesiae constituere vel benedicere[3], antequam a domino suo tradatur in manus pontificis in libertate integra persistendum omnibus diebus; et sciat dominus eius post illum diem nullo dominationis iure in eum exercere. Et tunc, si dignum est, ad sacrum ordinem accedat.

Haec vero, quae superius conprehensa sunt, observare statuimus primo in loco, qui dicitur Rhispao, secundo ad Frigisingas, tertio quae nunc subsecuntur in monasterio Saliburch adaugere curavimus.

XXXII (27). Ut per omnes dioceses legalia baptisteria constituantur et sacra fons ibidem honorifice aedificetur.

De his, que postmodum addita sunt.

XXXIII (1). Ut infra quadragesimam singulis ebdomadibus ternas faciant laetanias, id est II. feria, IIII. feria, VI. feria.

XXXIIII (2). Ut omnis populus honorifice cum omni supplicationis devotione humiliter et cum reverentia absque pretiosarum vestium ornatu vel etiam inlecebroso cantico et lusu saeculari cum laetaniis procedant et discant Kyrieleyson clamare, ut non tam rustice ut nunc usque, sed melius discant.

XXXV (3). Ut Deo opitulante eiusque consilio gubernante perpendamus, quid de his agendum sit, quos ad sacrum ministerium ordinare cupimus, quod iudicio examinentur, si promoveri digni sint.

XXXVI (4). Ut hi, qui ad sacrum ministerium ordinati sunt presbiteri, nullatenus praetermittere audeant indesinenter missarum sollemnia celebrare, nisi certis ex causis, quae nostra sunt definire, pro quibus abstinere magis oportet usque ad tempus.

XXXVII (5). Ut episcopi, abbates, presbiteri res sanctae eclesiae sibi commissas inter parentes et proximos suos non amplius, quam canonica sancit licentia, dividant[4].

XXX. 13 definiatur *G.*
XXXI. 14 servus *G.*
23 De] Titulum VI *praemittit al. man. G.*
XXXIIII. 26 omnis supplicationibus *G.*

1) *Fano pannus est.* 2) *Regula Bened. c. 38, l. l. p. 42.* 3) *Cf. admon. gener. 789 c. 23, l. l. p. 55.* 4) *Dubium est, an alludatur ad concil. Antioch. c. 25 (Mansi II, 1327) vel concil. Chalced. c. 26 (l. l. VII, 380). De eadem re saepius agitur, cf. ex. gr. Hludowici capit. eccl. 818. 819 c. 29. Capit. Worm. 829 c. 2. Concil. Mogunt. 852 c. 5. Concil. Tribur. 895 c. 32 (MG. Capit. I, 279. II, 12. 186. 232).*

ut a cetera plebe vel his, qui res suas ibidem offerunt, murmur vel detractio auferatur.

XXXVIII (6). Ut admoneantur archipresbiteri, qui perquirere ac perscrutari ceteros presbiteros solent, diligenter considerare semetipsos et ceteros, quibus praesunt, minime neglegant, sed solerter recogitent se ad hoc constitutos, ut in ipsis episcopi sui partiantur onera sua.

XXXVIIII (7). Diaconi sobriae, castae atque cum pudicitia vivant, ebrietatem nullatenus sequantur, sed quasi ministri Dei humilitatis in se semper exempla demonstrent.

XL (8). Ut monachi in monasterio, qui vicibus ordinantur praepositi, decani, portarii, cellerarii, ceterique ministri non audeant sibi aliqua peculiaria usurpare nec collegere, quod anathema esse novimus.

XLI (9). Ut missa sanctae Dei genetricis Mariae quater in anno sollemniter celebretur, id est purificatio IIII. Non. Febr.[1] et conceptio, quod est VIII. Kalendarum Aprilium[2], et assumptio, quod est XVIII. Kal. Septembris[3], et nativitas, quod est VI. Id. Septemb.[4].

XLII (10). Ut feria IIII. ante initium quadragesime, quam Romani caput ieiunii nuncupant, sollemniter celebretur cum laetania et missa post horam nonam.

XLIII (11). Ut, si vobis videtur usum Romanum habere velle, fer. IIII. ante cenam Domini orationes, quae scriptae sunt ad fer. VI. Parasceue, ab episcopis vel presbiteris hora tertia diei supradictae, fer. IIII., dicantur in eclesia cum genuflexione nisi tantum pro Iudaeis; similiter et in Parasceue hora nona, ut Romani faciunt, sicut in missale habetur, orationem ad collectam secundum Romanam consuetudinem faciamus.

XLIIII (12). Ut nullus de nobilibus neque abbas neque presbiter tonderi audeat, antequam in praesentia episcopi examinetur eius causa, ad cuius diocesim pertinet. Et si aliquas res vel ad monasterium vel ad eclesiam tradiderit, ubi tonsuratus est, ibi sub canonica vel regulari maneat vita. Si autem postea in propria sua residere vult, faciat hostem ut ceteri laici.

XLV (13). Notetur abbatibus, ut nullus de fratribus in monasterio plus ametur quam alius, nisi qui in bonis actibus melior invenitur, ut murmur auferatur a ceteris; et ut nullatenus alicui consentiat aliquid peculiaris colligere vel habere. Et ut omnino lis et contentio diligentissime tollatur in monasterio; et quisquis in eo litem commoverit tali disciplina corripiatur, ut ceteri metum habeant talia perpetrandi.

XLVI (14). Si altercatio horta fuerit inter virum et feminam de coniugali copulatione, ut inter se negent de carnali commixtione, decrevit sancta synodus, ut, si vir negaverit eam fecisse ad uxorem, ut stet cum illa ad iudicium crucis[5] aut, si

XXXVII. 1 a] ad *G.*
XXXVIII. 3 admoneatur *G.*
XLI. 13 XVIIII. *G.* 15 September *G.*
XLIII. 20 scripta *G.* 23 habet *G.*
XLIIII. 26 examinentur *G.*
XLV. 32 alicui] alii cui *G.* 33 litis *G.*
XLVI. 35 Si] De coniugio *add. al. man. in marg. G.*

1) *Febr. 2.* 2) *Mart. 25.* 3) *Aug. 15.* 4) *Sept. 8.* 5) *Cf. concilium Vermeriense 756 c. 17 (MG. Capit. I, 41). Grimm, 'Rechtsalterthümer' ed. 4. II, 586 sq.*

ipse noluerit, inquirat aliam feminam, quae cum illa stet; et si vir eandem copulationem dicit super eam et illa negaverit, tunc ipsa femina purget se secundum legem.

XLVII (15). Convenit igitur in sancta synodo, ut, quando quis Deo iubente de hoc saeculo migraverit, sive episcopus sive abbas seu monachus sive presbiter seu sanctimonialis femina, de ipso loco vel monasterio dirigantur litterae ad singulas domos episcopales. Et ipse episcopus in diocesi sua habeat commendatum, qui ipsas litteras suscipiat, et ceteris abbatibus vel abbatissis necnon et omnibus presbiteris pro ipsa anima orandum litteris suis notum faciat nomen et tempus[1].

XLVII. 3 in *add. e coni.* 5 sanctismonialis *G.* 6 diocesis *G.* 8 faciant *G.*

1) *Cf. concilium Attiniacense 762?, supra p. 73; concilium Dingolfingense 770?, supra p. 96 sq. V. brevia mortuorum inter Formulas extravagantes (II, 34. 35; MG. Form. 571).*

B. ACTA AD CONCILIUM RISPACENSE PERTINENTIA.

1. KAROLI REGIS MANDATUM AD ARNONEM ARCHIEPISCOPUM SALISBURGENSEM DIRECTUM.

(799 vel 800).

Karoli mandatum, quod pro spurio tenendum non est, etsi in modum epitomes nonnulla admonitionis generalis anni 789. (MG. Capit. I, 52) praecepta repetit, legitur in fasciculo archivi consistorialis Salisburgensis ('Synodalakten' 796) saec. XVI. in. (= S) fol. 1. 1', quem contulit v. d. Hauthaler. In dorso fasciculi inscripta sunt haec: Caroli Magni ordinationes super clerum. — A. 796. sub Arnone archiepiscopo Salisb. — Copey ordinationum Karoli Magni in clerum.

Edd.: Gärtner, 'Salzburgische gelehrte Unterhaltungen' I (1812), p. 36. MG. LL. III, 495. 'Mittheilungen für Salzburgische Landeskunde' XII, 346. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 351. 'Neues Archiv' XXIV, 475.

Carolus gratia Dei eiusque misericordia donante rex et rector regni Francorum et devotus sancte ecclesie defensor et humilis adiutor.

I. Episcopi predicare debent de sancta trinitate, incarnatione domini nostri Ihesu Christi, extremo iudicio et resurrectione[1].

II. Episcopi examinent presbiteros, qui fidem, baptisma, missam, preces, psalmos intelligant[2].

III. Presbiteri arma non portent, confidant in defensione Dei; ita diaconi[3].

IIII. In ecclesia non negocia, non colloquia fiant; ante finem non exeant episcopi[4].

V. Ordinandorum fides et vita prius diligenter examinetur[5].

25 donante rex] *lacerata charta deficiunt syllabae* te rex, *quae ex Karoli titulo regali (cf. MG. Capit. I, 53) suppleri possunt.*

III. 31 confidant *e corr. S.*

1) *Cf. admon. gener. 789 c. 82, l. l. p. 61.* 2) *Cf. ibid. c. 70, l. l. p. 59.* 3) *Cf. ibid. c. 70, l. l.* 4) *Cf. ibid. c. 71, l. l.* 5) *Cf. ibid. c. 2, l. l. p. 54.*

VI. Nemo ante triginta annos ordinetur presbiter[1].

VII. Falsa nomina martirum, incertam confessorum memoriam nemo veneretur[2].

VIII. Hospites peregrinos, pauperes canonici recipiant*.[3].

*) *S ita pergit:* Carolus Magnus Simpertum episcopum *(scil. Neuburgensem-Augustanum)* ad Arnonem archiepiscopum mittit cum aliis religiosis viris (mittit *add. S*), ut quicquid ad Aquas, in Moguntiaco concilio et in Vado Francorum *(scil. a. 794.)* decretum est de religione, vita, moribus, statu per omnes observetur provintias.

1) *Cf. admon. gener. c. 50, l. l. p. 57.* 2) *Cf. ibid. c. 42, l. l. p. 56; v. etiam infra p. 216 l. 33.* 3) *Cf. ibid. c. 75, l. l. p. 60.*

---

2. *NOTITIA CONCILII RISPACENSIS.*

Notitia concilii Rispacensis, quae in fasciculo archivi consistorialis Salisburgensis supra (p. 213 l. 18 sqq.) laudato invenitur, epitome videtur esse libri alicuius deperditi, in quo copiosiora acta quam nunc habemus legebantur. De statutis nihil novi affert: nam quae ab Arnone recitata esse dicuntur, ea reperiuntur pluribus verbis expressa in codice Guelferbytano (supra p. 206—213). Sed cur dubium sit, num Arno quaedam capitula proposuerit, haec autem postea a concilio loco decretorum promulgata sint, equidem non video. Idem de temporis nota, quamvis mendosa, et de nominibus statuendum est, quae pro suppositiciis haberi non debent, praesertim cum pars nominum in diplomate eiusdem temporis, quod infra in annotatione proferemus, occurrat.

Edd.: Dalham, Concil. Salisb. 37. Gärtner, 'Salzburgische gelehrte Unterhaltungen' I, 37. MG. LL. III, 474 (in omnibus edd. fragm.). MG. LL. III, 496. 'Mittheilungen für Salzburgische Landeskunde' XII, 346. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 475.

Arno hec recitavit in unum congregatis archiepiscopo, cunctis episcopis Bavarie, abbatibus, archipresbiteris, presbiteris, diaconis.

I. Pro remedio animarum elemosyna facienda quater in anno: sabbato ante Palmarum, sabbatho Penthecostes, tertio sabbato in Septembri, sabbato proximo ante nativitatem Domini, et hoc publice in exemplum. Hoc invitus neque coactus nemo faciat, sed spontaneo iudicio unusquisque iuxta vires[1].

II. Cibi in ieiunio vel potus in arbitrio cuiusque sint[2].

III. Clerici, presbiteri quarta et sexta feria abstineant a vino et carne. Excipiuntur festa, dies a Pasca ad Pentecosten, item quando advenit amicus. Item non tenentur ieiunare qui in bello, in itinere, in palatio aut in curia principis, infirmi . . .[3].

IIII. Hoc maxime cavendum, ne usque ad sacietatem cibum et potum sumamus[4].

V. Nullus episcopus vel abbas attrahere sibi audeat res nobilium[5].

VI. Decima dividatur in quatuor partes: una sit episcopi, altera cleri, tertia pauperum, quarta fabrice ecclesie[6].

III. 32 infirmi] *nonnulla deesse videntur.*

1) *Cf. concil. Rispacense c. 4, supra p. 207 sq.* 2) *Cf. ibid. c. 5, supra p. 208.* 3) *Cf. ibid. c. 5, supra p. 208.* 4) *Cf. ibid. c. 5, supra p. 208.* 5) *Cf. ibid. c. 11, supra p. 209.* 6) *Cf. ibid. c. 13, supra p. 209.*

VII. Vidue, pupilli, orfani, claudi, ceci ab episcopis pro possibilitate defendantur[1].

VIII. Monachus nullo modo parrochiam regat[2].

VIIII. Nullus episcopus vel abbas sibi attrahat res tributalium domni regis vel ecclesias vel quicquid ad talem conditionem pertinere videtur[3].

Actum hoc sanctum concilium in loco, qui dicitur Rheispach, 20. die Ianuarii, regnante domno nostro Carolo gloriosissimo rege, anno regni eius 32., Christi 796.

Nomina episcoporum, abbatum, presbiterorum, qui in isto concilio fuerunt: Almon Sabonensis episcopus. Arno Saltzburgensis episcopus. Waldricus Pataviensis. Ato Frisingensis. Simpertus Newburgensis. Adalbinus Ratisponensis. Urulfus abbas. Liutfridus abbas. Ioannes abbas. Hatto abbas. Wolfdiegi abbas. Anno abbas. Presbiteri: Pippinus, Meginhard, Cunzi, Liutprant. Archipresbiteri: Odalhart, Paldrich, Ospald, Emod. Diaconi: Hilnpard, Wolfdieggi[4].

VII. 1 pupulli *S.*
6 Acta *S.*

1) *Cf. concil. Rispacense c. 14, supra p. 209.* 2) *Cf. ibid. c. 25, supra p. 210.* 3) *Cf. ibid. c. 30, supra p. 211.* 4) *Cf. Cozrohi cod. traditionum Frisingensium fol. 152. 152' (ed. Bitterauf p. 172 n. 181):* CLX. Cundheri abb. Attoni episcopo red. Notitia de hoc, quod Cundharius abbas reddidit Attoni episcopo ecclesias parrochiales IIII, ad Thahaningas *(hodie Thanning)*, ad Mosaheim *(h. Moosham)*, ad Munirihingas *(h. Mindraching)*, ad Sulagaloh *(h. Sauerlach)* et placitavit, si aliquis ex propinquis suis dignus extiterit ad sacerdocium, ordinet eum illic episcopus. Et in praesentia istorum ad Rispah in synodo factum est: Waltrih episcopus. Arn archiepiscopus. Adalwinus episcopus. Urolf abbas. Hato abbas. Reginperht abbas. Amo archipresbiter. Ellannod archipresbiter. Hiltiperht diaconus. Paldrih archipresbiter.

C. *APPENDICES AD CONCILIUM RISPACENSE.*

Praesto sunt tres commentarioli de actis concilii Rispacensis, duae scilicet versiones Germanicae et Iordani recensio canonum.

Prima versio (1) edita est a Dückher in libro 'Saltzburgische Chronica' (1666), altera (2) a Dalham inter concilia Salisburgensia (1788), Iordani recensionem (3) in chronico Salisburgensi manuscripto notatam Dückher in opusculo laudato memoriae prodidit. Versiones 1 et 2 ex historia concilii illius Germanico idiomate conscripta fluxisse videntur, quam in codice tabularii episcopalis Pataviensis extitisse refert Dalham (l. l. p. 36), ita tamen, ut modo haec, modo illa plura exscripserit, haec apud Dückherum (1) formam veteris documenti servare, illa apud Dalham (2) narrationem potius praebere studuerit. Eodem porro fonte Chr. Iordanus, qui versus annum 1550. officio tabularii archiepiscopi Salisburgensis fungebatur, videtur usus esse. Quem tamen apparet non verba ibi inventa reddidisse, sed epitomen confecisse Latinam, quae Ciceronis in componendis legibus exemplum (cf. De legibus II cc. 8. 9 § 19—22. III cc. 3. 4 § 6—11 ed. Vahlen[2] p. 91 sqq. 164 sqq.) sequeretur. Nominum tantum seriem exhibet uberiorem, quam pro spuria non habebimus, etsi in ipsorum nominum forma scribendi menda aliunde corrigenda non desunt.

Ratio igitur, quae sit inter versiones ac Iordanum, hoc stemmate demonstretur:



1. VERSIO APUD DÜCKHERUM EXSTANS[1].

Under disem Ertz-Bischoff (Arno) haben die Bischöff in Bayrn ein Versamblung oder Synodum gehalten zu Reissbach in Nider-Bayrn im Jahr Christi 799 den 20. Jenner, da folgende Sachen beschlossen worden:

I. Man solle in der Kirchen nicht klappern oder spatzieren[2]; keiner sol auss der Kirchen gehen, es sei dann der Gottsdienst auss.

II. Keinen solle man vor 30 Jahren Priester weyhen; dessen Leben und Sitten sol man zuvor fleissig erfahren[3].

III. Am Mitwoch und Freytag sollen die Geistlichen kein Fleisch essen noch Wein trincken, aussgenommen die Täg von Weyhnachten biss auff den Obersten, von Ostern biss auff Pfingsten und die Feyr-Täg unser Frauen, S. Johannis dess Teuffers, S. Johannis dess Apostels, S. Michael, S. Martin, oder wann einem ein guter Freund kombt; es wäre dann im Krieg, auff dem Land oder so er kranck ist und dergleichen: dem ist mit Essen und Trincken kein Mass gesetzt. In der Fasten, was ein ieder essen und trincken sol, stehet in eines ieden Willen. Es sol sich aber ein ieder hüten, dass er sich nicht voll sauffe[4].

IV. Ein ieder solle nach dem gemeinen Brauch gewöhnliche Kleider tragen[5].

V. Kein Geistlicher solle an sich bringen die Güter der Edel-Leuth[6].

VI. Der Zehend solle in vier Theil getheilt werden, der erste ist dess Bischoffs, der ander der Geistlichen, der dritt der Armen, von vierdten solle man die Kirchen-Gebäu erhalten[7].

VII. Ob Witwen und Waisen, Blinden und armen Leuthen solle der Bischoff nach allem seinem Vermögen halten[8], man sol niemand bettlen lassen, solle ein iede Stadt und Gegend ihre arme Leuth ausshalten, die Starcken sollen sich mit ihrer Arbeit behelffen.

VIII. Man sol keines unbekandten Heiligen oder Martyrers Gedächtnus begehen[9].

IX. Zauberer und Warsager sollen sich entschuldigen mit einem glüendem Eisen und brennheissen Wasser; wo ihnen dasselbig unschädlich sey, so sie es mit blossen Händen berühren oder dieselb darein stossen, sol ihr Unschuld bezeugt seyn[9].

IX. 35 so] sollen *D* 1.

1) *Edd.: Dückher, 'Saltzburgische Chronica' 37 (= D 1). MG. LL. III, 475. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 476.* 2) *Historia deperdita sensum decreti Innocentii, supra p. 208 in c. 8 concilii Rispacensis laudati, male intellexit: agitur* de pace, *id est pacis osculo post confecta mysteria dando, non de pace, id est concordia et silentio, observanda.* 3) *Cf. ibid. c. 7, supra p. 208.* 4) *Cf. ibid. c. 5, supra p. 208.* 5) *Cf. ibid. c. 9, supra p. 209.* 6) *Cf. ibid. c. 11, supra p. 209.* 7) *Cf. ibid. c. 13, supra p. 209.* 8) *Cf. ibid. c. 14, supra p. 209.* 9) *Nihil de his rebus in codice Guelferbytano legitur, sed ad c. 8 v. supra p. 214 l. 2, cf. etiam*

X. Es sol keiner kein Gugl tragen, er sei dann ein Münch, oder es sey kalt[1].

XI. Kein Münch sol ein Pfarr haben[2].

XII. Kein Bischoff, Abbt und Prälat solle an sich bringen die Kirchen-Güter, so Lehen vom Reich und auff den Adel gewidmet seyn[3].

Dergleichen Versammblungen seyn im ganzen Reich gehalten worden, als zu Franckfurt am Mayn, zu Maintz am Rhein[4], in diser aber seyn gewesen Bischoff Alim von Sebien ietzund Brixen, . . . von Freysing, Baldreich der Bischoff von Passau, S. Simprecht der Bischoff von Augspurg und Abbt Wolffsipff zu Nidern-Altach, Leitfrid Abbt von Chiemsee, Abbt Johannes von Degernsee, Hatto abbt von Schlechdorff und Bonen, Wolffdrecht Abbt von Krembsmünster, Anno Abbt von Münchsmünster, die Priester und Pfarrer Menighart, Canzo, Leitbrand, Ertz-Priester Adlhart, Emerich, Baltreich, Osswald, Aman, Elimath, Evangelier Hilbert, Wolffdrecht, Leithülff.

7 Brixen, von Freysing Baldreich. Der Bischoff von Passau S. Simprecht. Der Bischoff von Augspurg *D 1.* 9 Schechdorff *D 1.* 10 Anna *D 1.* 11 Canzo *D 1.*

admon. gener. 789 c. 42, MG. Capit. I, 56; de incantatoribus cf. ibid. c. 17, l. l. p. 55; concilium Francofurtense 794 c. 42, supra p. 170; Lex Angliorum et Werin. c. 55, MG. LL. V, 139; Grimm, 'Rechtsalterthümer' ed. 4. II, 570 sqq. 1) *Cf. concil. Rispacense c. 20, supra p. 210.* 2) *Cf. ibid. c. 25, supra p. 210.* 3) *Cf. supra c. 30, p. 211.* 4) *Cf. supra p. 214 l. 5 sqq.*

---

2. VERSIO APUD DALHAM EXSTANS[1].

Anno Domini 799. den 20. Ianuarii ist ein gemein Versamblung oder Synodus in Nidern-Bayrn zu Reichschach von den Bischoven in Bayrn gehalten worden. Darauf sein gewesen die nachvolgenden Bischoff und Aebbt: Erzbischoff Arno von Salzburg, Otto Bischoff von Freysing, Widrich Bischoff von Passau, Sant Symprecht Bischoff zu Augspurg, Wolff Abbt zu Nidern-Altach, Leitfrid Abbt von Chiemsee, Iohannes Abbt von Tegernsee, Hata Abbt von Schlechdorff und Bonen, Wolfdorckht Abbt von Krembsmünster, die Priester und Pfarrherrn Wegenhard, Canzo, Leitprant, Erzbriester Adelhart, Ambrich, Paldrich, Osswald, Amon, Elonier, Evangelier Hilbort, Vereprecht, der hilfft.

In dieser Samlung ward beschlossen als nachvolget:

(I). Nemblich[2] man soll in der Kirchen nit plapern oder spacieren geen; kainer soll, ehe der Gotts dienst für ist, aus der Kirchen gehen.

(II). Man soll kein vor 30 Jaren zum Priester weichen.

(III). Am Mitwoch und Freytag sollen die Geistlichen nit fleisch essen noch wein trincken, ausgenumben die Täg von Weinachten bis auf der heiligen drey könig Tag und von Ostern bis auf Pfingsten und auch unser lieben frauen täg, Sant Iohanns zu den Sunabenten, die Zwelff botten täg, S. Michael und S. Martin. oder wenn einem

26 Canzoleit, Prant *D 2.*

1) *Edd.: Dalham, Concilia Salisburg. 36 (= D 2). Binterim, 'Pragmatische Geschichte der deutschen Nationalconcilien' etc. II, 110. MG. LL. III, 476. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 476.* 2) *V. quae ad versionem praecedentem annotavimus.*

ein guetter freund khombt. Denen aber in Krieg, aufm Land oder den kranckhen wirt kein mass in essen noch trincken nit geben. Was einer in der fasten essen oder trinckhen solt, stund in seinem willen; doch solt sich einer yeder hüetten, damit er sich nit voll sauffet oder fräss.

(IV). Ein yeder soll klaider tragen, wie der gmain Brauch ist.

(V). Bischoff, Aebbt oder geistlichen sollen nit an sich ziehen noch bringen die güetter der Edlleut.

(VI). Zehenden sollen gethailt werden: der erst thail dem Bischoff, der ander den Priestern, der drit den Armen, von dem vierdten thail des zehends soll man die Kirchen erhalten.

(VII). Die Bischove sollen nach allem ihrem vermügen ob Wittib und Waysen, blinden, Lamen und armen Leuthen halten.

(VIII). Man soll niemand betlen lassen; ein yeglich Statt und Gegend soll ihr arm Leuth aushalten.

(IX.) Zauberer, Senger und Warsager sollen sich entschuldigen mit einem glüenden eysen und Brennhaissen Wasser; so sie das mit blossen henden anrüeren und darein greiffen, wanns ihnen unschedlich ist, sollen sy entschuldigt sein.

(X). Es soll keiner kain Gugel tragen, er wer dann ein Münich, oder es wer kalt.

(XI). Kein Münich soll kein Pfarr haben.

(XII). Kein Bischoff, kein Abbtey, kein Prelat oder geistlicher soll an sich bringen oder ziehen güetter, so lechen vom Reich sein, und auf den Adel geordnet oder gewidmet ist.

Diss und anders noch viel mehr ward alda beschlossen, das nit von nötten, das mans alls erzellen mag; man mag aus diesem woll abnemmen, was der Zeit für Leuth sein gewesen etc.

---

3. *IORDANI RECENSIO CANONUM RISPACENSIUM*[1].

I. In[2] aede sacra ne strepunto, ne ambulanto, ante finem rei divinae ne excedunto.

II. Presbiteri ante annum 30. aetatis ne consecrentur nec sine vita et moribus ante exploratis.

III. Clerici feria 4. et 6. carne et vino abstineant, praeterquam a Paschate ad Pentecosten, a nativitate Domini ad Epiphaniam festisque diebus sanctorum apostolorum, beatae virginis Mariae, sancti Michaelis, sancti Ioannis baptistae, sancti Martini; hac tamen lege hospitibus, aegrotis, viatoribus iisque, qui belli degunt, exemptis.

IV. Usus vestium sit e more communi.

V. Clerici ne sibi vendicent bona nobilium.

VI. Decimae dividantur in partes quatuor: in episcopum, sacerdotes, egenos, ecclesias.

VII. Viduarum, pupillorum, coecutientium, inopum cura sit penes episcopum. Mendicabula ne tolerentur; suos quique populares oppidani pagensesque alunto.

VIII. Memoriae sanctorum ac martyrum ignotorum ne fiant.

1) *Edd.: Dückher, 'Saltzburgische Chronica' 17. Hansiz, Germania sacra II, 110. Mansi, Suppl. I, 744. Resch, Ann. eccl. Sabionensis I, 756. Hartzheim II, 692. Dalham, Conc. Salisburg. 33. MG. LL. III, 475. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 476.* 2) *V. quae supra p. 216 sq. annotavimus.*

IX. Venefici et necromantae candentis ferri examine probentur.

X. Cucullum nisi monachi aut gelu cogente ne gestent.

XI. Monachi ne sunto curiones.

XII. Episcopi ne sibi arrogent abbatias, praelati aut clerici ne bona sacra ad ius regium pertinentia in usumque nobilium deputata.

Walrich episcopus Pataviensis. Arn archiepiscopus. Adalwinus episcopus Ratisbonensis. Atto episcopus Frisingensis. Alimus episcopus Sabionensis. Simpertus episcopus Augustensis. Urolf abbas. Hatto abbas. Cundharnus abbas. Reginperht abbas. Wolfsipus abbas inferioris Altahae. Leitfridus abbas Chiemensis. Iohannes abbas Degernseensis. Wolfdretus Cresmonstrensis. Anno de Munchmünster. Arno archipresbiter. Ellanod archipresbiter. Baldrich archipresbiter. Adelhartus archipresbiter. Emericus archipresbiter. Oswaldus archipresbiter. Amannus archipresbiter. Elimatus archipresbiter. Meginhardus, Canzzon, Luitprandus presbiterus et curiones. Hildebertus, Wolffdretus, Sintolfus diaconi.

25. CONCILIUM AQUISGRANENSE.

800. mense Iunio.

De quinta doctrinae Felicianae damnatione duplex traditur testimonium Alcuini. In tractatus enim adversus Elipantum libro I. (c. 16 ed. Froben, Alcuini opera I, 882) haec scribit: Felix anno praefati gloriosi principis *(Karoli)* tricesimo secundo *(799 Oct. 9 — 800 Oct. 8)* advocatus, voluntarie veniens ad Aquis palatium ibique in praesentia domni regis et optimatum illius sive sacerdotum Dei rationabiliter auditus est et veraciter convictus atque, Deo dans gloriam veramque confessus fidem, in pacem catholicae unanimitatis reversus est cum suis discipulis, qui ibi tunc temporis erant praesentes[1]. *Accedit epistola Alcuini ad Arnonem die 26. mensis Iunii anno, ut videtur, 800. directa, ubi narrat se* cum Felice heretico magnam contentionem in praesentia domni regis et sanctorum patrum *habuisse.* Sed . . . novissime, *ut idem ait,* falsa opinione se seductum confessus est et fidem catholicam se firmiter tenere fatebatur. Nos vero, cordis illius secreta nescientes, occultorum iudici causam dimisimus; dantes eum Laidrado episcopo *(Lugdunensi)* . . ., ut secum teneret eum et probaret: si verum esset quod se ait credidisse et si per epistolas suas damnare voluisset pristinum errorem, quem antea pertinaciter praedicavit. Consideratum antea habuit domnus rex, ut illum destinaret Riculfo archiepiscopo *(Moguntino)* ad servandum et castigandum. Et presbiterum suum, qui peior fuit magistro, tibi . . . dictum est dirigendum esse. Sed dum conversos ad fidem catholicam se esse fatebantur, tunc dati sunt praedicto fratri nostro ad probandos, quid veritatis esset *(MG. Epp. IV, 344 sq.). In confessione quidem Felicis infra edenda, quam e vinculis in Hispaniam misisse videtur, ut Urgellitanos in rectam viam redire iuberet, legitur concilium Romanum anni 798. (v. supra p. 202 sqq.)* nuper *habitum, sed verbum hoc 'nuper' non tam parvum temporis spatium comprehendere existimo, quantum statuit Sägmüller ('Tübinger theol. Quartalschrift' LXXXVI, 302 sq.), qui illud concilium Aquisgranense ineunti anno 799. tribuere voluit. Eandem profert sententiam, quam inter alios viros doctos[2] defendit Simson ('Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' II, 159 ann. 2), sed in re tam incerta, ut ait Dümmler (MG. Epp. IV, 344 ann. 8), annum regiminis Karoli sequi magis placuit, id quod aeque fecerunt Mühlbacher (Regg. imperii ed. 2. I n. 358a) et, anno 799. nunc reprobato, Hauck ('Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 304 ann. 1). Frustra denique quaeritur, num ad hanc synodum referenda sint illa, quae de Felice narrat Hincmarus (De praedestinatione, praef., Migne, Patrol. lat. CXXV, 55):* Ipsorum, qui interfuerunt concilio, relatione didicimus, quando divae memoriae domnus Carolus Felicem, infelicem Orgellitanae civitatis episcopum, synodali decreto haereticum comprobatum atque damnatum, etiam revictum invenit, quia corrupto muneribus iuniore bibliothecario Aquensis palatii librum beati Hilarii rasit et ubi scriptum erat, quia in Dei filio carnis humilitas adoratur, immisit 'carnis humilitas adoptatur'; *cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 724.*

Confessio Felicis legitur in codice Remensi 385 saec. IX. (= R) fol. 154—158.

Edd.: Alcuini opp. ed. Duchesne 998. Delalande, Suppl. 89. Labbe-Cossart VII, 1858; ed. Coleti IX, 287. Harduin IV, 929. Paulini opp. ed. Madrisi 246. Aguirre IV, 416.

1) *Cf. vita Alcuini c. 10, MG. SS. XV, 190 sq.* 2) *Cf. etiam C. J. B. Haskoin, 'Alcuin' (Londinii 1904), p. 259 sqq.*

Hartzheim I, 336. Mansi XIII, 1035. Alcuini opp. ed. Froben I, 917. Villanuño II, 201. I², 357. Migne, Patrol. lat. XCVI, 882. Jaffé, Bibl. VI, 535 (fragm.). MG. Epp. IV, 329 (fragm.). — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 475.

In Dei nomine Felix, olim indignus episcopus, domnis in Christo fratribus Emani presbitero, Ildesindo presbitero atque Exsuperio, Gundefredo, Sidonio necnon et Ermegildo seu ceteris presbiteris, similiter Wittildo diacono et Wittirico seu ceteris clericis in parrochia Orgelletane ecclesiae degentibus seu ceteris fidelibus ecclesiae in superdicto commisso[1] commorantibus in domino Deo patre et Iesu Christo, vero filio eius, domino ac redemtore nostro, et in Spiritu sancto aeternam salutem.

De cetero ad agnitionem vestram reducimus, quia, postquam ad presentiam domni nostri ac piissimi gloriosique Karoli regis perductus sum et eius conspectui presentatus, licentiam hab eo inpetrans, secundum quod et venerabilis domnus Laidradus episcopus[2] nobis in Orgello pollicitus est, accepimus, qualiter in eius presentiam in conspectu episcoporum, quos ad se ordinatio gloriosi principis nostri convenire fecerat, sententias nostras, quas ex libris sanctorum habere nos de adoptione carnis in filio Dei seu nuncupatione in humanitate eius habere credebamus, presentaremus, qualiter non in violentia, sed ratione veritatis nostra adsertio rata iudicaretur, si ab illis per auctoritatem sanctorum patrum minime repudiaretur. Quod ita factum est.

Nam prolatas a nobis sententias de superdicta contentione, hoc est de adoptione carnis adque nuncupatione, ita illi ex auctoritate de libris sanctorum patrum, id est Cyrilli episcopi[3] et beati Gregorii papae urbis Romae seu beati Leonis sive et aliorum sanctorum patrum, qui nobis prius incogniti erant, seu per auctoritatem sinodi, quae nuper in Roma pro hac intentione, precipiente gloriosissimo ac piissimo domno nostro Karolo, adversus epistolam meam[4], quam dudum venerabili viro Albino, abbati Turonensis ecclesiae, scripseram, congregata est[5] — in qua sinodo presente Leone apostolico et cum eo ceteri episcopi numero LVII residentes et plerique presbiteri ac diaconi cum eis in domo beatissimi Petri apostoli — per quorum omnium auctoritatem istas iam dictas sententias nostras non qualibet, ut dictum est, violentia, sed ratione veritatis, ut oportuit, excluserunt.

Quorum auctoritate veritatis et totius ecclesiae universalis consensu convicti, meliori intellectu eorum quam nostro, quem prius sequebamur, convicti cessimus et ad universalem ecclesiam Deo favente ex toto corde nostro reversi sumus, non qualibet simulatione seu velamine falsitatis, sicut dudum, quod Deus scit, sed, ut dixi, vera cordis credulitate et oris professione.

Quod etiam in conspectu multorum sacerdotum ac monachorum professi sumus, penitudinem gerentes de pristino errore et sacramento, postquam pro hac intentione

Lemma: Confessio fidei Felicis Orgelletanae sedis episcopi, quam ipse post *(deest R)* spretum errorem suum in conspectu (concilii *add. edd.*) edidit et eis, qui in ipso errore ei dudum consentientes fuerant, direxit *R.*

5 presbitero] presbiter *R.* 7 superditto *R.* 10 redutimus *R.* 12 inpetras *R.* venerabilis] verabilis *R.* Laidracus *R.* 13 pollititus *R.* 14 ad se] adesse *R.* facerat *R.* 16 noncupatione *R.* presentaremur *R.* 22 incognti *R.* quae] qui *R.* 24 Toromensis *R.* 25 quo *R.* 27 apostoli] *supple* erant *vel simile.* 28 istas] ita *R.* 30 auctorita *R.* convictu *R.* 31 quem — sequebamur] quam primis sequebatur *R.* 32 universali *R.* 36 postquam] quam *R,* quod *Froben.*

1) *Id est districtu; cf. MG. LL. nat. Germ. I, 364 l. 31, p. 371 l. 14.* 2) *Lugdunensis (798—814).* 3) *Cf. vita Alcuini c. 10 (MG. SS. XV, 190):* usque dum dicta Cyrilli martiris ab Albino sibi directa legit *(Felix)* lamentabiliter: Ea natura, quae per diabolum vitiata est, super angelos exaltata est propter triumphum Christi atque ad dexteram patris collocata. 4) *Cf. supra p. 204 ann. 3.* 5) *Cf. supra p. 202 sqq.*

olim prevaricatus sum; profitentes nos deinceps adoptionem carnis in filio Dei sive nuncupationem in humanitate nullo modo credere vel predicare, sed, secundum quod dogmatibus sanctorum patrum informamur, eundem dominum nostrum Iesum Christum in utraque natura, deitatis videlicet atque humanitatis, proprium ac verum filium profitentes, unigenitum videlicet patris, unicum filium eius, salvas tamen utriusque naturae proprietates, ita dumtaxat, ut nec divinitas verbi Dei in natura credatur humana conversa aut humana a verbo adsumpta in divinam mutata, sed utraque, id est divina atque humana, ab ipso conceptu in utero virginis ita in singularitate persone sibimet conexe atque coniunctae sunt, ut unicus filius patri et verus Deus ex ipso utero gloriosae virginis absque ulla corruptione editus prodiret: non ita homo adsumptus a verbo de substantia patris sicut ipsum verbum a fidelibus genitus credatur, cum sit ex substantia matris, sed quia, ut dictum est, in ipsa vulva sanctae virginis ab ipso conceptu ab eo, qui secundum divinitatem verus et proprius Dei filius exsistit, in singularitate personae suae susceptus est atque conceptus, verus et proprius Dei filius, ex eadem sancta virgine natus est. Non alius Dei filius et alius hominis filius, sed Deus et homo, unicus Dei patris verus ac proprius filius, non adoptione, non appellatione, nuncupatione, sed in utraque natura, ut dictum est, unus Dei patris, secundum apostolum verus ac proprius Dei filius credatur.

cf. Ioh. 1, 18. Rom. 8, 32.

Haec est confessio fidei nostrae, quam Deo iuvante a sanctis patribus per eorum scripta cognovimus et ab universali ecclesia post pristinum errorem nostrum accepimus et tenemus. Quod et vos omnes credere et confiteri per eundem Dominum nostrum exortamur, nil deminuentes aut addentes ex sensu vestro, sed hoc, quod vobis innotescimus, cum universali ecclesia indubitanter retinentes et ut pro me misero, per quem usque nunc in ecclesia Dei contentio versa est, ex totis precordiis vestris Domini misericordiam inplorare non dedignetis, qualiter propter vestram emendationem et orationem catholicam eorum sacerdotum, qui in simili prevaricatione ut ego nequaquam obnoxii sunt, Domini misericordiam, priusquam de hoc mortali corpore egrediar, consequi valeam. Quod per hoc me magis consequi a Domino confido, si scandalum seu error in fide, qui per me usque nunc inter utrasque partes duravit, per me iterum omnino correcta atque sedata fuerint adque omnia ecclesiae membra in unitate fidei et concordia caritatis velud in unum corpus conpaginata, ita ut nemo ex nobis in ecclesia Dei ultra scandalum vel quodlibet scisma intromittere audeat; sed omnes nos cum universali ecclesia, que in toto mundo dilatata noscitur, similiter sentientes et eam, que dudum intentio orta est, id est adoptionem carnis seu nuncupationem in humanitate filii Dei, anathematizantes, pacem, ut dixi, et unitatem fidei cum omnibus fidelibus ecclesiae absque ulla simulatione inconvulsa fide retineamus, ne cum Nestorii impietate concordantes, qui purum hominum Christum dominum credidit, alicubi deinceps labamur, qui dixit: Oportet[1] vero et de Dei dispensatione, quam pro nostra salute in dispen-

2 humanitatem *R.* quod] et *R.* 5 utriusquae *R.* 7 aut] uat *R.* in divinam] *ita Froben,* invidia *R.* 8 singularitate] singularit *R in loco raso.* 10 prodiret] prodiretur *R,* prodierit *Froben.* 11 ipsum] *ita Hefele, secundum Frobenium hiat sensus,* ipsup *R.* 12 quia] *supple* homo (= natura humana), *v. Hefele, l. l. III, 647.* 14 conceptus] consertus *R in loco raso.* 15 natus] natustus *R.* 17 noncupatione *R.* 20 nostrorum *R.* 22 sensu] censu *R.* 23 indubitanter] dubitantur *R.* miserum *R.* 24 precordiis] prediis *R.* 30 omnino] omnia *R.* omnia] omnis *R.* 31 conpaginate *R.* 33 dilatata] dilata *R.* ea *R.* 34 intentio] contentio *Froben.* humanitatem *R.* 35 fili *R.* anathemetizentes *R.* pacum *R.* 36 impietatem *R.* 38 dispensationem *R.* salute] quam *add. R.*

1) *Symbolum, quod dicitur Nestorii et Theodoro episcopo Mopsvestano attribuitur (cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. II, 206), quinque aliis locis legitur, in actis synodorum Ephesinae*

sationem domini Christi dominus Deus perfecit, scire, quoniam Deus verbum hominem perfectum adsumpsit ex semine Abrahae et David secundum prenunciationem divinarum scripturarum, hoc constitutum natura, quod erant illi, ex quorum erat semine, hominem perfectum natura, ex anima intellectuali et carne humana constantem, perfectum hominem constitutum secundum nos per naturam, Spiritus sancti virtute in virginis vulva formatum, factum ex muliere et factum sub lege, ut omnes nos a servitutis lege redimeret, ante iam predestinatum, adoptionem accipientem, inenarrabiliter sibimet vivens, mori quidem eum secundum legem humanam fatiens, suscitans vero ex mortuis et perducens in caelum et consedere fatiens ad dexteram Dei, unde super omnes constitutus principatus et potestates et dominationes et virtutes et omne, quod nominatur, nomen, non solum in hoc sacculo, verum et in futuro ab omni creatura accepit adorationem, sicut inseparabilem a divina natura habens copulationem, relationem Dei et intellegentiam, omni creatura adorationem exhibente. Et neque duos filios dicimus neque duos Dominos, quoniam unus filius patris secundum substantiam, Deus verbum unigenitus filius patris, sicut iste coniunctus et particeps constitutus filio communicat nomine et honore, Dominus secundum essentiam Deus verbum, cui iste coniunctus honore communicat. Et ideo neque duos filios hos dicimus neque duos homines, quia manifesto constituto secundum substantiam Domino et filio inseparabilem tenet ad eum copulationem, qui causa nostrae salutis adsumptus confertur nomine et honore filio et Domino, non sicut unusquisque nostrum secundum se ipsum constitutus est filius. Unde et multi secundum beatum Paulum dicimur filii, sed solus precipuum habens hoc, quod ad Dei verbi copulationem, adoptionem et dominationem participans, auferens quidem omnem suspitionem dualitatis filiorum et dominorum, prestato vero nobis in copulationem ad Domini verbum omnem haberet ipsius fidem et intellegentiam et theoriam, pro quibus et adorationem pro relatione Dei ab omni cepit creatura. Unum igitur filium dicimus et dominum Christum, per quem omnia facta sunt, principaliter quidem Deum verbum intellegentes, substantialiter filium Dei et dominum, consuspicantes autem adsumptum Nazaret, quem unxit Deus spiritu et virtute sic in verbi Dei copulationem participantem et dominationis, qui et secundus Adam.

cf. Gal. 4, 5.

cf. Rom. 8, 16.

Hec est sententia Nestorii heretici, qui purum hominem absque Deo in virginis utero genitum impie adstruebat, in quem hominem ex eadem sancta virgine procreatum et genitum post nativitatem eius verbum Dei, hoc est divinitatem filii Dei, descendisse et habitasse pre ceteris sanctis inpudenter predicabat; et ob hoc sicut in Christo duas naturas, ita et duas personas in eo satis inprobe vindicare contendebat.

3 erat] et *add.* *R.* 5 Spiritus] *hoc verbo incipit Agobardus.* virtutem *R.* formatum] firmatum *R.* 6 servitutis lege] servitute legis *A.* predistinatum *R.* accipientes *R.* 7 vivens] *ita A,* veniens *R.* mori] *ita A,* mortem *R.* 8 suscitans] sustitans *R.* 9 super — principatus] *ita A,* personam constitutos pricipatus *R.* dominationes et virtutes] virtutes et dominationes *A.* omne — nomen] omne nomen quod nominatur *A.* 10 futuro] *ita A,* futurum *R.* 11 relatione *A.* intelligentia *A.* 12 creature *R.* exhibentem *R.* 13 substantiam *deest A.* Deus verbum] verbum Deus *A.* 14 constitutus filio] *ita A,* constitutis filii *R.* comunicat *R.* 16 dicimus] ditimus *R.* homines] dominos *A.* 17 causae *R.* 18 unusquisque] hunusquisque *R.* nostrum *deest A.* 19 dicimus *R.* 22 copulationem ad Domini] copulatione ad Deum *A.* omnem] *ita A.* honem *R.* theoriam] thoriam *R.* 23 relationem *R.* omni] omnibus *R.* cepit] suscepit *A.* Unum] Verum *A.* 24 dominum] Iesum *add. A.* principaliter] pritipaliter *R.* 25 Dei] *hoc verbo sistit Agobardus.* 26 dominationis] dominationes *R.* 27 secundus] secundas *R.* 28 in *deest R.* 29 genitum impie] gentum pie *R.*

(a. 431.), Chalcedonensis (a. 451.), Constantinopolitanae (a. 553.), Mansi IV, 1349. VI, 890. IX, 228, apud Marium Mercatorem (Gallandi, Bibl. patrum VIII, 664) et apud Agobardum (Adversus Felicem c. 7, Opp. ed. Baluze I, 8). Agobardi textus huic, quem Felix praebet, tam similis est, ut in variis lectionibus illum littera A signatum adhibuerimus.

Nos vero eius impietatem anathematizantes quedam testimonia ex libris sanctorum patrum, quos ecclesia venerabiliter recipit, decerpentes huic epistolae subnectimus, per que nos ad viam veritatis post pristinum errorem nostrum reversi sumus, et vobis subter adscripta direximus, per quae et vos de sepedicta intentione veritatem fidei plenius agnoscere potestis et ad rectum tramitem fidei reverti. Contra quas sententias patrum dissentiens qui aliter, quam illae nos informant, credere aut docere voluerit et adoptionem et nuncupationem in carne salvatoris credere vel predicare presumpserit, anathema sit. A quo iaculo anathematis ipse verus ac proprius Dei filius, de quo loquimur, tam vos quam nos et hic et in futuro liberare dignetur, cui cum patre in unitate Spiritus sancti similis et coaequalis extat gloria ante omnia saecula et nunc et in dies aeternitatis.

Beatus denique Cyrillus in tractatu suo inter alia ita dicit: Immo[1] multum interest et incomparabilibus differentiis gloriae et eminentiae salvatoris nostri munimentis ea, quae nostra sunt. Nos enim famuli sumus, ille vero naturaliter dominus et Deus, licet factus sit nobiscum et in his, quae nostra sunt, dispensative. Propterea et beatus Paulus Christum eum nominavit
Eph. 5, 5. 6. et Deum, ita dicens: *Scitote cognoscentes, quia omnis fornicator* et cetera *non habet hereditatem*
cf. Matth. 1, 23. *in regno Christi et Dei.* Solus autem Christus etiam Deus vere, qui Emmanuhel est. Etenim nos ipsi per gratiam Dei, verumtamen non ita Deus filius, sed natura magis et veritate, licet caro sit factus.

Item ipse in eodem tractatu post aliqua ita dixit: Quomodo[2] proprius Dei filius nominatus est Christus, qui etiam traditus est a Deo et patre, causa omnium salutis et vite. Traditus est enim propter peccata nostra et ipse iniquitates multorum portavit in corpore suo,
cf. Is. 53, 5. in ligno, secundum prophetae vocem. Palam ergo est, quia unitatis res adsumpta necessariae proprium filium declaravit Dei, qui ex sancta virgine est. Corpus enim erat non alterius cuiusquam secundum nos, sed magis proprium ex patre exsistentis verbi, natum ex ea.

Item ipse post paululum contra Nestorium: Sicut[3] enim in Adam omnes morimur, sic
cf. 1. Cor. 15, 22. et in Christo omnes vivificamur. Si enim non pateretur humanae pro nobis, neque operaretur divinae quae ad salutem sunt nostram. Dicitur enim prius quidem mori ut homo, reviviscere autem postea, eo quod sit naturaliter Deus. Si igitur non est passus mori carne secundum scripturas, neque vivificatur spiritu, hoc est non revixit. Et si hoc est verum, vana est fides nostra, adhuc sumus in peccatis nostris. Baptizati enim sumus in mortem eius secundum beati
cf. Rom. 6, 3. cf. Eph. 1, 7. Pauli vocem et remissionem peccatorum habuimus per sanguinem eius. Sed si est Christus neque filius vere neque naturaliter Deus, sed homo purus secundum nos et divinitatis organum, salvati sumus non in Deo quodammodo, sed in uno magis secundum nos moriente pro nobis et
cf. 1. Cor. 15, 26. virtutibus alienis resuscitato. Quomodo ergo destructa est mors per Christum? Et infra: Colimus[4] autem non hominem purum, absit, sed Deum potius naturaliter, non ignorantes eius gloriam, licet factus sit secundum nos.

Iob 1, 3. Item beati Gregorii papae urbis Romae sua per Moralia: *Eratque vir ille magnus inter omnes Orientales.* Omnes[5], inquit, qui in hunc Orientem fide pleni consistunt, recte Orientales vocantur. Sed quia omnes homines tantummodo homines, ipse autem oriens Deus

2 ecclesia] ecchesia *R.* 3 nostrum] nostrorum *R.* et *suppl. e coni.* 4 subster adscriptam *R.* quae] quas *R.* intentione] intione *R.* 6 qui *suppl. e coni.* illas *R.* 8 anatema *R.* anathematit *R.* 38 sua per] super *R.*

1) *Cyrillus, Epistola ad monachos Aegypti; Opp. ed. Aubert V, 2, 7. Cum Felicis textu concordat vetus versio, quae apud Mansi V, 481 legitur.* 2) *Ibid.; Opp. V, 2, 15 (Mansi V, 487).* 3) *Ibid.; Opp. V, 2, 18 (Mansi V, 489).* 4) *Ibid.; Opp. V, 2, 19 (Mansi V, 490).* 5) *Gregorius M., Moralia I c. 18 § 26; Opp. I, 26.*

et homo, recte dicitur: Erat magnus inter omnes Orientales, acsi aperte diceretur: Omnes, qui in fide Deo nascuntur, superat, quia non ut ceteros adoptio, sed natura illum divinitatis exaltat.

Et rursus alibi idem ipse: Quia[1] omnis homo tantummodo homo est, ipse autem Deus et homo, in terra ei similis non est, quia, etsi adoptivus quisque filius ad percipiendam divinitatem proficit, nequaquam tamen, ut Deus naturaliter esset, accepit.

Item in libro beati Iob: Mediatori[2] vero nostro in legislatoribus similis nullus est, quia isti gratuitu vocati ex peccatis ad innocentiam redeunt, redemptor autem noster homo sine peccato est, filius sine adoptione, nec perpetravit umquam quod redarguit. cf. Iob 36, 22.

Quas quidem sententias prius non recte intellegebamus.

Item beati Athanasii Alexandrini episcopi: Si[3] quis vero adversus divinas scripturas docet alium dicens filium Dei et alium, qui ex Maria virgine, hominem secundum gratiam adoptatum sicut nos, quasi essent duo filii, unus secundum naturam, qui ex Deo, et unus secundum gratiam, qui ex Maria, et si quis Domini nostri carnem desursum dicit et non ex virgine Maria aut mutatam deitatem in carnem et confusam aut alienatam aut passibilem Domini deitatem aut inadorandam Domini nostri carnem sicut hominis et non adorandam domini et Dei carnem, hunc anathematizat sancta catholica et apostolica ecclesia.

Item sancti Gregorii Nazanzeni episcopi ad Cledonium: Si[4] quis introducit duos filios, unum quidem, qui ex Deo et patre, secundum vero, qui ex matre, et non unum eundemque, et adoptione excedat gratia, quae promissa est iis, qui credunt, alienum eum a nostro consortio iudicamus. Naturae vero duae, Deus et homo; nam et anima et corpus; filii vero non duo neque dii neque duo homines. cf. Ioh. 5, 16.

Item beatus Leo papa urbis Romae ita dicit: Exultet[5] rectarum mentium fides et verum unumque Dei filium non solum secundum deitatem, qua a patre est genitus, sed etiam secundum humanitatem, qua de matre virgine est natus, intellegant.

Item ipse alibi: Adsumpta[6] est de matre Domini natura, non culpa, creata est forma servi sine condicione servili, quia novus temperatus est veteri, ut et veritatem susciperet generis et vitium excluderet vetustatis.

12 esse *R.* 14 confusum *R.* 19 iis] is *R.*

1) *Gregorius M., Moralia II c. 23 § 42; Opp. I, 55.* 2) *Ib. XXVII c. 2 § 3; Opp. I, 853.* 3) *Athanasius, De incarnatione Dei verbi; Opp. II, 2.* 4) *Gregorius Nazianzenus, Epistola 101 ad Cledonium; Opp. II, 85.* 5) *Leo, Sermo 25 in nativitatem Christi; Opp. I, 84.* 6) *Leo, Sermo 22 in nativ. Christi; Opp. I, 70.*

26. CONCILIUM ROMANUM.

800. mense Decembri.

Karolus Magnus, cum anno 800. mense Novembri Romam venisset, mense insequenti concilium episcoporum ceterorumque sacerdotum congregavit, quo de criminibus Leoni III. papae obiectis tractaretur; cf. B. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' II, 224 sqq., ubi fusius de hac synodo agitur[1]. *Ibi, ut referunt annales Laureshamenses (MG. SS. I, 38)* visum est ipsi piissimo principi Carolo et universis episcopis et sanctis patribus, qui ibi adfuerunt, ut, si eius *(scil. Leonis)* voluntas fuisset et ipse petisset, non tamen per eorum iudicium, sed spontaneae *(var. lect.:* spontanea) voluntate se purificare debuisset.

Hoc iusiurandum Leonis, die 23. mensis Decembris anni 800. praestitum (cf. Simson, l. l. II, 231 ann. 5) exstat in his libris: 1) in codice bibliothecae universitatis Wirziburgensis Th. fol. 46 saec. IX. (= W) fol. 149; 2) in codice Monacensi latino 27246 (antea s. Mariae et s. Corbiniani Frisingensium) saec. X. (= M 1) fol. 92; 3) in codice Monacensi latino 6241 (antea Frisingensi) saec. X. XI. (= M 2) fol. 100'. 101; 4) in codice Romano bibliothecae Vaticanae 1348 (antea monasterii Florentini s. Mariae de Angelis) saec. XII. (= V) fol. 63, cum cuius lectionibus paene omnibus conveniunt 5) Burchardi Wormatiensis decretum l. I c. 198 (= B) ed. Paris. 1549; 6) Ivonis Carnotensis decretum p. V c. 313 (= I 1) ed. Fronto, Paris. 1647; 7) eiusdem Panormia l. V c. 4 (= I 2) ed. de Vosmedanio, Lovanii 1557; 8) Gerhohus de investigatione Antichristi, MG. Libelli de lite III, 570 (= G).

Edd.: Eckhart, Comm. de rebus Franciae orientalis II, 2. MG. LL. II, 15. Jaffé, Bibl. IV, 378. J. von Pflugk-Harttung, Acta II, 26. MG. Epp. V, 63 ed. K. Hampe, quem ad verbum usque sequimur. — Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. I, 310. 'Neues Archiv' XXIV, 476.

Auditum[2], fratres karissimi, et divulgatum est per multa loca, qualiter homines mali adversus me insurrexerunt et debilitare voluerunt et miserunt super me gravia crimina. Propter quam causam audiendam iste clementissimus ac serenissimus domnus rex Carolus una cum sacerdotibus et optimatibus suis istam pervenit ad urbem. Quam

Lemmata: Sacramentum quod Leo papa iuravit *W;* Sacramentum quod domnus papa Leo iuravit *M 1. 2;* Leonis papae *et in marg. add.* a^1 *V;* De purgatione Leonis papae *B. I.*

25 Auditum] est *add. I. G.* est *deest I 1.* 26 adversum *V. B. I 2. G.* insurrexerunt] surrexere *I 2.* debilitare] debitare *M 2.* miserunt] posuerunt *I 1.* 27 audiendam *deest V. B. I. G.* ac serenissimus *desunt M 1. 2.* dominus *M 1. 2. B. I.* 28 rex *deest I 2. G.* Karolus *M 1. 2. G.*

1) *Cf. praeterea Hinschius, 'Kirchenrecht' I, 300. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 737. Mühlbacher*[2] *n. 360f. 361a.* 2) *In Gratiani decreto (c. 18 C. II qu. 5 ed. Friedberg) hoc sacramentum sub titulo* De Leone qualiter semetipsum purgavit *invenitur ita*

ob rem ego Leo, pontifex sanctae Romanae ecclesiae, a nemine iudicatus neque coactus, sed spontanea mea voluntate purifico et purgo me in conspectu vestro coram Deo et angelis eius, qui conscientiam meam novit, et beato Petro principe apostolorum, in cuius basilica consistimus: quia istas criminosas et sceleratas res, quas illi mihi obiciunt[1], nec perpetravi nec perpetrare iussi; testis mihi est Deus, in cuius iudicium venturi sumus et in cuius conspectu consistimus. Et hoc propter suspitiones tollendas mea spontanea voluntate facio; non quasi in canonibus inventum sit, aut quasi ego hanc consuetudinem aut decretum in sancta ecclesia successoribus meis necnon et fratribus et coepiscopis nostris inponam.

1 aecclesiae *M 1. 2. G. V.* 2 mea *deest M 1. 2.* et purgo *desunt V. B. I. G.* 3 meam *deest I 2.* 4 basilica] conspectu *V. B. I. G.* consistimus] assistimus *V.* mihi obiciunt] obiciunt mihi *G.* 5 obiiciunt *M 1. B. I.* nec] neque *hic et infra I 1.* perpetrare] perpetrari *B.* mihi est Deus] mihi Deus est *M 1. 2,* est mihi Deus *I. G.* 6 Et] De *G.* suspitiones] malas suspiciones *V,* suspiciones malas *B. I. G.* 7 in — quasi *desunt G.* 8 aecclesia *M 2. V,* ecclesi *M 1.* necnon *deest G.* et *deest V.* 9 fratribus] meis *add. M. 2.* inponam] sed ut melius a vobis abscidatis (abscindatis *B. I 2*) rebelles cogitationes *add. V. B. I. G.*

contractum et commutatum: Auditum est, fratres karissimi, qualiter mali homines gravia crimina in me confinxerunt. Quamobrem ego Leo, pontifex sanctae Romanae ecclesiae, purifico me in conspectu vestro coram Deo et angelis eius, quia criminosas istas et sceleratas res, quas illi mihi obiciunt, nec perpetravi nec perpetrare iussi. Hoc autem faciens non legem prescribo ceteris, qua id facere cogantur. *Ex quodam ordine Romano Baronius (Ann. eccl. 800 n. 5) hausit alium textum commutatum, quem repetierunt Berardi, Gratiani canones II, 2 (Venetiis 1777), p. 203 et Hildenbrand, 'Die purgatio canonica und vulgaris' (Monaci 1841), p. 46:* Nota res est, fratres carissimi, malum adversum me homines insurrexisse meque ad vitam meam gravissimis criminibus infamasse. Cuius rei cognoscendae gratia clementissimus hic ac serenissimus rex Carolus una cum sacerdotibus ac principibus suis in hanc urbem se contulit. Quamobrem ego Leo, pontifex sanctae Romanae ecclesiae, a nemine iudicatus neque coactus, sed mea voluntate impulsus, purgo me praesentibus vobis coram Deo et angelis eius, qui conscientiam novit, et beato Petro principe apostolorum, in cuius conspectu consistimus, neque sceleratas res, quas mihi obiiciunt, perpetrasse neque perpetrari iussisse, Deum testans, in cuius iudicium venturi sumus et in cuius conspectu consistimus. Et hoc facio non legibus ullis obstrictus neque hanc consuetudinem aut decretum in sancta ecclesia successoribus meis et fratribus coepiscopis imponere cupiens, sed ut certius iniquis vos suspicionibus liberem. 1) *Cf.* W. *Ohr, 'Zeitschrift für Kirchengeschichte' XXIV, 327 sqq.*

*27. CONCILIUM AQUISGRANENSE.

801. mense Novembri.

Huic synodo[1] examinationis episcoporum et clericorum, *ut referunt annales Iuvavenses maiores (MG. SS. I, 87), de cuius tempore cf. Mühlbacher*[2] *n. 376a, decreta fortasse adscribenda sunt, quae subsunt capitulis quibusdam paulo post conscriptis, scilicet A) capitulis, quae electi sacerdotes custodienda atque adimplenda censuerunt, B) capitulis de presbyteris admonendis.*

A. CAPITULA EX DIVINARUM SCRIPTURARUM SCRIPTIS, QUAE ELECTI SACERDOTES CUSTODIENDA ATQUE ADIMPLENDA CENSUERUNT.

Leguntur haec viginti duo capitula in his codicibus: 1) in codice Monacensi latino 14508 (antea s. Emmerammi Ratisbonensis) saec. X. et XIV. fol. 118; 2) in codice Parisiensi latino 9654 (antea s. Vincentii Mettensis et collegii Claramontani, tum inter suppl. lat. 75) saec. X. XI. fol. 10; 3) in codice Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 582 (antea s. Martini Moguntini) saec. IX. X. fol. 12'. Ordinem capitulorum discrepantem ab editis praebent duo codices: 4) codex Parisiensis latinus 2316 saec. IX. fol. 121'; 5) codex Ashburnhamensis, Barrois 43 (antea Andaginensis monasterii s. Huberti in Arduenna, tum collegii Lovanii) saec. XI. XII. Fragmenta denique exstant 6) in codice Monacensi latino 3853 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. fol. 259' eiusque exemplaribus, scilicet 7) in codice monasterii S. Crucis (Heiligenkreuz in Austria) saec. X. et 8) in codice Parisiensi latino 3878 (antea Fauriano, tum regio) saec. X.

Edd.: Sirmond II, 249. Le Cointe VI, 778. Labbe-Cossart VII, 1178; ed. Coleti IX, 250. Baluze I, 357. Harduin IV, 957. Martène et Durand, Coll. VII, 26. Georgisch 621. Mansi XIV, app. 255. Walter II, 154. MG. LL. I, 87. Migne, Patrol. lat. XCVII, 217. MG. Capit. I, 105 quasi capitula a sacerdotibus proposita et alteri concilio Aquisgranensi anni 802. etsi non pro certo adscripta. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imp. ed. 2. I n. 377. 'Neues Archiv' XXIV, 476.

1) *Mühlbacher*[2] *n. 376a mentionem facit notitiae mutilae cuiusdam ex Fuldensi monasterio oriundae* de decimis, *de quibus* in concilio quondam Aquense habito *disputatum et a Karolo, ne abbas aut monachi monasterii Fuldensis eis privarentur, decretum esse dicitur, ed. F. J. Bodmann, 'Rheingauische Alterthümer' II (1819), p. 872. Quae cum vestigia originis dubiae ostendat neque pro certo uni ex conciliis Aquisgranensibus adscribatur, omittendam eam putavimus.*

B. CAPITULA NOVEM DE PRESBYTERIS ADMONENDIS[1].

Edd.: Opp. Hincmari ed. Cordesius 683. Le Cointe VII, 228. Baluze I, 351 ex schedis Sirmondi. Georgisch 805. Mansi XIV, app. 361. Walter II, 280. MG. LL. I, 160.

1) *Coniungenda sunt fortasse, ut censet Mühlbacher*[2] *n. 378, cum his capitulis a) capitula de ecclesiasticis examinandis, MG. Capit. I, 109, quae Boretius concilio Aquisgranensi secundo*

Migne, Patrol. lat. XCVII, 323. MG. Capit. I, 237. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imp. ed. 2. I n. 378. 'Neues Archiv' XXIV, 476.

anni 802. adscribere voluit, Mühlbacher econtra instructionem missi cuiusdam esse suspicatur, qui iussa Karoli per universum regnum episcopis, abbatibus, presbiteris pertinentia *exsequi debebat; b) capitula ad lectionem canonum et regulae s. Benedicti pertinentia, MG. Capit. I, 107, quae Boretius in eodem secundo concilio Aquisgranensi anni 802. promulgata censet; c) interrogationes examinationis, MG. Capit. I, 234. Cf. Mühlbacher² n. 377: 'Eine sichere Entscheidung über die Gesetzgebung dieser Jahre oder auch nur die Zugehörigkeit der einzelnen Kapitularien zu dieser oder jener Synode ist auch auf Grund der neuen Ausgabe von Boretius nicht zu gewinnen und wird sich nie gewinnen lassen'.*

---

*28. CONCILIUM AQUISGRANENSE.

802. mense Martio.

Ineunte anno 802. in Aquisgranensi palatio concilium habitum esse, ut referunt annales Iuvavenses maiores (MG. SS. I, 87), cum Mühlbacher² n. 376a. 380c existimare licet, sed utrum illius decreta subsint capitulari illi, MG. Capit. I, 91 (Mühlbacher² n. 381), quod excipiunt duae missorum instructiones speciales, l. l. I, 99 (Mühlbacher² n. 382), in dubio semper relinquendum erit, praesertim cum statui non iam possit, utrum capitulare illud totum initio anni 802. adscribendum sit necne. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' II, 274 concilium mense Martio 802. Aquisgrani habitum esse negat et unum tantummodo anno illo Aquisgrani celebratum esse affirmat, scilicet mense Octobri, de cuius decretis eadem inter viros doctos dissensio infra apparebit.

---

*29. CONCILIUM AQUISGRANENSE.

802. mense Octobri.

Huic concilio celebri cum generali populi conventu habito[1] (cf. Mühlbacher² n. 390a) quae decreta adscribantur magna est virorum doctorum dissensio. Hefele enim ('Conciliengeschichte' ed. 2. III, 745) in eo promulgata censet capitula illa MG. Capit. I, 109. 234. 235. 107 typis impressa, Boretius in editione sua MG. Capit. I, 105. 107, Mühlbacher denique (Regesta imperii ed. 2. I n. 391) tantummodo MG. Capit. I, 102, ut de actis concilii aliquid asseverare non audeamus; cf. 'Neues Archiv' XXIV, 476 sq.[2].

1) *Cf. praeterea B. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' II, 274 sqq.* 2) *Quantopere viri docti inter se dissentiant, demonstrant illa capitula, quae unicuique ex tribus conciliis Aquisgranensibus annorum 801. et 802. adscribuntur: c) Concilio Aquis-*

Quae cum ita sint, addere placet primum ea, quae annales Laureshamenses ad annum 802. (MG. SS. I, 39) de ipso concilio referunt: Et mense Octimbrio congregavit *(scil. Karolus imperator)* universalem synodum in iam nominato loco *(scil. Aquisgrani)* et ibi fecit episcopos cum presbyteris seu diaconibus relegi universos canones, quas sancta synodus recepit, et decreta pontificum et pleniter iussit eos tradi coram omnibus episcopis, presbyteris et diaconibus[1]. Similiter in ipso synodo congregavit universos abbates et monachos, qui ibi aderant; et ipsi inter se conventum faciebant et legerunt regulam sancti patris Benedicti et eam tradiderunt sapientes in conspectu abbatum et monachorum[2]. Et tunc iussio eius generaliter super omnes episcopos, abbates, presbyteros, diacones seu universo clero facta est, ut unusquisque in loco suo iuxta constitutionem sanctorum patrum sive in episcopatibus seu in monasteriis aut per universas sanctas ecclaesias, ut canonici iuxta canones viverent et quicquid in clero aut in populo de culpis aut de neglegentiis apparuerit iuxta canonum auctoritate emendassent et quicquid in monasteriis seu in monachis contra regula sancti Benedicti factum fuisset, hoc ipsud iuxta ipsam regulam sancti Benedicti emendare fecissent. Sed et ipse imperator interim, quod ipsum synodum factum est, congregavit duces, comites et reliquo Christiano populo cum legislatoribus et fecit omnes leges in regno suo legi et tradi unicuique homini legem suam et emendare ubicumque necesse fuit et emendatam legem scribere, et ut iudices per scriptum iudicassent et munera non accepissent, sed omnes homines, pauperes et divites, in regno suo iustitiam habuissent[3]. *In dubium vocatur a Simson, l. l. II, 276 sq. narratio chronici Moissiacensis (MG. SS. I, 306 sq.):* Mandavit autem *(scil. Karolus)*, ut unusquisque episcopus in omni regno vel imperio suo, ipsi cum presbyteris suis, officium, sicut psallit ecclesia Romana, facerent. Nam et scholas suas *(deest in cod. Moiss.)* cantorum in loca congrua construi praecepit. Similiter et in monasteriis sancti Benedicti servantibus regulam, ut officium ipsius (officium sancti Benedicti *cod. Moiss.*) facerent, sicut regula docet; *v. denique Alcuini epistolam Karolo directam, MG. Epp. IV, 415.*

granensi anni 801. adscribit Mühlbacher² n. 377. 378 MG. Capit. I, 105. 237 et cum eis coniungenda putat MG. Capit. I, 109. 107. 234, Boretius autem MG. Capit. I, 105. 107. 109 cum secundo concilio Aquisgranensi anni 802. coniungit, MG. Capit. I, 234 a privato quodam compositum putat, de MG. Capit. I, 237 iudicium incertum manere censet. b) Concilium Aquisgranense ineunte anno 802. habitum esse statuit Mühlbacher² n. 376a. 380c, id quod negat Simson, l. l. II, 274, ibique promulgata putat MG. Capit. I, 91. 99 (Mühlbacher² n. 381. 382), si revera MG. Capit. I, 91 totum huic tempori adscribendum sit. c) Concilio Aquisgranensi secundo anni 802. adscripta sunt MG. Capit. I, 102 (a Mühlbacher² n. 391, Boretius de anno 802. dubitat), 105 (a Boretio in editione, a Mühlbacher² n. 378 concilio Aquisgranensi anni 801), 107 (a Boretio et Hefele, a Mühlbacher² n. 378 cum concilio Aquisgranensi anni 801. coniunctum), 109 (a Boretio et Hefele, a Mühlbacher² n. 378 cum concilio Aquisgranensi anni 801. coniunctum), 234 (ab Hefele; v. quae de concilio Aquisgranensi anni 801. modo exposuimus), 235 (ab Hefele). V. quae supra p. 229 l. 7 sqq. protulimus. 1) *De collectione canonum quae dicitur Dionysio-Hadriana pro iuris norma recepta cf. Maassen, 'Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts' I, 469 sqq.* 2) *De statutis Murbacensibus (ed. Pez, Thesaurus anecdotorum noviss. II, 3, 370) ad decreta concilii Aquisgranensis anno 816. habiti referendis cf. Seebass, 'Zeitschrift für Kirchengeschichte' XII, 322 sqq.* 3) *Cf. O. Stobbe, 'Geschichte der deutschen Rechtsquellen' I, 20 sq. H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I, 289 sq. W. Schücking, 'Neues Archiv' XXIV, 648 sq.*

30. CONCILIUM IN MONASTERIO TEGERNSEE HABITUM.

804. Iun. 16.

Synodi in monasterio Tegernseensi habitae iudicium, quo controversia inter illud monasterium et Ottonem episcopum Frisingensem composita est, legitur in Cozrohi codice traditionum Frisingensium saec. IX. (= C) fol. 137—139, qui codex hodie in tabulario Monacensi ('Reichsarchiv, Hochstift Freising 3ª, alt 187') servatur.

Edd.: Meichelbeck, Hist. Frising. I, 2, 92. Mansi, Suppl. I, 747. Resch, Annales Sabionenses I, 739 et 775. Hartzheim I, 384. Mansi XIV, 9. Mon. Boica VI, 151. 'Quellen und Erörterungen zur bayrischen und deutschen Geschichte N. F.' IV ed. Bitterauf p. 187. — Reg.: Hübner, 'Gerichtsurkunden der fränkischen Zeit' I n. 170. 'Neues Archiv' XXIV, 478.

Brevem commemoratorium de causa sanctae Mariae semper virginis et beati Corbiniani, confessoris Christi, domo episcopali, qui dicitur Frigisinga, quomodo Atto episcopus[1] interpellavit Adalbertum abbatem et Zachonem vicarium eius pro causa sanctae Mariae, quae abstracta iniusto ordine fuit partibus illorum.

Protulit praedictus episcopus sententiam suam coram episcopis et abbatibus, quorum nomina hic scripta continentur. Erant enim congregati ad ecclesiam beati Emmerammi martyris Christi, quae est sita prope civitatem, qui vulgo nominatur Reganespurc. Haec sunt nomina virorum religiosorum et prudentium: inprimis Altheus episcopus[2], Waltrih episcopus[3], Arn episcopus[4], Itheri abbas, Ato diaconus sive abbas, Hunrih abbas, Urolf abbas, Reginperht abbas, item Reginperht cappellanus presbiter, Wolfheri cappellanus presbiter, Petto abbas, Cunzi presbiter. Coram istis omnibus spoponderunt praedicti abbates Adalperht et Zacco omnia se reddituros ad domum beatae Mariae, quicquid exinde iniusto ordine abstractum habuerunt et per wadium illorum utrique manibus suis quasi coacti in manu episcopi Attonis dederunt, dicentes se reddituros ex integro iustitia secundum rectum iudicium faciendam. Sed nihil profuit de his omnibus, unde wadium dederunt; nec quicquam de iustitia nostra ad illos invenire potuimus.

Cum non post multum temporis contigit enim, ut Meginhart abbas ipsius domui vivente Zaccone regimen accepit. Deinde venerandus vir, Atto episcopus, et Maginhardus abbas pro hoc condixerunt publicum placitum fieri, et qualiter adunata est cohors et stipata caterva in loco, qui dicitur Tegarinseo, ad translationem corporis

Lemma: CXXXVI. Quomodo Atto episcopus interpellavit Adalbertum et Zachonem *C.*

1) *Frisingensis.* 2) *Sedis ignotae.* 3) *Pataviensis, qui obiit a. 804. aut 805 die 22. mensis Augusti.* 4) *Salisburgensis. — Ex Arnonis titulo, qui anno 798. archiepiscopus factus est, hunc primum conventum ante a. 798. habitum esse effici potest.*

sancti martyris Christi Quirini, hic intellegitur. Ipso die resedentibus viris inlustrissimis Arnonem archiepiscopum, Attonem episcopum, Oadalhardum episcopum [1], Hiltigero vocato episcopo [2], Maginhardo abbate, Cundhario abbate, Ellannodo archipresbitero, Perhtrato presbitero et cappellano domni imperatoris, Oadalfrido presbitero, Zacchoni monacho, qui quondam abbas, Rihheri presbitero et monacho, Isaac presbitero et monacho, Lantolt monacho, Eparhart monacho, Arn monacho et omnis congregatio ipsius monasterii; insuper Droant comes, Pippinus comes, Cundhart comes, Reginhart centenarius domni imperatoris; Maginhart, Amalrih, Swarzolf, Hitto, Amo et alii plurimi.

Facta est ibi inquisitio et ventilata causa inter Attonem episcopum et Maginhardum abbatem ex ipso monasterio iam dicto. Atto episcopus requirens ecclesias baptismales ad suum episcopatum legitime pertinentes, id fuerunt ad Ascwendingas [3] et ad Hartbeningas [4], ad Egilingas [5], Wormgoi [6], Ollinga [7], Tanchiricha [8], Zezinhusir [9], Holzhusir [10], Hrodungeschirihha [11], Phunzina [12], Helphindorf [13], ad Funsinga [14], ad Pohloh [15] et decimam de eclesia ad Feldkir(i)c(ha) [16] et ecclesiam ad Holzhusun [10] de traditione quondam novilissimi viri nomine David et illam parrochiam ad Tankir(i)c(ha) [8] et altaria duo consecrata et ad Teorhage [17], eo quod iniuste abstracte essent de ipsum episcopatum et conlocate in illorum monasterio multo iam tempore. Tunc ipse Maginhardus abba iuxta auditum et dicta multorum hominum, qui illud adserebant, retinere temptabat in multitudine hominum traditionum ad ipsius monasterii facta. Tunc Arn pontifex taliter adserens aiebat: 'Si istas ecclesias et omnia, quicquid a te repetit domnus Atto episcopus, habere vis, veniat advocatus tuus in praesente et faciat inde legem, et conquiratur ad ipsa casa Dei quicquid legitime secundum ordinem conquiri potest; sin autem, reddatur, quia legitime possidere non queas'. Post hoc dictum venerunt iterum ipsi inter se et placitaverunt, qualiter illos ad concordiam pacis revocare potuissent, quod ita et fecerunt. Tunc Maginhardus abba reddidit ipsas ecclesias et decima et dua altaria in ipso loco restituenda, quae iniuste abstractae fuerunt, coram istis praesentibus Attonem episcopum per manus Arnonem pontificem et Ellanodum archipresbiterum, ea scilicet ratione, ut, si valuisset investigare per veraces testes, quod plus legitime ad ipsum suum monasterium ob traditionem nobilium hominum pertinere deberent quam ad ipsum episcopatum, ut hoc cum licentiam et gratiam ipsius episcopi requirere liceret, quae secundum canonicam institutionem fieri potuisset. Postea vero Arn pontifex supplicavit Attonem episcopum, ut ipsas ecclesias per prestitum beneficii reddidisset hoc Maginhardum abbatem excepto illa decima tali ordine, ut ipsa decima ad ipsas ecclesias tali tenore accipiat, sicut solitus est accipere ipse episcopus ad suos parrochianos presbiteros, quod ita et factum est. Ecclesiam vero ad Tankir(i)c(ha) [8] et altaria suprascripta ipse episcopus ad suum episcopatum retineat cum omni decima sua. Et ita statuerunt inter se atque definierunt, ut, si amplius nullam calumniam inde generaret, ipse abbas partibus ipsum pontificem easdem ecclesias legitime usitare deberetur, excepto, sicut diximus, illa decima legitima, sicut superius intimavimus. Si

3 archipresbitero] archipbr *C.* 5 monacho] m. *hic et infra C.* 7 centenarius] cent. *C.* 12 Worm. Goiollinga *C.* 14 Feldkirc *C.* 15 David] dd *C.* Tankirc *hic et infra C.* 23 quia] qua *C.* 28 archipbt *C.*

1) *Sedis ignotae.* 2) *Ignotus; cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 453 ann. 5.* 3) *Ascholding; cf. K. Roth, 'Örtlichkeiten des Bisthumes Freising' (1856), s. v.* 4) *Hartpenning.* 5) *Högling.* 6) *Warngau.* 7) *Alling?* 8) *Thannkirchen.* 9) *Etzenhausen.* 10) *Holzhausen.* 11) *Roggersdorf.* 12) *Langenpfunzen.* 13) *Helfendorf.* 14) *Finsing.* 15) *Bullach.* 16) *Feldkirchen.* 17) *Dornhecken.*

vero postea ullam calumniam praesumeret generare ipse abbas et sui et rebelles fieri atque lites excitare superbiendo contra ipsum pontificem vel contra canonicam institutionem vel ipsam convenientiam irritam fieri, potestatem habeat ipse episcopus ipsas ecclesias supra memoratas ad suam revocare episcopalem sedem.

Actum Tegarinseo monasterio publico, XVI. Kalendas Iul., anno quarto imperii domni nostri Karoli serenissimi augusti, indictione XII. In Dei nomine feliciter. Amen.

Berhtharius notarius hanc notitiam subscripsit.

---

31. CONCILIUM BAIUWARICUM.

805. mense Maio.

Decretum concilii, quod Frisingense fortasse nominabis, si in codicis unici patria niteris, exstat in codice Monacensi latino 6244 (antea Frisingensi) saec. IX. (= M) fol. 146'.

Edd.: 'Archiv' VII, 806. MG. LL. III, 479. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 478.

Anno natale Domini DCCCV., indictione XIII., mense Maio convenit sanctam synodum episcoporum atque abbatum ceterorumque ecclesiasticorum virorum de provintia Baioariorum de orationibus vel aelimosinis pro defunctis agendis [1], ut in unaquaque sede episcopali necnon per monasteria singula monachorum pro episcopo vel abbate conprovintiali defuncto fiant missae C celebratae, psalmi C. Super hoc autem omnes provintiales et parrochiales presbiteri et monachi per cellolas positi, presbiteri unusquisque missas III, ceteri autem ecclesiastici omnes, sive canonici sive monachi, unusquisque psalterium unum. Episcopi autem et abbates pro alio defuncto det unusquisque solidos XX aestimatione argenti in elimosinam eius, presbiteri autem pro episcopis suis det unusquisque solidum unum, pro presbitero autem conparrochiale tremissem unum, pro presbitero autem necnon et pro omnibus ecclesiasticis viris, sive canonicis sive monachis, defunctis singulus quisque presbiterorum, sive canonicus sit sive monachus, faciet missas III, similiter et omnes ceteri ecclesiastici, sive canonici sive monachi, psalmum I; quia convenit eos omnino ecclesiasticos, quia canonica voluerint esse content . . .

15 indictiõ *supra lin. al. man.* 17 Baioariorum *corr. e* Baiuariorum *M.* vel *supra lin. al. man.* unaqueque *M.* 19 miš *hic et infra M.* psałos *e corr. M.* 20 prbri *hic et infra M.* moñ *M.* 22 unum] *supple* faciet *(cf. l. 27).* 23 solid̃ *hic et infra M.* 24 tremiss̃ *M.* 25 pro presbitero] pbro *M.* canonici *M.* 26 singuł *M.* 27 miss *M.* ecclesiastice *M.* psał *M.* 28 content . . .] *in his syllabis sistit codex.*

1) *Cf. concilium Attiniacense (760—762), concilium Dingolfingense (circ. 770), supra p. 73. 96 sq.; v. etiam p. 213 l. 10 sq.*

---

32. CONCILIUM SALISBURGENSE.

807. Ian. 16.

Concilii de decimis decretum legitur in Cozrohi codice traditionum Frisingensium saec. IX. (= C) fol. 144—144', qui codex in tabulario Monacensi ('Reichsarchiv, Hochstift Freising 3a, alt 187') hodie servatur.

Edd.: Brunner, Annales Boiorum II, 51; ed. 2. II, 21. Meichelbeck, Hist. Frising. I, 2, 154. Labbe-Cossart ed. Coleti IX, 274. Hartzheim I, 389. Mansi XIV, 15. Dalham, Concil. Salisb. 43. MG. LL. III, 479. Pagi ad Baronii annales eccl. 807 n. 11 (ed. Theiner XIII, 413). 'Quellen und Erörterungen zur bayrischen und deutschen Geschichte NF.' IV ed. Bitterauf p. 224. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 478.

Dum se congregasset synodus episcoporum, abbatum ceterorumque clericorum Baioariae provinciae ad metropolim Salzburgensem et ibidem non pauca utilitatis suae pertractassent, interea moverunt idem episcopi, Arn archiepiscopus[1], Atto[2], Adalwinus[3], Einricus[4], Hato[5], questiones de decima fidelium populorum, quae offeruntur ad ecclesias. Lectis inde capitulis ex canonum auctoritate, quid inde agi debuisset, invenerunt IIII portiones fieri, unam episcopo, alteram clericis, tertiam pauperibus, quartam fabricis ecclesiae[6]. Tunc consenserunt ibi cuncti abbates, qui praesentes aderant, huic decreto secundum canones et reddiderunt portiones episcoporum episcopis, quae illos recte contigisset, id est Meginhart, Urolf, Iohannes, Wolfdregi, Wolchanhart, Kerrih, Hepfilo et ceteri, unusquisque suo episcopo ea ratione, ut ulterius exinde inter illos nulla discordia oriretur, sed concordia deinceps semper maneret[7].

Actum est hoc die XVII. Kalendas Febr., anno VII. imperante Karolo glorioso augusto post consulatum[8] eius. Deodericus scripsi.

Lemma: CXLII. Convenientia episcoporum et abbatum de decimis *C; in marg. man. mod. add.:* Synodus provinc. Atto episcopus. Adalwinus episcopus Ratisponensis. Einricus episcopus Brixinensis. Hatto Passaviensis episcopus.

19 Ioh *C.* 22 hoc] haec *C.* Kalendas] k *C.*

1) *Salisburgensis.* 2) *Frisingensis.* 3) *Ratisbonensis.* 4) *Sabionensis.* 5) *Pataviensis.* 6) *Cf. decreta Gelasii I. papae c. 27 (Jaffé-K. n. 636); v. supra p. 209 l. 12 sqq.* 7) *Cf. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I (Berolini 1895), p. 215 sq.* 8) *Cf. quae affert Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' ed. 2. III, 242 ann. 1. V. etiam H. Bresslau, 'Handbuch der Urkundenlehre' I, 828 sqq.*

33. CONCILIUM AQUISGRANENSE — COLLOQUIUM ROMANUM.

809. mense Novembri — **810.** ineunte.

Mense Novembrio, *ut referunt annales q. d. Einhardi ad annum 809. (ed. Kurze p. 129)*, concilium habuit *(scil. Karolus imperator)* de processione Spiritus sancti, quam questionem Iohannes quidam monachus Hierosolimis primo commovit; cuius definiendae causa Bernharius episcopus Wormacensis et Adalhardus abbas monasterii Corbeiae Romam ad Leonem papam missi sunt. Agitatum est etiam in eodem concilio de statu ecclesiarum et conversatione eorum, qui in eis Deo servire dicuntur, nec aliquid tamen definitum est propter rerum, ut videbatur, magnitudinem; *cf. Mühlbacher*[2] *n. 441c; Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' II, 403 sqq.*

Acta ipsius concilii non exstant; sed cur habitum sit, et verba annalium supra laudata et epistola congregationis montis Oliveti Hierosolymitani ad Leonem III. papam directa, quam ille Karolo imperatori transmisit (MG. Epp. V, 64. 66; Jaffé-E. n. 2520), optime pandunt. Iohannes enim monachus monasterii sancti Sabae congregationem illam haereticam dixerat, propterea quod ea in symbolo fidei dicere solebat Spiritum sanctum procedere ex patre filioque, congregatio autem per epistolam suam ad Leonem missam iudicium papae expetiverat, qua praeterea ut Karolus imperator adiretur rogabat. Leo deinde congregationi symbolum fidei transmisit (cf. MG. Epp. V, 67 ann. 1) et, nova legatione Thomae patriarchae Hierosolymitani commotus, Karolum de litteris Hierosolymitanis certiorem fecit. Tum demum Karolus ad litem solvendam accessit, praesertim cum iam longo tempore illud additamentum, quo Spiritum sanctum etiam ex filio (filioque) *procedere dicebatur, in textu Latino symboli receptum esset, eiusque mandatis oboedientes tres viri, Theodulfus Aurelianensis, anonymus quidam*[1]*, Smaragdus abbas monasterii sancti Michaelis ad Mosam siti, libellos de processione Spiritus sancti composuerunt. Ex quorum numero unum librum a Smaragdo editum hic repetere libet, quippe cum concilio Aquisgranensi peracto Romam missus videatur esse, ut Leo comprobaret decretum synodale, quo sine dubio formula symboli in capella imperatoria usitata de novo confirmatum erat. Habemus praeterea notitiam de colloquio, quod missi imperatoris initio anni 810. cum Leone papa in basilica beati Petri inierunt, qui, quamquam ipsi doctrinae*

1) *Legitur opusculum Theodulfi inter eius Opera ed. Sirmond (Parisiis 1646), p. 61 (prooemium metricum etiam MG. Poetae latini I, 527), opusculum anonymi inter Opera Alcuini ed. Frobenius I (Ratisbonae 1777), p. 744 (prooemium etiam MG. Epp. IV, 490). Utrumque receptum est a Migne, Patrol. lat. CV, 239. CI, 64. — In memoriam revocandum est iam anno 796. vel 797. in concilio Foroiuliensi Paulinum patriarcham Aquileiensem de processione Spiritus sancti* ex patre filioque *verba fecisse, supra p. 187 l. 20. V. etiam p. 163 l. 25 sq. 29 sq. G. Dubois, De conciliis et theologicis disputationibus apud Francos Carolo Magno regnante habitis (Alenconii 1902), p. 122 sqq.*

minime adversabatur, tamen symbolum nullo modo mutari voluit, immo, ut legitur in libro pontificali, pro amore et cautela ortodoxe fidei fecit *(in basilica s. Petri)* . . . scutos ex argento II, scriptos utrosque simbolum, unum quidem litteris Grecis et alium Latinis, sedentes dextra levaque super ingressu corporis . . ., fecit et *(in basilica s. Pauli)* super ingressu corporis scutum ex argento purissimo, in quo ortodoxe fidei symbulum scribi praecepit *(Vita Leonis III. ed. Duchesne II, 26; cf. ibid. 46 ann. 110). Obtineri enim voluit formam symboli q. d. Constantinopolitani, quod syllabis illis* filioque *carebat; cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 333 sqq.*

His praemissis iam ad nostra transeamus proferamusque primum libellum Smaragdi, deinde notitiam colloquii illius Romani; illum autem lingua Germanica 'Gutachten', hanc fortasse 'Protokoll' nominare possumus.

A. *LIBELLUS SMARAGDI ABBATIS S. MICHAELIS AD MOSAM DE PROCESSIONE SANCTI SPIRITUS.*

Cum codex Romanus bibliothecae Vaticanae inter libros reginae Christinae 190 saec. XI. hodie nec Romae nec Parisiis inveniri potuerit (cf. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXVII, 570 sq.), repetimus editionem principem ex hoc codice a L. Holstenio (= H) anno 1662. confectam.

Edd.: Holsten, Coll. Romana II, 194. Delalande, Suppl. 100. Labbe-Cossart VII, 1191; ed. Coleti IX, 283. Harduin IV, 973. Hartzheim I, 391. Mansi XIV, 23. Migne, Patrol. lat. XCVIII, 923; v. Brequigny, 'Table chronologique' 809.

Quaestio, quae de Spiritus sancti processione est nuper exorta, iam dudum est diligentissime a sanctis patribus ventilata. Sed quia iam diu a quaerentibus neglecta iacebat, non quievit quasi antiquitus ventilata, sed quasi quaedam his temporibus nobis subito emersit occulta; quod divinitus spiratum fideliter credens non dubito. Crebris etenim quaestionum ictibus praesens ecclesia tunditur, ut doctrinis catholicis erudita sanaeque fidei confessionibus elimata, in aeternum quandoque, haereditate filiorum percepta, vivere cum Domino valeat feliciter regnatura. Sed quia, ut praefatus sum, haec quaestio diu a quaerentibus indiscussa iacebat, voluit omnipotens Deus in eandem suscitare corda pastorum, ut, negligentiae tempore sublato, exercitationis sanctae brachio caelestem valeant perfodere thesaurum. Sermonis etenim dominici sarculo saepius divinarum scripturarum pastores debent proscindere campum, ne zizania satoris iniqui
cf. Matth. 13, 24 sq. semenque malignum formosi tritici valeat opprimere fructum, aut volans passim volucris haeretica semen catholicum a cordibus rapiat parvulorum, horridaque spinarum emersio Domini nitidam possit suffocare segetem. Lectionis etenim sacrae cognitio imbecillis baculum, nervosis arma ministrat, hostium subdolas fortiter premit insidias et victoribus aeternas promittit feliciter coronas. Ergo procul a pastoribus negligentiae torpor abscedat; procul a mentis acumine inertia damnosa recedat mollisque lascivia corporis membra relinquat et altus sopor mollisque somnus in rigidas lucrosasque lectionis emergat excubias, ut ecclesiae ager opimus doctorumque semine satus valeat
cf. ib. 13, 8. centenos omnipotenti reddere fructus.

Iam nunc adgrediar de Spiritus sancti processione. Quod Spiritus patris sit in filio idemque Spiritus et patris sit et filii, Esaias testatur, ubi vox patris ait ad filium:

Lemma: Epistola Caroli imperatoris ad Leonem III. papam urbis Romae directa, a Zmaragdo edita *H.*

Spiritus meus, qui est in te, et verba mea, quae posui in ore tuo, non recedant de ore tuo et de ore seminis tui amodo et usque in sempiternum. Item in Esaia scriptum est: *Ibi*[1] *obviaverunt sibi cervi et viderunt facies suas mutuo. Transierunt; unus ex eis non periit, et spiritus eius congregavit eos.* Cervos hic apostolos prisci patres intellexerunt, quos spiritus Christi in Hierusalem congregavit, ubi se obviantes mutuo salutaverunt. Igitur quod patris sit Spiritus, ipse Dominus apostolis ait: *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.* Et quod idem Spiritus filii sit, Paulus testatur dicens: *Si quis autem Spiritum Christi non habeat, hic non est eius,* itemque in epistola ad Galatas ait: *Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus Spiritum filii sui in corda nostra, clamantem: Abba pater.* Beatus quoque Petrus in epistola sua ait: *Reportantes finem fidei vestrae, salutem animarum. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetae, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt, scrutantes, in quod vel quale tempus significaret qui in eis erat Spiritus Christi, praenuntians eas, quae in Christo sunt, passiones et posteriores glorias.* Et Dominus in evangelio ait: *Cum venerit paraclitus Spiritus veritatis, qui a patre procedit.* Ubi suum esse Spiritum docuit, quia ipse est veritas, et patris, a quo eum dixit procedere. Quod Spiritum sanctum dedit pater apostolis, in epistola ad Corinthios secunda scriptum est; ait enim inter caetera: *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo et qui unxit nos Deus et qui signavit nos et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris;* item in epistola ad Thessalonicenses prima: *Non enim vocavit,* ait, *nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem; itaque qui haec spernit non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.* Et quod eundem Spiritum sanctum dedit et filius, in epistola Iohannis scriptum est: *In hoc intelligimus, quoniam in eo manebimus et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis.* Quod Spiritum sanctum effudit pater in discipulos, in epistola ad Titum scriptum est: *Cum autem benignitas et humanitas apparuit salvatoris nostri, non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum salvatorem nostrum.* Quod et eundem Spiritum sanctum effudit filius, in actibus scribitur apostolorum. Aiunt enim apostoli inter caetera: *Hunc Iesum resuscitavit Deus, cuius nos omnes testes sumus. Dextera igitur Dei exaltatus et promissione Spiritus accepta a patre effudit hunc, quem vos videtis et auditis.* Item, quod una sit a patre et filio Spiritus sancti effusio, Ioele testante didicimus; ait enim vox patris simul et filii: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae. Senes vestri somnia somniabunt, et iuvenes vestri visiones videbunt; sed et super servos meos et super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo et dabo prodigia in caelo et in terra.* Quod Spiritus sanctus oris sit patris, in psalmo trigesimo secundo legitur: *Verbo Domini caeli firmati sunt et Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et quod os sit filii, in Esaia scriptum est; ait enim idem propheta de filio: *Percutiet terram virga oris sui et Spiritu labiorum suorum*

Is. 59, 21. Matth. 10, 20. Rom. 8, 9. Gal. 4, 6. 1. Petr. 1, 9—11. Ioh. 15, 26. 2. Cor. 1, 21, 22. 1. Thess. 4, 7. 8. 1. Ioh. 4, 13. Tit. 3, 4—6. Act. 2, 32. 33. Ioel 2, 28-30. Ps. 32, 6. Is. 11, 4.

1) *Verba* Ibi obviaverunt — congregavit eos *fluxerunt ex versione Latina illius versionis, quae Septuaginta vocatur, et spectant ad Isaiam c. XXXIV v. 15 sq. Smaragdus ea allegata invenit ab Hieronymo (Comment. in Isaiam l. X c. 34; Opp. IV, 445), qui illa allegorice ita interpretatus est, ut cervos apostolos et sanctos quosque doctores esse doceret. Similia leguntur apud Theodoretum Cyrensem (In canticum canticorum l. II v. 9, In psalm. XXIX v. 9; Migne, Patrol. graeca LXXXI, 97. LXXX, 1068) et apud Gregorium Magnum (Super cantica canticorum c. 2 § 19; Opp. III, 422).*

interficiet impium; cui sententiae concordans Paulus in epistola ad Thessalonicenses
2. Thess. 2, 8. ait: *Et tunc revelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet Spiritu oris sui et destruet illustratione adventus sui.* Quod Spiritus a patre procedat, ipse Dominus
Iob. 15, 26. 16, 14. testatur dicens: *Spiritus, qui a patre procedit, ille me clarificabit;* et caetera talia plura in evangeliis inveniuntur testimonia. Et quod idem Spiritus procedat a filio, liber
Iob 37, 2. Iob ore dominico sacratus testis est, ubi haec inter caetera ait: *Et audite auditionem in terrore vocis eius et sonum de ore illius procedentem.* Hoc in loco os patris filius est intelligendus, sonus vero de ore illius procedens Spiritus sanctus, qui a filio procedens cum sonitu super apostolos in igne descendens apparuit, sicut apostolorum
Act. 2, 1—4. testantur actus, ubi scribitur: *Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco; et factus est repente de caelo sonus tanquam advenientis spiritus validissimi et replevit totam domum, ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitae linguae tanquam ignis seditque supra singulos eorum et repleti sunt omnes Spiritu sancto.*

Beatus autem Gregorius hunc supradictum libri Iob versiculum exponens inter caetera sic ait: Potest[1] autem per os Dei unigenitus filius designari; per sonum vero oris potest eiusdem Spiritus sanctus designari. Sonus igitur de ore Domini procedit, cum consubstantialis eius Spiritus ad nos per filium veniens surditatem nostrae insensibilitatis sumpsit.

De hac igitur ipsa processione, qua Spiritus sanctus a filio procedit, sicut procedit a patre, beatus Athanasius in libro, quem scripsit contra Arrium, inter caetera sic ait: Ego[2] credo filium in patre et patrem in filio, Spiritum quoque paraclitum, qui procedit a patre, et filii esse et patris, quia et a filio procedit, sicut in evangelio scriptum est,
Ioh. 20, 22. 23. quod per insufflationem suam dederit discipulis suis Spiritum sanctum, dicens: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata remittentur eis* et caetera.

Cyrillus quoque de hac ipsa Spiritus sancti processione contra Nestorium inter caetera sic ait: Quamvis[3] enim in sua sit substantia Spiritus et eius intelligatur in persona proprietas, iuxta id, quod Spiritus est et non filius, attamen alienus non est ab illo. Nam Spiritus appellatus est veritatis et veritas Christus est. Unde et ab isto similiter sicut et a Deo patre procedit.

Ambrosius inter caetera de Spiritu sancto sic ait: Non[4] enim quasi ex loco mittitur Spiritus aut quasi ex loco procedit, quando procedit ex filio.

Hieronymus quoque de hac ipsa Spiritus sancti processione in symboli expositione inter caetera sic ait: Spiritus[5], qui a patre et filio procedit, patre filioque coaeternus et per omnia coaequalis est. Haec est sancta trinitas, id est pater et filius et Spiritus sanctus, una est deitas et potentia, una et essentia, id est pater, qui genuit, filiusque genitus et Spiritus sanctus, qui a patre filioque procedit. Haec tria unus Deus est.

Augustinus quoque in expositione fidei catholicae inter caetera sic ait: In[6] illa igitur sancta trinitate unus est pater, qui solus de se ipso essentialiter unum genuit filium, et unus filius, qui de uno patre solus est essentialiter natus, et unus Spiritus, qui solus essentialiter de patre filioque procedit.

1) *Gregorius M., Moralia XXXVII c. 17 § 34; Opp. I, 868.* 2) *Ps.-Athanasius, De Arriana et catholica professione; Opp. Athanasii ed. Bened. II, 555 (apud Theodulfum, De Spiritu sancto, Migne CV, 242).* 3) *Cyrillus, Epistola ad Nestorium; Opp. ed. Aubert V, 2, 74 (apud Theodulfum, l. l. col. 247).* 4) *Ambrosius, De spiritu sancto I c. 15 § 119; Opp. II, 625 (apud Theodulfum, l. l. col. 250).* 5) *Non inveni.* 6) *Re vera leguntur haec verba apud Fulgentium Ruspensem, De fide c. 1; Opp. ed. Mangeant 503 (Migne LXV, 675; apud Theodulfum, l. l. col. 257).*

Item ipse adversus Maximinum haereticum: Quaeris[1] a me: Si de substantia patris est filius, de substantia patris est etiam Spiritus sanctus, cur unus filius et alius non sit filius? Ecce respondeo, sive capias sive non capias: de patre est filius, de patre et Spiritus sanctus, sed ille genitus est, iste procedens. Ideo ille filius est patris, de quo est genitus, iste autem Spiritus utriusque, quoniam de utroque procedit.

Et post paululum ipse: Amborum[2] est ergo Spiritus procedendo de ambobus.

Item ipse in libro de trinitate inter caetera ait: Cum[3] per scripturarum sanctarum testimonia docuissem de utroque procedere Spiritum sanctum, si ergo, inquam, et de patre et de filio procedit Spiritus sanctus, cur filius dixit: *De patre procedit?* Cur putas, nisi quem- Ioh. 15, 26.
admodum solet ad eum referre et quod ipsius est, de quo ipse est? Unde illud est, quod ait: *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Si igitur hic intelligitur eius doctrina, quam ib. 7, 16.
tamen dixit non esse suam, sed patris, quanto magis illic intelligendus est et de ipso procedere Spiritus sanctus, ubi sic ait: *De patre procedit,* ut non diceret: De me non procedit. A ib. 15, 26.
quo autem habet filius, ut sit Deus? Si enim de Deo Deus, ab illo habet utique, ut etiam de illo procedat Spiritus sanctus; ac per hoc Spiritus sanctus, ut etiam de filio procedat, sicut procedit de patre, ab ipso habet patre.

Item ipse: Spiritus[4] vero sanctus non, dum de patre procedit in filium, et de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit, quamvis hoc filio pater dederit, ut quemadmodum de se ita quoque de illo procedat.

Haec a nobis summo opitulante opifice de Spiritus sancti processione multiplicia sanctarum scripturarum adgregata sunt testimonia, ut divinorum librorum sententiis victus multorumque orthodoxorum nube testium pressus veritati non valeat resistere inimicus, sed potius, sententiis catholicis veridicisque suasus testimoniis, revertatur ad tutissimum ecclesiae sinum, ut pariter catholico educatus in gremio quandoque aeternum cum filiis mereatur accipere regnum.

2 est filius] et filius *H.* 15 filio] illo *H.* 17 ipse] Spiritus sanctus *add. H, quae verba e nota marginali fluxisse crediderim.* dum *deest Aug.* 25 regnum] Explicit epistola *add. H.*

1) *Augustinus, Contra Maximinum II c. 14 § 1; Opp. VIII, 703 (apud Theodulfum, l. l. col. 256).* 2) *Ibidem (apud Theodulfum, l. l. col. 256).* 3) *Augustinus, De trinitate XV c. 27 § 48; Opp. VIII, 1000 (apud Theodulfum, l. l. col. 262).* 4) *Ibidem; Opp. VIII, 1001 (apud Theodulfum, l. l. col. 263).*

B. NOTITIA DE COLLOQUIO ROMANO.

Subiungimus Smaragdi libello statim notitiam ab eodem fortasse scriptam (cf. Simson, l. l. II, 409 ann. 3) de colloquio, quod initio anni 810. in secretario beati Petri *habitum est inter Leonem III. papam et Karoli missos, quorum tres nominat inscriptio, Bernarium scilicet episcopum Wormatiensem (793—825), Iesse episcopum Ambianensem (799—836), denique Adalardum abbatem monasterii Corbeiae (c. 780—826). Cuius inscriptionis fidem in dubium vocavit Simson (l. l. II, 408 ann. 3), praesertim cum annales q. d. Einhardi supra p. 235 l. 7 laudati et Leo papa in epistola ad Riculfum archiepiscopum Moguntinensem directa (MG. Epp. V, 67; Jaffé-E. n. 2522) Bernharii et Adalhardi, non autem Iesse mentionem faciant. Invenit autem L. Traube ('Textgeschichte der Regula S. Benedicti' p. 118) in codice Augiensi CCIII saec. X. conscripto notam correctoris cuiusdam his verbis conceptam:* Iste autem est Adalardus

abbas, cuius mentio fit in canonibus; quem cum quodam episcopo nomine Iesse rex Karolus Romam misit ad Leonem papam de inquisitione symboli. *Inscriptio ergo iam saec. X. extitisse, immo genuina videtur, quamquam rectius praeberet indictionem tertiam loco secundae, cum post concilium Aquisgranense mense Novembri anno 809. habito papam ante initium anni 810. cum missis Karoli iniisse disputationem vix verisimile sit; cf. Simson, l. l. II, 409 ann. 2.*

Praesto erant ad editionem parandam haec subsidia: 1) Baronii annales ecclesiastici (= B) ad annum 809. n. 53—61, quorum auctor dicit se textum accepisse a Ducaeo Frontone S. J. eumque etiam habere ex scripto codice Antonii Augustini; 2) codex Parisiensis latinus 3160 A (antea J. A. Thuani, tum Colbertinus et regius) saec. XVII. (= P) fol. 2—6; 3) codex Romanus bibliothecae Vallicellanae C. 27 saec. XVI. (= V 1) fol. 171—172'; 4) codex Romanus bibliothecae Vaticanae 3790 scriptus anno 1550. (= V 2) fol. 1—5'; 5) codex Escurialensis, San Lorenzo c. II. 21 saec. XVII. (= E) fol. 400—403, quem contulit v. d. B. Violet. Latet hodie codex bibliothecae universitatis Taurinensis incognitae aetatis (= T), ex quo pauca adnotavit in editione sua Mansi, Coll. conc. XIV, 18.

Edd.: Baronius, l. l. Binius III, 1, 449. Sirmond II, 256. Coll. reg. conc. XX, 319. Vorburg, Hist. X, 336. Labbe-Cossart VII, 1194; ed. Coleti IX, 278. Harduin IV, 969. Hartzheim I, 394. Mansi XIV, 18. Migne, Patrol. lat. CII, 971. — Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. I, 313. 'Neues Archiv' XXIV, 478.

Ratio, quae habita est de symbolo fidei in secretario beati Petri apostoli inter domnum Leonem sanctissimum et coangelicum papam urbis Romae et Bernarium atque Iesse episcopos seu Adalardum abbatem, missos domni Caroli imperatoris, per indictionem secundam.

Lectis a praedictis missis per ordinem testimoniis[1] atque a domno apostolico diligentissime auditis ait: 'Ita sentio, ita teneo, ita cum his auctoribus et sacrae scripturae auctoritatibus. Si quis aliter de hac re sentire vel docere voluerit, defendo et, nisi conversus fuerit et secundum hunc sensum tenere voluerit, contraria sentientem funditus abicio'. His dictis novi, quod nonnulla colloquendo potius quam disputando praecesserunt, quorum series sensuum seu verborum, nisi tantum quod inde fuit, non satis memoriae occurrit. Cumque eadem collatio ad hoc usque procederet, ut iam magis certa disputatio quam ut supra collocutio habenda esset — etsi non eadem fuit proprietas sermonum, in quantum recordari valeo —, iste tamen fuit cursus sensuum et summa conclusio novissimarum definitionum.

Missi: 'Quia vero, ut dicitis, ita certissimum credendum est, credendo inmutabiliter tenendum, tenendo vero, sicubi necesse fuerit, constantissime defendendum est, numquid non id nescientes docendum, scientibus autem, ut id attentius teneamus,

21 Ratio] Incipit ratio *V 1. 2. E.* symbolo] simbol — *plerumque V 1. E.* 22 coevangelicum *B. V 1.* papam] III. *ex* nonum *corr. add. P.* 23 Adelhardum *B.* 24 secundam] II. *V 1. 2.* 25 per ordinem *desunt E.* 26 ita cum] cum *V 2.* his] is *E.* 27 difendo *T.* 29 His dictis] Hic dictum *T.* nonnulla] nulla *V 1. 2. E.* disputando] multa *add. P.* 30 praecesserunt] decesserunt *B*, precessere *E.* sensuum] sinsuum *E.* inde] si quidquid illud *T.* 32 certa] certior *T.* 35 Missi — Papa] *ita semper B*, M — P *rell.* ita] ut dicitis ita *add. T.* certissime *V 2. E. T.* 36 defendendum] defendum *E.* est *deest P.* 37 id *deest P.* teneamus] teneant *T.*

1) *Alludi videtur ad Smaragdi librum (v. supra p. 236 sqq.), qui huius quoque notitiae auctor fortasse fuit; cf. Simson, l. l. II, 409 ann. 3.*

confirmandum est?' Papa: 'Ita est'. Missi: 'Si ita est, si quis hoc nescierit vel ita non crediderit, num salvus esse potuerit?' Papa: 'Quisquis ad hoc sensu subtiliore pertingere potest et id scire, audita sciens, credere noluerit, salvus esse non poterit. Sunt enim multa, e quibus istud unum est, sacrae fidei altiora mysteria subtilioraque sacramenta, ad quorum indagationem pertingere multi valent, multi vero aut aetatis quantitate aut intelligentiae qualitate praepediti non valent. Et ideo, ut praediximus, qui potuerit et noluerit, salvus esse non poterit'. Missi: 'Si ergo ita est, immo quia ita est, quod non credere non licet et non tacendo docere licet, cur non licet cantare vel cantando docere?' Papa: 'Licet, inquam, licet docendo cantare et cantando docere. Sed illicite in prohibitis nec scribendo nec cantando licet inserere'. Missi: 'Quia ergo utrisque notum est, quod ideo a vobis, ut id symbolum cantando vel scribendo inseratur, illicitum ducatur vel dicatur, quia illi, qui idem symbolum condiderunt, non indiderunt ut cetera, et sequentes principales synodi, Chalcedonensis scilicet quarta, Constantinopolitana quoque quinta et sexta [1], et novum ultra symbolum a quoquam qualibet necessitate seu salvandi homines devotione condere et in veteribus tollendo, addendo mutandove quicquam inserere prohibuerunt [2], non est ibi diutius immorandum. Sed hoc quaero, hoc ut dicatur rogo: quia id credere bonum est, bonum hodie sicut ad credendum ita ad cantandum esset, si tunc ab eis insertum fuisset?'. Papa: 'Bonum certe et valde bonum, utpote tam fidei sacramentum magnum, quod non licet non credere, quisquis ad hoc valet pertingere'. Missi: 'Numquid non bene idem tunc auctores fecissent, si quattuor tantum addendo syllabas tam pernecessarium fidei sacramentum cunctis deinceps saeculis perspicuum redderetur?' Papa: 'Sicut non audeo dicere non bene fecisse, si fecissent, quia procul dubio sicut cetera, quae vel miserunt, scientes utique et non tam humana quam divina illuminati sapientia, fecerunt, ita quoque non audeo dicere istud eos nobis minus intellexisse perpendisse, cur dimiserunt vel cur dimissum, ne ultra mitteretur, sicut et cetera prohibuere. Tu et tui videte, quid sentiatis de vobis. Nam ut ego me illis non dico praeferam, sed etiam illud absit mihi, ut coaequare praesumam'. Missi: 'Absit etiam, pater, Deo nostro protegente illud a nobis, ut nos quicquam horum cogitemus vel dicamus vel superbia inflati vel in divinis rebus humanae laudis cupidine provocati, acsi nosmet illis non tantum praeferre, verum etiam coaequare praesumamus; sed tantum secundum huius temporis qualitatem, imbecillitatem fratrum nostrorum caritate compatientes, illud quaerimus, in eo laboramus, ut, quia finis mundi appropinquat, in quo, sicut prae-

1 confirmandum] ita *add. T.* Ita] Si ita *E. T.* Missi: Si ita est *desunt T.* si quis] quisquis *T.* 2 num] non *V 1. E. T.* subtiliori *P. V 1. 2.* 3 pertangere *hic et infra E.* 5 aetatis quantitate] aetate *P.* 8 quod credere *E.* tacendo] docendo *T.* 9 licet et docendo *T.* 12 inseratur] inferatur *V 2. E.* illicitum *deest E.* qui idem] quidem *V 1. E.* condidere *E.* 13 indiderc *E.* ut cetera] et c(a)etera *P. V 1. 2. E,* ut ceterae *B. T.* principalis *V 2.* Calcedonensis *P. E,* Calcedonen *V 1.* scilicet] silicet *E.* 14 quarta] et *add. P.* et novum] *ita B. P (e corr.). E.* ut novum *V 1.* et non *V 2.* a quoquam *desunt T.* 15 qualibet] quantalibet *T.* devotio *P. V 1. 2. E.* 16 prohibuerunt] prohibeatur *T.* 17 hoc] *huc usque T; cetera bibliopaeus, at ait Mansi, adeo tenaci glutine cum succedenti folio devinxit, ut avelli nulla arte potuerit.* 18 esset] *ita V 1,* esse *B. P. V 2,* et *E.* 19 magnum *deest E.* 21 idem] = *iidem.* tunc] tum *B.* si] quando *add. P.* 22 rederentur *E.* 24 miserunt] *ita V 1. 2. E,* omiserunt *B,* inseruerunt *P.* 25 intellexisse] *fortasse* et *vel* sed *supplendum est.* 26 dimissum] demissum *E.* sicut et cetera *desunt E.* prohibuerunt *E.* 28 etiam illud] et illud *E.* Deo] Domino *V 2.* 29 horum *deest E.* dicamamus *E.* 31 praesumam *P. V 2. E.* secundum *deest E.* 33 sicut praedicta] scilicet *E.*

1) *Textus symbolorum fidei oecumenicorum leguntur apud A. Hahn, 'Bibliothek der Symbole und Glaubensregeln der alten Kirche' ed. 3. p. 160 sqq.* 2) *V. etiam supra p. 118 l. 15 sqq.*

dicta sunt tempora periculosa, etiam ideo inter cetera maxime fratribus nostris prodesse valeamus, quo ergo fideles in Domino in sacramento fidei reddere studeamus. Et idcirco, quia praefatum symbolum a quibusdam ita cantari reperimus et quod id ecclesiasticae congruere fidei, sicut sentimus, utique cognovimus atque per hoc et nunc iam plurimos doctos et sine fine usque in finem saeculi de tanto mysterio, si ita teneatur, instruendos esse cognovimus, qui nequaquam instruerentur, nisi cantaretur, melius nobis visum fuit cantando tantos instruere quam tacendo indoctos relinquere. Si enim sciret paternitas tua, quanta sunt hodie milia id scientium, quia cantatur, qui numquam scituri essent, nisi cantaretur, fortasse nobiscum teneres et id tuo etiam consensu, ut cantaretur, acquiesceres'. Papa: 'Interim assentio. Verumtamen, quaeso, responde mihi: num universa huiusmodi fidei mystica sacramenta, quae symbolo non continentur, sine quibus quisque, qui ad hoc pertingere potest, catholicus esse non potest, symbolis inserenda et propter compendium minus intelligentium, ut cuique libuerit, addenda sunt?' Missi: 'Nequaquam, quia non aeque omnia necessaria sunt'. Papa: 'Etsi non omnia, certe plurima sunt his similia; quae nisi a capientibus credantur, catholici esse non possunt'. Missi: 'Dabisne aliquid, non dico sublimius, sed saltem huic simile symbolo deesse?' Papa: 'Nempe dabo et abundanter dabo'. Missi: 'Da primo unum et, si necesse fuerit, adde alterum'. Papa: 'Quia amica agitur contentione quod agitur et pro utrarumque partium quaeritur salute quod quaeritur, — atque utinam, quotiens aliquid huiusmodi in maioribus seu in minoribus ecclesiasticis vel catholicis utilitatibus quaeritur, ita per omnia pacifice sine perversa intentione quereretur — ne quid forte de tam reverendis mysteriis temere loquamur, detur considerandi locus, et dabimus quicquid de his dederit Dominus'.

Et nocturna dilatione congrua data ait papa: 'Numquid magis salutare est credere periculosumve non credere Spiritum sanctum a filio sicut a patre procedere quam filium sapientiam Deum a sapientia Deo, veritatem Deum a veritate Deo genitum esse et tamen utrumque unam sapientiam, unam veritatem essentialiter Deum esse, cum tamen constet id a sanctis patribus eidem symbolo inditum non esse? Si ergo haec duo, sicuti sapientes decet, in tam familiari disputatione ad hoc valent, ut nobiscum sentiatis et cognoscatis, tot priores catholicos patres, qui hoc, unde agitur, vel symbolis non inseruerunt vel inserere quemadmodum cetera, ut supra dictum est, prohibuere, non praesenti ignorantia, non futura negligenti providentia praetermisisse et praetermissum, ne mitteretur, prohibuisse, a coacervandis testimoniis libentissime quiescimus. Sin vero, non solum secundum essentiam divinitatis, verum etiam secundum mysterium dominicae incarnationis tanta Deo auctore et ex eorundem patrum auctoritate damus et talia, quanta non solum sapientibus satisfacere, sed etiam stultos valent opprimere'. Missi: 'Non, inquam, necesse est in eo laborare, an nesciamus quod scimus, quia, quicquid exinde ceteri sciunt, nos Deo auctore scimus aut scire possumus, si non scimus'. Papa: 'Hoc est', inquit, 'quod miramur, qui sine profectuoso labore

1 etiam] erunt *V 2, deest E.* 3 Et *deest E.* 4 congrue *E.* utique] *ita B. P in textu,* utrique *in marg. P,* uterque *V 1,* utrique *rell.* hoc — iam] hoc iam nunc *P.* 5 et] etiam *P.* de *deest E.* 6 instruendo *E.* qui — cantaretur *desunt E.* 9 tuo etiam] etiam tuo *P.* 10 quaeso *deest P.* 13 cuique] quique *V 2.* 17 abundanter] habundanter *V 1.* 18 amica agitur contentione] contentione amica agitur *P.* contentione] intentione *in textu,* contentione *in marg. B,* altercatione *E.* 20 seu minoribus *P. E.* 23 dedit *E.* 24 dilatione congrua] congrua dilatione *V 1. 2. E.* 25 sicuti *V 1. 2.* 26 sapientiam] a sapientia *V 1. E.* Deum] Dominum *V 2.* veritatem — Deo *desunt E.* Deum] Dominum *V 2.* 28 constat *V 1. 2,* cunstet *E.* 29 decet *deest E.* tam] tanta *E.* 31 prohibuerunt *V 2.* 33 mitteretur] mittentur *E.* 34 quiescimus] quescimus *E.* Sin] *ita P. V 1. 2,* Si *E,* Sciendum *B.* 35 mysterium] ministerium *E.* 37 an] ac *V 2,* hac *E.* 39 miramus *E.*

potestis quiescere, laboratis, ne quiescatis'. Missi: 'Non ideo laboramus, ne quiescamus, sed ne propter inertiam pii laboris praemium amittamus, et salva diligentiore inquisitione declinataque pertinaci contentione adhuc maius aestimamus lucrum, quod per hoc in corde credentium acquiritur, quam detrimentum in eo fieri illorum, qui addiderunt, acsi per contumaciam contemptores paternarum constitutionum existerent. Aliud est enim per arrogantiam transiliendo bona contemnere, aliud bona per benivolentiam meliora efficere'. Papa: 'Istud quoque, etsi in quibusdam, ut agatur, bonum est, non tamen ideo ubique agendum est. Qua de re multa id ita esse probantia addi poterant testimonia, sed res per se admodum patet, quanto melius sit, ut quisque quodlibet bonum ita, ut est utile, reddere studeat aut, si forte id ipsum bonum melius efficere nititur, hoc primo caveat, hoc magnopere perpendat, ne et se ultra quam debuit temerarium praesumendo et illud, quod per se salubre erat, reddat noxium corrumpendo, nisi quis forte asserere velit de praesenti, unde agitur, vel similibus capitulis, quae sine periculo suo loco docere licet et discere, ut ordo docendi licitus dimittatur et ibi deseratur, ubi numquam deinceps docens aut discens innocens, sed semper sane in transgressionis crimine merito culpabilis uterque iudicetur. Quod te fortasse, si non dedigneris audire, non inmerito tangit, qui hic, quod hactenus in ecclesia Dei et sibi quisque sapiens scire et sine cogitatione delicti insipienter potuit docere, iam deinceps non dico stultus discere, sed nec ipse sapiens sine praevaricatione possit cantare, cantandove ut vultis quemquam docere et, dum multis alio quam debetis tramite prodesse eligitis, nullum in hac dumtaxat parte dimittitis, cui, si vos secutus fuerit, non noceatis. Nam de eo, quod supra docuistis, non aeque iudicandus vel habendus sit ille, qui tale aliquid devote fructum quaerendo ageret, illo, qui hoc contumaci iussione praesumeret. Haec defensio vel, si dici liceat, tergiversatio non huc respicit, non istud intendit, quia non idem patres discernendo vel decreverunt nec sanxerunt, ut ipsum benivolus praesumeret, non malivolus, sed tantummodo nullus'. Missi: 'Numquid non a te id ipsum symbolum est data in ecclesia cantandi licentia? Numquid a nobis huc usus ille cantandi processit? Hinc etenim illuc mos idem cantandi, non a nobis huc advenit, et quomodo illum usque hodie cantamus.' Papa: 'Ego licentiam dedi cantandi, non autem cantando quippiam addendi, minuendi seu mutandi, et, ut expressius aliquid, quia vos cogitis, loquar, quamdiu vobis in hoc satis fuit, quomodo in huiusmodi cantando vel celebrando sacrosanctis mysteriis sancta Romana tenet ecclesia, nequaquam aut nobis in talibus laborare aut aliis laborandi occasionem necesse fuit ingerere. Quod vero asseritis ideo vos ita cantare, quoniam alios in istis partibus vobis priores audistis cantasse, quid ad nos? Nos enim id ipsum non cantamus, sed legimus et legendo docere nec tamen legendo aut docendo addere quippiam eidem symbolo inserendo praesumimus. Quae vero praedictis symbolis fidei tantum non congruentia deesse cognoscimus, non, ut saepe dictum est, inserere praesumimus, sed locis temporibusve oportunis, quibus competit, ministrare curamus'.

3 maius *bis script. E.* aestimamus] extimamus *V 2. E.* 4 credentium] quaerentium *B.* addidere *P. E.* 6 aliud per benivolentiam *E.* 13 quis forte] forte quis *V 1. 2. E.* presente *V 1. 2. E.* 14 loco *deest P. V 2. E.* 15 deseratur] *ita corr.*, deserantur *B. P. V 1. 2. E.* 16 sane] hanc *V 2. E.* transgressionis] retransgressionis *V 1. 2*, retrangressionis *E.* 17 qui] *an* quia *legendum est?* 18 insipientem *V 2. E.* 20 quemquam] quequam *E.* 21 dimittis *P. V 1. 2. E.* vos] te *V 1. 2. E.* sequutus *B. P. V 1. 2.* 23 illo] = *quam ille, a verbo* aeque *pendens.* contumaciam *P. V 2.* cuntumacia *E.* 24 huc] *ita B. P (e corr.)*, hunc *V 1. 2. E.* 25 vel] id *V 1. 2. E.* 27 Numquid] Non quid *E.* 29 illum] ita *add. V 1. E.* 30 quippiam] quempiam *V 1. 2. E.* addendo *V 1. E.* minuandi *E.* 31 quia] qu(a)e *V 1. 2. E.* 32 huiusmodi] hmodi *E.* 33 nobis] vobis *V 2.* laborandi] ad laborandum *P e corr.* 34 ideo *deest E.* quoniam] quia *P. E.* 38 tantum] tamen *P. V 2. E.* 39 copetit *E.*

Missi: 'Ergo, ut video, illud a vestra paternitate decernitur, ut primo illud, de quo quaestio agitur, de saepefato symbolo tollatur et tunc demum a quolibet licite ac libere, sive cantando sive tradendo, discatur et doceatur'. Papa: 'Ita procul dubio a nostra parte decernitur; ita quoque, ut a vestra assentiatur, a nobis omnimodis suadetur'. Missi: 'Quamquam ergo, ut supra ipse dixisti, pro ambarum partium quaeritur salute quod quaeritur, sublatis his, quae vultis, bonum est ut idem symbolum cantetur?' Papa: 'Bonum sane. Quod tamen non imperando, sed ut prius permittendo dicimus, quia illud sicuti tunc ita et nunc, si sincere agatur, utile indigentibus esse posse non ignoramus'. Missi: 'Quia vero, ut dicitis — et verum dicitis — bonum est cantare id ipsum symbolum, numquid non, si sermo plenus recta fide e medio tollatur, idem sermo ab omnibus, acsi contra fidem sit, condemnabitur? Quale ergo dabis consilium, ne id ipsum ad aliquod transeat exitium?' Papa: 'Si, priusquam ita cantaretur, interrogatus essem, ne insereretur utique respondissem. At nunc, quod tamen non affirmando, sed vobiscum pariter tractando dico, quantum menti occurrit, ita mihi videtur posse utrumque fieri, ut paulatim in palatio, quia in nostra sancta ecclesia non cantatur, cantandi consuetudo eiusdem symboli intermittatur, sicque fiat, ut quod id ipsum, ut cantaretur, non quaelibet imperantis auctoritas, sed potius audiendi id fecerat novitas. Si dimittatur a vobis, dimittetur ab omnibus; et ita fortasse, quantum esse potest, non incongrue utrumque fieri possit, ut, quod iam nunc a quibusque prius nescientibus recte creditur, credatur et tamen illicita cantandi consuetudo sine cuiusquam fidei laesione tollatur'.

1 Ergo] Ego *E.* primum *E.* 2 saepefacto *V 1. 2. E.* 3 tradendo] tacendo *E.* 4 nostra] vestra *V 2.* omnimode *P.* 5 Quamquam ergo] Quia igitur *V 1. 2. E.* 8 sicut *E.* 10 non] *ita V 2. E,* enim *rell.* tollitur *P (e corr.). V 1. 2. E.* 11 condemnabitur *V 2.* 13 insereretur] misereretur *E.* 14 quantum] nunc *add. E.* 16 ut quod] = *praesertim cum.* id *deest E.* 18 dimittitur *P. V 1. 2. E.* dimittatur *P. V 1. 2. E.* 20 illicita] indicta *E.* cuiusquam] cuiusque *B. P,* cuiuscumque *coni. Simson, l. l. II, 410 ann. 3.* 21 tollatur] Hactenus habent acta *add. B.*

34—38. CONCILIA ARELATENSE, REMENSE, MOGUNTINENSE, CABILLONENSE, TURONENSE.

813. mensibus Maio et Iunio.

Mense ut videtur Martio anni 813. Karolus imperator in Aquisgranensi palatio consilium magnum cum Francis (episcopis et abbatibus ac sacerdotibus *var. lect.*)[1] *habuit, quo non solum quaestio de Hludowico successore tractata est*[2]*, sed etiam decretum est de quinque conciliis provincialibus habendis. Referunt enim annales regni Francorum ad annum 813. (ed. Kurze p. 138) haec:* Concilia quoque iussu eius *(scil. Karoli imperatoris)* super statu ecclesiarum corrigendo per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt, quorum unum Mogontiaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabillione, quintum Arelati congregatum est; et constitutionum, quae in singulis factae sunt, collatio coram imperatore in illo conventu *(scil. in Aquisgranensi palatio mense Septembri eiusdem anni celebrato; cf. Mühlbacher*[2] *n. 479a—481)* habita. Quas qui nosse voluerit in supradictis quinque civitatibus invenire poterit, quamquam et in archivo palatii exemplaria illarum habeantur[3]. *Transierunt haec verba in Reginonis chronicon ad annum 813. (ed. Kurze p. 72), minus recte autem chronicon Moissiacense ad annum 813. (MG. SS. II, 259) verba facit de quattuor synodis, si haec prodit:* Decrevit *(scil. Karolus imperator)* quatuor synodos fieri, id est ad Mogoncia civitate unum, alterum in Remis, tercium Turonis, quartum Arelato civitate, mandavitque, ut quidquid in unumquemque synodum definissent, ad placitum constituti imperatori renunciassent: quod ita factum est. Et in ipso anno mense Septembri iam dictus Karolus fecit conventum magnum populi apud Aquis palatium de omni regno vel imperio suo. Et convenerunt episcopi, abbates, comites et senatus Francorum ad imperatorem in Aquis et ibidem constituit capitula numero XLVI de causis, quae erant necessariae ecclesiae Dei et Christiano populo. *Iuvat denique afferre illa, quae leguntur in fragmento altero vitae s. Barnardi archiepiscopi Viennensis (circa 808/10—842) apud Mabillon, Acta SS. ordinis s. Benedicti IV, 2 (Venetiis 1738), p. 574 (= Bouquet, 'Recueil' V, 481):* Per idem vero tempus Carolus augustus praefatis sacerdotibus *(scil. Barnardo Viennensi et Agobardo Lugdunensi coadiutori inde ab anno circiter 808., archi-*

1) *Chronicon Moissiacense ad annum 813., MG. SS. II, 259.* 2) *Cf. Mühlbacher*[2] *n. 476b. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Ludwig dem Frommen' I, 3.* 3) *Cf. annales Einsidlenses ad a. 813. (MG. SS. III, 145):* Karolus magnus imperator multis accclesiasticis institutionibus per diversa concilia eodem anno confirmatis obiit. *V. praeterea Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' II, 500 sqq.*

episcopo inde ab anno 814.) et ceteris Galliarum praesulibus direxit capitula admonens, ut ea, quae sparsim erant in diversis conciliis a sanctis patribus edita de fidei unitate ac statu ecclesiae et de administratione rei publicae, excarptim colligere studerent, inspiratione, ut credimus, quadam divina tactus, scribendo archiepiscopis Galliarum praecipiens, ut per quinque loca cum coepiscopis utriusque partis (?) sibi convenientibus concilium uno eodemque die tenerent et de praelibatis capitulis omnes devote tractarent et quidquid aut illorum peritia vel Spiritu sancto revelante aucta maturiusque inventa fuissent, fideli cura examinata offerre studerent. Gratias autem Deo reddiderunt omnes, quod tam sapientem tamque prudentem ecclesiae suae Christus fecerit regem, qui non solum pacem cunctis mortalibus exoptatam sua industria tribueret, verum etiam animarum curam non parum penderet et omnes salvandos Christo gubernante sua adhortatione vellet. Denique synodalem institutionem secundum regis edictum custodiunt, illustrante illos superna clementia quae iusserat adimplentes ac per quinque loca concilia celebrantes, sicut iam dictum est, Mogontiaco videlicet, Remis Turonis, Cabilone, Arelate; quid statutum fuerit cum summo studio augusto dirigunt. Quae ille omni cum gaudio suscipiens acitis notariis in tria volumina digerere praecepit sicque legenda ecclesiis tradidit.

Quae annales tradunt per ipsa gesta synodalia supplentur aut etiam corriguntur. Atque primum quidem apparet concilium Arelatense habitum esse diebus decimo et undecimo mensis Maii (v. praefationem concilii), Remense mediante mense Maio *(v. praef. concilii Remensis), Moguntinense* factum, *id est finitum die nono mensis Iunii (v. finem actorum)*[1]*; de reliquis conciliis, Cabillonensi et Turonensi, nihil de mense aut die in actis legitur, sed ea eidem tempori atque illa tria adscribenda videntur, etsi quae exhibet vita Barnardi de* uno eodemque die *minus accurate dicta sunt. Concordant deinde gesta synodalia cum rerum gestarum scriptoribus in eo, quod concilia iubente imperatore congregata esse dicunt, idemque efficitur inde, quod nomina servantur missorum imperatoris, qui tribus conciliis praesidebant (v. praefationes conciliorum Arelatensis, Remensis, Moguntinensis; de missis tacent concilia Cabillonense et Turonense). Accedit magna in decretis similitudo, quae minime excludit, ut ita dicam, propria vel patriae synodorum adaptata*[2]*: hanc miram non esse invenies, si cum Hefele*[3] *('Conciliengeschichte' ed. 2. III, 764) statueris Karolum imperatorem omnibus illis synodis eandem admonitionem*[4] *quandam direxisse, qua quae potissimum deliberatione digna videbantur episcopis indicari voluit. Ad hanc autem admonitionem alludunt canones Moguntinenses 4 et 6, Turonensis 51 (cf. praeterea canon 3 concilii Cabillonensis), qui praeterea comprobant Karolum id in congregandis conciliis egisse, ut eorum decreta fundamentum fierent novarum ordinationum,*

1) *Cf. annales Laurissenses minores (cod. Fuld.) ad annum 813. (MG. SS. I, 122), ubi agitur de coronatione Hludowici* post sinodum in Maio mense habitum apud Mogontiam, in quo praesiderunt Riulfus archiepiscopus *(Moguntinensis)* et Hiltibaldus archiepiscopus Coloniensis *(= Annales Hildesheimenses ed. Waitz p. 15). — Alluditur ad concilium Moguntinense in diplomate quodam spurio et medio saeculo XII. confecto, quod Karolus Augiensi monasterio concessisse dicitur* anno dominicę incarnationis DCCCXIII., anno regni piissimi Karoli imperatoris XLVI., imperii vero XIII., actum Mogontię in concilio magno coram multis principibus tam spiritalibus quam saecularibus *('Wirtemberg. Urkundenbuch' I, 76; Mühlbacher² n. 478).* 2) *Cf. Jacobs, 'Das Jahr 813. Programm des Friedrich-Wilhelms-Gymnasiums zu Cottbus' 1862/63, p. 10 sqq.* 3) *Cuius opinionem secuti sunt Jacobs, l. l. p. 12 ann. 6. Simson, l. l. II, 501 sq.* 4) *Hanc similem fuisse crediderim capitulis illis Karoli Magni tractandis cum comitibus, episcopis abbatibusque et de causis cum episcopis et abbatibus tractandis, anno 811. conscriptis, MG. Capit. I, 161. 162 (Mühlbacher² n. 462. 463); cf. Hauck, l. l. II, 212 sq.*

quarum ipse esset auctor. Quod episcopos fugere non potuit. Nam cum in omnibus conciliis verba fiant de adiutorio imperiali exspectando, de emendandis ab imperatore constitutionibus (cf. Arelatensis can. 26, Remenses cc. 41—44, Moguntinensis praefatio et cc. 7 et 20, Cabillonensis praefatio et cc. 34. 35. 50. 66. 67, Turonenses cc. 21. 41. 44. 46), persuasum nobis est concilia convocata esse potius ad deliberandum de statu ecclesiastico quam ad ipsas normas ex auctoritate sola ecclesiastica constituendas. Ab imperatoris iudicio omnia pendebant.

Id etiam ex eo sequitur, quod superest Karoli capitulare (infra inter appendices sub littera A edendum), quod inprimis nititur in decretis Moguntinensibus et Arelatensibus. Hoc autem emissum esse ante concordiam illam episcoporum (infra inter appendices sub littera B edendam) putaverim ideo, quod haec ad illud capitulare respicit et alia nova Karoli imperatoris iudicio reservat, ita ut eam cum petitione plura postulanti conferre liceat (cf. Mühlbacher² n. 481). Quae concordia prodiisse videtur ex collatione illa, cuius mentionem faciunt annales regni Francorum. Utut est, utrum brevis illa adnotatio (infra inter appendices sub littera C edenda) fundamentum fuerit concordiae an compilatio ab homine quodam privato conflata, pro certo non iam statui potest. Quae de tribus voluminibus narrat vita Barnardi fabulosa videntur, quae chronicon Moissiacense de XLVI capitulis, respiciunt ad viginti capitula capitularis Aquisgranensis (MG. Capit. I, 170; Mühlbacher² n. 480) et ad viginti sex capitula iam laudati capitularis ex ipsis canonibus excerpta.

Restant pauca de libris scriptis. Omnia concilia tradunt praeter codicem Coloniensem iam deperditum, cuius ultimus Hartzheim (Concilia Germaniae I, 413) mentionem fecit, codices tres, Monacensis scilicet latinus 27246 saec. X., Novariensis LXXI saec. X., Vindobonensis 751 saec. X. lacunosus. Quorum quisque quo ordine concilia praebeat, ex tabula hic addita patebit.

	Monacensis	*Novariensis*	*Vindobonensis*
Adnotatio capitulorum	*fol. 17'—22.*	*fol. 168'—172'.*	*fol. 173'—176.*
Conc. Moguntinense	*fol. 22—35.*	*fol. 172'—183.*	*fol. 176'—180' (mutilum).*
Concordia episcoporum	*fol. 35—38.*	*fol. 183—185.*	*deest.*
Conc. Remense	*fol. 38—42.*	*fol. 186—189.*	*deest.*
Conc. Cabillonense	*fol. 42—54'.*	*fol. 189—199'.*	*fol. 181—186' (mutilum in principio).*
Conc. Turonense	*fol. 54'—63.*	*fol. 199'—207.*	*fol. 186'—187' (mutilum).*
Conc. Arelatense	*fol. 63—69.*	*fol. 207—211'.*	*deest.*

Hanc similitudinem codicum si respexeris, eos ex uno eodemque fonte hausisse statues. Sed cum codex Monacensis praestantior sit aliis duobus, hic ex ipso illo fonte hausit, Novariensis et Vindobonensis ex copia quadam non iam exstante, ita ut stemma librorum hoc sit:



Nos autem quod ordinem in codicibus observatum deserimus vituperari non oportet. Nam, quoad fieri potuit, restituimus ordinem chronologicum et in appendicibus eum, qui naturae documentorum aptus videtur esse, cum magis fortasse probandus sit illo in editionibus praeviis constituto, iuxta quem Arelatense concilium excipiunt Moguntinense, Remense, Turonense, Cabillonense, capitulari Karoli Magni adsperso, omissis prorsus adnotatione capitulorum et concordia episcoporum.

34. CONCILIUM ARELATENSE[1].

813. mensis Maii die 10. et 11.

Exstant acta, codice Coloniensi deperdito et Vindobonensi lacunis deformato, in his codicibus: 1) Monacensi latino 27246 (antea s. Mariae et s. Corbiniani Frisingensium) saec. X. (= M) fol. 63—69; 2) Novariensi LXXI (134; Mazzatinti n. 18) saec. X. (= N) fol. 207—211'. Canon 18 receptus est in codice Monacensi latino 6245 (antea Frisingensi) saec. X. fol. 2' et canon 22 in codice Monacensi latino 3853 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. fol. 157'.

Edd.: Crabbe II (1551), p. 616. Sagittarius 365. Joverius II, fol. 93'. Surius III, 270. Bollanus—Nicolini III, 679. Binius III, 1, 451. Sirmond II, 266. Bail II, 295 (canones). Coll. reg. conc. XX, 328. Labbe-Cossart VII, 1231; ed. Coleti IX, 319. Harduin IV, 1001. Mansi XIV, 55. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 479.

Dum[2] anno XL° sexto incliti et orthodoxi domni et principis nostri Karoli imperatoris, sub die sexto Idus Maias[3], era DCCCLI.[4], unanimitatis nostrae conventus in Arelatensium urbe in basilica sancti Stephani martyris primi adgregatus consisteret, atque unusquisque nostrorum ex more secundum ordinationis suae tempus in locis debitis resideret, rerum prius omnium Domino devotissima gratiarum iura persolvimus pro eo, quod nos et alternae visionis contuitu solari permisit et alternae pacis osculo confovendos statuit, diffusis cordibus simulque et vocibus precum murmura effundentes, ut, sicut nos alternorum osculorum impensione laetificos efficit, ita serenissimum ac religiosissimum praedictum domnum nostrum Karolum imperatorem, cuius iussu fraternitatis nostrae coetus est adunatus, fidei suae conservatione stabiliat, praerogatione iusticiae muniat, pacem ei locupletem reddat, impensione misericordiae fulciat, virium fortitudine roboret, commissa sibi regni gubernacula discreto moderamine tenere concedat, ut commissos sibi populos benigne regat, aeque disponat et iure pietatis modificet. His devotione promptissima actis caepit unionis nostrae numerositas de rebus spiritalibus mutua collatione inter se ora diffundere atque eventum rei expectatione mansue-

Lemma: Arelatensis *M.*

13 XL° sexto] *ita M. N. rectius erat:* XLV. 14 era *deest N.* DCCCLII. *M.* unamitatis *N.* 15 Aleratensium *N.* in *deest M.* 18 contuitu] intuitu *N.* 21 iusu *M.* 22 conservatione] conversatione *M.* praerogatione] perrogatione *N.* 23 ei *deest M.* impensionem misđa *N.* virium] vissium *N.* 24 commissa] cummissa *N.* 25 aeque] atque *N.* 26 promtissima *N.*

1) *Haec synodus in libris editis* Concilium Arelatense VI. *insignitur.* 2) *Cf. Hefele, l. l. III, 756 sqq.* 3) *Die 10. mensis Maii.* 4) *Verba* era DCCCLI *in hanc synodum sine dubio progressu temporis intrusa esse dicit Pagi (ad annum 813. n. 14), cum in synodis in Francia per haec tempora habitis haec temporis nota numquam usurpata fuerit. De aeris Hispanicis inde ab anno 38. ante Christum natum numeratis cf. Kubitscheck, 'Realencyclopädie der classischen Altertumswissenschaft' edd. Pauly et Wissowa I, 611 sqq.*

tissima praestolari. Igitur cum haec attentius agerentur, sic in eisdem venerabiles missi gloriosissimi ac piissimi domni nostri, Iohannes Arelatensis[1] aecclesiae archiepiscopus necnon et Nibridius Narbonensis[2] saedis archiepiscopus, surgentes steterunt in medio concilii et dixerunt: 'Sanctissimi et venerantissimi sacerdotes, gloriosissimus etenim ac serenissimus domnus noster, ferventissimi amoris Christi igne succensus et sanctae actionis ope perfunctus utpote verus Christi discipulus et imitator, eclesiae Dei statum vigili instantia roborare disponit, sanctis Dei basilicis sese mirificum exhibet, maligna contra se observatione agentibus animi libertate gratissima ac pie miserationis instantia ignoscere consuevit, ut qui in diversis sanctae vitae studiis sese exercendo praepollet atque omnibus Dei sacerdotibus obsecrans et obtestans, ut ecclesias, quas regendas susceperunt, pia praedicatione instruant, moribus sanctis exornent ac beatae vitae exemplis aedificent. Quocirca quoniam pro tot tantisque beneficiis, quae multimoda devotione ecclesiae Dei vel gentibus praerogare studet, quid illi unanimitas nostra condigne respondeat, invenire non praevalet, id salutari providentia, quae semper est utilis — immo semper est utile quod veram pertinet ad salutem —, decernit atque instituit, ut tam per omnes civitates vel loca, in quibus sedes episcoporum esse noscuntur, quam etiam per eorundem episcoporum dioceses cunctis diebus, quibus isdem domnus noster in hac vita superstes exstiterit, pro eo vel pro cunctis eius filiis vel filiabus sacrificiorum Deo libamina dedicentur, pia orationum vota solvantur ac cum gratiarum actione superno numini commendentur, ut desideria in eis bona cotidie multiplicentur, adversantium conamina virtutis divinae dextera confringantur, indulgentia et gratia eis a sua misericordia conferatur, ut suae potentiae defensione protecti antiqui hostis decipulam evadant et caritatis munere ac vitae longevitate pollentes adire mereantur post transitum sidereas mansiones'.

Qui cum sequenti die[3] in eadem eclesia sancti ac beatissimi Stephani martyris debitis in sedibus locaremur, inter caetera, quae subterius discreto capitulorum ordine sunt digesta, non aliunde primum coepimus habere sermonem quam de nostrae fidei puritate. Et quia initiandis ab beatam vitam hominibus haec prima semper est via salutis, praevia quoque nostris et institutis pariter et praeceptis, quae per veram credulitatem in omni terrarum orbe diffusa expanditur, nostrae collationis eloquiis praedicetur, praedicta veraciter teneatur, retenta in penetralibus nostri pectoris inlibata servetur.

De evidenti catholicae fidei veritate. Cap. I. Secundum divinas enim scripturas et doctrinam, quam a sanctis patribus accepimus, patrem et filium et Spiritum sanctum unius deitatis atque substantiae confitemur. In personarum diversitate trinitatem credentes, in divinitate unitatem praedicantes nec personas confundimus nec substantiam separamus. Patrem a nullo factum vel genitum dicimus; filium a patre non factum, sed genitum asserimus; Spiritum vero sanctum nec creatum nec genitum, sed procedentem ex patre et filio profitemur. Ipsum autem dominum Iesum Christum,

1 praestolare *M*, prestolari *N*. 3 Nidibrius *N*. 7 exibet *N*. 9 qui] que *N*. 12 quoniam] quo *N*. 13 vel gentibus] degentibus *M*. praerogare] prorogare *N*. 17 esse — episcoporum *desunt N*. 18 isdem] hisdem *N*. extiterit *N* 19 Dei *N*. 20 numini] nomini *N*. cotidie] quot die *N*. 23 decipula *N*. 25 eclesia] ecclesiae *N*. 26 locaremus *N*. ordinem *N*. 29 instituta *N*. 31 praedicta] *ita M. N*, praedicata *edd.* retenta] retempta *N*.

33 De — veritate *desunt N*. cattholicae *M*. divinas enim] enim divinas *N*. 35 atque] usque *N*. diversitatem *N*. 36 personam *M*.

1) *811—819.* 2) *799 — post 822.* 3) *Die 11. mensis Maii.*

Dei filium et creatorem omnium, ex substantia patris ante saecula genitum, descendisse ultimo tempore pro redemptione mundi a patre, qui numquam desiit esse cum patre. Incarnatus est enim ex Spiritu sancto et sancta gloriosa Dei genitrice virgine Maria et natus ex ipsa solus idem dominus Iesus Christus, unus de sancta trinitate, animam et carnem, perfectum sine peccato suscipiens hominem, manens quod erat, assumens quod non erat, aequalis patri secundum divinitatem, minor patre secundum humanitatem, habens in una persona duarum naturarum proprietatem, — naturae enim in illo duae, Deus et homo; non enim duo filii et dii duo, sed idem una persona in utraque natura — perferens passionem et mortem pro nostra salute, non in virtute divinitatis, sed in infirmitate humanitatis. Descendit ad inferos, ut sanctos, qui ibidem tenebantur, erueret, devictoque mortis imperio resurrexit; assumptus deinde in caelos venturus est in finem ad iudicium vivorum et mortuorum. Cuius morte et sanguine mundati remissionem peccatorum consecuti sumus, resuscitandi ab eo in die novissima in ea, qua nunc vivimus, carne et in ea, qua resurrexit idem Dominus, forma, percepturi ab ipso alii pro iusticiae meritis vitam aeternam, alii pro peccato supplicii aeterni sententiam. Haec est catholicae eclesiae fides, hanc confessionem servamus atque tenemus. Quam quisquis firmissime custodierit perpetuam salutem habebit. Sanctae etenim fidei mysterium oris nostri confessione pandentes, ad capitula, quae ob disciplinam ecclesiasticam moresque male errantium componendos necessaria sunt, unanimitatis nostrae articulum flectere et, quae oportuna sunt, discretis capitulis definire (oportet).

II. cap. Ut pro excellentissimo atque gloriosissimo domno nostro Karolo rege seu liberis eius omnes episcopi, presbyteri seu abbates et monachi in unum collecti, in quantum extremitas nostra praevalet, psalmodia, missarum sollemnia atque lactaniarum officia omnipotenti Deo devotissime exsolverent, decrevimus.

III. De baptismo et mysterio sanctae fidei: ut unusquisque archiepiscopus suos suffraganeos diligenter studioseque admonere curet, quatenus, per studium sacrae lectionis imbuti, et de mysterio sanctae fidei et de sacramento baptismatis unusquisque illorum in propria parroechia perfecte studioseque presbyteros et universum populum docere et instruere non neglegat, quia ignorantia[1] mater cunctorum est errorum et maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim
1. Tim. 4, 13. legere sanctas scripturas admonet Paulus apostolus dicens ad Timotheum: *Intende lectioni, exhortationi, doctrinae.* Sciant igitur sacerdotes scripturas sacras et canones, ut omne opus eorum in praedicatione et doctrina consistat, atque aedificent cunctos tam fidei scientia quam operum disciplina.

Cap. IIII. Ut laici presbyteros absque iudicio proprii episcopi non eiciant de ecclesiis nec alios mittere praesumant, quia, quando[2] presbyteri ab episcopis in parroechiis ordinantur, necesse est, ut ab ipsis episcopis diligenter instructi eclesias sibi deputatas acci-

I. 3 gloriosissima *N.* genetrice *N.* 5 animum *N.* 6 divinitate *N.* 10 in *deest N.* Descendis *N.* 11 tenebatur *N.* 12 iudiciorum *N.* 14 quae resurrexit *N.* idem *deest M.* formam *M.* percepturi] praecepturi *N.* 16 servamus] conservamus *N.* 17 quisquis] quisque *M. N.* 18 fide *N.* confessionis *N.* 19 ob] ad *N.* 20 articulum *deest N.* et] ut *N.* capituli *N.* 21 oportet] *ita edd., deest M. N.*

II. 22 cap. *deest N.* 23 seu *deest M.* 25 officia] offitio *N.* exsolvere *M. N.*

III. 28 imbuti de *M.* de sacramento] ad sacramenta *M.* 29 parrochia *N.* 32 exhortatione *M,* et hortatione *N.* 33 Scient *M.* scripturas sacras] sacras scripturas *N.*

IIII. 36 Cap. *deest N.* eicient *M.* 37 parrochiis *N.*

1) *Concilium Toletanum IV. (a. 633.) c. 25. Mansi X, 626.* 2) *Ibid. c. 26, l. l. X, 627.*

piant, ne per ignorantiam, quod absit, etiam in ipsis divinis sacramentis offendant, quia a sanctis patribus institutum est, ut, quando ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium vel baptismum celebrent.

V. Ut laici omnino a praesbiteris non audeant munera exigere propter commendationem eclesiae, quia propter cupiditatem plerumque a laicis talibus presbyteris eclesiae dantur, qui ad peragendum sacerdotale officium indigni sunt.

VI. Providendum necesse est unicuique episcopo, qualiter canonici vivere debeant necnon et monachi, ut secundum ordinem canonicum vel regularem vivere studeant, ut ait apostolus: *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* 1. Cor. 7, 20.

VII. Ut in[1] monasteria puellarum nonnisi probate vitae et aetatis provectae viri ad quascumque earum necessitates vel ministrationes permittantur intrare; ad faciendas vero missas qui ingressi fuerint statim exacto ministerio regredi festinabunt. Alias autem nec clericus nec monachus iuvenis ad puellarum congregationem habebit accessum, nisi aut paterna aut germana necessitudo probetur admittere.

VIII. Ut non amplius suscipiantur in monasterio canonicorum atque monachorum seu etiam puellarum, nisi quantum ratio permittit et in eodem monasterio absque necessariarum rerum penuria degere possunt.

VIIII. De decimis. Ut unusquisque de propriis laboribus decimas et primitias Deo offerat, sicut scriptum est: *Decimas et primitias tuas non tardabis offerre domino Deo tuo.* Exod. 22, 29.

X. De praedicatione[2]. Providimus enim pro aedificatione omnium ecclesiarum et pro utilitate totius populi, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parroechiis presbyteri ad populum verbum faciant, ut et bene vivere studeant et populo sibi commisso praedicare non neglegant.

XI. De[3] incestis coniunctionibus, sicut a sanctis patribus institutum est, nihil prorsus veniae reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero nullo coniugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est, hos enim esse censemus: si quis relictam fratris, quae pene prius soror extiterat, carnali coniunctione violaverit; si quis fratris germanam uxorem acceperit; si quis novercam duxerit; si quis consobrinae suae se societ; si quis relictae vel filiae avunculi misceatur aut patris filiae vel privignae suae concubitu polluatur vel si quid est huiusmodi, quod et hic annotare longum est et in incesti baratrum neglegentem quemlibet inmergit.

XII. De pacis bono atque concordia, ut ab omnibus omnino indisrupta teneatur, inter episcopos et comites, inter clericos et monachos et omnem populum Christianum, ut beatus apostolus Paulus docuit dicens: *Sectamini caritatem et sanctimoniam, sine* Hebr. 12, 14.

IIII. 1 quia a] quae *M*, quia *N*. 2 instituta sunt *M*.
V. 5 quia propter] quapropter *N*.
VI. 8 ut] et *M*.
VII. 11 ad] ut *N*. 12 ministerio] misterio *N*.
VIII. 17 necessariarum] necesarium *M*.
X. 21 praecatione *N*. aedifficatione *M*. 23 parrochiis ut *N*.
XI. 27 deputando quod *N*. 29 violaverit] volaverit *N*. 30 sociat *N*. avunculi] abunculi *N*. aut] ut *N*. 31 quid est] quis est *M*, quidem *N*. 32 in *deest M*. *N*.
XII. 34 comites] commites *hic et infra N*.

1) *Concilium Epaonense 517 c. 38, MG. Conc. I, 28.* 2) *Cf. E. Jacobs, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' III, 379.* 3) *Cf. quae infra ad concilium Moguntinense c. 53 annotabimus.*

qua nemo videbit Deum. Idcirco quicquid illud est, quod nos ad verae pacis studium et caritatis perfectionem provocat, totis viribus nostris sectandum est; quicquid nos ab illa disiungit ut venenum mortiferum a nobis cavendum est.

XIII. Ut comites, iudices seu reliquus populus oboedientes sint episcopo et invicem consentiant ad iusticias faciendas et munera pro iudicio non accipiant nec falsos testes, ne per hoc pervertant iudicia iustorum, quia scriptum est: *Iusticia elevat gentem, iniusticia vero miseros facit populos,* et psalmista: *Beati, qui custodiunt iudicium et faciunt iusticiam in omni tempore.*

Prov. 14, 34. Ps. 105, 3.

XIIII. Ut unusquisque tempore famis aut quarumlibet necessitatum ad se pertinentes pro viribus suis gubernare studeat, quia scriptum est: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur,* et iterum: *Date et dabitur vobis, dimittite et dimittetur vobis.*

Matth. 5, 7. Luc. 6, 37. 38.

XV. Ut pondera vel mensurae ubique aequalia sint et iusta, sicut scriptum est: *Aequus modius et aequus sextarius,* et iterum: *Pondus et pondus, mensura et mensura: utrumque abhominabile est apud Deum.*

Lev. 19, 36. Prov. 20, 10.

XVI. Ne in dominicis diebus publica mercata neque causationes disceptationesque exerceantur et penitus a rurali et servili opere cessetur, his solummodo peractis, quae ad Dei cultum et servitium pertinere noscuntur.

XVII. Ut unusquisque episcopus semel in anno circumeat parroechiam suam. Noverint sibi curam populorum et pauperum in protegendis ac defendendis impositam ideoque, dum conspiciunt iudices ac potentes pauperum obpressores existere, prius eos sacerdotali ammonitione redarguant et, si contempserint emendari, eorum insolentia regis auribus intimetur, ut quos sacerdotalis ammonitio non flectit ad iusticiam regalis potestas ab inprobitate coerceat.

XVIII. Ut presbyteri sub sigillo custodiant chrisma et nulli sub praetextu medicinae vel cuiuslibet rei donare praesumant. Genus enim sacramenti est et non ab aliis nisi a sacerdotibus contingi debet. Quod si fecerint, honore priventur.

XVIIII. Ut parentes filios suos et patrini eos, quos de fonte lavacri suscipiunt, erudire summopere studeant, illi, quia eos genuerunt et eis a Domino dati sunt, isti, quia pro eis fideiussores existunt.

XX. Ut[1] eclesiae antiquitus constitutae nec decimis nec alia ulla possessione priventur[2].

XXI. Ut de sepeliendis in basilicis mortuis illa constitutio servetur, quae ab antiquis patribus constituta est[3].

XII. 1 Idcirco] Et idcirco *N.*
XIII. 5 iusticias faciendas] faciendas iustitias *N.*
XIIII. 9 quarumlibet necessitatum] cuiuslibet necessitatis *N.* 10 studeant *N.*
XV. 15 abominabile *N.*
XVI. 18 et] ad *N.*
XVII. 19 circueat *M.* parrochiam *N.* 22 insolentiam *N.* 24 inprovitate *N.*
XVIII. 25 XVIII.] *legitur etiam in codice Monacensi latino 6245 (antea Frisingensi) saec. X. fol. 2' praemisso lemmate:* De concilio Arelatensi.
XXI. 33 sepelliendis *N.*

1) *Cf. c. 43 C. 16 qu. 1.* 2) *Cf. Karoli M. capitula ad Salz data 803 c. 3 (MG. Capit. I, 119; Mühlbacher[2] n. 402). Imbart de la Tour, De ecclesiis rusticanis aetate Carolingica (Burdegalae 1890), p. 55 sqq.* 3) *Cf. quae annotat Krause (MG. Capit. II, 222 sq.) ad concilii Triburiensis anni 895. canonem 17.*

XXII. Ut placita publica et secularia neque in atriis basilicarum neque in ipsis basilicis fiant, dicente Domino: *Domus mea domus orationis vocabitur.* Matth. 21, 13.

XXIII. Ne comites vel vicarii seu iudices vel centenarii sub mala occasione vel ingenio res pauperum emant nec per vim tollant aut quolibet argumento subripiant; sed si cui aliquid possessionum emendum aut vendendum est, id in publico coram comite et iudicibus et nobilibus civitatis facere debebit.

XXIIII. Ut unusquisque episcopus in sua parroechia presbyteros vel diacones diligenter inquirat et fugitivos omnes clericos ad loca sua redire iubeat et propriis episcopis aut rectoribus querentibus reddat.

XXV. Ut quisquis beneficium de rebus eclesiae habet ad tecta eiusdem eclesiae restauranda vel ad ipsas eclesias aedificandas omnino adiuvent.

XXVI. Ut qui publico crimine convicti sunt rei publice iudicentur et publicam paenitentiam agant secundum canones.

Haec igitur sub brevitate, quae emendatione digna perspeximus, quam brevissime adnotavimus et domno imperatori praesentanda decrevimus, poscentes eius clementiam, ut, si quid hic minus est, eius prudentia suppleatur, si quid secus quam se ratio habet, eius iudicio emendetur, si quid rationabiliter taxatum est, eius adiutorio divina opitulante clementia perficiatur.

XXII. 1 XXII.] *legitur etiam in codice Monacensi latino 3853 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. (= M 1) fol. 157' praemisso lemmate*: Item in concilio Arelatense. 2 basilicis] pasilicis *M 1.*
XXIII. 3 centenariis *N.* 5 id] aut *N.*
XXIIII. 7 parrochia *N.* 8 omnes *deest M.*
XXV. 10 eiudem *M.* 11 adiuvent] *ita M. N.*
XXVI. 17 divino *M.*

---

35. CONCILIUM REMENSE[1].

813. medio mense Maio.

Vulfario presule *(Remensi 808—816)* ordinante, *ut refert Flodoardus in historia Remensis ecclesiae (l. II c. 18; MG. SS. XIII, 466),* congregatum reperitur Remis ab imperatore Karolo Magno concilium plurimorum patrum, in quo constituta XLIII leguntur capitula, in quibus de fidei ratione atque Dei ecclesiae honore rectorumque ipsius ac ministrorum dispositione regisque fidelitate atque totius regni utilitate tractatum est. *Cuius synodi acta, tradita etiam in codice Coloniensi nunc deperdito et sine dubio in Vindobonensi, antequam lacunis deformaretur, exstant hodie in duobus codicibus: 1) Monacensi latino 27246 (antea s. Mariae et s. Corbiniani Frisingensium) saec. X. (= M) fol. 38—42 et 2) Novariensi LXXI (134; Mazzatinti n. 18) saec. X. (= N) fol. 186—189.*

1) *In libris editis* Concilium Rhemense II. *insignitur.*

Edd.: Crabbe II (1538), fol. CXXIII. Crabbe II (1551), p. 638. Sagittarius 392. Joverius II, fol. 101'. Flacius Illyricus, Ecclesiastica historia cent. IX, 374. Surius III, 291. Bollanus-Nicolini III, 700. Binius III, 1, 468. Sirmond II, 287. Coll. reg. conc. XX, 361. Bail II, 309. Labbe-Cossart VII, 1253; ed. Coleti IX, 339. Harduin IV, 1017. Mansi XIV, 75. Gousset, 'Actes de la prov. écel. de Reims' I, 130. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 479.

Hic[1] est ordo capitulorum breviter adnotatus, quae anno dominicae incarnationis DCCCXIII. notata sunt in conventu metropolitanae sedis Remensis ecclesiae a domno Karolo piissimo Caesare more priscorum imperatorum congregato, ordinante Uulpharioo[2] eiusdem sanctae sedis archiepiscopo et ceteris quamplurimis patribus et fratribus in eodem conventu divina largiente clementia residentibus. Primo omnium mediante mense Maio Deo inspirante ab eisdem venerabilibus patribus statutum est secundum consuetudinem ieiunium triduanum, quatenus ipso miserante ea, quae ad laudem et gloriam sui sancti nominis et ad mercedem praefati gloriosissimi principis nostri seu correctionem totius Christiani imperii in eo consideranda vel statuenda erant, eo cooperante secundum suam magnam misericordiam et piissimam voluntatem ordinari mererentur.

Cap. I. est de fidei ratione, ut unusquisque iuxta intellectum suae capacitatis Domino largiente disceret et intellegeret atque operibus pleniter observaret.

cf. Matth. 6, 9 sqq. II. Ut orationem, quam dominus noster Iesus Christus discipulos suos orare docuit, verbis discerent et sensu bene intellegerent, quia illam ignorare nulli Christiano licet.

III. Ut quicumque ad gradus ecclesiasticos condigne ascendere voluerit, unusquisque intellegeret, qualiter secundum possibilitatem intellectus sui in eo gradu, ubi constitutus est, Deo militare et se ipsum valeret custodire.

IIII. Ut ea, quae superius scripta sunt, unusquisque secundum a Deo sibi conlatum gradum operibus perficere valeret, et praesentibus cunctis lectae sunt epistolae Pauli, qualiter subdiaconus, cuius ministerium est eundem apostolum legere, et officium sibi commissum implere certius potuisset.

V. Lectum est evangelium, ut diaconi etiam instruerentur, qualiter Christo, cuius funguntur officio, condigne valerent ministrare.

VI. Missarum ibi discussa est ratio, ut presbyteri minus antea scientes intellegerent, qualiter missarum sollemnia deinceps dignius celebrare deberent.

VII. Baptisterii et caticuminorum ventilata est ratio, ut sacerdotes plenius intellegerent, qualiter condignis ordinibus efficerent Christianum.

VIII. Lecti sunt sancti canones, ut quisque canonicus legem vitamque suam minime ignoraret, quod omnimodis non expedit, sicut in decretali legitur Innocentii[3].

6 Hic] I Hic *N.* ordo *deest M.* breviter adnotatus] brevis adnotatio *M.* 8 Carolo *N.* Uulpharioo] *ita N,* Uuifharioo *e corr. M.* 10 divino *M.* Primo] II. Primo *N.* 11 Madio *N.* 14 Christiani] christianitatis *N.* 15 magnam misericordiam] misericordiam magnam *N.*

I. 17 Cap. *deest N.*

III. 23 constitutum *N.*

V. 28 diaconum *N.* 29 officium *N.*

VI. 31 dignus *N.*

VII. 33 efficerint *N.*

VIII. 35 Innocenti *M.*

1) *Cf. Hefele, l. l. III, 758 sq.* 2) *808—816.* 3) *Immo in Coelestini decretis c. 20 (Jaffé-K. n. 371).*

VIIII. Lecta est regula sancti Benedicti, ut ad memoriam reduceret abbatibus minus scientibus, si qui forte adfuerint, qualiter et se et suos secundum eandem regulam custodire valerent atque gubernare.

X. Lectae sunt sententiae libri pastoralis beati Gregorii, ut pastores eclesiae intellegerent, quomodo ipsi vivere et qualiter sibi subiectos deberent ammonere, quoniam teste eodem beato Gregorio aliter[1] ammonendi sunt praelati atque aliter subditi.

XI. Diversorum ibi sententiae relatae sunt patrum, ut audientes in omnibus, quae supra inserta leguntur, tam praelati quam subditi, in Dei laudibus roborati de his, quae audierant, fructum boni operis contenderent reddere.

XII. Omnibus his actis ventilata est ratio paenitentiae, ut sacerdotes certius intellegerent, quomodo confessiones recipere et paenitentiam secundum canonicam institutionem paenitentibus deberent indicare.

XIII. Ventilata est ratio octo principalium vitiorum, ut unusquisque diversitatem illorum sciret et ab illis Domino auxiliante se intellegeret custodire et aliis praedicare.

XIIII. Ut[2] episcopi diligentius operam dent doctrinae lectionique divinae incumbant, id est canonicis libris et opusculis patrum, et verbum Dei omnibus praedicent.

XV. Ut episcopi sermones et omelias sanctorum patrum, prout omnes intellegere possent, secundum proprietatem linguae praedicare studeant.

XVI. Ut episcopi et presbyteri examinent, qualiter confitentibus peccata diiudicent et tempus paenitentiae constituant.

XVII. Ut episcopi et abbates ante se ioca turpia facere non permittant, sed pauperes et indigentes secum ad mensam habeant, et lectio divina ibi personet, et sumant cibum cum benedictione et laude Domini secundum apostolum: *Sive manducatis sive bibitis, omnia in laude Dei facite.* 1. Cor. 10, 31.

XVIII. Episcopi et Dei ministri non debent in commessationibus et vinolentiis nimiis incumbere, sed considerent sententiam Domini dicentis: *Attendite, ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate.* Luc. 21, 34. Moderate enim cibum et necessarium potum sumant, ut iuxta apostolum sobrii sint, parati ad servitium Domini. cf. 2. Tim. 4, 5.

XVIIII. Ut episcopi et iudices iudicia discernant, quia sunt quaedam iudicanda modo, quaedam Dei iudicio reservanda. Scriptum est enim: *Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique a Deo,* et illud memores sint: *In quo enim iudicio iudicaveritis iudicabitur de vobis.* 1. Cor. 4, 5. Matth. 7, 2.

XX. Ut presbytero de minore titulo ad maiorem non liceat transmigrare.

XXI. Ut quicumque presbyterorum per pretium gradum et eclesiam adquisierit, deponatur.

X. 4 beati *deest M.*
XI. 7 ibi] sibi *N.* 9 contenderunt *N.*
XIII. 13 ut] *ita corr.*, et *M. N.* 14 sciret] scutaretur *N.* intellegerent *M. N.*
XIIII. 15 doctrinae *deest M.* 16 cannonicis *N.*
XVI. 20 constituent *M.*
XVII. 24 laudem *N.*
XVIII. 25 in *deest M.* vinolentis nimis *M.*
XXI. 35 presbyter *N.*

1) *Gregorius M., Regula pastoralis III c. 4; Opp. II, 37.* 2) *Cf. E. Jacobs, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' III, 379.*

XXII. Ut a sacerdotibus omnis suspicio mulierum funditus eradicetur, cum quibus etiam nulla habitatio eis concedatur praeter illam, quae in Nicaena[1] synodo permittitur, id est matrem aut sororem vel eas tantum personas, a quibus omnes suspitiones effugiant.

XXIII. Ut in victu et vestimento vel conversatione abbatum, qui monachos habere cernuntur, Dei voluntas et domni imperatoris impleatur.

XXIIII. Ut praepositi et vicedomini secundum regulam vel canones constituantur.

XXV. Ut monachi et canonici pleniter consilium habeant, qualiter Deo militare animasque eorum melius valeant custodire, ne propter aliquam necessitatem occasionem quaerant vagandi, et inter ipsos propter hoc locus temptandi detur diabolo.

XXVI. Ut monachi et canonici tabernas ad edendum vel bibendum non ingrediantur, sicut in conciliis Laudocense[2] et Affricano[3] legitur esse interdictum.

XXVII. Ut in civitatibus et monasteriis non maior numerus servientium Deo mittatur, quam possibilitas eis ministrandi fuerit.

XXVIII. Ut cupiditatis et avaritiae malum nullatenus sectetur, sicut Cartaginense[4] interdicit concilium.

XXVIIII. Ut monachi ad placita saecularia nullatenus vadant.

XXX. Ut nemo sacerdotum vel monachorum negotiis inlicitis se implicet, quoniam
2. Tim. 2, 4. scriptum est: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus.*

XXXI. Ut discretio servanda sit inter paenitentes, qui publice et qui absconse paenitere debent.

XXXII. Ut turpia lucra et usuras minime exerceant, sicut ipsud habet concilium[5].

XXXIII. De monasteriis puellarum considerandum est et domni imperatoris misericordia imploranda, ut victum et necessaria a sibi praelatis consequi possint sanctaemoniales, et vita illarum et castitas secundum fragilitatis sexum diligenter provisa tueatur.

XXXIIII. Ut viduae non sint in delitiis, sed secundum apostolum sub potestate
cf. 1. Tim. 5, 3 sqq. episcopi vivant, sicuti decet.

cf. Lev. 23, 7. XXXV. Ut diebus dominicis secundum Domini praeceptum nulla opera servilia quilibet perficiat nec ad placita conveniat nec etiam donationes in publico facere praesumat neque mercata exerceat.

XXXVI. Ut quicumque per cupiditatem et malum ingenium aliorum res sibi acquisierunt et pro ipsis rebus ecclesiae res illis in precaria reddiderunt et in post-

XXII. 1 a *deest M.* 2 quae in Nicaena] quem Nicena *N.* 3 vel eas] alias *M.* omnes] sunt *M.*
XXIIII. 7 vicedomni *M.*
XXV. 11 diaboli *N.*
XXVII. 14 in *deest M.*
XXXIII. 27 illorum *M. N.*
XXXVI. 35 res *deest N.* reddiderunt] redditae sunt *M.*

1) *Concil. Nicenum c. 3; Mansi II, 679.* 2) *Conc. Laodicense c. 24; Mansi II, 579.* 3) *Conc. Africanum c. 7; l. l. III, 734.* 4) *Conc. Carthaginiense c. 5; l. l. III, 711.* 5) *Cf. ibid. cc. 5. 16; l. l. III, 711. 718. V. etiam concil. Nicenum c. 17, Laodicense c. 5. Chalcedonense c. 3; Mansi II, 682. 577. VII, 373.*

modum datoribus displicuerit, pars eclesiae quod suum est habeat, et illi quae sua sunt absque ullius contradictione recipiant. Post haec vero hi, qui hoc malum perpetrati sunt, secundum modum culpae paenitentiam agant et deinceps res aliorum cupide et procaciter recipere non praesumant nisi tantum, quod pro sola elymosina eas Deo dare voluerint, vel etiam ipsas, quas donant, in nomine suo et filiorum suorum in precariam recipere voluerint.

XXXVII. Ut si quilibet hominum res eclesiae per mendatia vel mala ingenia in precariam sibi adquirere et habere voluerit, et post factas precarias eadem mendatia ad aures eiusdem rectoris eclesiae delata fuerint, ipsa eclesia res suas, quae ei mendaciter abstractae fuerunt, pleniter absque ullius contradictione omnimodis recipiat. Ille vero, qui res suas per eadem mendatia propter cupiditatem ipsius precariae eidem eclesiae tradidit, simili modo in suam recipiat dominationem.

XXXVIII. Ut decimae pleniter dentur.

XXXVIIII. Ut nullus homo munera pro placito requirat aut accipere praesumat.

XL. Ut pro domno imperatore suaque nobilissima prole orationes et oblationes super has, quae hactenus pro ipsis Deo omnipotenti oblatae sunt, augeantur, ut eos his temporibus in praesenti saeculo cum omni felicitate custodiat et in futuro cum sanctis angelis suis pia miseratione gaudentes efficiat.

XLI. Ut domnus imperator secundum statutum bonae memoriae domni Pippini[1] misericordiam faciat, ne solidi, qui in lege habentur, per quadragenos denarios discurrant, quoniam propter eos multa periuria multaque falsa testimonia repperiuntur[2].

XLII. Ut in sua elymosina firmiter statuat, ne quislibet in suum pergentibus servitium ullatenus prohibere audeat mansionem neque aliis, quibus necessitas incumbit.

XLIII. Ut[3] eius magnificum et cuncto imperio eius suis et futuris temporibus firmetur capitulum, sive ab anno XXX., a quo adhuc testes haberi possunt, sive etiam ab illo, a quo felicissimum regnum eius sumpsit exordium, qualiter omnes lites et iurgia in sua misericordia terminum habere potuissent, quoniam pro talibus multa periuria multaeque dissensiones oriuntur in populo.

XXXVI. 4 quod] quae *M.* 5 precaria *N.*
XXXVII. 10 recipiant *N.*
XL. 17 his] longevis *N.* felicitate] felitate *N.* 18 efficiat] effiat *N.*
XLI. 20 quadragenos] quadraginta *edd.*
XLII. 24 incumbit *deest N.*
XLIII. 26 sive etiam] seu etiam *N*(?).

1) *Non iam exstat; cf. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I, 216. V. etiam Hludowici capitula legi addita c. 3 et altera capitula legi addita c. 2 (MG. Capit. I, 268. 269 cum ann. 1; Mühlbacher*[2] *n. 635. 636).* 2) *V. quae de hoc capite disseruerunt K. Th. von Inama-Sternegg, 'Deutsche Wirthschaftsgeschichte' I, 188. S. Rietschel, 'Göttinger Gelehrte Anzeigen' 1902, p. 103. B. Hilliger, 'Historische Vierteljahrschrift' 1903, p. 208 sqq.* 3) *Cf. Karoli capitulare fortasse Bononiae ('Boulogne') anno 811. emissum de iustitiis faciendis c. 1 (MG. Capit. I, 176; Mühlbacher*[2] *n. 465):* De termino causarum et litium statuimus, ut ex quo bonae memoriae domnus Pippinus rex obiit *(anno 768.)* et nos reguare coepimus causae vel lites inter partes factae atque exortae discutiantur et congruo sibi iudicio terminentur; prius vero, id est ante obitum praedicti domni Pippini regis, causae commissae vel omnino non moveantur vel salvae usque ad interrogationem nostram reserventur; *v. etiam Simson, l. l. II, 470 ann. 5, praeterea Cod. Euriciani c. 277, MG. LL. nat. Germ. I, 5 cum annotationibus.*

XLIIII. Ut[1] de falsis testibus eius simili modo piissimum firmetur capitulum, qualiter et hoc, quod ille Bononie[2] statuit, firmissimum habeatur, et adhuc quaerantur, quatenus in sua piissima misericordia, si qua necessaria sunt, augeantur, ne propter eorum falsa testimonia iniquaque periuria tot damna totque iniustitiae oriantur.

XLIIII. 2 Bononiae *N.* 4 periurgia *M.* totque] tantaeque *N.*

1) *Cf. ibid. c. 3 (l. l.):* Ut quandocumque testes ad rem quamlibet discutiendam quaerendi atque eligendi sunt, a misso nostro et comite, in cuius ministerio de rebus qualibuscumque agendum est, tales eligantur, quales optimi in ipso pago inveniri possunt. Et non liceat litigatores per praemia falsos testes adducere, sicut actenus fieri solebat. 2) *Ubi Karolus mense Octobri anni 811. versabatur; cf. Mühlbacher*[2] *n. 463 b. 464. 465. Simson, l. l. II, 469 sqq.*

---

36. CONCILIUM MOGUNTINENSE.

813. (mense Maio) — Iun. 9.

Concilii Moguntinensis[1]*, de cuius tempore iam supra p. 247 ann. 1 egimus, gesta praeter codicem Coloniensem deperditum (= C), cuius paucissimas lectiones servavit Hartzheim (Concilia Germaniae I, 413), exhibent codices hi: 1) Monacensis latinus 27246 (antea s. Mariae et s. Corbiniani Frisingensium) saec. X. (= M 1) fol. 22—35; 2) Novariensis LXXI (134; Mazzatinti n. 18) saec. X. (= N) fol. 172'—183; 3) Vindobonensis 751 (Theol. 259) saec. X. (= V 1) fol. 176'—180' usque ad medium canonem 15.; 4) Monacensis latinus 19414 (antea Tegernseensis) saec. XII. (= M 2) fol. 81—85, ubi leguntur canones 1—35; 5) Venetus S. Marci, Iur. can. 11 saec. XV. (= V 2) fol. 247—250. In codice Monacensi latino 5541 (antea Diessensi) saec. XI. (= M 3) fol. 89—90' recepti sunt cc. 27—29. 31. 33—37. 40. 41. 44; in codice Monacensi latino 3853 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. (= M 4) fol. 157 legitur c. 40, in codice denique Vindobonensi 2198 (Iur. can. 99) saec. X. (= V 3) fol. 108' invenitur c. 27.*

Edd.: Crabbe II (1538), fol. CXIII. Crabbe II (1551), p. 630. Sagittarius 383. Ioverius II, fol. 99. Flacius Illyricus, Eccl. hist. cent. IX, 363. Surius III, 285. Bollanus-Nicolini III, 693. Binius III, 1, 462. Sirmond II, 273. Coll. reg. conc. XX, 329. Bail II, 304. Labbe-Cossart VII, 1239; ed. Coleti IX, 327. Harduin IX, 1007. Lünig, 'Reichsarchiv' XV, 581. Hartzheim I, 404. Mansi XIV, 63. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 479.

1) *Cf. Möhler, 'Tübinger Theologische Quartalschrift' 1824, p. 380 sqq. Iacobs, 'Das Jahr 813', p. 13 sq. Hefele, l. l. III, 759 sqq. V. praeterea quae Krause (MG. Capit. II, 173 sqq.) et A. Hauck ('Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 624 sq.) annotaverunt ad concilium Moguntinense anni 847., cuius decreta plurima in constitutionibus anni 813. nituntur.*

In nomine patris et filii et Spiritus sancti. Gloriosissimo et christianissimo imperatori Karolo Augusto, verae religionis rectori ac defensori sanctae Dei eclesiae, una cum prole sua eiusque fidelibus vita et salus, honor et benedictio cum victoria sine fine mansura.

Almifice reverentiae vestrae patefacimus nos humillimi famuli ac missi vestri, Hildibaldus scilicet sacri palatii archiepiscopus[1], Rihholfus[2] et Arno[3] archiepiscopi seu Bernharius[4], una cum reliquis coepiscopis atque abbatibus et caetero clero, quia venimus secundum iussionem vestram in civitatem Mogontiam ibique pariter adunati primitus cum laetaniis triduanum caelebravimus ieiunium, divinam suppliciter postulantes clementiam, quatenus sancta sua gratia conventum et actionem ipsius synodi sibi acceptabilem facere dignaretur et Christiano populo proficientem ad salutem et vitam perpetuam vobisque ad aeternum honorem et gloriam. Tum vero consedentes in claustro basilicae sancti Albani martyris[5] Christi consona voce gratias egimus Deo patri omnipotenti, quia sanctae eclesiae suae tam pium ac devotum in servitio Dei concessit habere rectorem, qui, suis temporibus sacrae sapientiae fontem aperiens, oves Christi indesinenter sanctis reficit alimentis ac divinis instruit disciplinis Christianumque populum indefesso labore amplificare conatur hilariterque Christi honorat eclesias ac de fauce diri draconis multorum animas studet eripere et ad sinum sanctae matris eclesiae revocare atque ad gaudia paradisi et ad regna caelestia omnes communiter invitare, sanctaque sapientia sua devotissimo studio caeteros reges terrae transcendens. Incipientes igitur in nomine Domini communi consensu et voluntate tractare pariter de statu verae religionis ac de utilitate et profectu Christianae plebis, convenit in nobis de nostro communi collegio clericorum seu laicorum tres facere turmas, sicut et fecimus. In prima autem turma consederunt episcopi cum quibusdam notariis, legentes atque tractantes sanctum evangelium necnon epistolas et actus apostolorum, canones quoque ac diversa sanctorum patrum opuscula pastoralemque librum Gregorii cum caeteris sacris dogmatibus, diligenti studio perquirentes, quibus modis statum eclesiae Dei et Christianae plebis profectum sana doctrina et exemplis iusticiae inconvulsum largiente gratia Dei perficere et conservare potuissent. In alia vero turma sederunt abbates ac probati monachi, regulam sancti Benedicti legentes atque tractantes diligenter, qualiter monachorum vitam in meliorem statum atque augmentum cum Dei

Lemma: Praefatio (Prefatio *V2)* concilii *(deest V2)* episcoporum Mogontiae (Mogencie *V2)* habiti (habito *N, V2) M1. N. V2 et C, deest V1.*

2 Karulo *V1. 2.* rectori] auctori *N. V2.* 4 mansuros *corr. al. man.* mansura *V1.* 6 Hildebaldus *N. V1,* Hiltipaldus *V2.* archiepiscopis *M1.* Rihholfus] *ita M1,* Riculfus *N,* Ricolfus *V1,* Richolfus *V2.* archiepiscopus *V2.* seu *deest V2.* 7 Bernarius *N.* coepiscopis atque] episcopis ac *V2.* 8 Mogunciam *V2.* 9 postolantes *V1.* 10 quatenus] quo *V2.* sua gratia] *ita M1,* gratia sua *rell.* 12 ad] in *M1.* honorem et gloriam] gloriam et honorem *V2.* Tum] Cum *N.* 13 gratias] grates *V2.* 14 tam *deest V2.* Dei] suo *V2.* 16 reficit alimentis] alimentis reficit *V2.* Christianum *V2.* 17 honerat *V2.* fauce] frauce *V1.* 18 sinum] synum *N. V2.* 20 sancta *V1.* devotissimoque *V1.* 21 igitur] ergo *V2.* consensu] sensu *V2.* 22 ac de] adde *V1.* et profectu] ac et profectu *V2.* in nobis] *ita N. V1,* nos *M1,* nobis *V2.* 23 nostra *M1.* collegione *M1.* 24 quibustam *N.* 25 sanctum] secundum *V2.* necnon] et *add. V1.* 26 pasturalemque *V1.* 27 statum] statutum *V2.* 30 abbati *al. man. corr.* abbates *V1.* 31 cum Dei] Dei cum *V2.*

1) *Coloniensis (c. 791—819); Hauck, l. l. II, 211 ann. 1.* 2) *Moguntinensis († 813 Aug. 9); cf. Simson, l. l. II, 503 ann. 2.* 3) *Salisburgensis (785—821).* 4) *Wormatiensis episcopus (— c. 825).* 5) *Cf. Simson, l. l. II, 504 ann. 1.*

gratia perducere potuissent. In tertia denique turma sederunt comites et iudices, in mundanis legibus decertantes, vulgi iusticias perquirentes omniumque advenientium causas diligenter examinantes, modis quibus poterant iusticias terminantes[1].

In his itaque omnibus primo decrevimus unicuique personae vel sexui congruum honorem impendere secundum dictum beati Petri primi pastoris ecclesiae, ubi ait:
1. Petr. 2, 17—19. *Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis. Haec est enim gratia in Christo Iesu domino nostro;* hinc Paulus ad Timotheum scripsit
1. Tim. 4, 16 — 5, 2. dicens: *Attende tibi et doctrinae, insta in illis. Hoc enim faciens et te ipsum salvum facies et eos, qui te audiunt. Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, iuvenes ut fratres, anus ut matres, iuvenculas ut sorores in omni castitate.* Insuper etiam congruum nobis esse videbatur, ut sacerdotes et ecclesiae Dei iure legitimo et inconvulso
Luc. 10, 16; 9, 48. honorarentur, de quibus Dominus ait: *Qui vos audit me audit, et qui vos recipit me*
Hebr. 13, 17. *recipit; qui autem me recipit recipit eum, qui me misit,* et apostolus ad Hebreos: *Oboedite,* inquit, *praepositis vestris et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris.* Nam de reverentia ecclesiarum Dominus dicit: *Domus mea*
Is. 56, 7. *domus orationis vocabitur cunctis gentibus.* De his tamen omnibus valde indigemus vestro adiutorio atque sana doctrina, quae et nos iugiter admoneat atque clementer erudiat, quatenus ea, quae paucis subter perstrinximus capitulis, a vestra auctoritate firmentur, si tamen vestra pietas ita dignum esse iudicaverit, et quicquid in eis emendatione dignum repperitur vestra magnifica imperialis dignitas iubeat emendare, ut ita emendata nobis omnibus et cunctae Christianae plebi ac posteris nostris proficiant ad vitam et salutem et ad gloriam sempiternam, vobisque inde merces, honor et laus et benedictio ac beatitudo permaneat in omnes aeternitates saeculi, amen.

De fide catholica firmiter retinenda. Cap. I. Initium[2] enim actionis nostrae de fide esse decrevimus, quae bonorum est omnium fundamentum, et quia
Hebr. 11, 6. *sine fide,* ut dicit apostolus, *impossibile est placere Deo.* Fides tamen indiget opere,
Iac. 2, 26. quia *fides sine operibus mortua est.* Ideo beatus Gregorius: Ille[3], inquit, vere credit, qui exercet operando quod credit. Quapropter de fide vera omnes omnino Christianos alterutrum inter se iugiter ammonere et docere oportet. Maxime tamen Domini sacerdotes in eo certamine laborare decet, ut firmiter ab omnibus teneatur.

2 decertantes] et *add. N,* detractantes *V 2.* omnium *V 2.* 3 examinantes] ac *add. N.* 4 itaque *deest V 2.* sexui] sexu debitum et *V 2.* 5 primi *deest V 2.* 8 domino nostro *desunt V 2.* 9 doctrina *V 2.* et te ipsum — facies *desunt N.* 10 ne *deest V 2.* 11 ut fratres] ut et fratres *N.* 12 sacerdotes et ecclesiae] *ita M 1. N,* sacerdotes ecclesiae *V 1. 2.* iure] in re *N.* 15 subicite *M 1. N. V 1. 2.* 16 Dominus dicit] dicit Dominus *V 2.* 17 hiis *V 2.* indegemus *V 2.* 18 sana *deest V 2.* doctrine *V 2.* 19 quatinus *V 2.* subter *deest V 2.* capitulis] subter *add. V 2.* auctoritate] actoritate *V 1.* 20 emendat(e)ioni *M 1. V 1. 2.* 21 imperialis] et imperiali *N.* 22 nostris] vestris *N.* 23 honor laus *M 1.* laus — ac] laus benedictio et *V 2.* 24 amen *deest V 1.*

I. 25 De fide — I.] *ita M 1. V 2,* I. De fide — retinenda *N,* De — Cap. I. *desunt V 1. M 2.* Initium] *hoc verbo incipit M 2.* 26 decernimus *V 2.* est omnium] omnium est *M 2. V 2.* 27 opera *M 2.* 29 de *deest N.* fide vera] vera fide *V 2.* 30 iugiter *deest V 2.* Domini *deest M 2.* 31 decet] oportet *M 2.* firmiter *deest M 2.* teneantur *N.*

1) *V. quae de synodo Aquisgranensi mense Octobri anno 802. habita referuntur supra p. 230; cf. etiam illa de concilio Aquisgranensi anni 817.* 2) *Cf. concil. Mogunt. 847 c. 1; l. l. p. 176.* 3) *Gregorius M., Homil. in evangel. l. II, 26 § 9; Opp. I, 1557.*

De spe habenda in Deum. Cap. II. Spes vero in Deum firmiter a cunctis Christianis tenenda est. Unde psalmista commemorat: *Sperate in eo omnis congregatio populi* et reliqua, et iterum: *Spera in Domino et fac bonitatem,* et iterum: *Sperantes autem in Domino misericordia circumdabit,* et apostolus: *Spe enim salvi facti sumus.* Ps. 61, 9. ib. 36, 3. ib. 31, 10. Rom. 8, 24.

De caritate. III. *Caritas Deus est,* ut ait Iohannes apostolus, *qui manet in caritate in Deo manet et Deus in eo;* item Paulus apostolus: *Finis,* inquit, *praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta.* Caritatem ergo qui habet omnia bona habet. Quam ideo commemoravimus, quia volumus, ut firmiter ab omnibus aeque catholicis conservetur. Augustinus quoque in sermone de laude caritatis dicit: Si[1] ergo non vacat omnes paginas perscrutari, omnium scripturarum secreta penetrare, tene caritatem, ubi pendent omnia; ibi tenebis quod ibi didicisti. Ille itaque tenet et quod patet et quod latet in divinis sermonibus, qui caritatem tenet in moribus. 1. Ioh. 4, 16. 1. Tim. 1, 5.

De sacramentis ecclesiae. IIII. cap. Sacramenta[2] itaque baptismatis volumus, ut, sicut sancta vestra fuit ammonitio, ita concorditer atque uniformiter in singulis parrochiis secundum Romanum ordinem inter nos celebretur iugiter atque conservetur, id est scrutinium[3] ad ordinem baptismatis, sicut in decretis Leonis papae sub duobus continetur capitulis, in capitulo XI.: Haec[4] duo tempora, id est Pascha et Pentecosten, ad baptizandum a Romano pontifice legitima praefixa sunt, item in capitulo XII.: Non[5] interdicta licentia, qua in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur. Et Siricius: In[6] qualibet necessitate opus fuerit sacri unda baptismatis, omni volumus celeritate succurri.

De pace et concordia et unanimitate. V. Ut[7] pax et concordia sit atque unanimitas in populo Christiano, quia unum Deum patrem habemus in caelis et unam matrem ecclesiam, unam fidem, unum baptisma. Ideo in una pace et unanimitate concorditer vivere debemus, si ad unam et veram hereditatem regni caelestis cupimus pervenire, *quia non est dissensionis Deus, sed pacis,* ut ipse ait: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* 1. Cor. 14, 33. Matth. 5, 9.

II. 1 De spe — II.] *ita M1,* II. De spe — Deum *N,* Ca. II. *V2, desunt V1. M2.* a cunctis Christianis *desunt V2.* 2 tenenda] tenda *M2.*

III. 5 De caritate III.] *ita M1,* III. De caritate *N,* Ca. III. De ka(ritate) *V2, desunt V1. M2.* Caritas] Karit — *semper V2.* 6 praecepta *M2.* 7 et fide] non fide *V2.* 9 aeque *deest V2.* conservetur] servetur *V2.* caritatis] caritas *V1.* 10 vacat] vocat *corr.* vacat *M1,* vocat *N.* scripturarum *deest V2.* 11 didicisti] tenebis et *(deest V2)* quod non didicisti *add. M2. V2.*

IIII. 13 De sacramentis — cap.] *ita M1,* De sac(ramentis) ecclesie. ca. IIII. *V2,* IIII. De sacramentis ecclesiae *N, desunt V1. M2,* De sacramento ecclesiae *C.* baptismatis] et *add. M2.* 16 conservetur] servetur *V2.* 17 capitolis *M2.* capitulis in *desunt V2.* 18 praefixa sunt] sunt pr(a)efixa *V1. 2.* item in *desunt V2.* 19 qua] quia *V2.* tribuenda *M1. V1. 2. M2.* pereclitantibus *N.* 20 Syricius *V2,* Syritius *M2.* opus fuerit] fuerit opus *N. V1.* celeritate] caelebritate *M2.* 21 sucurri *N.*

V. 22 De pace — V.] *ita M1,* V. De pace — unanimitate *N,* Ca. VI. *V2, desunt V1. M2.* Ut] Et *V2.* 24 matrem] patrem *V1.* 26 quoniam] ipsi *add. V2.*

1) *Augustinus, Sermo 350 de caritate § 2; Opp. V, 1349.* 2) *Cf. concil. Mogunt. 847 c. 3; l. l. p. 176.* 3) *Cf. Hefele, l. l. III, 760 ann. 2. F. Wiegand, 'Erzbischof Odilbert über die Taufe (Studien zur Geschichte der Theologie und der Kirche, herausgeg. von Bonwetsch und Seeberg' IV, 1. 1899), p. 38 sqq.* 4) *Leonis decreta c. 11 (Jaffé-K. n. 414).* 5) *Ibid. c. 12 (l. l.).* 6) *Siricii decreta c. 2 (Jaffé-K. n. 255).* 7) *Cf. concil. Mogunt. 847 c. 4; l. l. p. 177.*

De orfanis et exheredatis subveniendis. VI. Propter istius itaque pacis concordiam conservandam placuit nobis de orphanis et pauperibus, qui debite vel indebite dicuntur amisisse hereditatem paterni vel materni iuris ad se legibus pertinentem, si alicubi inventi fuerint quos patres vel matres propter traditiones illorum exheredes fecerunt, aliorum scilicet suasionibus aut peticionibus vel aliquo ingenio, omnino volumus atque decrevimus emendari, quantum ad nos vel ad nostram pertinet potestatem iuxta voluntatem Dei et vestram sanctam ammonitionem et considerationem. Quod si forte extra officium nostrum alicubi inventum fuerit, ammonere vestram clementiam audeamus, ut emendetur.

Ut res pauperum vel minus potentum mala occasione non emantur. Capitulo VII. Propter[1] provisiones pauperum, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis, ut nec episcopi nec abbates nec comites nec vicarii nec iudices nullusque omnino sub mala occasione vel malo ingenio res pauperum vel minus potentum nec emere nec vi tollere audeat. Sed quisquis ex eis aliquid comparare voluerit in publico placito coram idoneis testibus et cum ratione hoc faciat. Ubicumque autem aliter inventum fuerit factum, hoc omnino emendetur per iussionem vestram.

VIII. cap. De potestate episcoporum pro rebus ecclesiasticis ac de convenientia episcoporum cum laicis. Ut[2] episcopi potestatem habeant res ecclesiasticas praevidere, regere et gubernare atque dispensare secundum canonum auctoritatem, volumus, et ut laici in eorum ministerio oboediant episcopis ad regendas ecclesias Dei, viduas et orphanos defensandos et ut oboedientes sint eis ad eorum christianitatem servandam. Et episcopi consentientes sint comitibus et iudicibus ad iusticias, et ut nullatenus per aliquorum mendacium vel falsum testimonium neque per periurium aut per praemium lex iusta in aliquo depravetur.

De vita canonicorum. Cap. VIIII. In omnibus igitur, quantum humana permittit fragilitas, decrevimus, ut canonici clerici canonice vivant, observantes divinae scripturae doctrinam et documenta sanctorum patrum, et nihil sine licentia episcopi sui vel magistri eorum positi agere praesumant in unoquoque episcopatu et ut simul manducent et dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit vel qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt, et in suo claustro maneant et singulis diebus mane prima ad lec-

VI. 1 De orfanis — VI.] *ita M 1,* VI. De orfanis — subveniendum *N,* De orpha(nis) et exhr. ca. VI. *V 2, desunt V 1. M 2.* 2 orfanis *N. V 1. M 2.* 3 amisisse] amisse *M 1.* 4 si] sed *corr. al. man.* sid *M 2.* propter traditiones *desunt M 2.* 5 fecerunt *deest N.* 6 decernimus *M 2.* pertinet potestatem] potestatem pertinet *M 2.*

VII. 10 Ut res — VII.] *ita M 1,* VII. Ut res — occasionem non emantur *N,* Ut res pau(perum) vel minus poten(tum) — emantur. ca. VII. *V 2, desunt V 1. M 2.* 11 habere debemus] *habemus M 2.* 12 nec episcopi nec abbates *desunt M 2. V 2.* vicarium *V 2.* 13 malo] male *V 1.* 14 quisquis] quiquis *M 2,* si quis *V 2.* comparare] conporare *V 1.*

VIII. 17 VIII. cap. — laicis] *ita M 1, ubi* pro *deest, et N, ubi* cap. *deest et pro* convenientía *legitur* conventia, De potestate — laicis. ca. VIII. *V 2, desunt V 1. M 2.* 19 providere *V 2. M 2.* regere gubernare *V 2.* 20 auctoritatem] actoritatem *V 1.* 21 orfanos *N. V 1.* 23 ut *deest V 2.* neque periurium *V 1. 2. M 2.* 24 aut] at *V 1.*

VIIII. 25 De vita — VIIII.] *ita M 1,* VIIII. De — canonicorum *N,* De vita clericorum capitula VIIII. *V 2, desunt V 1. M 2.* igitur] hiis *V 2.* 27 doctrinam et] doctrinae *N.* nichil *V 2. M 2.* 28 positi] *ita M 1 (intellige: praepositi).* com(n)positi *N. V 1. M 2,* inconposite *e corr. V 2.* manducant *M 2.* 29 ubi — accipiunt *desunt V 2. M 2.* qui de] quibus *M 1.*

1) *Cf. concil. Mogunt. 847 c. 18; l. l. p. 180. Hauck, l. l. II, 212 sq.* 2) *Cf. concil. Mogunt. 847 c. 7; l. l. p. 178, v. etiam c. 34 D. 5 de consecr.*

tionem veniant et audiant quid eis imperetur. Ad mensam vero similiter lectionem audiant et oboedientiam secundum canones suis magistris exhibeant.

De vita clericorum. Cap. X. Discretionem igitur esse volumus atque decrevimus inter eos, qui dicunt se saeculum reliquisse, et adhuc saeculum sectantur. Placuit itaque sancto concilio, ut ita discernantur, sicut in regula clericorum[1] dictum est. His[2] igitur lege patrum cavetur, ut a vulgari vita seclusi a mundi voluptatibus sese abstineant, non spectaculis, non pompis intersint, convivia inhonesta et turpia fugiant. Tamen Hieronimus in epistola ad Nepotianum dicit: Omnium[3] Christianorum domos quasi proprias amare debemus, ut consolatores nos in mororibus suis potius quam convivas in prosperis noverint. Item Isidorus: Clerici[4] tamen convivia privata non tantum pudica, sed et sobria colant, usuris nequaquam incumbant neque turpium occupationes lucrorum fraudisque cuiusquam studium appetant. Amorem pecuniae quasi materiam cunctorum criminum fugiant, saecularia officia negotiaque abiciant, honorum gradus per ambitionem non subeant, pro beneficiis medicinae Dei munera non accipiant, dolos et coniurationes caveant, odium, aemulationem, obtrectationem atque invidiam fugiant. Non vagis oculis, non infreni lingua aut petulanti tumidoque gestu incedant, sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant, obscenitatem etiam verborum sicut et operum penitus execrentur. Viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant, contubernia feminarum nullatenus appetant, castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant. Seniores quoque debitam praebeant oboedientiam nec ullo iactantiae studio se adtollant. Postremo in doctrina, in lectionibus, psalmis, ymnis et canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim esse debent, qui divinis cultibus se mancipandos student exhibere, scilicet ut, dum scientiae operam dant, doctrinae gratiam populis administrent.

De vita monachorum. XI. Abbates[5] autem censuimus ita cum monachis suis pleniter vivere sicut ipsi, qui in presenti synodo aderant, palam nobis omnibus promiserunt, id est secundum doctrinam sanctae regulae Benedicti, quantum humana permittit fragilitas. Ac deinde decrevimus, sicut sancta regula dicit, ut monasterium, ubi fieri possit, per decanos ordinetur, quia illi praepositi saepe in elationem incidunt et in laqueum diaboli.

VIIII. 1 similiter *deest V 2.*

X. 3 De vita — X.] *ita M 1,* X. De — clericorum *N,* De — clericorum. ca. X. *V 2, desunt V 1. M 2.* igitur] ergo *V 2.* 4 dicunt se] *ita M 1. 2,* dicuntur se *N,* dicuntur *V 1,* dicunt *V 2.* reliquisse] relinquere *M 1.* et adhuc] *intellige: et eos qui adhuc.* 5 itaque] igitur *V 1. 2.* 6 Hiis *V 2.* ut a] ut et *M 1,* ut *V 2.* 7 inhonesta] honesta *V 1.* 8 Ieronimus *V 2.* Negocianum *V 2.* 9 domus *N.* 10 Isydorus *V 1,* Ysidorus *N. V 2. M 2.* Clerici] Cleri *V 1.* 11 sed et] sed *V 1.* incumbent *N. V 1.* 12 studium] studio non *N,* studium non *V 2. M 2.* 13 negotiaque] negotia quae *M 2.* per] post *M 1.* 14 medicinae Dei] Dei medicine *V 2.* emulationem *M 2.* 15 atque *deest M 1.* ligua *V 2.* tumiduque *V 1.* 16 simplici] supplici *N. V 1. 2. M 2.* 19 nec] *ita M 1,* neque *rell.* 20 ullo] ullum usum *V 2.* adtollantur *M 2.* in lectionibus] lectionibus *V 2.* ymnis] *ita M 1. V 1. M 2,* hymnis *N,* et hymnis *V 2.* 21 incubant *N,* incunbant *V 2.* esse debent] debent esse *V 2.* 22 dum *deest M 1.*

XI. 23 De vita — XI.] *ita M 1,* XI. De vita monachorum *N,* De vita monachorum. XI. ca. *V 2, desunt V 1. M 2.* censuimus ita] ita censuimus *V 2.* 24 adherant *N.* nobis omnibus] omnibus nobis *M 2.* 25 sanctae regulae] regule sancte *V 2.* 26 fragilitas] *in codd. incipit post hoc verbum capitulum XII., cum hac, quam praebent M 1. N. V 2, inscriptione:* Ne (XII. Ne *N*) monachi placita s(a)ecularia adeant (facere audeant *V 2*) XII *(deest N,* ca. XII. *V 2), similiterque in V 1 nova linea initium novi capituli indicatur; nos cum editionibus praeviis capitulum duodecimum sumere exordium credimus a verbis:* Hoc tamen, *p. 264 l. 1.* sancta *deest M 2.* 27 elationem] adulationem *M 2.* 28 diabuli *V 1.*

1) *Alludi videtur ad Chrodegangi Mettensis († 766) regulam c. 31 ed. Schmitz p. 20 sqq.* 2) *Cf. c. 3 Dist. 23.* 3) *Hieronymus, Epistola ad Nepotianum; Opp. I, 266.* 4) *Isidorus, De officiis ecclesiasticis II c. 2; Opp. VI, 414.* 5) *Cf. regula Benedicti cc. 1. 21. 65; ed. Woelfflin p. 9. 32. 63.*

Ne monachi placita saecularia adeant. XII. Hoc tamen omnino volumus, ut monachi ad saecularia placita nullatenus veniant, neque ipse abba sine consilio episcopi sui et, cum necessitas exigit, tunc per iussionem et consilium episcopi illuc vadat, nequaquam tamen contentiones aut lites aliquas ibi movere praesumat, sed quicquid quaerendum vel etiam respondendum sit, per advocatos suos hoc faciat. Abbates et monachi usque ad interrogationem silentium habeant et, cum interrogantur, cum humilitate et reverentia respondeant; alias querelas omnino devitent. In eorum claustro permaneant, nullusque ex eis foras vadat, nisi per necessitatem ab abbate mittatur in oboedientiam. Nec foras manducent neque bibant sine permissione abbatis nec ad convivia saecularia vadant.

De sacris virginibus. XIII. Abbatissas autem cum sanctimonialibus omnino recte et iuste vivere censemus. Quae vero professionem sanctae regulae Benedicti fecerunt, regulariter vivant; sin autem, canonice vivant pleniter et sub diligenti cura custodiam habeant et in claustris suis permaneant neque foras exitum habeant. Sed et ipsae abbatissae in monasteriis sedeant nec foras vadant sine licentia et consilio sui episcopi[1].

De negotio saeculari. XIIII. Ministri[2] autem altaris Domini vel monachi, nobis placuit, ut a negotiis saecularibus omnino abstineant. Multa sunt negotia saecularia; de his tamen pauca perstringimus, ad quae pertinet omnis libido non solum in immunditia carnis, sed etiam in omni carnali concupiscentia, quicquid plus iusto appetit homo: turpe lucrum, munera iniusta accipere vel etiam dare, pro aliquo saeculari conquestu precio aliquem conducere, contentiones et lites vel rixas amare, in placitis saecularibus disputare, excepta defensione orfanorum aut viduarum, conductores aut procuratores esse saecularium rerum, turpis verbi vel facti ioculatorem esse vel iocum saeculare diligere, aleas amare, ornamentum inconveniens proposito suo querere, in deliciis vivere velle, gulam et ebrietatem sequi, pondera iniusta vel mensuras habere, negotium iniustum exercere. Non tamen iustum negotium est contradicendum propter necessitates diversas, quia legimus sanctos apostolos negotiasse, et in regula sancti Benedicti praecipitur praevidere, per quorum manus negotium monasterii transcat[3]. Canes et aves sequi ad venandum in omnibus quibuslibet sit causis superfluum esse.

cf. Act. 18, 3; 20, 34; 1. Cor. 4, 12.

XII. 1 Ne monachi — XII.] *v. p. 263 l. 42 sqq.* 2 consilio] concilio *V 2.* 3 necessitas] nessitas *V 1* exigit] subiit *M 2.* 4 illuc] illic *V 2.* aut] et *V 2.* movere] manere *V 2.* 5 etiam *deest V 2.* 7 et] ac *M 2.* 8 claustra *N. V 1.* 9 foras] *ita M 1. V 1. M 2,* foris *rell.*

XIII. 11 De sacris — XIII.] *ita M 1,* XIII. De sacris virginibus *N,* De sacris virginibus. ca. XIII. *V 2, desunt V 1. M 2.* autem *deest N.* sanctis monialibus *V 1. 2. M 2.* 12 vero *deest V 2.* professionem — fecerunt] regulae Benedicti professionem fecerunt *M 2.* 13 sin] si non *N.* 14 suis *deest V 1.* foris *M 1.* 15 Sed et] Sed *V 2.* 16 sui episcopi] *ita M 1,* episcopi *V 2,* episcopi sui *rell.*

XIIII. 17 De negotio — XIIII.] *ita M 1,* XIIII. De — seculari *N,* De negocio seculari. ca. XIIII. *V 2.* De negotio saeculari *C, desunt V 1. M 2.* 18 sunt] ergo *add. N. V 2. M 2,* ego *add. V 2.* 19 perstringimus] *ita M 1,* perstrinximus *rell.* ad quae] atque *N. V 1.* pertinet omnis] omnis pertinet *V 2.* solum in] solum *M 1. N.* 20 carnali concupiscentia] concupiscencia carnali *V 2.* 21 lucrum] luchrum *N,* est *add. V 1.* munera] manera *V 1.* 22 conquestu] questu *V 2.* et lites] lites *N. V 2.* 23 disputare] disceptare *M 1.* orfanorum] orfanum *corr. al. man.* orfanorum *M 1.* 24 vel *deest N.* ioculatorem] ioculalorum *N,* iacululatorem *V 2,* ioculatores *M 2.* 25 saecularem *V 1. 2. M 2.* proposito] preposito *V 2.* 26 deliciis] diliciis *N,* dilitiis *V 1,* delitiis *M 2.* gulam] guilam *M 2.* 27 negotium] suum *add. N.* Non] Nec *V 1.* 28 necessitas *V 2.* quia — negotiasse *desunt M 2.* 30 Canes] vero *add. V 2.* sit *deest N.* esse] *supple:* decernimus.

1) *Cf. concil. Mogunt. 847 c. 16; l. l. p. 180.* 2) *Cf. ib. c. 13; l. l. p. 179.* 3) *Cf. regula Bened. c. 57; l. l. p. 55 sq.*

Ecce talia et his similia ministris altaris Domini necnon et monachis omnino contradicimus, de quibus dicit apostolus: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus.* 2. Tim. 2, 4.

De imitatione apostolica. XV. Apostolus ait: *Imitatores mei estote et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram, non observantes eos, qui sunt inimici crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in caelis est.* Sicut Hieronimus in epistola ad Galatas ait: Emulantur[1] autem bene, qui, cum videant vel audiant esse in aliquibus gratias, dona virtutesque, ipsi tales esse desiderant et fidem, vitam atque industriam eorum, per que illa meruerunt, nituntur imitari, ut possint ea quoque, quae bona emulatione digna, consequi, magis quaerentes spiritalia quam carnalia, ut perseveranti gradu ad finem boni operis pervenire possint. Augustinus in libro I° de agone Christianorum hanc sententiam interpraetans dicit: *Imitatores*[2] *mei estote sicut et ego Christi.* Quare intellegendum est etiam ipsum apostolum in semetipso triumphasse de potestatibus huius mundi, sicut de Domino dixerat, cuius se imitatorem esse profitetur. Imitemur ergo et nos illum, sicut hortatur, et castigemus corpus nostrum et in servitutem redigamus, si mundum volumus vincere. Aliquando quidem suo exemplo Christianos fieri imitatores iubet dicendo: *Imitatores mei estote sicut et ego Christi;* aliquando quidem de se resipiscens ad Deum ad ipsius nos imitationem hortatur dicens: *Estote ergo imitatores Dei sicut filii carissimi.* Iam vero demonstrans, quia nihil hanc imitationem pariat, quam si ita vivat aliquis, ut bonum eius in commune proficiat atque universis utiliora provideat, adiunxit: *Ambulate in caritate.* Ideo cum dixisset: *Imitatores mei estote,* continuo de caritate disseruit, quia haec praecipue virtus homines Deo proximos faciat.

Phil. 3, 17-20. 1. Cor. 11, 1. cf. Col. 2, 15. 1. Cor. 11, 1. Eph. 5, 1. ib. 5, 2. 1. Cor. 11, 1.

De eo, quid sit relinquere mundum. XVI. Saeculum autem relinquere est, sicut Gregorius[3] dicit, saeculi voluptatibus contraire. Hinc[4] Paulus ammonet dicens: *Qui emunt tamquam non possidentes et qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur.* Et Gregorius in libro pastorum: Ut[5] videlicet et sic nobis quae suppetunt exterius serviant, quatenus a supernae dilectionis studio animum non reflectant.

1. Cor. 7, 30. 31.

XIIII. 1 Ecce — his] Et alia hiis *V2.*

XV. 4 De — XV.] *ita M1,* XV. De — apostolica *N,* De imitacione apostolica ca. XV. *V2, desunt V1. M2.* ait] dicit *V2. M2.* 5 observantes eos] eos observantes *V2. M2.* 6 inimicis *N.* 8 Ieronimus *V2.* Galathas *N. V1,* Gallathas *V2,* Galathis *M2.* audient *M1.* 9 gratiarum *M1.* desidesiderant *V1.* 10 imitare *V1. 2. M2.* quae *deest M1.* bone *N,* bonae *V1. M2,* boni *V2.* 11 aemulationi *N. V1,* emulac(t)ioni *V2. M2.* digna] dignaque *M1.* spiritalia] specialia *V2.* perseverant *N. V1.* 12 Augustinus] vero *add. V2.* libro I°] primo libro *V2.* 13 sententiam] suam *add. V2.* 14 etiam] enim *V1.* huius mundi] huiusmodi *N.* 15 esse *deest M2.* hortatur] ortatur *N. V1. M2 (hic et infra).* 16 vincere] vivere *V2.* 17 quidem *deest M1.* 18 de se — hortatur *desunt N.* 19 ergo *deest V2.* imitatatores *M1.* karissimi *N. V1. 2. M2.* Iam vero — pariat quam] tamquam *N.* Iam vero *desunt V2.* demonstras *M2.* 20 nichil *V2. M2.* 21 provideat] *hoc verbo sistit V1.* karitate *V2.* 22 mei] Dei *V2.* 23 homines Deo] Deo homines *V2.* facit *V2. M2.*

XVI. 24 De eo — XVI.] *ita M1,* XVI. De eo — mundum *N.* De eo — mundum ca. XVI. *V2, desunt M2.* 25 seculi] secilli *V2.* 27 libris *M2.* videlicet] iudicet *N.* et — suppetunt] sic vobis subpetunt (suppetant *V2*) *V2. M2.* quae *deest N.* quatinus *V2.*

1) *Excerptum ex Hieronymi commentario in epistolam ad Galatas; Opp. VII, 463 sq.* 2) *Augustinus, De agone Christiano § 6; Opp. VI, 248.* 3) *Non inveni. V. etiam MG. Capit. I, 163 cc. 4—6.* 4) *Gregorius M., Regula pastoralis III c. 26; Opp. II, 77.* 5) *Ibidem.*

De armis dimittendis. XVII. Nos autem, qui saeculum relinquimus, id modis omnibus observare volumus, ut arma spiritalia habeamus, saecularia dimittamus. Laicis vero, qui apud nos sunt, arma portare non praeiudicemus, quia antiquus mos est et ad nos usque pervenit.

De fictis virtutibus et veris vitiis discernendis. XVIII. Dominus dicit in evangelio: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Hinc Hieronimus in commentario Mathei dicit: De [1] omnibus quidem intellegi potest, qui aliud habitu ac sermone promittunt, aliud opere demonstrant. Item in alio loco: *Non* [2] *omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum.* Nec his quidem accommodanda fides est, qui, cum pollent integritate fidei, turpiter vivant et doctrinae integritatem operibus destruunt. Utrumque enim Dei servis necessarium est, ut opus sermone et sermo operibus comprobetur. Et Beda in tractatu evangelii Lucae dicit: Ipse [3] enim finis est, ut nihil duplici animo faciamus. Si veram, inquit, et non fictam vis habere iustitiam, quae verbis ostentas etiam factis compensare curato. Et apostolus: *Dilectio sine simulatione, odientes malum, adherentes bono.*

Matth. 7, 15. ib. 7, 21. cf. Rom. 10, 4. 1. Tim. 1, 5. Rom. 12, 9.

Ut in monasteria nimis homines non mittantur. XVIIII. Ut plus non mittatur in monasteria canonicorum vel monachorum aut etiam puellarum, quam sufferri possit.

De locis monasteriorum vel aedificiis providendis. XX. Deinde dignum ac necessarium est, ut missi per quaeque loca directi simul cum episcopis uniuscuiusque diocesis perspiciant loca monasteriorum canonicorum pariter et monachorum similiterque puellarum, si in apto et congruo loco sint posita, ubi commodum necessarium possit adquiri, quod ad utilitatem pertinet monasterii, sicut in sancta regula dicitur: Monasterium [4] autem ita debet constitui, ut omnia necessaria infra monasterium exerceantur, ut non sit necessitas monachis vel clericis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Similiter quoque aedificia monasteriorum supradicti missi et cum eis episcopi per diversa loca praevideant, si apta sint et congruenter sanctae professioni composita, vel si claustrum firmum habeant, in quo salvari possint animae in eis commorantium sub disciplina canonica vel regulari. Ubi autem aliter inventum fuerit, hoc omnimodis episcopus loci

XVII. 1 De armis — XVII.] *ita M 1,* XVII. De armis dimittendis *N,* De armis omittendis ca. XVII. *V 2, desunt M 2.* saeculum relinquimus] relinquimus seculum *V 2.* 2 spiritalia] specialia *V 2.* 3 quia] qui *N.*

XVIII. 5 De fictis — XVIII.] *ita M 1,* XVIII. De — discernendis *N,* De — viciis discernendis ca. 18. *V 2.* 7 Hinc] Inde *N.* Ieronimus *V 2.* Matthei *M 2.* 8 intelligi *N. V 2. M 2.* promittunt] permittuntur *N.* 9 demonstrant] dmonstrant *M 1.* michi *V 2.* 10 Nec his] Ne his *N.* Non hiis *V 2.* acomodanda *N.* pollent — destruunt] turpiter vivant polluunt integritatem fide *V 2.* 12 tractatu] tractu *M 2.* evangelii Lucae] *ita M 1,* evangelii Luce *N. M 2,* in ewangelium Luce *V 2.* 13 Ipses *V 2.* nichil *V 2. M 2.* 14 ostensas *N.* etiam *deest V 2.*

XVIIII. 16 Ut in monasteria — XVIIII.] *ita M 1,* XVIIII. Ut — mittantur *N,* Ut in monasterio mittantur ca. XVIIII. *V 2, desunt M 2.* Ut] Et *V 2, in marg.* Ut. 17 mittantur *V 2. M 2.* monasterio *V 2.* etiam *deest V 2.*

XX. 19 De locis — XX.] *ita M 1,* XX. De locis — providendis *N,* De laicis monasteriis — providendis ca. XX. *V 2, desunt M 2.* 20 directa *M 1. V 2. M 2.* 22 similiterque] similiter et *V 2.* 23 dicit *M 1. V 2. M 2.* 24 autem] Dei *add. N, deest V 2.* infra monasteria *M 2.* 27 claustram *N.* 28 qua *M 1. N. V 2. M 2.* 29 Ubi] Et ubi *V 2.* inventae *M 1. 2,* inventa *V 2.* fuerint *M 1. N. V 2. M 2.*

1) *Hieronymus, Comment. in evang. Matthaei lib. I c. 7; Opp. VII, 41.* 2) *Ibidem: l. l. col. 41.* 3) *Non inveni.* 4) *Excerptum ex regula s. Benedicti c. 66; l. l. p. 65.*

ipsius faciat emendari, ita ut condignam professioni eorum custodiam habeant canonici vel monachi atque nonnanes, ne detur eis occasio male faciendi, quod absit.

Ut episcopi sciant, qualiter canonici, qui sunt cum abbatibus, vivant. XXI. Praecipimus, ut unusquisque episcopus sciat per singula monasteria, quantos quisque abba canonicos in monasterio suo habeat, et hoc omnino ambo pariter provideant. Si monachi fieri voluerint, regulariter vivant; sin autem, canonice vivant omnino.

De clericis vagis. XXII. De clericis vagis seu de acoephalis, id est de his, qui sunt sine capite neque in servitio domini nostri neque sub episcopo neque sub abbate, sed sine canonica vel regulari vita degentes, ut in libro officiorum II° cap. III° de eis dicitur, hos[1] neque inter laicos saecularium officiorum studia neque inter clericos religio tentat divina, sed solutos atque oberrantes sola turpis vita complectit et vaga, quique, dum nullum metuunt, explendae voluptatis suae licentiam sectantur, quasi animalia bruta libertate ac desiderio suo feruntur, habentes signum religionis, non religionis officium, yppocentauris similes, nec equi nec homines. Tales omnino praecipimus ut, ubicumque inventi fuerint, episcopi sine ulla mora eos sub custodia constringant canonica et nullatenus eos amplius ita errabundos et vagos secundum desideria voluptatum suarum vivere permittant. Sin autem episcopis suis canonice oboedire noluerint, excommunicentur usque ad iuditium archiepiscopi regionis illius. Si autem nec ille eos corrigere valuerit, tunc omnino sub vinculis constringantur usque ad synodum, ut ibi eis iudicetur, utrum ad iuditium domini nostri aut ad istam magnam synodum adferantur sub custodia publica.

De clericis iniuste tonsoratis. XXIII. De clericis vero hoc statuimus, ut hi, qui hactenus inventi sunt, sive in canonico sive in monachico ordine, tonsorati sine eorum voluntate, si liberi sunt, ut ita permaneant, et deinceps cavendum, ut nullus tondatur nisi legitima aetate et spontanea voluntate vel cum licentia domini sui.

De clericis adeuntibus imperatorem. XXIIII. De clericis adeuntibus imperatorem hoc placet omnibus modis observare, quod de eis in sacris canonibus constitutum est[2].

XX. 1 canonicis — monachis — nonnatis *V 2.* 2 det *M 1.*

XXI. 3 Ut episcopi — XXI.] *ita M 1,* XXI. Ut episcopi — vivant *N,* Ut episcopi sciant, qualiter canonici vivant, qui cum abbatibus sunt. ca. XXI. *V 2, desunt M 2.* 5 canonicos — habeat] in monasterio habeat canonicos *V 2.* ambo *deest V 2.*

XXII. 8 De clericis — XXII.] *ita M 1,* XXII. De clericis vagis *N,* De clericis vagis. ca. XXII. *V 2, desunt M 2.* clericis] vero *add. M 2.* seu — acoephalis *desunt V 2.* de acoephalis] diacoephalis *N.* 9 hiis *V 2.* domini] domni *M 2.* 10 abbate] altare *V 2.* in *deest N.* II° cap. III°] *ita M 1. N,* secundum capitulum tercium *V 2,* secundo cap. III. *M 2.* 11 hos neque] neque hos *V 2.* 12 tentat] temptat *N. V 2,* adtemptat *M 2.* solutos — oberrantes] solivagos atque aberrantes *V 2.* 14 ac] et *V 2.* non religionis] et non *V 2.* 15 equi] aequi *M 1.* praecipimus — fuerint] ubicumque inventi fuerint precipimus ut *V 2.* inventi *deest N.* 16 custodiam *M 2.* canonicam *M 2.* 17 ita *deest N.* vago *M 2.* 18 Sin] Si *M 1.* canonicae *M 1.* 19 Si autem — corrigere] Et si ille eos corrigere non *V 2.* 20 ibi] ubi *N.* 21 domni *M 2.* adferantur] deferantur *N.*

XXIII. 23 De clericis — XXIII.] *ita M 1,* XXIII. De clericis iniuste *(deest V 2)* tonsoratis *N. V 2, desunt M 2.* 24 hii *V 2.* hactenus] actenus *N. M 2.* 26 nisi] sine *V 2.* spontanee voluntatis *V 2* vel *deest M 2.*

XXIIII. 27 De clericis — XXIIII.] *ita M 1,* XXIIII (ca. XXIIII. *V 2*) De clericis adeuntibus imperatorem *N. V 2, desunt M 2.* 28 modis] nobis *V 2. M 2.*

1) *Isidorus, De officiis ecclesiasticis II c. 3; Opp. VI, 415.* 2) *Cf. concil. Antiochenum c. 11; Mansi II, 1323. V. MG. Capit. II, 37 ann. 86.*

Ut praedicatio sancta assiduae in ecclesia fiat. XXV. De[1] officio praedicationis: si forte episcopus non fuerit in domo sua aut infirmus est aut alia aliqua causa exigente non valuerit, numquam tamen desit diebus dominicis aut festivitatibus qui verbum Dei praedicet iuxta quod intellegere vulgus possit.

Presbyteri tantum ad missarum sollemnia introitum habeant in monasteria puellarum. XXVI. Ut presbyteris per monasteria puellarum oportuno tempore liceat missarum sollemnia celebrare et iterum ad proprias eclesias redire.

Ut presbyteri chrisma diligenter custodiant. XXVII. Presbyteri sub sigillo custodiant chrisma et nulli sub praetextu medicinae vel maleficii donare inde praesumant. Quod si fecerint, honore priventur.

Ut presbyteri utantur assidue orariis. XXVIII. Presbyteri sine intermissione utantur orariis propter differentiam sacerdotii dignitatis.

Ne laici presbyteros eiciant de eclesiis. XXVIIII. Ut[2] laici presbyteros non eiciant de eclesiis neque constituant sine consensu episcoporum suorum.

Ne laici a presbyteris munera exigant. XXX. Ut laici omnino munera iniusta non exigant a presbyteris propter commendationem ecclesiae cuiquam presbytero.

De fugitivis clericis. XXXI. Ut[3] unusquisque episcopus in sua parroechia diligenter presbyteros vel clericos inquirat, unde sint, et, si aliquem fugitivum invenerit, ad suum episcopum redire faciat.

Quid sit laetania. XXXII. Laetaniae autem Greco nomine appellantur, quae Latinae dicuntur rogationes. Inter laetanias autem et exomologisin hoc differt,

XXV. 1 Ut praedicatio — XXV.] *ita M 1,* XXV. Ut predicatio sancta adsidue in ecclesia fiat *N.* Ut predicacio sancta assidue in ecclesia fiat. ca. 25. *V 2, desunt M 2.* 2 alia aliqua] aliqua alia *M 2.* 3 desit diebus] diebus desit *M 2.* 4 iuxta] et iuxta *V 2.*

XXVI. 5 Presbyteri — XXVI.] *ita M 1,* XXVI. Praesbiteri — puellarum *N,* In monasterio presbiteri tantum ad missarum solempnia introitum habeant puellarum. ca. 26. *V 2, desunt M 2.* 7 sol(l)empnia *V 2. M 2.*

XXVII. 8 Ut presbyteri — XXVII.] *ita M 1,* XXVII. Ut praesbiteri — custodiant *N,* Ut presbiteri crisma — custodiant. ca. 27. *V 2, desunt M 2.* — *Capitulum legitur in M 3 sub inscriptione:* Ut presbiteri crisma diligenter custodiant, *in V 3 sub rubrica* Ex concilio Rotomac(ensi). 9 crisma *M 3.* custodiant chrisma] crisma custodiant *V 3.* nullus *N.* maleficis *M 1.* 10 praesumat *N.* fecerint — privetur *N.*

XXVIII. 11 Ut presbyteri — XXVIII.] *ita M 1,* XXVIII. Ut praesbiteri — adsidue orariis *N,* Ut *presbiteri — orariis. ca. 28. V 2, desunt M 2.* — *Capitulum legitur in M 3 sub inscriptione:* Cap. XII.

XXVIIII. 13 Ne laici — XXVIIII.] *ita M 1,* XXVIIII. Ne laici praesbiteros — aecclesiis *N,* Ne laici — ecclesiis. ca. XXVIIII. *V 2, desunt M 2.* — *In M 3 exstat capitulum sub inscriptione:* Cap. XIII.

XXX. 15 Ne laici — XXX.] *ita M 1,* XXX. Ne laici praesbiteris — exigant *N, desunt V 2. M 2.* 16 a *deest N.* commendationem] emendacionem *V 2.* cuiquam] cuiq *M 2.*

XXXI. 17 De fugitivis — XXXI.] *ita M 1,* XXXI. De fugivis clericis *N,* De futivis clericis. XXX. *V 2, desunt M 2.* — *In M 3 invenitur capitulum sub inscriptione:* De fugitivis clericis. parrochia *N. V 2. M 2.* 18 inquirat *deest M 3.* unde] inde *M 3.*

XXXII. 20 Quid sit — XXXII.] *ita M 1,* XXXII. Quid sit letania *N,* Quid sit letania. ca. 31. *V 2, totum capitulum deest M 2.* Laetaniae] Betania *V 2, in marg.* Le(tania). aute *V 2.* appellatur *V 2.* 21 Latinae] *ita M 1,* Latine *N,* letanie *V 2.* exhomologisin *N,* exomologis *V 2.*

1) *Cf. Jacobs, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' III, 379 sq.* 2) *Cf. c. 37 C. 16 qu. 7. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I (Berolini 1895), p. 229.* 3) *Cf. quae annotat Boretius, MG. Capit. I, 178 ann. 1.*

quod exomologisin[1] pro sola peccatorum confessione agantur, laetaniae vero indicantur propter rogandum Deum et impetrandam in aliquo misericordiam eius. Sed nunc iam utrumque vocabulum sub una designatione habetur[2].

De laetania maiore. XXXIII. Placuit nobis, ut laetania maior[3] observanda sit a cunctis Christianis diebus tribus*.

*) *Pro* diebus tribus *praebet M 3:* in uno die, id est VII. kal. Maii[4]; *post verba* diebus tribus *pergunt V 2 M 2. M 3:* sicut legendo reperimus (repperimus *M 2.* sicut — reperimus *desunt M 3*), et (ut *M 3*) sicut sancti patres nostri instituerunt (constituerunt *M 2. 3*), non equitando (aequitando *M 2*) nec preciosis (pretiosis *M 2*) vestibus induti, sed discalciati (discaltiati *M 2*), cinere et cilicio (cilitio *M 2*) induti, nisi infirmitas impedierit.

De quattuor temporibus observandis. XXXIIII. Constituimus[5], ut quattuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio observentur, id est in Martio mense ebdomada prima, feria IIII. et VI. et sabbato veniant omnes ad eclesiam hora nona cum laetaniis ad missarum sollemnia; similiter in mense Iunio ebdomada II., feria IIII. et VI. et sabbato ieiunetur usque ad horam nonam et a carne ab omnibus abstineatur; similiter in mense Septembrio ebdomada III. et in mense Decembrio ebdomada, que fuerit plena ante vigiliam natalis Domini, sicut est in Romana eclesia traditum.

De indicto ieiunio. XXXV. Quodsi quis indictum ieiunium superbiendo contempserit et observare cum caeteris Christianis noluerit, in Gangrense[6] concilio praecipitur, ut anathematizetur, nisi emendare se studeat.

De festivitatibus anni. XXXVI. Festos[7] dies in anno celebrare sancimus, hoc est diem dominicum Paschae cum omni honore et sobrietate venerari,

XXXII. 1 exomologisin] *ita M 1. N,* exhomologis *V 2.* vero] quae *add. M 1. N,* que *add. V 2.* indicantur] indagantur *N.* 2 impetrandam] *ita M 1,* imperandum *N,* impetrandum *V 2.*

XXXIII. 4 De laetania — XXXIII.] *ita M 1,* XXXIII. De letania maiore *N,* De letania maiore XXXII. *V 2, desunt M 2. — Capitulum legitur in M 3 sub inscriptione:* De quatuor temporibus observandis. 5 diebus tribus] tribus diebus *M 2.*

XXXIIII. 11 De quattuor — XXXIIII.] De quatuor — XXXIIII. *M 1,* XXXIIII. De quattuor — observandis *N,* De quatuor — 33. *V 2, desunt M 2. — Exstat quoque in M 3 sub inscriptione:* De quatuor temporibus observandis. 11 ut] in *M 3.* 12 quatuor *M 1. V 2,* IIII^{or} *M 2.* in — mense] mense Martio *V 2.* 13 prima] I. *N. M 3.* IIII et VI.] quarta et sexta *hic et infra V 2.* et VI. et] VI. *M 3.* 14 sol(l)empnia *V 2. M 3.* feria IIII.] IIII. feria *M 2.* 16 Septembrium *N,* Septeb *M 2.* Decemb *M 2.* ebdomada *deest M 3.*

XXXV. 18 De indicto — XXXV.] *ita M 1,* XXXV. De indicto ieiunio *N,* De indicto ieiunio. 34. *V 2, desunt M 2. — Capitulum exstat in M 3 cum rubrica:* De indicto concilio. Quodsi] Si *N 2.* superbiendo] superbio *M 2.* 19 Gangrensę *N,* Caugrense *M 2,* Gangrensi *M 3.* concilii *M 2. deest M 3.* 20 studeat] *hoc verbo sistit M 2.*

XXXVI. 21 De festivitatibus — XXXVI.] *ita M 1.* XXXVI. De — annis *N,* De — anni. 35. *V 2. — Capitulum legitur in M 3 sub inscriptione:* De festivitatibus anni. 22 dominicum] dominum *M 3.* venerari] venerabili *N.*

1) *Cf. Isidorus, Etymologiae VII c. 75 — 77; Opp. III, 292.* 2) *Ducange s. v. exomologesis laudat concilii Toletani XVII. (a. 694.) canonem 6., Mansi XII, 100.* 3) *25. April.; cf. MG. Capit. II, 513 sq. Ducange s. v. litania.* 4) *25. April.* 5) *Cf. c. 2 D. LXXVI.* 6) *Concilium Gangrense c. 19; Mansi II, 1108.* 7) *In Karoli Magni capitulis ecclesiasticis (811—813?; MG. Capit. I, 179 c. 19, Mühlbacher*^{2} *n. 487) haec occurrunt:* Hae sunt festivitates in anno, quae per omnia venerari debent: natalis Domini *(Dec. 25),* sancti Stephani *(Dec. 26),* sancti Iohannis evangelistae *(Dec. 27),* in-

simili* modo totam ebdomadam illam observare decrevimus, diem ascensionis Domini pleniter celebrare, in Pentecosten similiter ut in Pascha, in natali apostolorum Petri et Pauli [1] diem unum, nativitatem sancti Iohannis Baptistae [2], adsumptionem sanctae Mariae [3], dedicationem sancti Michahelis [4], natalem sancti Remigii [5], sancti Martini [6], sancti Andreae [7], in natali Domini [8] dies quattuor, octavas Domini [9], Epiphaniam Domini [10], purificationem sanctae Mariae [11] et illas festivitates martyrum vel confessorum observare decrevimus, quorum in unaquaque parrochia sancta corpora requiescunt, similiter etiam dedicationem templi.

*) *Pro* simili modo totam ebdomadam illam celebrare decrevimus *praebent V 2 et M 3 (cf. 'Neues Archiv' XVII, 310 sq.)*: similiter [12] feriam secundam, terciam et quartam, a feria quinta ante missam licentia sit arandi vel seminandi et ortum et vineam excolendi et sepem circumcludendi, ab alio vero opere cessare decrevimus, post missam autem ab opere vacare.

De dominicis diebus. XXXVII. Omnes dies dominicos cum omni veneratione observare decrevimus et a servili opere abstinere, et ut mercatus in eis minime sit nec placitum, ubi aliquis ad mortem vel ad poenam iudicetur.

De decimis. XXXVIII. Ammonemus [13] atque praecipimus, ut decima Deo omnino dari non neglegatur, quam Deus ipse sibi dari constituit, quia timendum est, ut quisquis Deo suum debitum abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

cf. Exod. 22, 29. Malach. 3, 10.

XXXVI. 1 ebdomatam illa *N.* 2 Pentecoste *M 3.* Pasca *M 3.* in natali — Baptistae] nativitatem sancti Iohannis baptistae, in natale apostolorum Petri et Pauli diem unum, natalem sancti Laurentii (= *Aug. 10.*) *M 3.* 3 unum] primum *V 2.* 4 Michaelis *V 2*, archangeli *add. M 3.* natalem] nativitatem *V 2.* Remigii] Remei *M 1*, in Kal. Nov. omnium sanctorum *add. M 3.* Martini] confessoris *add. M 3.* 5 Andree apostoli *M 3.* natali] nativitate *V 2*, natale *M 3.* quatuor *M 1. V 2*, IIII *M 3.* octavas] octāu *M 1*, octava *M 3.* Epiphania *M 3.* 6 purificatio *M 3.* confesorum *M 1.* 7 requiescunt] quiescunt *N.* 8 dedicationes *N.* templi] ecclesie *M 3.* 10 feriam — quinta] II. III. et IIII. feria V *M 3.* 11 vel] et *M 3.* et ortum] vel ortum *M 3.*

XXXVII. 14 De dominicis — XXXVII.] *ita M 1*, XXXVII. De — diebus *N*, De — diebus. 36. *V 2.* — *Invenitur capitulum in M 3 sub rubrica:* De dominicis diebus. 15 observare — servili] decrevimus honorare et ab illicito *V 2.* servili] inlicito *M 3.* mercatum *M 1.*

XXXVIII. 17 De decimis. XXXVIII.] *ita M 1*, XXXVIII. De decimis *N*, De decimis *V 2. C.* decima] *ita V 2*, decimas *M 1. N.* 18 dare *N.* quam] quia *V 2.* sibi dari] dare *N.* 19 suum *deest V 2.*

nocentum *(Dec. 28; cum concilium Mogunt. natalem Domini per quattuor dies celebrari velit, non differt a capitulari)*, octabas Domini *(1. Ian.)*, Epiphania *(6. Ian.)*, octabas Epiphaniae *(13. Ian.; deest supra)*, purificatio sanctae Mariae *(2. Febr.)*, Pascha dies octo, letania maior *(25. April.; cf. supra c. 33)*, ascensa Domini, Pentecosten, sancti Iohannis Baptistae *(24. Iun.)*, sancti Petri et Pauli *(29. Iun.)*, sancti Martini *(11. Nov.)*, sancti Andreae *(30. Nov.)*; de adsumptione sanctae Mariae *(15. Aug.)* interrogandum reliquimus. *Nova praebet concilium Moguntinense, cum statuat de assumptione Mariae addatque festos sanctorum Michaelis et Remigii; v. etiam concordiam episcoporum c. 17 (infra inter appendices sub littera B).* 1) *29. Iun.* 2) *24. Iun.* 3) *15. Aug.* 4) *29. Sept.* 5) *1. Oct.* 6) *11. Nov.* 7) *30. Nov.* 8) *25. Dec.* 9) *1. Ian.* 10) *6. Ian.* 11) *2. Febr.* 12) *Cf. supra p. 197 l. 17—21.* 13) *Cf. concil. Mogunt. 847 c. 10, l. l. p. 179; praeterea c. 2 C. 16 qu. 2.*

Ut ecclesiae pacem habeant. XXXVIIII. Reum[1] confugientem ad ecclesiam nemo abstrahere praesumat neque inde donare ad poenam vel ad mortem, ut honor Dei et sanctorum eius conservetur. Sed et rectores ecclesiarum pacem et vitam ac membra eis obtinere studeant; tamen legitime componant quod inique fecerunt.

Iterum de pace ecclesiarum. XL. Praecipimus, ut in ecclesiis aut in domibus eclesiarum vel atriis placita saecularia minime fiant.

Ut antiquae ecclesiae honorem suum habeant. XLI. Ecclesiae[2] antiquitus constitutae nec decimis nec aliis possessionibus priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

De beneficiis ecclesiasticis. XLII. Quicumque beneficium ecclesiasticum habent ad tecta eclesiae restauranda vel ipsas eclesias emendandas omnino adiuvent et nonam et decimam reddant.

Ne presbyter missam solus cantet. XLIII. Nullus[3] presbyter, ut nobis videtur, solus missam cantare recte valet. Quomodo enim dicet: 'Dominus vobiscum', vel 'sursum corda' ammonebit habere et alia multa his similia, cum alius nemo cum eo sit?

De oblatione et pace in ecclesia facienda. XLIIII. Oblationem quoque et pacem in eclesia facere iugiter ammoneatur populus Christianus, quia ipsa oblatio sibi et suis magnum est remedium animarum, et in ipsa pace vera unanimitas et concordia demonstratur.

De symbolo et oratione dominica. XLV. Symbolum, quod est signaculum fidei, et orationem dominicam discere semper ammoneant sacerdotes populum Christianum, volumusque, ut disciplinam condignam habeant qui haec discere negligunt, sive in ieiunio sive in alia castigatione. Propterea dignum est, ut filios suos donent ad scolam, sive ad monasteria sive foras presbyteris, ut fidem catholicam recte

XXXVIIII. 1 Ut ecclesiae — XXXVIIII.] *ita M 1,* XXXVIIII. Ut ecclesiae — habeant *N,* Ut ecclesie — habeant *V 2.* Reum] Deum *V 2, in mary.* R(eum). 2 praesumat neque] *ita M 1,* audeat nec *N, V 2.* 3 Sed et] Sed *N, V 2.* 4 component *C.* componat — fecit *V 2.*

XL. 5 Iterum de pace — XL.] *ita M 1,* XL. Iterum — ecclesiarum *N,* De pace ecclesiarum. 40. *V 2.* — *Inest canon in M 3 et M 4 sub rubrica:* De pace ecclesiarum XXI. *(deest M 4, ubi legitur* in concilio Mogont. er (?) tempore Karoli). ut ecclesiis *N.* 6 domibus eclesiarum] aecclesiarum domibus *M 3.* minime] non *add. M 4.*

XLI. 7 Ut antiquae — XLI.] *ita M 1,* XLI. Ut antique — habeant *N,* Ut antique ecclesie — honorem habeant. ca. XL. *V 2.* — *Capitulum invenitur in M 3 sub rubrica:* Antique eclesiae honorem suum habeant. 8 ne decimis *M 1.* decima nec aliqua (alia *M 3*) possessione *V 2. M 3.* 9 tribuatur *M 1. N. V 2.*

XLII. 10 De beneficiis — XLII.] *ita M 1,* XLII. De — ecclesiasticis *N,* De — ecclesiasticis. 41. *V 2.* Quicum *N.* 11 emendendas *V 2.* 12 nonam et] novam *V 2.*

XLIII. 13 Ne presbyter — XLIII.] *ita M 1,* XLIII. Ne — cantet *N,* Ne presbiter solus missam cantet. 42. *V 2.* 14 recte valet] valet recte *V 2.* dicit *V 2.* 15 hiis *V 2.*

XLIIII. 17 De oblatione — XLIIII.] *ita M 1,* XLIIII. *(deest V 2)* De oblat(c)ione — facienda *N. V 2.* — *Capitulum exstat in M 3 sub rubrica:* De pace facienda. 19 est remedium] remedium est *V 2.* ipse *N.* unanimitas] unitas *M 3.*

XLV. 21 De symbolo — XLV.] *ita M 1,* XLIIII. De — oratione *N,* De — oracione dominica. 44. *V 2.* 23 volumusque] volumus ergo *V 2.* neglegant *M 1,* negligunt *V 2.*

1) *Cf. c. 9 C. 17 qu. 4.* 2) *Cf. concil. Mogunt. 847 c. 11, l. l. p. 179; v. etiam c. 43 C. 16 qu. 1. Cf. quae supra p. 252 ann. 1 annotavimus.* 3) *Cf. concil. Parisiense 829 lib. I. c. 48 (infra edendum est). E. Seckel, 'Neues Archiv' XXVI, 61.*

discant et orationem dominicam, ut domi alios edocere valeant. Qui vero aliter non potuerit vel in sua lingua hoc discat.

Ut malum ebrietatis omnino vitetur. XLVI. Magnum malum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere praecipimus; qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum eum esse decrevimus usque ad emendationem congruam.

De spiritalibus filiolis. XLVII. Deinde praecipimus, ut unusquisque compater vel proximi spiritales filiolos suos catholice instruant.

Ut canticum luxuriosum circa ecclesias deseratur. XLVIII. Canticum turpe atque luxuriosum circa eclesias agere omnino contradicimus, quod ubique vitandum est.

De subintroductis mulieribus. XLVIIII. Omnibus igitur clericis feminas secum in domibus suis habere ultra licentiam canonum[1] firmiter sit contradictum.

De praepositis vel advocatis sive vicedominis. L. Omnibus igitur episcopis, abbatibus cunctoque clero omnino praecipimus vicedominos, praepositos, advocatos sive defensores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non periuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes et in omnibus iusticiam diligentes. De iudicibus autem vel centenariis atque tribunis seu vicariis dignum esse censemus, ut, si mali reperti fuerint, de ministerio suo abiciantur.

Ne corpora sanctorum transferantur de loco ad locum. LI. Deinceps[2] vero corpora sanctorum de loco ad locum nullus transferre praesumat sine consilio principis vel episcoporum sanctaeque synodi licentia.

Qui mortui in ecclesia sepeliantur. LII. Nullus[3] mortuus infra eclesiam sepeliatur, nisi episcopi aut abbates aut digni presbyteri vel fideles laici.

De incestuosis. LIII. Ut[4] episcopi incestuosos puriter investigare studeant, omnino praecipimus, ut, si penitere noluerint, de eclesia expellantur, donec ad paenitentiam revertantur.

XLV. 1 Qui vero] Et qui *V* 2. 2 ligua *V* 2.

XLVI. 3 Ut malum — XLVI.] *ita M* 1. XLVI. Ut — vitetur *N*, Ut — vitetur omnino. 45. *V* 2. 4 pullulant] *ita V* 2, pululent *e corr. M* 1. polluant *N*. cavere praecipimus] precipimus cavere *V* 2. qui autem] et qui *V* 2.

XLVII. 7 De spiritalibus — XLVII.] *ita M* 1. XLVII. De — filiolis *N*. De — filiolis. 46. *V* 2. 8 spirituales *V* 2. instruat *V* 2.

XLVIII. 9 Ut canticum — XLVIII.] *ita M* 1. XLVIII. Ut — aecclaesias deseratur *N*, Ut — deseratur *V* 2. *C*. Canticum] Ut canticum *V* 2.

XLVIIII. 12 De subintroductis — XLVIIII.] *ita M* 1. XLVIIII. De — mulieribus *N*. De — mulieribus *V* 2. igitur] ergo *V* 2. 13 licentia *M* 1.

L. 14 De praepositis — L.] *ita M* 1. De — vicedomibus *N*. De prepositis sive advocatis — vicedominis. 49. *V* 2. igitur] ergo *V* 2. 15 cuncto *V* 2. vicedomnos *M* 1. 17 in *bis script. V* 2. 19 mali] milia *N*.

LI. 20 Ne corpora — LI.] *ita M* 1. LI. Ne — locum *N*. Ut nec corpora — locum L. *V* 2. transferre praesumat] presumat transferre *V* 2. 22 sanctaeque] et sanctae *V* 2. synodis *V* 2.

LII. 23 Qui mortui — LII.] *ita M* 1. LII. Qui — aecclesia sepelliantur *N*. Qui — sepeliantur *V* 2.

LIII. 25 De incestuosis. LIII.] *ita M* 1. LIII. De incestuosis *N*. De incestuosis. 52. *V* 2. Ut *deest V* 2. investigari *V* 2. 26 ut] et *V* 2. p(o)enitentiam *N*. *V* 2.

1) *Cf. ex. gr. concil. Nicenum c.* 3: *Mansi II, 679. V. supra p.* 12 *cc.* 1. 2. 2) *Cf. c.* 37 *Dist.* 1 *de consecr.* 3) *Cf. c.* 18 *C.* 13 *qu.* 2. 4) *Cf. concil. Mogunt.* 847 *c.* 28; *l. l. p.* 183. —

Ne in quarta generacione coniugium copuletur. LIIII. Contradicimus[1] quoque, ut in quarta generatione nullus amplius coniugio copuletur; ubi autem post interdictum factum fuerit inventum, separetur.

Ne proprius filius de baptismo suscipiatur. LV. Nullus igitur proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat nec filiolam nec commatrem ducat uxorem nec illam, cuius filium aut filiam ad confirmationem duxerit. Ubi autem factum fuerit, separentur.

De damnatis nuptiis. LVI. Si[2] quis viduam uxorem duxerit et postea cum filiastra sua fornicatus fuerit seu duabus sororibus nupserit, aut si qua duobus fratribus nupserit seu cum patre et filio, tales copulationes anathematizari et disiungi praecipimus nec umquam amplius coniugio copulari, sed sub magna districtione fieri.

Facta est autem haec synodus in civitate Mogontia, in claustro basilicae sancti Albani martyris, anno Domini DCCCXIII. et imperii domni Karoli imperatoris anno XIII., indictione V., V. Idus Iunii, ubi sederunt episcopi XXX, abbates vero XXV.

LIIII. 1 Ne in quarta — LIIII.] *ita M 1*, LIIII. Ne — generatione — copuletur *N*. Ne in IIII^{a} — copuletur *V 2*. 2 ubi autem] et si *V 2*. 3 factum *deest V 2*. fuerit inventum] inventum fuerit *N*. *V 2*.

LV. 4 Ne proprius — LV.] *ita M 1*, LV. Ne — suscipiatur *N*, Ne — suscipiatur *V 2*. igitur] ergo *V 2*.

LVI. 8 De damnatis — LVI.] *ita M 1*, LVI. De — nupciis *N*, De dampnatis nuptiis. 55. *V 2*. viduam] vero *M 1*. 9 filiastre *N*. *V 2*. duobus] duabus *N*. 11 coniungio *e corr. N*. sub *deest V 2*. districtione] discretione *V 2*.

12 Mogoncia *N*. *V 2*. 13 anno — DCCCXIII.] anni Domini octingentesimi tricesimi tercii *V 2*. Karoli] *ita etiam C*, Caroli *N*. 14 XIII.] tercii decimi *V 2*. V.] *ita M 1*. *N*. *C*, quinta *V 2*, rectius *erat* VI. V. Idus] VII. Id. *(corr. ex* III. Id.*) N*. XXX] triginta *V 2*.

V. capitula ecclesiastica Karoli Magni c. 20. MG. Capit. I, 179 (Mühlbacher^{2} *n. 487)*: De iudicio poenitentiae ad interrogandum reliquimus, per quem poenitentialem vel qualiter iudicentur poenitentes *(v. quae infra ad concil. Cabillonense c. 38 et Turonense c. 22 proferemus)*; et de incestibus, quibus liceat iungere, quibus non *(v. supra concil. Arelatense c. 11)*. 1) *Cf. concil. Mogunt. 847 c. 30 (l. l. p. 183), praeterea c. 21 C. 35 qu. 2 et 3.* 2) *Cf. concil. Mogunt. 847 c. 29 (l. l. p. 183), praeterea c. 20 C. 32 qu. 7.*

---

37. CONCILIUM CABILLONENSE[1].

813.

Editio nostra nititur, cum codex Coloniensis*^{2} *deperditus sit, in his codicibus: 1) Monacensi latino 27246 (antea s. Mariae et s. Corbiniani Frisingensium) saec. X. (= M 1) fol. 42—54'; 2) Novariensi LXXI (134; Mazzatinti n. 18) saec. X. (= N) fol. 189—199'; 3) Vindobonensi 751 (Theol. 259) saec. X. (= V 1) fol. 181—186', qui mutilus praebet cc. 20—67; omisimus codicem Romanum bibliothecae Vaticanae 6209 saec. XVI. XVII. fol. 88 sqq., qui ex editione quadam pendet. Singuli canones inveniuntur in singulis codicibus, scilicet 1) in Monacensi latino 29084 saec. IX. X. (= M 2)

1) *Haec synodus in libris editis* Concilium Cabillonense. II. *insignitur.* 2) *V. supra p. 247 l. 21 sq.*

fol. A II. 2 cc. 26. 19. 30 (cf. G. Seeliger, 'Neues Archiv' XIX, 675); 2) in Vindobonensi 2198 (iur. can. 99) saec. X. (= V 2) fol. 103 c. 31; 3) in Berolinensi 89, Phill. 1765 (antea Remensi) saec. X. XI. (= B) fol. 90'. 91 c. 35; 4) in Carnotensi 193 (172) saec. XI. (= C) p. 113 c. 29.

Edd.: Crabbe II (1551), p. 623. Sagittarius 374. Joverius II, fol. 96. Flacius Illyricus, Eccles. hist. cent. IX, 387. Surius III, 278. Bollandus-Nicolini III, 686. Binius III, 1, 457. Sirmond II, 306. Coll. reg. conc. XX, 388. Bail II, 299. Labbe-Cossart VII, 1270; ed. Coleti IX, 357. Harduin IV, 1029. Mansi XIV, 91. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 480.

Auxiliante[1] domino nostro Iesu Christo et imperante serenissimo atque inclito augusto Karolo convenimus episcopi et abbates totius Galliae Lugdunensis in urbem Caballonensem[2] et de quibusdam rebus, in quibus nobis emendatio necessaria videbatur, quaedam capitula, quae subter inserta sunt, eidem domno imperatori praesentanda et ad eius sacratissimum iudicium referenda adnotavimus, quatenus eius prudenti examine ea, quae rationabiliter decrevimus, confirmentur, sicubi minus aliquid egimus, illius sapientia suppleatur.

I. Decrevimus iuxta sanctorum canonum constitutionem et ceterarum sanctarum scripturarum doctrinam, ut episcopi assidui sint in lectione et scrutentur misteria verborum Dei, quibus in eclesia doctrinae fulgore splendeant, et verborum Dei alimentis
Ps. 118, 18. animas sibi subditas saciare non cessent et cum David cotidie Domino dicant: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua*, ita videlicet ut illas scripturas notissimas habeant, quae canonicae appellantur, et earum sensum per patrum tractatus inquirant. Canones quoque intellegant et librum beati Gregorii papae de regula pastorali et secundum formam ibidem constitutam et vivant et praedicent.

Act. 1, 1. II. Ut ea, quae legendo perscrutantur, opere compleant iuxta illud: *Quae coepit*
Ps. 102, 18. *Iesus facere et docere*, et illud: *Et memoria tenentibus mandata eius, ut faciant ea*, et
ib. 118, 2. 3. illud: *Beati, qui scrutantur testimonia eius; in toto corde exquirunt ea. Non enim qui*
Rom. 2, 13. *operantur iniquitatem in viis eius ambulaverunt*, et quia *non auditores legis, sed factores*
1. Cor. 4, 20. *eius iustificabuntur*, et *regnum Dei non est in sermone, sed in opere*. Et sint subditis norma vivendi, ita videlicet ut et verbis et exemplis populo ad aeternam patriam pergenti ducatum praebeant, ut vita eorum atque doctrina nequaquam discordent, sed quae dicunt faciant et quae faciunt docere studeant. Et praedicatione assidua plebem admoneant et falce iusticiae a credentium mentibus vitiorum spinas eradicent et verbi Dei semine agros mentium eorum ad fecunditatem perducant.

III. Oportet etiam, ut, sicut domnus imperator Karolus, vir singularis mansuetudinis, fortitudinis, prudentiae, iusticiae et temperantiae, praecepit, scolas constituant[3], in quibus et litteraria sollertia disciplinae et sacrae scripturae documenta discantur, et

Lemma: Lugdunense *corr. al. man.* Caballionense *M 1.*

10 urbem] orbem *M 1.* 11 Cavallonensem *N.* 12 inserta] insepta *M 1.* imperator *M 1.* 13 sacratissimum] iustissimum *N.*

I. 16 I.] Cap. I. *N.* sanctorum *deest M 1.* sanctarum *deest M 1.* 19 Domino *deest M 1.* 22 papae *deest N.* regula] cura *N.*

II. 24 II.] Cap. II. *M 1.* perscrutatur *N.* 25 memoriam *M 1. N.* 26 illud: Beati] illi *M 1.* scrutantur] in *add. N.* 32 verbo *M 1. N.*

III. 36 litteraria] *ita N*, literalia *M 1*, litteras *add.*

1) *Cf. Jacobs, 'Das Jahr 813' p. 19. Hefele, l. l. III, 764 sq.* 2) *Châlon-sur-Saône.* 3) *Cf. concil. Attiniacense 822 c. 3, Parisiense 829 lib. I c. 30, lib. III c. 1 cum annotationibus adspersis. Hauck, l. l. II, 186 sq.*

tales ibi erudiantur, quibus merito dicatur a Domino: *Vos estis sal terrae*, et qui condimentum plebibus esse valeant, et quorum doctrina non solum diversis heresibus, verum etiam antichristi monitis et ipsi antichristo resistatur, ut merito de illis in laude ecclesiae dicatur: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Matth. 5, 13. Cant. 4, 4.

IIII. Oportunum ducimus, ut humilitatem atque religionem et in vultu et in opere et in habitu et in sermone demonstrent, ut bene agentes et habitu et vultu demulceant, male agentibus vero ipso suo visu terribiles sint iuxta illud, quod in tabernaculo Dei boum et leonum effigies expressae fuisse memorantur, et Dominus in evangelio et astutiam serpentis et simplicitatem columbae habendam percenset. cf. 3. Reg. 7, 29 sqq. cf. Matth. 10, 16.

V. Ut iuxta apostoli vocem sacerdotes inreprehensibiles sint et moribus ornati et nequaquam turpibus lucris deserviant iuxta illud, quod ait scriptura: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Et a turpibus lucris et usuris non solum ipsi abstineant, verum etiam plebes sibi subditas abstinere instituant. cf. 1. Tim. 3, 2. 2. Tim. 2, 4.

VI. Imputatur[1] quibusdam fratribus, eo quod avaritiae causa hominibus persuadeant, ut abrenuntiantes saeculo res suas eclesiis conferant, quod penitus ab omnium mentibus eradicandum est. Animarum etenim salutem inquirere sacerdotes, non lucra terrena debent, quoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi neque circumveniendi. Oblatio namque spontanea esse debet iuxta illud, quod ait scriptura: *Voluntariae sacrificabo tibi,* et illud: *Omnis populus mente devota obtulerunt donaria Domino.* Ecclesia vero sancta non solum fideles spoliare non debet, quin potius inopibus opem ferre, ut debiles, pauperes, viduae, orphani et ceteri necessitatem patientes a sancta eclesia utpote a pia matre et omnium gubernatrice subsidium accipiant, quia res[2] eclesiae, quibus episcopi non ut propriis, sed ut commendatis uti debent, pretia sunt peccatorum, patrimonia pauperum, stipendia fratrum in commune viventium. Ps. 53, 8. Exod. 35, 29.

VII. Constituit[3] sane sacer iste conventus, ut episcopi sive abbates, qui non in fructum animarum, sed in avaritiam et turpe lucrum inhiantes quoslibet homines inlectos circumveniendo totonderunt et res eorum tali persuasione non solum acceperunt, sed potius subripuerunt, penitentiae canonicae sive regulari utpote turpis lucri sectatores subiaceant. Hi vero, qui vanis promissionibus inlecti vel quibuslibet machinationibus persuasi, mentis inopes effecti, rerum suarum domini esse nescientes, comam deposuerunt, in eo, quod coeperunt, perseverare cogantur. Res namque, quae ab inlectis et neglegentibus datae, ab avaris et cupidis non solum acceptae, sed raptae noscuntur, heredibus reddantur, qui dementia parentum, avaritia incentorum exhereditati esse noscuntur. Si vero nescientibus episcopis aut abbatibus ministri eorum, quilibet videlicet in clero, hoc fecisse convincuntur, episcopi et abbates desidia, illi vero rapacitate et avaritia iudicentur. Hoc vero, quod quis Deo iuste et rationabiliter de rebus suis offert, firmiter eclesia tenere debet.

IIII. 6 et habitu *N.* 7 agentibus] agentes *N.* 8 bovum *N.* effugies *N.* et Dominus] Dominus *M 1.*

VI. 17 sacerdos — debet *N.*

VII. 26 qui *deest N.* 28 circumveniendos *N.* totonderunt *deest M 1.* 31 domni *N.* 34 exheredati *N.*

1) *Cf. ad hunc canonem et insequentes Karoli Magni capitula supra p. 246 ann. 4 laudata.* 2) *Ex Iuliano Pomerio, De vita contemplativa II c. 9; Opp. Prosperi app. 32.* 3) *Cf. c. 42 C. 16 qu. 7 et c. 5 C. 20 qu. 3.*

VIII. Oportet etiam, ut, si quando sacerdotes fruges vel quosdam reditus terrae congregant et protelant, non ideo hoc faciant, ut carius vendant et thesauros congregent, sed ut pauperibus tempore necessitatis subveniant.

VIIII. Ab omnibus oculorum auriumque illecebris sacerdotes abstinere debent et canum, accipitrum, falconum vel caeterarum huiuscemodi rerum curam parvipendere et histrionum sive scurronum et turpium seu obscenorum iocorum insolentiam non solum ipsi respuant, verum etiam fidelibus respuenda percenseant.

X. Ut sobrietatem sacerdotes teneant et hanc habendam fidelibus praedicent, quia non potest libere sobrietatem praedicare qui se mero usque ad alienationem mentis ingurgitat. Hoc et de comessationibus et de caeteris pestibus ad gastrimargiam pertinentibus observandum est.

XI. Ut episcopus ad forum neque ubi publice negotia iudiciaria exercentur non pergat suae causae suffragaturus, nisi forte ut aut pauperibus obpressis succurrat aut viduis et orphanis tuitionem conferat aut de verbo Dei iudices admoneat, ut iuxta
cf. Deut. 1, 16. Ioh. 7, 24. Domini praeceptum iusta iudicia iudicent. Hoc et de abbatibus et de presbyteris et diaconibus et maxime monachis observandum est. Si vero eorum, qui in clero sunt, propria causa agenda est, cum licentia episcopi et advocato pergat et suae causae cum iustitia suffragetur.

XII. Ut[1] neque presbyteri neque diaconi neque monachi vilici fiant.

XIII. Dictum est interea de quibusdam fratribus, quod eos, quos ordinaturi sunt, iurare cogant, quod digni sint et contra canones non sint facturi et oboedientes sint episcopo, qui eos ordinat, et eclesiae, in qua ordinantur. Quod iuramentum, quia periculosum est, omnes una inhibendum statuimus.

XIIII. Cavendum[2] est sane, ne, cum episcopi parroechias suas peragrant, quantam non solum erga subditos, sed erga socios tirannidem exerceant nec, quod absit, cum caritate, sed cum quadam iudiciaria invectione stipendia ab eis exigant. Observandum etiam modis omnibus, ut, si quando eis peragrandae parroechiae necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in praedicatione verbi Dei, in lucris animarum potius quam in depraedandis et spoliandis hominibus et scandalizandis fratribus operam dent. Et si quando eis ad peragendum ministerium suum a fratribus aut subditis aliquid accipiendum est, hoc summopere observare debent, ne quem scandalizent aut gravent. Tanta ergo in hac re discretio tenenda est, ut et verbi Dei praedicator sumptus, ubi proprii desunt, a fratribus accipiat, et idem fratres illius potentia non graventur, exemplo apostoli Pauli, qui, ne quem gra-
cf. 1. Thess. 2, 9; 2. Thess. 3, 8. varet, arte et manibus victum querebat.

VIII. 1 ut] et *N*.

VIIII. 7 persenceant *N*.

X. 10 comesationibus *M 1*, commessationibus *N*. pestibus *M 1*. castrimargiam *N*. 11 servandum *N*.

XI. 17 causa] cause *N*.

XII. 19 vilici] *ita M 1. N, intellige:* villici.

XIII. 21 digni sunt *N*.

XIIII. 24 sane *deest N*. parroechias *corr. al. man.* parrochias *M 1*, parrochias *N*. peragrant *N*. quantam (= aliquantam)] *ita M 1*, quantum *N*. 25 solum] sunt *N*. absit] non *add. N*. 27 parroechiae] parroch — *semper N*. 33 et verbi] verbi *N*.

1) *Cf. concil. Nicenum c. 17, Laodic. cc. 24. 54 (Mansi II, 682. 579. 582); v. praeterea MG. Capit. II, 33 c. 13. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I, 231 sq.* 2) *Cf. c. 7 C. 10 qu. 3.*

XV. Dictum[1] est etiam, quod in plerisque locis archidiaconi super presbyteros parroechianos quandam exercent dominationem et ab eis censum exigunt, quod magis ad tirannidem quam ad rectitudinis ordinem pertinet. Si enim episcopi iuxta apostoli sententiam non debent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo, cf. 1. Petr. 5, 3. multo minus isti hoc facere debent, sed contenti sint regularibus disciplinis et teneant propriam mensuram et, quod eis ab episcopis iniungitur, hoc per parroechiam suam exercere studeant, nihil per cupiditatem et avaritiam praesumentes.

XVI. Quidam fratres dixerunt consuetudinis antique fuisse in eorum eclesiis, ut pro balsamo emendo ad chrisma faciendum sive pro luminaribus eclesiae concinnandis binos vel quaternos denarios presbyteri darent. Unde omnes uno consensu statuimus[2], ut, sicut pro dedicandis basilicis et dandis ordinibus nihil accipiendum est, ita etiam pro balsamo sive luminaribus emendis nihil presbyteri chrisma accepturi dent. Episcopi itaque de eclesiae facultatibus balsamum emant et luminaria singuli in eclesiis suis concinnanda provideant.

XVII. Inventum est, quod in quibusdam locis presbyteri duodenos vel quaterdenos denarios episcopis in censum annis singulis darent. Quod penitus abolendum omnes decernimus.

XVIII. Dictum est nobis, quod in quibusdam locis episcopi et comites ab incestuosis et ab his, qui decimas non dant, wadios accipiant et a presbyteris pro quibusdam neglegentiis et inter se pecuniam dividant. Quod paenitus abolendum decrevimus, ne forte avaritiae locus detur, et constituimus, ut incestuosi iuxta canonicam sententiam paenitentia multentur, qui vero decimas post crebras admonitiones et praedicationes sacerdotum dare neglexerint excommunicentur. Iuramento vero eos constringi nolumus propter periculum periurii.

XVIIII. Questi[3] sunt praeterea quidam fratres, quod essent aliqui episcopi et abbates, qui decimas non sinerent dare ad eclesias, ubi illi coloni missas audiunt. Proinde decrevit sacer iste conventus, ut episcopi et abbates de agris et vineis, quae ad suum vel fratrum stipendium habent, decimas ad eclesias deferri faciant; familiae vero ibi dent decimas suas, ubi infantes eorum baptizantur, et ubi per totum anni circulum missas audiunt.

XX. Si inter omnes fideles pax et concordia habenda est, dicente apostolo: *Pacem sequimini et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum,* multo magis inter epi- Hebr. 12, 14. scopos et comites esse debet, qui post imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt. Ita enim inter se concordare debent, ut alterutrum sibi ad Dei servitium peragendum et ministerium suum explendum non solum non noceant, quin potius adminiculo sint.

XV. 2 parroechianos *corr. al. man.* parrochianos *M 1,* parrochiantis *N.* census *N.* 3 ordinemque *N.* 6 eis *deest M 1.* 7 praesumentes] prosumentes *M 1.*

XVI. 13 eclesiae facultatibus] *ita M 1,* facultatibus ecclesiae *N.* ement *N.* et *deest M 1.*

XVII. 15 prẹspiteri *M 1.* quaterdenos] *ita edd.,* quaternos *M 1. N.*

XVIII. 18 commites *N.* 19 wadias *N.* 21 locis *N.*

XVIIII. 25 XVIIII.] Cap. XII. *M 2.* praeterea *deest M 2.* essent] fiant *M 2.* 26 sinerent] sinunt *M 2.* ecclesiam *M 2.* illi] ipsi *M 2.* 27 Proinde] Unde *M 2.* sacer iste] iste sacer iste *M 2.* 28 vel fratrum stipendium] opus *M 2.* ecclesias suas *M 2.* familia *M 2.* 29 ibi dent] ibidem *M 2.*

XX. 31 XX.] *hoc capitulo incipit V 1.* 32 Pacem sequimini] Sequimini pacem *V 1.* 34 inter *deest N.* se] esse *V 1.* alterutrum] alteritum *N.*

1) *Cf. c. 3 D. 94.* 2) *Cf. c. 106 C. 1 qu. 1.* 3) *Cf. c. 46 C. 16 qu. 1.*

XXI. Comitibus vero et iudicibus hoc summopere observandum est, ut iuste iudicent et nequaquam in iudicio munera seu personas accipiant, dicente Domino:
Deut. 16, 19. *Non accipies personam nec munera, quia munera excaecant oculos sapientium et mutant verba iustorum.* Sed et ministros, quos vicarios et centenarios vocant, iustos habere debent, ne forte eorum avaricia aut rapacitate populus gravetur et amissis facultatibus in paupertatem redigatur. Testes vero probatissimi et pauci de pluribus esse debent tales, de quorum fide non dubitetur. Multum autem pravorum testium cupiditate et falsitate res publica laeditur.

XXII. De abbatibus vero et monachis idcirco hic pauca scribimus, quia paene omnia monasteria regularia in his regionibus constituta secundum regulam sancti Benedicti se vivere fatentur; quae beati Benedicti documenta per omnia demonstrant, qualiter eis vivendum sit. Inquiratur ergo diligenter, ubi secundum ipsum ordinem vivitur et ubi ab ipso ordine digressum est, et iuxta eiusdem beati viri institutionem vivere certent qui se, ut ita viverent, cum adtestatione professi sunt.

XXIII. Decrevimus enim secundum canonum[1] institutionem presbyterorum, diaconorum et ceterorum graduum inferiorum ordinationes statutis temporibus fieri debere.

XXIIII. De episcopis vero, presbyteris et diaconibus et monachis interfectis quaerendum a domno imperatore est, cui illius homicidii precium exsolvendum sit.

XXV. Paenitentiam agere iuxta antiquam canonum constitutionem in plerisque locis ab usu recessit, et neque excommunicandi neque reconciliandi antiqui moris ordo servatur. Ut a domno imperatore impetretur adiutorium, qualiter, si qui publice peccat, publica multetur paenitentia et secundum ordinem canonum pro merito suo et excommunicetur et reconcilietur.

XXVI. Perlatum[2] ad nos est, quod inter heredes eclesiae in rebus propriis constitutae dividantur, et tanta per eandem divisionem simultas oriatur, ut unius altaris quatuor partes fiant et singulae partes singulos habeant presbyteros; quod sine discordia et simultate nullo modo geri potest. Unde nobis visum est, quod huiuscemodi eclesiae inter heredes dividi non debeant, et si in contentionem venerint et simultates inter eos surrexerint, per quas sacerdos suo ibi officio canonicae fungi non possit, praecipiatur ab episcopo civitatis, ut nullo modo ibi missarum sollempnia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant, et pari voto atque consilio eclesia illa sacerdotem canonice habeat, qui libere suum ibi ministerium peragere possit.

XXI. 2 accipiunt *V 1*. 3 accipies] accipient *N*. 6 paupertate *N*. paucis *V 1*.

XXII. 9 XXII.] *numeri capitulorum abhinc desunt V 1*. 10 regulariter *N*. 12 qualis *N*. 13 et iuxta] ut iuxta *N*, ut iusta *V 1*. 14 ut ita] tali vita *N*.

XXIII. 15 canonum *deest N*. 16 daconorum *M 1*.

XXV. 20 constitutionem] institutionem *N V 1*. in] im *V 1*. 22 impetretur] imperetur *M 1*. 23 suo et] suo *N V 1*.

XXVI. 26 divisionem] visionem *V 1*. 27 quod *deest N V 1*. 29 heredes]... des *ita incipit M 2*. in contentionem] intentiones *M 2*. 30 suum ibi officium *M 2*. precipiantur *N*. 31 ut] et *N*. nullo modo] nullus *M 2*. sollemnia *N V 1*. celebrentur] caelebrarent *M 2*. 32 et *deest M 2*. 33 suum — ministerium] ibi suum ministerium *N*, suum ministerium ibi *V 1*. *M 2*.

1) *Cf. supra p. 17 concilium Romanum 743 c. 11 et quae ibi annotata sunt.* 2) *Cf. Stutz, l. l. I, 224 ann. 40 et p. 271; v. etiam concil. Mogunt. 852 c. 5, MG. Capit. II, 186.*

XXVII. Dictum[1] nobis est, quod quidam de plebe bis et ter ab episcopis, ignorantibus eisdem episcopis, confirmentur. Unde nobis visum est eandem confirmationem sicut nec baptismum iterari minime debere.

XXVIII. Interrogaverunt nos quidam de adfinitate propinquitatum et in quibus gradibus matrimonia iungenda sint. Quibus nos ad canones currere praecepimus et, quod in eis continetur, hoc ab eis in hoc negotio sicut et in caeteris observari debere.

XXVIIII. Sane[2] quae in propria viro, haec nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum regula custodienda est. Quia ergo constat eos duos esse in carne una, communis illis utrimque parentela esse credenda est, sicut scriptum est: *Erunt duo in carne una.* Gen. 2, 24. Eph. 5, 31.

XXX. Dictum[3] nobis est, quod quidam legitima servorum matrimonia potestativa quadam praesumptione dirimant, non attendentes illud evangelicum: *Quod Deus coniunxit homo non separet.* Unde nobis visum est, ut coniugia servorum non dirimantur, etiamsi diversos dominos habeant, sed in uno coniugio permanentes dominis suis serviant. Et hoc in illis observandum est, ubi legalis coniunctio fuit et per voluntatem dominorum. Matth. 19, 6.

XXXI. Dictum[4] etiam nobis est quasdam feminas desidiose, quasdam vero fraudulenter, ut a viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum duximus, ut, si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram episcopo ad confirmandum tenuerit, propter fallatiam suam paenitentiam agat, a viro tamen suo non separetur.

XXXII. Sed et hoc emendatione indigere perspeximus, quod quidam, dum confitentur peccata sua sacerdotibus, non plene id faciunt. Quia ergo constat hominem ex duabus esse substantiis, anima videlicet et corpore, et interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur, sollerti indagatione debent inquiri ipsa peccata, ut ex utrisque plena sit confessio, scilicet ut et ea confiteantur, quae per corpus gesta sunt, et ea, quibus in sola cogitatione delinquitur. Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor, ut de octo principalibus vitiis, sine quibus in hac vita difficile vivitur, confessionem faciat, quia aut cogitatione aut, quod est gravius, opere eorum instinctu peccavit. Odium etenim, invidia, superbia vel caeterae huiuscemodi animae pestes tanto periculosius laedunt, quanto subtilius serpunt.

XXVII. 1 est *deest N.* 2 eisdem episcopis *ras. del. V 1.*

XXVIII. 5 nos *deest N.* praecipimus *N.* 6 et ceteris *N.* observare *N.*

XXVIIII. 7 Sane] eadem *add. Mog.*, consanguinitas *add. C.* propria] *ita M 1. V 1. deest Mog.*, proprio *rell.* viri *Mog.*, conservanda est *add. C.* uxore *M 1. N. V 1.* 8 lege nuptiarum] legum nuptiis *C.* regula *deest C.* erga *M 1, deest C.* duos esse] fuisse duos *C.* 9 illis] illius *N.* illorum *C.* utraque *C.* sicut] quod sicut *N.*

XXX. 11 nobis est] est nobis *N.* 13 coniunxit *N.* ut] *praemissa rubrica* Cap. XIII. *reliquam partem capituli exhibet M 2, v. 'Neues Archiv' XIX, 676 ann. 1.* 14 etiamsi] si *M 2.* habeant] habuerint *M 2.* 15 Et hoc — dominorum] si tamen ipsa coniunctio legalis fuit et per voluntatem dominorum, iuxta illud in evangelio: Quod Deus coniunxit homo non separet *M 2.* coniuncio *V 1.*

XXXI. 17 XXXI.] Cap. XXXIII. De feminis que ante episcopum filios suos tenent *V 2.* etiam nobis] vobis *V 2.* 18 fraudolenter *V 2.* 19 duximus] diximus *N.* 20 tenuerit] tenuisse *N.* suam] aut propter fraudem quamdiu vivet *add. N.* 21 agat] XL dies *add. V 2.*

XXXII. 24 anima] animae *M 1.* 26 confiteantur — et ea *desunt N.* 29 quia] qui *N.* 30 cetera *N.*

1) *Cf. c. 8 D. 5 de consecratione.* 2) *Transiit hic canon in concilii Moguntinensis 847 c. 30 (MG. Capit. II, 183), cuius lectiones adiectis litteris Mog. supra adspersimus; v. etiam c. 14 C. 35 qu. 2 et 3.* 3) *Cf. MG. Capit. I, 218 c. 12, praeterea c. 8 C. 29 qu. 2.* 4) *Cf. c. 4 C. 30 qu. 1.*

XXXIII. Quidam[1] Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata, quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent; quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam fit eclesiam, ita duntaxat ut et Deo, qui remissor est peccatorum, con-
Ps. 31, 5. 6. fiteamur peccata nostra et cum David dicamus: *Delictum meum cognitum tibi feci et iniusticiam meam non abscondi. Dixi; confitebor adversum me iniustitias meas Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei,* et secundum apostoli institutionem confiteamur
cf. Iac. 5, 16. alterutrum peccata nostra et oremus pro invicem, ut salvemur. Confessio itaque, quae Deo fit, purgat peccata, ea vero, quae sacerdoti fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque, salutis et sanitatis auctor et largitor, plerumque hanc praebet suae potentiae invisibili administratione, plerumque medicorum operatione.

cf. Rom. 2, 11. XXXIIII. Quia igitur apostolo teste non est personarum acceptio apud Deum, et in omnibus iudiciis cavenda est[2], multo magis in hoc paenitentiae iudicio praecaveri debet, ut nullus sacerdotum umquam, aut gratia aut odio alicuius personae, secus iudicet, quam quod in canonibus sacris invenerit aut quod illi secundum sanctarum scripturarum auctoritatem et eclesiasticam consuetudinem rectius visum fuerit. Si ergo medici, qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquam propter personae cuiuslibet acceptionem his, quos sanare cupiunt, cauterio aut ferro aut duris aliis quibuslibet rebus parcunt, multo magis his observandum est, qui non corporum, sed animarum medici existunt. Neque enim pensanda est paenitentia quantitate temporis, sed ardore mentis et mortificatione corporis. Cor autem contritum et humiliatum Deus
cf. Ps. 50, 19. non despicit.

XXXV. Multi, quod non sine dolore dicendum est, in paenitentia non tam peccati remissionem quam temporis constituti expectant expletionem et, si carnium et vini usus eis interdictus est, mutata non voluntate, sed eiusdem cibi aut potus perceptione in tantum deliciis suis indulgent, ut deliciosius, his interdictis, aliorum ciborum vel potionum appetitu vivere cognoscantur. Spiritalis autem abstinentia, quae in paenitentibus potissimum vigere debet, et quorundam ciborum ac potionum perceptiones et desiderium fugere debet. Ille[3], inquam, ille magis parsimoniae servire censendus est, qui sibi non solum quarundam rerum perceptiones, sed delectationes corporis paenitus interdicit.

XXXVI. Sed nec hoc praetercundum putavimus, quod quidam ex industria peccantes propter elymosinarum largitionem quandam sibi promittunt inpunitatem. Ely-
Eccli. 3, 33. mosina enim extinguit peccata iuxta illud: *Ignem ardentem extinguit aqua, et elymosina extinguit peccatum,* sed ea, quae aut necessitate aut casu aut qualibet fiunt fragilitate. Ea vero, quae ex industria ad cuiuslibet libidinem explendam idcirco fiunt, ut elymosinis redimantur, nequaquam eis redimi possunt, quia qui hoc perpetrant videntur Deum mercede conducere, ut eis inpune peccare liceat. Non ergo idcirco quis pec-

XXXIII. 1 confitere *V 1.* 2 percessent *M 1.* 3 sanctam fit] sit sanctam *M 1.* 8 vero sacerdoti *N.*

XXXIIII. 16 medici — corporibus *desunt N.* 21 despicit] *ita M (cf. Vulg.:* cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies), *spernit N. V 1.*

XXXV. 22 XXXV.] Cabillonenses *pro lemmate praemittit B.* penitentiam *N.* 24 interdictum *B.* eiusdem] eisdem *N.* 25 in *deest macula foliі B.* 27 vigere] lugere *N.* 28 servire *deest V 1.* 29 quorundam *B.* delectationes] delecciones *V 1.*

XXXVI. 32 elemosinarum *V 1.* Elemosinae *N.* 33 extingunt *e corr. N.* 34 sed] et *add. N.* necessitatis causa aut qualibet *N.* 35 elimosinis *V 1.*

1) *Cf. c. 90 D. 1 de poenit.* 2) *Cf. supra can. 21.* 3) *Utrum haec ex libro quodam patris sancti hausta sint necne, frustra quaesivi.*

care debet, ut elymosinam faciat, sed ideo elymosinam facere debet, quia peccavit. Mentem enim et corpus, quae libido traxit ad culpam, afflictio et contritio debet reducere ad veniam.

XXXVII. Cum igitur omnia concilia canonum, qui recipiuntur, sint a sacerdotibus legenda et intellegenda, et per ea sit eis vivendum et praedicandum, necessarium duximus, ut ea, quae ad fidem pertinent, et ubi de extirpandis vitiis et plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur et bene intellegatur et in populo praedicetur.

XXXVIII. Modus[1] autem paenitentiae peccata sua confitentibus aut per antiquorum canonum institutionem aut per sanctarum scripturarum auctoritatem aut per ecclesiasticam consuetudinem, sicut superius dictum est[2], imponi debet, repudiatis ac penitus eliminatis libellis, quos paenitentiales[3] vocant, quorum sunt certi errores, incerti auctores, de quibus rite dici potest: *Mortificabant animas, quae non moriebantur,* Ezech. 13, 19. *et vivificabant animas, quae non vivebant;* qui, dum pro peccatis gravibus leves quosdam et inusitatos imponunt paenitentiae modos, *consuunt pulvillos* secundum propheticum ib. 13, 18. sermonem *sub omni cubito manus et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas.*

XXXVIIII. Visum[4] praeterea nobis est, ut in omnibus missarum sollemnibus pro defunctorum spiritibus loco competenti Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viventibus et pro quibuslibet necessitatibus Dominus deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in missarum sollemnibus fundantur. Antiquitus igitur hunc morem sancta tenet ecclesia, ut et in missarum sollemnibus et in aliis precibus Domino spiritus quiescentium commendet, dicente beato Augustino: Non[5] sunt praetermittendae supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana et catholica societate defunctis etiam tacitis nominibus eorum sub generali commemoratione suscipit ecclesia, ut, quibus ad ista desunt parentes aut filii aut quicumque cognati vel amici, ab una eis exhibeatur pia matre communi.

XL. Dictum[6] nobis est presbyteros propter suam neglegentiam canonice degradatos seculariter gradu amisso vivere et paenitentiae agendae bonum neglegere. Unde

XXXVI. 1 ideo elemosinam *V 1.*

XXXVII. 4 qui] que *N.*

XXXVIII. 9 Modus] tempusque *add. Mog.* 11 sicut — dictum est *desunt Mog.* repudiatis — qui dum] a sacerdotibus, nam *Mog.* 14 et vivificabant — vivebant *desunt M 1.* 15 inusitatos] invisitatos *N.* modus *corr.* modos *M 1*, modus *N.* 16 cubitu *M 1.* sub capite] subito *N.*

XXXVIIII. 18 sollemnibus] sollemnitatibus *hic et infra N.* 19 competendi *N.* deprecetur] depretur *V 1.* 22 igitur] ergo *V 1.* 23 ecclesiae *V 1.* ut] aut *V 1.* 24 commendetur *N.* 26 suscepit *V 1. Aug.* 27 uno *N.* exibeatur *V 1*, exhibeantur *Aug.* 28 communio *N.*

1) *Transiit hoc caput in primam partem canonis 31 concilii Moguntinensis 847 (l. l. p. 183), cuius lectiones in apparatu adiecimus; reliqua pars canonis ad canones 34 vel 35 Cabillonensis concilii respicere videtur. V. praeterea E. Seckel, 'Neues Archiv' XXVI, 59.* 2) *Can. 34.* 3) *Cf. Karoli Magni capitula ecclesiastica 811—813? c. 20 (MG. Capit. I, 179; Mühlbacher² n. 487):* De iudicio poenitentiae ad interrogandum reliquimus, per quem poenitentialem vel qualiter iudicentur poenitentes. *V. etiam concil. Turonense c. 22. Hauck, l. l. II, 252 sq. 730. E. Friedberg, 'Lehrbuch des katholischen und evangelischen Kirchenrechts' ed. 5. p. 125.* 4) *Cf. c. 72 D. 1 de consecratione.* 5) *Augustinus, De cura gerenda pro mortuis § 6; Opp. VI, 519.* 6) *Cf. c. 8 D. 81.*

statuimus, ut, gradu amisso, agendae paenitentiae gratia in monasterio aut canonico aut regulari mittantur. Si vero hoc fieri causa quaelibet prohibuerit, ubicumque sint, paenitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu saeculariter vivere voluerint et paenitentiam agere neglexerint, ab ecclesiae communione separentur.

XLI. Presbyter proprio loco dimisso ad alium migrans nequaquam recipiatur, nisi suae migrationis causam dixerit et se innocenter vixisse in parroechia, in qua ordinatus est, sub testibus probaverit. Litteras etiam habebit, in quibus sint nomina episcopi et civitatis plumbo impressa, quibus cognitis et talibus inventis, quibus fides adhiberi possit, recipiatur[1].

XLII. Inventum[2] est, quod multi arbitrii sui temeritate et, quod est gravius, ducti cupiditate presbyteris quibuslibet absque consensu episcoporum eclesias dant vel auferunt. Unde oportet, ut canonica regula servata nullus absque consensu episcopi cuilibet presbytero ecclesiam det. Quam si iuste adeptus fuerit, hanc non nisi culpa sua et coram episcopo canonica saeveritate amittat.

XLIII. Sunt in quibusdam locis Scotti[3], qui se dicunt episcopos esse et multos neglegentes absque licentia dominorum suorum sive magistrorum presbyteros et diacones ordinant. Quorum ordinationem, quia plerumque in simoniacam incidit heresem et multis erroribus subiacet, modis omnibus irritam fieri debere omnes uno consensu decrevimus.

XLIIII. Superius[4] scripsimus presbyteros vilicos esse non debere, et nunc eis in tabernis bibere, cancellarios publicos esse, nundinas insolenter peragrare, Romam sive Turonum absque licentia episcopi sui adire penitus decrevimus inhibendum.

XLV. Nam[5] et a quibusdam, qui Romam Turonumve et alia quaedam loca sub praetextu orationis inconsulte peragrant, plurimum erratur. Sunt presbyteri et diacones et caeteri in clero constituti, qui neglegenter viventes in eo purgari se a peccatis putant et ministerio suo fungi debere, si praefata loca attingant. Sunt nihilominus laici, qui putant inpune se aut peccare aut peccasse, quia haec loca oraturi frequentant. Sunt quidam potentum, qui adquirendi census gratia sub praetextu Romani sive Turonici itineris multa adquirunt, multos pauperum obprimunt, et quod sola cupiditate faciunt, orationum sive sanctorum locorum visitationis causa se facere videri affectant. Sunt pauperes, qui vel ideo id faciunt, ut maiorem habeant materiam mendicandi. De quorum numero sunt illi, qui circumquaque vagantes illo se pergere mentiuntur, vel quia tantum sunt vecordes, ut putent se sanctorum locorum sola visione a peccatis purgari, non attendentes quod ait beatus Hieronimus: Non[6] Hierosolimam vidisse, sed Hierosolimis bene vixisse laudandum est. De quibus omnibus domni imperatoris, qualiter

XL. 4 communionem *N*.
XLI. 6 parrochia *N. V 1.*
XLII. 12 auferant *M 1.* 14 coram] quoram *N*.
XLIII. 16 diaconos *V 1.* 17 heresim *N*.
XLIIII. 21 insolerter *N*. 22 inhibendum] est *add. N. V 1.*
XLV. 23 a *deest M 1.* 24 praetexto *N*. peragant *N*. 25 cetero *N*. 26 praefacta *N*. 27 inpune se] se inpune *N. V 1.* frequentantur *N*. 28 Romam *V 1.* 31 medicandi *N*. 34 Hyeronimus *N*. Hyerusolimam *N*, Ierosolimam *V 1.* 35 Hyerosolimis *N*, Ierosolimis *V 1.* domni *deest M 1.*

1) *Cf. E. Löning, 'Geschichte des deutschen Kirchenrechts' I, 142 sqq.* 2) *Cf. c. 38 C. 16 qu. 7. V. quae affert Stutz, l. l. I, 230 sq.* 3) *Cf. E. Löning, l. l. II, 445 sqq. Hauck, l. l. II, 230 ann. 2.* 4) *Can. 12.* 5) *Cf. Simson, l. l. II, 505 sqq.* 6) *Hieronymus, Epistola ad Paulinum: Opp. I, 318.*

sint emendanda, sententia expectetur. Qui vero peccata sua sacerdotibus, in quorum sunt parrocchiis, confessi sunt et ab his agendae paenitentiae consilium acceperunt, si orationibus insistendo, elymosinas largiendo, vitam emendando, mores componendo apostolorum limina vel quorumlibet sanctorum invisere desiderant, horum est devotio modis omnibus collaudanda.

XLVI. In perceptione corporis et sanguinis dominici magna discretio adhibenda est. Cavendum est enim, ne, si nimium in longum differatur, ad perniciem animae pertineat, dicente Domino: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Si vero indiscrete accipiatur, timendum est illud, quod ait apostolus: *Qui manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit.* luxta eiusdem ergo apostoli documentum probare se debet homo et sic de pane illo manducare et de calice bibere, ut videlicet abstinens aliquot diebus ab operibus carnis et purificans corpus animamque suam praeparet se ad percipiendum tantum sacramentum, exemplo David, qui, nisi fassus fuisset se abstinuisse ab opere coniugali ab heri et nudiustertius, nequaquam panes propositionis a sacerdote accepisset. Ioh. 6, 54. 1. Cor. 11, 29. cf. 1. Cor. 11, 28. cf. 1. Reg. 21, 5. 6.

XLVII. In[1] caena Domini a quibusdam perceptio eucharistiae neglegitur. Quae quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis his, quibus pro gravibus criminibus inhibitum est, percipienda sit, eclesiasticus usus demonstrat, cum etiam paenitentes eadem die ad percipienda corporis et sanguinis dominici sacramenta reconciliat.

XLVIII. Secundum beati Iacobi apostoli documentum, cui etiam decreta patrum consonant, infirmi oleo, quod ab episcopis benedicitur, a presbyteris ungui debent. Sic enim ait: *Infirmatur aliquis in vobis? Inducat presbyteros eclesiae, et orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et allevabit eum Dominus; et si in peccatis sit, dimittentur ei.* Non est itaque parvipendenda huiuscemodi medicina, quae animae corporisque medetur languoribus. Iac. 5, 14. 15.

XLVIIII. In quibus locis et quo apparatu missarum sollemnia, exceptis basilicis, celebrari debeant et utrum celebrari debeant, in concilio Laodicensi ita scribitur: Quod[2] non oporteat in domibus oblationes celebrari ab episcopis vel a presbyteris.

L. Diei interea dominici observatio et veneratio plurimum neglegitur. Unde oportet, ut authentica constitutione illius venerandi diei observatio iuxta imperium domni imperatoris statuatur.

LI. Quia ergo constat in eclesia diversarum conditionum homines esse, ut sint nobiles et ignobiles, servi, coloni, inquilini et caetera huiuscemodi nomina, oportet, ut quicumque eis praelati sunt, clerici sive laici, clementer erga eos agant et misericorditer eos tractent, sive in exigendis ab eis operibus sive in accipiendis tributis et

XLV. 1 emendata *N.* 2 parrochiis *N. V 1.* 3 elimosinas *N.*

XLVI. 7 ne si] nisi *M 1.* 9 timendum — apostolus *desunt V 1.* 11 eiusdem ergo] ergo eiusdem *N. V 1.* 12 aliquod *M 1.* 13 praeparat *M 1.* 14 fassus] professus *N*, fessus *V 1.* se *deest M 1.* 15 nudustertius *N.*

XLVII. 18 ecclesiasticos *N.*

XLVIII. 20 decreta] secreta *N.* 22 super eum] super eos *N.* 24 dimittetur *N.*

XLVIIII. 27 in] quia in *M 1. N*, qua in *V 1.* 28 praesbiteris *M 1.*

L. 31 statuatur *deest V 1.*

LI. 33 caeteri *M 1.* 34 agant] habent *V 1.* 35 exigendis] exiendis *V 1.* ab eis — accipiendis *desunt N.*

1) *Cf. c. 17 D. 2 de consecr.* 2) *Concil. Laodicense c. 58: Mansi II, 582. V. quae affert E. Hatch, 'Die Grundlegung der Kirchenverfassung Westeuropas, übers. von A. Harnack (Giessen' 1888), p. 121 ann. 8.*

quibusdam debitis, sciantque eos fratres suos esse et unum secum habere patrem Deum,
Matth. 6, 9. cui clamant: *Pater noster, qui es in caelis*, unam matrem sanctam ecclesiam, quae eos intemerato sacri fontis utero gignit. Disciplina igitur eis misericordissima et gubernatio oportuna adhibenda est, disciplina, ne indisciplinate vivendo auctorem suum offendant, gubernatio, ne in cotidianis vitae comeatibus praelatorum adminiculo destituti fatescant.

LII. Monasteriis sane puellaribus tales praeferri debent faeminae et abbatissae creari, quae et se et subditum gregem cum magna religione et sanctitate custodire norint et his, quibus praesunt, prodesse non desinant. Sed et se et illas ita observent utpote vasa sancta in ministerio Domini praeparata. Talem enim se debet abbatissa exhibere subditis in habitu, in veste, in omni convictu, ut eis et ad caelestia regna pergentibus ducatum praebeat et sciat etiam se pro his, quas in regimine accepit, in conspectu Domini rationem reddituram.

LIII. Libuit[1] namque huic sacro conventui quasdam admonitiunculas breviter eis sanctimonialibus scribere, quae se canonicas vocant, quoniam hae, quae sub monasticae regulae norma degunt, totius vitae suae ordinem in eadem, quam profitentur, regula scriptum habent.

LIIII. Abbatissa diligenter habeat curam de congregatione sibi commissa et provideat, ut in lectione et in officio et in psalmorum modulatione ipsae sanctaemoniales strenuae sint, et in omnibus operibus bonis illa eis ducatum praebeat utpote pro animabus earum rationem in conspectu Domini redditura et stipendia sanctimonialibus praebeat necessaria, ne forte per indigentiam cibi aut potus peccare compellantur.

LV. Abbatissa cum viris, clericis sive laicis, horis incompetentibus non loquatur, sed quicquid cum masculis, clericis sive laicis, de rebus necessariis peragere debet, a prima hora usque ad vespertinam peragat, et hoc non cum singulis, sed coram pluribus.

LVI. A vespere usque ad primam neque abbatissa neque aliqua sanctimonialium cum quibuslibet masculis ullum colloquium habeant, ni forte talis fuerit occasio, quam evitare non possint; et si necessitas incubuerit, id coram testibus facere debebit.

LVII. Abbatissa, quae in civitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egrediatur nisi per licentiam episcopi sui aut qui eius vicem obtinet, nisi forte aut imperialis iussio eam cogat aut prolixitas itineris id facere minime permittat. Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus, quas secum ducit, curam et vigilantiam habeat, ut nulla eis detur peccandi licentia sive occasio. Sed et cum pergit, in monasterio talem in vice sua constituere debet, quae de sanctimonialium animabus curam et vigilantiam habeat.

LI. 2 cui *deest V I.* 4 disciplina ne] disciplinae *N.* disciplina *V I.*

LII. 9 Tale *N.* 10 convictu] coniunctu *N.* et *deest N. V I.* 11 et sciat] sciat *N. V I.* se *deest V I.*

LIII. 14 quae] quas *N.*

LIIII. 17 diligentem *N. V I.* 18 psalmorum] salmorum *V I.* modolacione *V I.* sanctaemoniales] sanctimoniales *N.* 20 eorum *V I.* 21 compellentur *V I.*

LV. 23 sive laicis *desunt N.*

LVI. 26 vespera *N. V I.* 27 ni] nisi *N. V I.* 28 possunt *N.*

LVII. 32 curam] coram *N.* 34 monasterio] manesterio *N.*

1) *V. quae de ratione inter capitula 53—65 et institutionem sanctimonialium anno 816. in concilio Aquisgranensi promulgatam et infra edendam intercedente disseruimus 'Neues Archiv' XXVII, 631 ann. 4.*

LVIII. Habeat etiam abbatissa studium aut in aedificando ea, quae ad sanctimonialium necessitatem pertinent, aut in restaurando.

LVIIII. Sanctimoniales in monasterio constitutae habeant studium in legendo et in cantando, in psalmorum celebratione sive oratione et horas canonicas, matutinam videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completoriam pariter celebrent et omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant et omnibus diebus ad collationem veniant.

LX. Non debere presbyteros amplius in monasterio puellari immorari, nisi donec missarum sollemnia celebrent aut aliquid ibi de Dei servitio et suo ministerio expleant.

LXI. Non debere sanctimoniales in propriis mansionibus cum aliquibus masculis, clericis sive laicis, consanguineis sive extraneis, bibere sive comedere, sed, si quando id agendum est, in auditorio agatur; et ubi auditorium deest fiat. Et cum nullo masculo eis colloquium habere liceat nisi in auditorio et ibi coram testibus.

LXII. Sanctimoniales, nisi forte abbatissa sua pro aliqua necessitate incumbente mittente, nequaquam de monasterio egrediantur. Hae vero, quae famulos aut famulas non habent ad exercenda negotia, ad mediam portam monasterii perveniant et ibi coram testibus negotium suum exerceant.

LXIII. Nullus vassus abbatissae nec minister aliquis nec clericus nec laicus claustra ancillarum Dei ingrediatur, nisi forte quando necessitas operandi incumbit.

LXIIII. Portaria non eligatur, nisi quae aetate matura sit et testimonium habeat bonum et vitae probabilis sit.

LXV. Quicquid in his capitulis minus est, ab episcopo suo abbatissa perquirat et ita illi in omnibus oboediens sit secundum canonicam institutionem, sicuti iustum et rectum est.

LXVI. Interea omnis iste conventus gratissima deliberatione decrevit, ut ab omnibus indesinenter orationes fiant pro vita et incolomitate, pro salute animae et corporis domni imperatoris prolisque eius, pro statu regni, pro remissione peccatorum et caelestis regni collatione, ita dumtaxat ut semper magis ac magis per incrementa temporum talis crescat observatio. Dixit etiam se scripturarum sanctarum monita et canonum instituta diligenti indagatione perquirere et indefessa atque infatigabili observatione auxiliante Domino velle perficere.

LXVII. Haec itaque pauca de plurimis, quae necessaria perspeximus, cum magna brevitate domni imperatoris prudenti iudicio praesentanda adnotavimus. Caeterum quid generaliter in omnibus et ab omnibus sequendum sit quidve vitandum qualiterve intra sanctam ecclesiam sit vivendum, qui plenius nosse desiderat sanctarum scripturarum prata percurrere non desistat.

LVIII. 1 aedifficando *M 1*. 2 pertinet *M 1*. restauranda *N*.

LVIIII. 4 cannonicas *N*. 5 primam et terciam *N*.

LX. 8 puellarum *V 1*. 9 solempnia *V 1*. ibi de — ministerio] ibidem Dei servicium et suum ministerium *N*.

LXI. 13 id] ad *N*. fiat] *intelligendum est: construatur*.

LXII. 15 incumbente] illas *add. edd.*

LXIII. 19 aliquis clericus *M 1*. 20 claustrum *N*.

LXV. 24 ita *deest N*.

LXVI. 27 incolumitate *N*. 28 pro remissione — regni *desunt M 1*. 30 et in canonum *N*. 31 infaticabili *N*.

LXVII. 33 plurimis] pluribus *N*. 35 quidve vitandum — ecclesiam sit *desunt N*.

38. CONCILIUM TURONENSE[1].

813.

Codice Coloniensi deperdito[2] hausimus gesta synodalia ex his codicibus[3]: 1) Monacensi latino 27246 (antea s. Mariae et s. Corbiniani Frisingensium) saec. X. (= M) fol. 54'—63; 2) Novariensi LXXI (134; Mazzatinti n. 18) saec. X. (= N) fol. 199' —207; 3) Vindobonensi 751 (Theol. 259) saec. X. (= V) fol. 186'—187, ubi exstant praefatio et canones usque ad medium canonem 12. In codice Monacensi latino 3853 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. (= M 1) fol. 157 servatur c. 39.

Edd.: Crabbe II (1551), p. 619. Sagittarius 369. Joverius II, fol. 94'. Flacius Illyricus, Eccles. hist. cent. IX, 378. Surius III, 274. Bollanus-Nicolini III, 682. Binius III, 1, 455. Sirmond II, 294. Coll. reg. conc. XX, 371. Bail II, 296. Labbe-Cossart VII, 1259; ed. Coleti IX. 349. Harduin IX, 1021. Mansi XIV, 81. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 480.

Quantum piissimi imperatoris nostri excellens animus divinae sapientiae fulgore sit irradiatus ad gubernandum praesentium rerum statum, ipsius imperii sibi a Deo dati liquido testantur negotia; quae quanta sint industria administrata quantaque prudentia ordinata, qui sapiens ac intellegens est facile perspicere potest et eo praecipue, quod his toto animo invigilat, investigando, quae ad pietatem et veram religionem pertinent, quorum fructus hominem in bono beatitudinis collocat. His igitur intentus pios ac religiosos Dei sacerdotes ecclesiae gubernacula in regno sibi divina largitate collato tenentes saluberrimis exhortationibus admonuit, ut operam darent et actibus eminerent, quibus et se bene operando et sibi commissos verbis et exemplis instruendo regerent. Diffinitum itaque de locis et tempore, quando et ubi coadunari commodius et compendiosius metropolitani cum caeteris episcopis et electis quibusdam e clero possent ad tantum opus, quod a tanto principe nobis iniunctum est, ad statuta loca convenimus. Siquidem urbe Turonis congregati episcopi, abbates et venerabilis clerus pro parvitate nostra pauca, quae ad tantum opus pertinere animadvertimus et quae secundum canonicam regulam emendatione indigent, distincte per capitula adnotavimus, serenissimo imperatori nostro ostendenda.

I. Primo omnium admonuimus generaliter cunctos, qui nostro conventui interfuere, ut oboedientes sint domno excellentissimo imperatori nostro et fidem, quam ei

Lemma: Turonensis *M*.

16 *ordinata*] *ornata N.* eos *N.* 17 quod] qui *N.* 19 pius *N.* religiosus *N.* 20 exortat(e)ionibus *N. V.* 21 et exemplis] exemplis *M.* instruendo *deest M.* 22 et tempore] tempore *M.* 23 possint *N.* 24 tanto principe] ta . . . *V.* 26 et quae] quae *N.* 28 imperator *M.*

I. 29 I.] *Numeri hic et infra desunt V.*

1) *In editis libris haec synodus* Concilium Turonense III. *inscribitur.* 2) *V. supra p. 247 l. 21 sq.* 3) *Erravit A. Theiner (Disquisitiones criticae in praecipuas canonum et decretalium collectiones, Romae 1836, p. 149), cum diceret in codice Parisiensi latino 3859 saec. IX. ex. inesse excerpta huius concilii.* 4) *Cf. Hefele, l. l. III, 764.*

promissam habent, inviolabiliter conservare studeant. Orationes quoque assiduas intente fundere pro eius stabilitate ac incolomitate omnes se velle secundum nostram admonitionem unanimiter professi sunt, ut misericordia divina longiori aevo illius mansuetudinem conservare dignetur.

II. Ut omnes episcopi studiose operam divinae dent lectioni, sanctum evangelium et epistolas beati Pauli apostoli non solum crebro lectitent, sed etiam quantum possint memoriae studeant commendare sanctorumque patrum opuscula super eadem exposita devote frequentent. Similiter et de caeteris libris canonicis faciant.

III. Nulli episcopo liceat canones aut librum pastoralem a beato Gregorio papa editum, si fieri potest, ignorare, in quibus se debet unusquisque quasi in quodam speculo assiduae considerare [1].

IIII. Sollicite studeat unusquisque gregem sibi commissum sacra praedicatione, quid agere quidve vitare debeat, informare. Et ipse episcopus vita, habitu, forma et conversatione sancta suis subiectis exemplum praebeat, ut iuxta dominicam vocem videant opera eius bona et glorificent patrem Deum, qui in caelis est. cf. Matth. 5, 16.

V. Episcopum non oportere nimium profusis incumbere conviviis, sed parco ac moderato contentus sit cibo, ne videatur Domini abuti sententia dicentis: *Attendite, ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate.* Et quamdiu convivatur, potius sacra lectio ante mensam eius recitetur quam otiosa a susurronibus resonent verba. Luc. 21, 34.

VI. Peregrini et pauperes convivae sint episcoporum, cum quibus non solum corporali, sed spiritali reficiantur alimento.

VII. Quaecumque ad aurium et ad oculorum pertinent inlecebras, unde vigor animi emolliri posse credatur — ut de aliquibus generibus musicorum aliisque nonnullis rebus sentiri potest —, ab omnibus Dei sacerdotes abstinere debent, quia per aurium oculorumque illecebras vitiorum turba ad animum ingredi solet. Histrionum quoque turpium et obscenorum insolentias iocorum et ipsi animo effugere caeterisque sacerdotibus effugienda praedicare debent.

VIII. Sacerdotibus non expedit saecularibus et turpibus quibuslibet interesse iocis. Venationes quoque ferarum vel avium minime sectentur.

VIIII. Presbyteri quoque et diacones in omnibus bonorum operum exhibitionibus sui episcopi vestigia sectentur et in bonorum morum probitate, quae episcopo observanda sunt, eadem et sibi observanda esse cognoscant.

X. Episcopi quidem maximam curam et sollicitudinem circa pauperes habeant et res ecclesiasticas eclesiis collatas cauta circumspectione dispensent quasi Dei ministri, non quasi turpis lucri sectatores, illisque ita utantur non ut propriis, sed ut sibi ad dispensandum commissis.

II. 5 divinae dent] dent divinae *N. V.* 6 lectitentur *M.* possunt *N.* 8 frequententur *M.*
III. 9 episcopi *N.* liceat] libeat *V.* pastoralem] pastolem *N.*
IIII. 12 commisum *M.* 13 debeant *N.* 14 suis — praebeat] *ita M.* suis sit subiectis exemplum *N. V.*
V. 16 parco] paro *N.* 17 sententia dicentis] sen . . . *V.*
VII. 22 inlecebris *N.* 23 ut] unde *N.* 25 animam *N.* 27 effugenda *M. N. V.*
VIII. 28 quibuslibet] *deest M,* libet *V.*
VIIII. 30 operum *deest N.*
X. 35 lucri] gratia *add. M. V,* lucris *N.* utantur] utantantur *M.*

1) *Cf. capitulare Karoli Magni Francofurtense 794 c. 20, supra p. 168.*

XI. Licitum sit episcopis praesentibus presbyteris et diaconibus de thesauro eclesiae familiae et pauperibus eiusdem eclesiae secundum canonicam institutionem, iuxta quod indiguerint, erogare.

XII. Presbyterum ordinari non debere ante legitimum tempus, hoc est trigesimum aetatis annum[1]. Sed priusquam ad consecrationem praesbiteratus accedat, maneat in episcopio discendi gratia officium suum tandiu, donec possint et mores et actus eius animadverti, et tunc, si dignus fuerit, ad sacerdotium promoveatur.

XIII. Ut unusquisque episcoporum parroechiam suam diligenter perscrutari nitatur, ne aliquis presbyter ab alterius parroechia in suam commigrans officium celebrare praesumat sine litteris commendaticiis[2], sicut olim multis in locis actum esse repertum est.

XIIII. De titulo minori ad maiorem migrare nulli presbytero licitum sit, sed in eo permaneat, ad quem ordinatus est. Quodsi inventus fuerit contra statuta id facere, eadem feriatur sententia qua et episcopus, si de minori ad maiorem transmigraverit sedem[3].

XV. Quicumque presbyter per pretium eclesiam fuerit adeptus, quolibet expulso, omnimodis deponatur, quoniam et ille contra eclesiasticae regulae disciplinam agere dinoscitur, qui alium praesbiterum legitime ad praedictam eclesiam ordinatum per pecuniam expulerit eamque sibi taliter vindicaverit. Quod vitium late diffusum summo studio emendandum est. Itemque interdicendum videtur clericis sive laicis, ne quis cuilibet presbytero praesumat dare eclesiam sine licentia et consensu episcopi sui.

XVI. Ut decimae, quae singulis dabuntur eclesiis, per consulta episcoporum a presbyteris ad usum eclesiae et pauperum summa diligentia dispensentur.

XVII. Visum est unanimitati nostrae, ut[4] quilibet episcopus habeat omelias continentes necessarias ammonitiones, quibus subiecti erudiantur, id est de fide catholica, prout capere possint, de perpetua retributione bonorum et aeterna damnatione malorum, de resurrectione quoque futura et ultimo iudicio et quibus operibus possit promereri beata vita quibusve excludi. Et ut easdem omelias quisque aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam aut Thiotiscam, quo facilius cuncti possint intellegere quae dicuntur.

XVIII. Episcoporum sit magna sollicitudo presbyteris suis tradere baptismi sacramentum et quid in eodem renuntiandum quidve credendum sit. Renuntiatur ergo

XI. 1 *tesauro N.* 3 **indiguerunt** *M.*

XII. 4 Presbyterum] Praesbiterorum *N.* trigesimum] trigesimo *N*, ante trigesimum *V.* 5 anno *N.* consecrationem] considerationem *N.* 6 episcopio] *hoc verbo sistit V.* moras *N.*

XIII. 9 parrochiam *N.*

XIIII. 12 migrari *M. N.*

XV. 16 quolibet expulso *desunt N.*

XVI. 23 dispensetur *M.*

XVII. 25 erudiebantur *N.* 27 de resurrectione] XVIII. De resurrectione *N.* 28 beatam vitam quibusque *N.* 29 Teotiscam *N.* possent *M.*

XVIII. 31 XVIII. *hoc loco deest N.*

1) *Cf. ex. gr. concil. Neocaesariense c. 11; Mansi II, 545. MG. Conc. I, 246 s. v. presbyter. Capitulare Karoli Magni Francofurtense 794 c. 49, supra p. 171.* 2) *Cf. E. Loening, l. l. I, 143 anm. 2.* 3) *Cf. ex. gr. concil. Sardicense c. 1, Mansi III, 22; v. praeterea Karoli Magni capitulare Francofurtense 794 c. 7, supra p. 167.* 4) *Cf. concil. Moguntinum 847 c. 2 (MG. Capit. II, 176). Jacobs. 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' III, 379.*

diabolo et operibus eius. Opera enim diaboli opera carnis esse intelleguntur, quae sunt homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates et multa alia his similia, quae nimirum diabolico instinctu prius cogitatione mentis concipiuntur quam opere perpetrentur. Pompe vero eiusdem sunt superbia, iactantia, elatio, vana gloria, fastus et alia quamplurima, quae ex his oriri videntur.

XVIIII. Presbyteri omnino admonendi sunt, ut, cum sacra missarum sollemnia peregerint atque communicaverint, pueris aut aliis quibuslibet personis adstantibus corpus Domini indiscrete non tribuant. Qui si forte maioribus peccatis fuerint irretiti, magis sibi damnationem quam remedium sumere noscuntur iuxta sententiam apostoli dicentis: *Quicumque manducaverit panem vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Probet autem se ipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat.* 1. Cor. 11, 27. 28.

XX. Item presbyteris iniungendum est, ne sacrum chrisma foras conclavi dimittant, ubi a quolibet attingi possit. Nam criminosos eodem chrismate unctos aut potatos nequaquam ullo examine deprehendi posse a multis putatur[1].

XXI. Servandum presbyteris firmiter statuimus, ne tabernas ingrediantur comedendi bibendive causa. Quod si post haec statuta facere praesumpserint, canonica decernimus sententia feriendos[2].

XXII. Episcopis, presbyteris diligenti cautela portractandum est, qualiter hominibus sua sibi delicta confitentibus tempus abstinendi adscribant, ut iuxta modum peccati paenitentibus abstinentia iudicetur, quoniam varie ab aliquibus sacerdotibus et indiscrete haec iudicia proferuntur. Ideo necessarium videbatur nobis, cum omnes episcopi ad sacrum palatium congregati fuerint, ab eis edoceri, cuius antiquorum liber paenitentialis[3] potissimum sit sequendus.

XXIII. Canonici clerici civitatum, qui in episcopiis conversantur, consideravimus, ut in claustris habitantes simul omnes in uno dormitorio dormiant simulque in uno reficiantur refectorio, quo facilius possint ad horas canonicas celebrandas occurrere ac de vita et conversatione sua admoneri et doceri. Victum et vestitum iuxta facultatem episcopi accipiant, ne paupertatis occasione compulsi per diversa vagari ac turpibus se implicare negotiis cogantur dimissoque eclesiastico officio incipiant indisciplinate vivere et propriis deservire voluptatibus.

XXIIII. Simili modo et abbates monasteriorum, in quibus canonica vita antiquitus fuit vel nunc videtur esse, sollicite suis praevideant canonicis, ut habeant claustra et dormitoria, in quibus simul dormiant simulque reficiantur, horas canonicas custodiant, victum et vestimenta iuxta quod poterit abba habeant, quo facilius ad Dei servitium possint constringi, sintque abbates sibi subditis bene vivendo duces et praevii viamque demonstrent, qua recte gradiendo ad meliorem vitam pervenire valeant.

XVIII. 3 instintu *N.*

XVIIII. 7 pueros *N.* 8 Qui] Qua *N.* 11 sic] si *N.*

XX. 13 est *deest M.* 14 attingi] uttingi *N.* crismate unctus aut potatus *N.*

XXI. 16 firmiterque *N.*

XXII. 19 est *deest M.* 22 cum] ut cum *M.* 24 sequendum *N.*

XXIII. 25 Canonici] et *add. edd.* in episcopiis] cum episcopis *N.* 28 vestitum] vestimentum *N.* 30 implicari *M. N.*

XXIIII. 33 videatur *N.*

1) *Cf. Karoli capitulare Aquisgranense 809 c. 10, MG. Capit. I, 149.* 2) *Cf. ex. gr. concil. Laodicense c. 24, Africanum c. 7; Mansi II, 579. III, 734. Capitulare Karoli Magni Francofurtense 794 c. 19, supra p. 168.* 3) *Cf. supra p. 281 ann. 3 ad concilii Cabillonensis 813 c. 38.*

XXV. Monasteria monachorum, in quibus olim regula beati Benedicti patris conservabatur, sed nunc forte qualicumque neglegentia subrepente remissius ac dissolutius custoditur vel certe penitus abolita neglegitur, bonum videtur ut ad pristinum revertantur statum; et abbates eorundem in eodem habitu ac vita, qua ipsa regula praecipiens incedere ac vivere studeant, quoniam aliqua sunt monasteria, in quibus iam pauci sunt monachi, qui praedicti patris regulam suis abbatibus promissam habeant, quippe cum ipsi abbates magis canonice quam monachice inter suos conversari videntur.

XXVI. Porro in monasteriis puellarum multa inveniri possunt, quae emendatione indigent. Nam quaedam abbatissarum neglegentius quam oporteat vivere dicuntur, et ob hoc earum vita et conversatio a multis diffamatur, sed et talium actus subditam familiam imitari velle credendum est. Victus etiam ac vestimenta aliaque nonnulla necessaria, quae iure ab abbatissis praeberi debuerant, abstracta sibi eadem conqueritur familia.

XXVII. Ut iuvenes viduae cito nequaquam velentur, usque dum probetur illarum religio, et bona ab eis nota sit conversatio, ne forte de hisdem dici possit ab apostolo: *Quae autem in deliciis sunt viventes mortuae sunt.*

1. Tim. 5, 6.

XXVIII. Virginibus quoque sacrum velamen accipiendum decreta patrum interdicunt ante XXV annos, nisi forte aliqua cogente necessitate, pro qua licitum est haec statuta mutare, ut in canonibus[1], si requiratur, inveniri poterit.

XXVIIII. Presbyteris, diaconibus caeterisque clericis infra claustra monasteriorum puellarum non sit concessum habitare. Neque enim intrent monasteria nisi tempore, quo missarum sollemnia celebranda sunt vel alia quaelibet eclesiastica officia peragenda. Quibus peractis statim egrediantur nec quicquam ibi postea morarum faciant. Similiter et aliis hominibus eadem monasteria importune frequentare cupientibus omnis aditus excludatur.

XXX. Abbatissae absque sui episcopi licentia foras monasterium egrediendi non habeant potestatem, nisi cum ad piissimum imperatorem nostrum proficisci voluerint, sed tantum in suis permaneant monasteriis ibique et se ipsas custodire sibique commissas servare, quanta poterint vigilantia, decertent.

XXXI. Ut in monasteriis canonicorum, monachorum seu puellarum maior hominum numerus non admittatur, quam facultas monasterii possit sufferre.

XXXII. Omnes homines et maxime Christiani studeant inter se pacem, unanimitatem et concordiam habere, odium vero et discordiam longe a se propellere; neque pro terreno et caduco questu quis invidiae stimulis agitatus felicitati fratris invideat, sed potius bona, quae sibi optat, eadem et proximis aequaliter cupiat.

XXXIII. Comitibus, iudicibus reliquoque populo expedit, ut suis sint episcopis consentientes et oboedientes propter Dei amorem suique gradus honorem et semper

XXV. 2 qualicumque] qualicuius *N.* 4 ac vita] hac vita *N.* regula praecipiens] *ita M. N loco nominativi absoluti, ut intelligatur: regula praecipiente; v. quae infra ad c. XXXVIII. disseremus.* 7 quippe *deest N.*

XXVI. 11 earum] eorum *N.* 13 conquiritur *N.*

XXVIII. 19 est haec] haec est *N.* 20 cannonibus *N.*

XXVIIII. 23 quo *deest M.* 24 quicquam] quaquam *N.* 25 frequentari *M. N.* 26 aditur *N.*

XXX. 27 egrediendi] egredi *M.* 28 ad *deest M.*

XXXIII. 37 Commitibus *N.* reliquoque populo] reliquorumque *N.*

1) *Cf. concil. Carthaginiense c. 16, Africanum c. 93; Mansi III, 718. 822.*

ab eis utile quaerant consilium illorumque salubria non spernant monita, sed intenta cordis aure audiant. Similiter vero et episcopi praedictas personas humiliter suscipiant honorificeque erga eos in omnibus agant: et sic sese mutuis studeant sublevare consolationibus.

XXXIIII. Summopere admonendi sunt comites et iudices, ne viles et indignas personas coram se permittant ad testimonium accedere, quoniam multi sunt, qui periurare pro nihilo ducunt in tantum, ut pro unius diei satietate aut pro quolibet parvo pretio ad iuramentum conduci possint, animasque suas periurio perdere minime formidant. Quamobrem tales nequaquam ad quodlibet testimonium admittendi sunt. Et hoc notandum, quod non solum illi, qui periurant, sed etiam qui periuris consentiunt simili plectendi sunt damnatione.

XXXV. Nullus Christianus pro quolibet placito vel iudicio a qualibet persona munera exigere aut accipere debet, quoniam id divina scriptura multis in locis magna interdicit auctoritate, teste scriptura, quae ait: *Munera excaecant oculos sapientum et subvertunt verba iustorum.* Exod. 23, 8. Deuter. 16, 19.

XXXVI. Omnibus communiter intimetur, ut unusquisque omni tempore suam familiam et ad se pertinentes inopes alere ac vegetare studeat, quoniam impium est et Deo odibile eos, qui divitiis affluunt nimiisque opibus abundant, non adiuvare miseros et indigentes.

XXXVII. Sciendum est, quod exceptis diebus dominicis et illis sollemnitatibus, quibus sancta et universalis eclesia ob recordationem dominicae resurrectionis solet stando orare, fixis in terram genibus subpliciter Dei clementiam nobis profuturam nostrorumque criminum indulgentiam deposcendum est, cuius rei in evangelio ipse Dominus nobis dedit exemplum, sed et Stephanus martyr et apostolus Paulus; eadem fecisse liber actus apostolorum testis est. Ex quibus intellegi datur oportere Christianum humiliter ad terram prosterni, ne forte illi dicatur: *Quid superbit terra et cinis?* cf. Luc. 22, 41; Act. 7, 59. 22, 7. Eccli. 10, 9.

XXXVIII. Sacerdotes debent fideles admonere, ut, quando ad eclesiam conveniunt, sine strepitu ac tumultu eam ingrediantur. In qua etiam, quamdiu orationis causa morantur, nequaquam inanes inter se proferant confabulationes, sed tempore, quo missarum sollemnia celebrantur, non solum ab otiosis et inutilibus verbis, verum etiam et a pernitiosis cogitationibus funditus abstinendum est.

XXXVIIII. Placita quidem saecularia in eclesiis vel in atriis eclesiarum a comitibus vicariisque usque modo multis in locis habita audivimus, sed, ne ultra fiant, interdicendum est, cum auctoritate dominica, quae expulsis de templo negotiatoribus asserens debere domum Dei domum esse orationis. cf. Matth. 21, 13; Luc. 19, 46.

XXXIIII. 5 commites *N.* 7 periurare] peiurare *M.* satietatem *N.* 9 quolibet *M.* 10 peiurant *M.* peiuris *M.*

XXXV. 13 multis in] in multis *N.* 14 sapientium *N.*

XXXVII. 22 subpliciter] *ita N,* simpliciter *M.* Dei] *deest M,* dicit *N.* 24 Stephanus — Paulus] *ita M. N.* Paulus; eadem fecisse] *post* Paulus *verbum* quos *excidisse videtur.* 25 liber actus apostolorum] liberatus apōsrum *N.* 26 ad *deest M. N.* superbis *N.*

XXXVIIII. 32 XXXVIIII.] *legitur etiam in M 1 praemisso lemmate:* Item in concilio Toronense. quidam *N.* 33 vicariisque] variisque *N.* in locis — interdicendum *desunt N.* audivimus] *ita M 1, deest M.* 34 interdicendum] interdicen *M 1.* quae] *ita N,* qui *M,* quia *M 1.* expulsis] a Christo *add. M 1.* 35 asserens] *ita M. M 1,* adserens *N, cf. supra c. XXV:* vita qua ipsa regula praecipiens incedere ac vivere studeant. *Verba* quae — asserens *intelligenda sunt loco nominativi absoluti posita, id est: quippe cum ea (scil. auctoritas dominica) asserat.*

XL. Itemque ne mercata et placita die dominica usquam fiant, interdicatur, qua oportet omnes Christianos a servili opere cessare et quasi quodam spiritali otio in laude Dei et gratiarum actione usque ad vesperam perseverare.

XLI. Incestuosi[1], parricidae, homicidae multi apud nos, heu pro dolor, repperiuntur. Sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus. Quos oportet per saecularis potentiae disciplinam a tam prava consuetudine coercere, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt revocari. Quorum aliquos iam excommunicavimus. Sed illi hoc parvipendentes in eisdem perdurarunt criminibus. Quamobrem vestra decernat mansuetudo, quid de talibus deinceps agendum sit.

XLII. Admoneant[2] sacerdotes fideles populos, ut noverint magicas artes incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedii conferre, non animalibus languentibus claudicantibusve vel etiam moribundis quicquam mederi, non ligaturas ossuum vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse, sed haec esse laqueos et insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.

XLIII. Omnes homines admonemus, ne per singula verba quasi ad confirmationem suae assertionis nomen Domini in vanum assumant, quod ipse Dominus interdicit faciendum, ubi ait: *Ne adsumas nomen Dei tui in vanum.* In vanum etenim nomen Dei adsumitur, quando aliquis ad singula verba, quibus vult, ut sibi ab alio credatur, Deum omnipotentem testem rei invocat, de qua ait, eumque sibi ita esse adiutorem, sicut ea vera sint, quae loquitur. Nam et ipse Dominus in evangelio hoc modo prohibens omne genus iuramenti: *Nolite,* inquit, *omnino iurare neque per coelum neque per terram neque per caput tuum* et caetera.

Exod. 20, 7.

cf. Matth. 5, 33—36.

XLIIII. Propter diversas occasiones res pauperum multis in locis valde attenuate sunt, eorum scilicet, qui liberi esse noscuntur et sub potestate potentiorum sunt constituti[3]. Quorum si negotia et causas clementia piissimi principis nostri diligenter investigare iusserit, repperientur quamplurimi diversis occasionibus ad ultimam paupertatem iam redigi.

XLV. Quod mensurae et pondera iusta ubique habenda sint, testis Salomon, qui dicit, quod statera dolosa abhominatio sit apud Deum et pondus aequum voluntas eius, et Dominus in evangelio: *In qua mensura,* inquit, *mensi fueritis remetietur vobis.* Quod licet de mutua ibi dictum indulgentia intellegi possit, tamen non absurde et de hac re dictum accipi valet.

cf. Prov. 11, 1.

Matth. 7, 2.

XLVI. Nonas ac decimas, quas qui res ecclesiasticas tenent solvere rectoribus eclesiarum ordinati sunt ad luminaria et stipendia clericorum, multis in locis abstractas esse vidimus. Quod saepe iam missis vestris in publicis indicavimus placitis. Sed inde hactenus aut parvum aut nullum consecuti sumus effectum. Similiter et de

XL. 1 ne *deest M.* qua] quia *N.*

XLI. 4 repperiuntur] *ita N,* reperriuntur *M.* 5 acommodare *N.* 7 cohercere *N.* 9 quaobrem *M.*

XLII. 11 fideles] de fide *N.* 13 medere *N.* 15 et *deest M.*

XLIII. 20 testem *deest N.* rei invocat — ait] reinvocat de quo ait *M,* rei de qua ait invocat *N.* ita *deest N.*

XLIIII. 26 nostri] et *add. N.* 27 repperientur] *ita N,* reppererentur *M.*

XLV. 31 eius] est *M.* 32 indulgentia *deest N.* 33 hac] ha *N.*

XLVI. 34 ac] hac *N.* 36 vestris] nostris *N.* 37 parvum] parum *M.*

1) *Cf. c. 22 C. 23 qu. 5.* 2) *Cf. c. 15 C. 26 qu. 7.* 3) *Cf. MG. Capit. I, 163 c. 5.*

restauratione tectorum nobis necessitas incumbit indicare, quia non tantum domus monasteriorum, sed et ipsae eclesiae propter tectorum inopiam ruinas minantur.

XLVII. Ieiunia, quando generaliter pro aliqua necessitate indicantur, diligenter ab omnibus custodienda sunt et observanda, nec se aliquis inprobitate gulae patiatur corrumpi, ut de communi consortio sequestratus effectum ieiunii, quem cum caeteris abstinendo consequi debuit, ingluvie ventris victus turpiter amittat.

XLVIII. Ebrietatem et crapulam fideles sectari non debere Dominus in evangelio auctor est, qui suis auditoribus ita praecipiens: *Attendite,* inquit, *ne graventur corda* Luc. 21, 34. *vestra in crapula et ebrietate,* quae vitia modo apud homines nullius momenti esse putantur. Sed quanta mala de illis generari soleant, facile non possunt comprehendi. Generantur enim de illis quique noxiores corpori morbi, ut phisici testantur. Ad statum quoque mentis evertendum quantum noceat ebrietas, non facile deprehendi poterit, quippe cum pene omnium malorum, quae ab hominibus raptim perpetrantur, causa sit et origo ebrietas.

XLVIIII. Admonendi sunt domini subditorum, ut circa suos pie et misericorditer agant nec eos qualibet iniusta occasione condemnent, non vi opprimant, non illorum substantiolas iniuste tollant; nec ipsa debita, quae a subditis reddenda sunt, impie ac crudeliter exigantur.

L. Ut[1], si non frequentius, vel ter laici homines in anno communicent, nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur.

LI. Diligenter[2] tractare et inquirere pariter coepimus in conventu nostro, sicut pia serenissimi principis nostri nobis iniunxit admonitio, de illis hominibus, qui exhereditati esse dicuntur, si aliquis esset, qui nostris temporibus voluisset dicere se a quolibet nostrum illis privari rebus, quas pater eius aut mater aut frater vel aliquis propinquorum ad eclesias Dei dedissent, ut in eius nomine iterum precaria a rectoribus ecclesiarum acciperetur. Sed in eodem conventu nostro neminem repperimus, qui de hac re adversus nos conqueri voluisset. Nam pene nullus est, qui res suas ad eclesias donet, nisi de rebus ecclesiasticis aut tantum, quantum donavit, aut duplum aut triplum usufructuario accipiat, et quibus ille tunc, vel quantis filiis aut propinquis a rectoribus impetraverit, post discessum eius eadem conditione, qua ille tenebat, posteri eius sibi vindicent. Hic usus et haec ratio apud nos usque modo de talibus tenebatur. Nam et nobis visum est praedictis heredibus hanc dare optionem, ut, si voluissent traditiones parentum suorum consequi, de qua illi iam erant per legem exclusi, rectoribus eclesiarum se commendarent et hereditatem illam in beneficium, unde se adiuvare ac sustentare possent, acciperent.

Haec nos in conventu nostro ita ventilavimus; sed quomodo deinceps piissimo principi nostro de his agendum placebit, nos fideles famuli eius libenti animo ad nutum et voluntatem eius parati sumus.

XLVI. 1 non tantum] notandum *N.* domos *N.* 2 ruinas] romas *N.*

XLVII. 6 ingluvia *M. N.* ammittat *N.*

XLVIII. 8 auctor est] auctorem *N.* 13 hominibus] omnibus *N.*

L. 19 Ut] Et *M.*

LI. 22 iniuncxit *N.* 23 voluisse *N.* 25 ut] et *M. N.* 32 optionem] obtinem *N.* si] sibi *N.* 34 commendassent *N.* 37 famuli eius] eius famuli *N.*

1) *Cf. c. 16 D. 2 de consecr.* 2) *Cf. capitula Karoli Magni supra p. 246 ann. 4 laudata. Hauck, l. l. II, 213.*

APPENDICES AD CONCILIA ANNI 813.

A. KAROLI MAGNI CAPITULA E CANONIBUS EXCERPTA.

813.

In memoriam revocamus verba illa annalium q. d. Einhardi (ed. Kurze p. 138), ubi agitur de conciliis anno 813. celebratis et concluditur: constitutionum, quae in singulis factae sunt, collatio coram imperatore in illo conventu *(scil. in Aquisgranensi palatio mense Septembri 813 congregato)* habita *(cf. supra p. 245). Quam collationem contineri in capitulis infra edendis Boretio (MG. Capit. I, 173) non concedendum videtur*[1], *etsi ille recte animadvertit ea ordinata esse secundum Arelatense concilium, ita tamen, ut haud pauca capitula Moguntinensis, unum Turonensis concilii canonum verbis adaptata et canones conciliorum potius abbreviati quam aucti et suppleti sint. Editio nostra ad verbum sequitur illam a Boretio confectam, in annotationibus fontes singulorum capitulorum indicavimus, praeterea eos canones synodales, in quibus de eisdem materiis statutum est, etsi Karolus eos non in capitulari suo adhibuit: tanto numero similitudinum firmatur coniectura ab Hefele prolata omnibus conciliis unam eandemque imperatoris admonitionem usui fuisse (cf. supra p. 246).*

Leguntur capitula in his codicibus: 1) Parisiensi latino 9654 (antea s. Vincentii Mettensis et collegii Claramontani, tum inter suppl. lat. 75) saec. X. XI. (= P) fol. 27'; 2) Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 582 (antea s. Martini Moguntini) saec. IX. X (= V 1) fol. 31; 3) eiusdem bibliothecae inter Palatinos 289 (antea Moguntino) saec. IX. (= V 2) fol. 58; cc. 3 et 15 transierunt in codicem Monacensem latinum 3853 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. fol. 261 eiusque exemplaria, scilicet codices S. Crucis (monasterii Heiligenkreuz in Austria) saec. X. et Parisiensem latinum 3878 (antea Faurianum, tum regium) saec. X.

Edd.: Sirmond II, 323. Labbe-Cossart VII, 1287; ed. Coleti IX, 375. Baluze I, 501. Harduin IV, 1043. Georgisch 771. Hartzheim I, 414. Mansi XIV, app. 343. Walter II, 257. MG. LL. I, 189. Migne, Patrol. lat. LXXXXVII, 362. MG. Capit. I, 173. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 481.

I. cap. De[2] baptismo, ut unusquisque archiepiscopus suos suffraganeos diligenter ac studiosae admonere studeat, ut unusquisque suos presbiteros puriter investigare non neglegat, baptismatis sacramentum qualiter agant, et hoc eos studiose doceant, ut ordinabiliter fiat.

II. Ut[3] laici presbiteros non eiciant de ecclesiis nec mittere praesumant sine consensu episcoporum.

Lemmata: De anno tertio decimo *P. V 1;* Haec sunt capitula, quae episcopi congregati in unum observanda decreverunt et admonenda *cod. Gandavensis deperditus secundum Sirmond.*

I. 31 eos — fiat] hoc studiosae cuncti episcopi presbiteros doceant *V 2.*

II. 33 sine — episcoporum *desunt P.*

1) *Cf. Simson, l. l. II, 519 ann. 6.* 2) *Concil. Arelatense c. 3 (cf. concil. Moguntinense c. 4. Remense c. 7, Cabillonense c. 27, Turonense c. 18).* 3) *Concil. Arelat. c. 4, Mogunt. c. 29 (cf. concil. Turon. c. 15, Cabillon. c. 42).*

III. Ut[1] laici omnino non audeant munera exigere a presbiteris propter commendationem ecclesiae cuique presbitero.

IIII. Providendum*.[2] necesse est, qualiter canonici vivere debeant necnon et monachi, ut secundum ordinem canonicum vel regularem vivere studeant.

V. De[3] monasteriis puellarum, ut presbitero oportuno tempore ad missarum solemnia liceat illic advenire et iterum ad proprias ecclesias redire.

VI. Ut[4] plus non mittatur in monasterio canonicorum atque monachorum seu puellarum, quam sufferri possit.

VII. De[5] decimis admonendis.

VIII. De[6] incestuosis omnino investigandum, ut ab ecclesia expellantur, nisi penitentiam egerint.

VIIII. Ut[7] pax sit et concordia inter episcopos et comites et reliquos clericos et monachos et laicos.

*) *Cum capitulis 4 et 5 conferenda sunt cc. 3 et 4 capitulorum quorundam originis incertae, quae primus edidit Sirmond (Concil. Gall. II, 323) e codice Gandavensi hodie ignoto et secundum Boretium, qui ea missorum capitulis adnumeranda censuit (MG. Capit. I, 175), repetenda videntur.*

I. Ut[8] hoc inquiratur, si de partibus Austriae verum est quod dicunt an non, quod presbiteri de confessionibus accepto pretio manifestent latrones.

II. Ut[8] inquiratur diligenter de faidosis hominibus, qui solent incongruas commotiones facere tam in dominicis diebus quamque et aliis solemnitatibus sicuti et in feriaticis diebus: *hoc omnino prohibendum est*, ne facere praesumant.

III. Providendum[9] omnimodis ac diligenter exquirendum, qualiter canonici vivant necnon et monachi, ut unusquisque eorum secundum ordinem canonice ac regulariter vivant et non saeculariter, id est, ut refectoria et dormitoria una simul observentur, quemadmodum iamdudum in capitulis nostris iniunctum habemus[10].

IIII. De[11] monasteriis puellarum, ut presbyteris certo tempore ad missarum solemnia celebranda liceat ad eas in ecclesia convenire et mox ad proprias redire ecclesias. Caeteri vero clerici vel laici similiter observentur, ut nequaquam in eadem monasteria ingredi audeant, nisi necessitatis causa ipsius monasterii compulerit; hoc tamen cum summa providentia episcopi vel abbatissae fiat. Similiter et hoc pleniter observandum sit, ut feminae per domos clericorum minime discurrant.

VI. 8 suffere possint *Boretius.*
VIII. 10 expellentur *Boretius.*
VIIII. 13 et monachos *desunt* V 2.
24 saeculariter] *ita correxi,* similiter *edd.*

1) *Concil. Arelat. c. 5, Mogunt. c. 30.* 2) *Concil. Arelat. c. 6 (cf. concil. Mogunt. cc. 9—12. 14. 19—21, Remense cc. 8. 9. 17. 25—27. 29, Cabillon. c. 22. 40. Turon. cc. 23—25. 31).* 3) *Concil. Mogunt. c. 26 (cf. concil. Arelat. c. 7, Turon. c. 29, Cabillon. c. 60).* 4) *Concil. Mogunt. c. 19 (cf. concil. Arelat. c. 8, Remense c. 27, Turon. c. 31).* 5) *Concil. Arelat. c. 9 (cf. concil. Mogunt. c. 38, Remense c. 38, Turon. cc. 16. 46, Cabillon. c. 19).* 6) *Concil. Mogunt. c. 53 (cf. concil. Arelat. c. 11, Turon. c. 41).* 7) *Concil. Mogunt. c. 5, Arelat. c. 12 (cf. concil. Turon. c. 32, Cabillon. c. 20).* 8) *Nihil de his rebus in conciliis legitur.* 9) *Concil. Arelat. c. 6, Turon. cc. 23. 24; v. supra ann. 2.* 10) *Cf. quae annotavimus 'Neues Archiv' XXVII, 624 ann. 4.* 11) *Concil. Mogunt. c. 26, Turon. c. 29; v. supra ann. 3.*

X. Ut[1] comites et iudices seu reliquus populus oboedientes sint episcopo et invicem consentiant ad iustitias faciendas et munera pro iudicio non accipiant nec falsos testes.

XI. Ut[2] unusquisque propter inopiam famis suos familiares et ad se pertinentes gubernare studeat.

XII. Ut[3] unicuique episcoporum liceat de thesauro ecclesiae pauperibus erogare nutrimentum secundum canones cum testibus.

XIII. Ut[4] pondera vel mensurae ubique aequalia sint et iusta.

XIIII. De[5] officio praedicationis, ut iuxta quod intellegere vulgus possit assiduae fiat.

XV. Ne[6] in dominicis diebus mercatum fiat neque placitum, et ut his diebus nemo ad poenam vel ad mortem iudicetur, et de operibus cavendis ammoneatur.

XVI. Ut[7] unusquisque episcopus interim circumeat parrochiam suam docendo et ammonendo et quaecumque sunt necessaria emendare studeat et, si quid emendare nequiverit, ad praedictum placitum referat.

XVII. Ut[8] presbiteri sub sigillo custodiant crisma et nulli sub praetextu medicinae vel maleficii donare praesumant; si fecerint, honore priventur.

XVIII. De[9] fide unusquisque compater vel parentes vel proximi filios suos spiritales catholice instruant, ita ut coram Deo ratiocinare debeat.

XVIIII. Ut[10] ecclesiae antiquitus constitutae nec decima nec alia ulla possessione priventur, ita ut novis tribuantur ecclesiis.

XX. Ut[11] mortui in ecclesia non sepeliantur nisi episcopi aut abbates vel fideles et boni presbiteri.

XXI. Ut[12] placita in domibus vel atriis ecclesiarum minime fiant.

XXII. Ut[13] comites vel vicarii seu iudices aut centenarii sub mala occasione vel ingenio res pauperum non emant nec vi tollant; sed quisquis hoc conparare voluerit in publico placito coram episcopo faciat.

X. 2 consentient *Boretius.* iudicia *Boretius.*

XIII. 8 pondera vel mensurae] pondera vel mensura *Boretius*, mensurae et pondera *V 2.*

XIIII. 9 intellegere vulgus] bene vulgaris populus intelligere *P.*

XV. 11 neque] aut *V 2.* et — ammoneatur] ubi quis ad mortem iudicetur aut ad poenam et de opere cavendo *V 2.* 12 operis *Boretius.*

XVI. 13 parrochiam — nequiverit] suam parrochiam et res necessarias emendat et si quid non quiverit *V 2.* 14 quaecumque] quaeque *Boretius.* 15 referat] preferat *Boretius.*

XVIII. 18 De — debeat] Ut unusquisque copater vel proximus filiolus spiritales catholicae instruat, qualiter coram Deo rationem reddet *V 2.*

XVIIII. 21 tribuatur *Boretius.* ecclesiis *deest V 2.*

XX. 23 et boni *desunt V 2.*

XXII. 25 seu iudices *desunt V 2.* 27 faciat] *ita corr.*, fiat *Boretius.*

1) *Concil. Arelat. c. 13 (cf. concil. Mogunt. c. 8, Remense c. 39, Turon. cc. 33—35, Cabillon. c. 21).* 2) *Concil. Arelat. c. 14.* 3) *Concil. Turon. c. 11.* 4) *Concil. Arelat. c. 15 (cf. concil. Turon. c. 45).* 5) *Concil. Mogunt. c. 25 (cf. concil. Arelat. c. 10, Remense c. 14, Cabillon. c. 14, Turon. c. 17).* 6) *Concil. Arelat. c. 16, Mogunt. c. 37 (cf. concil. Remense c. 35, Turon. c. 40, Cabillon. c. 50).* 7) *Concil. Arelat. c. 17 (cf. concil. Cabillon. c. 14).* 8) *Concil. Arelat. c. 18, Mogunt. c. 27 (cf. concil. Turon. c. 20).* 9) *Concil. Mogunt. c. 47 (cf. concil. Arelat. c. 19).* 10) *Concil. Mogunt. c. 41 (cf. concil. Arelat. c. 20).* 11) *Concil. Mogunt. c. 52 (cf. concil. Arelat. c. 21).* 12) *Concil. Mogunt. c. 40 (cf. concil. Arelat. c. 22, Turon. c. 39).* 13) *Concil. Arelat. c. 23 (cf. concil. Mogunt. c. 7, Turon. cc. 44. 51, Cabillon. cc. 6. 7).*

XXIII. Ut[1] unusquisque episcopus in sua parrochia presbiteros vel alios clericos diligenter inquirat et fugitivos ad loca sua redire faciat et ad proprium episcopum suum.

XXIIII. Quicumque[2] beneficium ecclesiasticum habet ad tecta ecclesiae restauranda vel ipsas ecclesias omnino adiuvet.

XXV. Ut[3] qui publico crimine convicti sunt rei publice iudicentur et publicam poenitentiam agant secundum canones.

XXVI. Ut[4] presbiteri bene vivere studeant et ita populum doceant.

XXIII. 1 vel — clericos *desunt* V^2. 2 et fugitivos — suum] unde sint et si quem fugitivum invenerit ad suum episcopum redire faciat V^2, *qui propius accedit ad textum concilii Moguntinensis.*
XXVI. 1 bene] et iuste *add.* V^2.

1) *Concil. Mogunt. c. 31, Arelat. c. 24.* 2) *Concil. Mogunt. c. 42, Arelat. c. 25 (cf. concil. Turon. c. 46).* 3) *Concil. Arelat. c. 26.* 4) *Concil. Arelat. c. 10.*

B. CONCORDIA EPISCOPORUM.

813.

Conici licet in conventu Aquisgranensi mense Septembri 813. habito episcopos a Karolo imperatore, ut conciliorum eiusdem anni decreta recenserent, congregatos conscripsisse relationem quandam vel 'concordiam' (cf. c. 27), qua adhibito capitulari a Karolo promulgato (supra p. 294—297), ad quod saepius respiciunt (cc. 2. 5. 6. 10. 13. 16. 19. [21.] 26. 28. 33), et canones conciliorum quinque comprehendere et nova quaedam ab imperatore constituenda indicare volebant (cf. cc. 12. 25); v. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' ed. 2, III, 570 ann. 2). Cui episcoporum conventui Karolus ipse non interfuit neque eorum decretis novo capitulari assensum vel confirmationem praebuit, morte ut videtur praeventus, qua oppressus die 28. mensis Ianuarii 814 diem obiit supremum.

Documentum, quod sine dubio inerat in codice Vindobonensi — de Coloniensi nihil constat (v. supra p. 247 l. 21 sqq.) —, legitur in his codicibus: 1) Monacensi latino 27246 (antea s. Mariae et s. Corbiniani Frisingensium) saec. X. (= M) fol. 35—38; 2) Novariensi LXXI (134; Mazzatinti n. 18) saec. X. (= N) fol. 183—185.

Edd.: MG. LL. II, 552.

Cap. I. De scrutinio[1] faciendo decrevimus, ut in episcopiis et ubi conventus est populi et cleri et possibilitas permittit, ibi celebretur.

Cap. II. De sacramento baptismatis, de pace et concordia ita continendum decrevimus, sicut in capitulare dominico[2] et in omnibus synodis[3] continetur.

III. De orphanis et exhereditatis placuit nobis omnibus ita observare, sicut in Mogonciacensi[4] conventu statutum est.

Lemma Concordia *M.*
I. 29 Cap. *hic et infra deest N.* 30 clerici *M.*
II. 32 siccut *M.*
III. 33 orfanis *N.* et *deest M.*

1) *Cf. concil. Moguntinense c. 4.* 2) *cc. 1. 9.* 3) *Concil. Arelatense c. 3, Remense c. 7, Mogunt. c. 4, Cabillonense c. 27, Turonense c. 18; de pace et concordia cf. concil. Arelat. c. 12, Mogunt. c. 5, Cabillon. c. 20, Turon. c. 32.* 4) *c. 6; cf. concil. Remense c. 36, Cabillon. c. 6, Turon. c. 51.*

IIII. De rebus pauperum per malam occasionem non emendis hoc omnibus placuit, quod in Mogonciacensi[1] conventu statutum est.

V. De potestate episcoporum super res eclesiasticas, sicuti in capitulare dominico[2] necnon in Mogonciacensi[3] conventu constitutum est, observandum statuimus.

VI. De vita vero canonicorum, sicut in capitulare dominico[4] continetur et in conventu Mogontiacensi[5] constitutum est, ita omnibus tenere placet.

VII. De abbatibus vero et monachis, sicut in capitulare dominico[6] et in Cabillionensi[7] conventu decretum est, omnibus ita observandum placet.

VIII. De abbatissis et monasteriis puellaribus ita omnes tenendum decrevimus, sicut in Cabillionensi[8] conventu est statutum.

VIIII. Ut sacerdotes a negotiis saecularibus et turpibus lucris abstineant et ioca inlicita atque ebrietatem non sectentur, omnibus ita placuit observandum, sicut in Cabillionensi[9] conventu decretum est.

X. De constituendis presbyteris et de eorum praedicatione et de habendis omeliis patrum et secundum eorum doctrinam ad praedicandum ita omnibus placuit, sicut in capitulare dominico[10] et in conventu Turonensi[11] statutum est.

XI. De moderanda monasteriorum congregatione omnes unum sentiunt et observare volunt[12].

XII. Si[13] liber homo ante annos legitimos tonsoratus est sine consensu parentum suorum, si ipsi parentes infra triennium non reclamaverunt ad imperatorem aut proprium episcopum aut missum dominicum aut comitem, in ipso clericatu permaneat. Si vero post legitimos annos per vim clericatus[14] est et infra triennium ad supra memoratas personas minime se reclamavit, ita in clericatu permaneat sicut is, de quo

IIII. 1 non emendis] non emendas *N*, emptis *M*.
VII. 7 Cabillonensi *semper N*.
VIII. 10 statutum] constitutum *N*.
VIIII. 12 ebrietate *N*.
X. 14 omeliis] homeliis *N*. 15 ad *deest N*. 16 statutum] statum *N*.
XII. 19 liber homo] quis *B*. tonsuratus *semper B*. 20 si] et si *B*. triennium] annum *B*. non] se *add. B*. imperatorem] principem *B*. aut] ad *add. B*. 21 aut] ad *add. B*. aut comitem *desunt B*. commitem *N*. 22 clericatus] clericus factus *B*. triennium] annum *B*. supra] super *B*. 23 is] his *hic et infra N*.

1) *c. 7; cf. concil. Arelat. c. 23, Cabillon. c. 7, Turon. c. 44.* 2) *c. 12.* 3) *c. 8; cf. concil. Turon. cc. 10. 11.* 4) *c. 4.* 5) *cc. 9. 19—21; cf. concil. Arelat. cc. 6. 8, Remense cc. 8. 25. 26, Cabillon. c. 40, Turon. cc. 23. 24. 31.* 6) *c. 6 (?).* 7) *c. 22; cf. concil. Arelat. cc. 6. 8, Remense cc. 17. 23. 25—27. 29, Mogunt. cc. 11. 12. 14. 20, Turon. c. 25.* 8) *cc. 52—65; cf. concil. Arelat. c. 7, Remense c. 33, Mogunt. c. 13, Turon. c. 26.* 9) *c. 5; cf. concil. Remense c. 30, Mogunt. c. 14.* 10) *cc. 2. 3. 14.* 11) *c. 17; de presbyteris cf. concil. Arelat. cc. 4. 5, Mogunt. cc. 29. 30, Cabillon. c. 42, Turon. c. 15; de praedicatione cf. concil. Arelat. c. 10, Remense c. 14, Mogunt. c. 25, Cabillon. c. 14, Turon. c. 4.* 12) *Cf. concil. Arelat. cc. 6. 8, Remense cc. 9. 25—27. 29, Mogunt. cc. 11. 12. 14. 20, Cabillon. c. 22, Turon. c. 25; v. etiam capitulare Karoli cc. 4. 6.* 13) *Transiit hoc caput in Burchardi episcopi Wormatiensis decretum (lib. VIII c. 3), ubi inscribitur:* Ex concilio Mogunt., cui interfuit Carolus imperator et Ricolphus archiepiscopus in claustro s. Albani capite XX. *(rectius erat XXIII), cuius lectiones supra adiecimus apposita littera B; v. etiam concil. Cabillon. c. 7.* 14) *Id est clericus factus; cf. Ducange s. v. clericus (in fine).*

superius dictum est. Si vero praefatae personae infra triennium reclamationem fecerunt, hi, qui eos clericaverunt, ipsis sive parentibus eorum hoc per legem exolvant, quod contra eos contraxerunt. Ille vero, qui ante legitimos annos tonsoratus est, utrum in eadem tonsura permanere debeat necne, in potestate sit parentum. Similiter et de eo statuimus, qui post legitimos annos tonsoratus est. Si vero is, qui tonsoratus est, alicuius servus fuit, domino per legem emendetur, quod de eius servo contra eum contractum est. Ille vero, qui tonsoratus est, utrum in eadem tonsura permaneat, in potestate sit dominorum. Si vero hi, qui liberi ante legitimos aut post legitimos annos hoc modo, sicut superius taxatum est, tonsorati sunt, ad gradus ecclesiasticos pervenerunt, in eisdem gradibus perseverare cogantur. Si vero servus quis superius taxato modo tonsoratus ad gradus ecclesiasticos pervenerit, domino suo per legem emendetur et ei redditus in gradu suo permaneat. Hoc et de velandis puellis observandum constituimus[1]. Haec et his similia, quae sacer iste conventus consideravit, usque ad arbitrium domni imperatoris reservata sunt, ut de omnibus quod ei placuerit statuat, quod autem aliter, emendet.

XIII. Ut sacrosanctum chrisma a presbyteris diligenter custodiatur, sicut in capitulare dominico[2] continetur et in Mogonciacensi[3] et Turonensi[4] et Arelatensi[5] conciliis statutum est, ita omnes consentimus.

XIIII. Ne laici presbyteros ab eclesiis eiciant neque ab eis munera exigant et ne sine consensu episcoporum eis eclesias dent aut eos ministrare sine eorum consensu in basilicis faciant, omnes isti conventus[6] unum sentiunt.

XV. Ieiunia pro quibuslibet necessitatibus, quae pontifices in parrochiis suis rationabiliter constituunt, omni custodia observanda esse censemus, sicut ab eis[7] constitutum est.

XVI. De observatione dici dominici ita omnibus visum est observatum iri, sicut in capitulare dominico[8] continetur.

XVII. De observatione dierum festorum per anni circulum et de veneratione et reverentia Paschalis sollemnitatis, quae per totam ebdomadam cum omni veneratione celebranda est, ita omnes observandum decrevimus, sicut in Mogonciacensi[9] conventu decretum est.

XVIII. De episcopis, qui pro quibuslibet neglegentiis a presbyteris wadios accipiunt, et de his, qui decimas dare contempnunt, sive de his, qui incestus crimine polluuntur, hoc omnibus placuit, et observatione dignum visum est, quod in Cabillionensi[10] concilio dictum est.

XII. 1 triennium] annum *B.* 2 clericaverunt] clericos fecerunt *B.* exsolvant *N. B.* 4 Similiter — tonsoratus est *desunt B.* 6 quod] quidquid *B.* 8 dominorum] domini sui *B.* liberi] sunt *add. B.* 9 tonsurati *B.* sunt] et *add. B.* pervenerint *N. B.* 10 cogant *M.* quis] qui *B.* 11 tonsuratus est et ad *B.* 12 gradu suo] suo gradu *B.* observandum] est *add. B. qui hoc verbo sistit.*

XIII. 16 chrisma] schrisma *N.* 17 Mogontiacensi *N.* Toronensi *N.* Araletensi *N.*

XVI. 25 ire *M. N.*

XVII. 28 ebdomatam *N.* omni veneratione] universatione *N.* 29 conventum *N.*

1) *Cf. concil. Turon. cc. 27. 28.* 2) *c. 17.* 3) *c. 27.* 4) *c. 20.* 5) *c. 18.* 6) *Cf. concil. Arelat. cc. 4. 5, Remense c. 21(?), Mogunt. c. 29, Cabillon. c. 42, Turon. c. 15; v. capitulare Karoli cc. 2. 3.* 7) *Cf. concil. Mogunt. cc. 34. 35, Turon. c. 47.* 8) *c. 15; cf. concil. Arelat. c. 16, Remense c. 35, Mogunt. c. 37, Cabillon. c. 50, Turon. c. 40.* 9) *c. 36; cf. concil. Cabillon. c. 47.* 10) *cc. 18. 19; de decimis cf. concil. Arelat. cc. 9. 20, Remense c. 38, Mogunt. c. 38, Turon. cc. 16. 46; de incestuosis cf. concil. Arelat. c. 11, Mogunt. c. 53, Turon. c. 41; v. etiam Karoli capitulare cc. 7. 8.*

XVIIII. De honore ecclesiarum et de his, qui ad eclesias confugiunt, et quod eclesia cum magna reverentia adeunda sit, sicut in capitulare dominico [1] continetur et in Mogontiacensi [2], Turonensi [3] et Arelatensi [4] conventibus decretum est, ita tenere volumus omnes.

XX. Quod antiquae eclesiae venerationi haberi debent, sicut in Mogonciacensi [5] et Arelatensi [6] conventibus decretum est, omnibus observare placet.

XXI. De instauratione eclesiarum et reddendis decimis et nonis ita observandum est, sicut domnus imperator crebro praecepit et praecipit [7].

XXII. De instruendis filiolis spiritalibus, sicut in Mogonciacensi [8] et Arelatensi [9] conventibus decretum est, omnibus placet.

XXIII. De subintroductis mulieribus, sicut in canonibus statutum est, ita observare decrevimus [10].

XXIIII. De sepeliendis in eclesia mortuis, sicut in Arelatensi [11] conventu statutum est, ita observandum decrevimus.

XXV. De criminosis et incestuosis et ceteris huiusmodi pestibus ita nobis placuit, sicut in Turonensi [12] decretum est conventu, ita dumtaxat, ut domni imperatoris erga haec sicut et in omnibus adiutorium praebeatur.

XXVI. Quod episcopi operam dare debent lectioni et non eis liceat ignorare canones et nullum ad sacros ordines ante legitimum tempus promoveant, sicut in sacris canonibus continetur et in capitulare dominico [13] sive in conventu Turonensi [14], Cabillionensi [15], Remensi [16] decretum est, omnibus observare placet.

XXVII. De modo et observatione dandae paenitentiae, sicut omnibus istis conventibus [17], qui anno praesente celebrati sunt, visum est, ita nobis placet et observatione dignum ducimus.

XXVIII. De presbyteris, qui de una parrochia ad aliam commigrant, et in sacris canonibus prohibitum est et in capitulare dominico [18] et in conventu Cabillionensi [19] et Turonensi [20] decretum est.

XVIIII. 3 Turonense *M. N.*
XX. 5 veneratione *N.* in *deest M.* Mogontiacensi *N.*
XXI. 7 instauratione] restauratione *N.*
XXII. 9 Mogontiacensi *N.* 10 decretum est] decrevimus *N.*
XXIIII. 14 ita *deest M.* decrevimus] XXV. De sepeliendis in ecclesia mortuis sicut in Arelatensi conventu *add. N.*
XXV. 15 XXV, XXVI *etc.*] XXVI, XXVII *etc. N.* huiuscemodi *N.* 17 in *deest N.*
XXVI. 20 cannonibus *hic et infra N.*
XXVII. 22 paenitentiae] paenitiae *N.* 23 praesenti *N.*
XXVIII. 25 De — qui] Ne presbyteri *N.* commigrent *N.*

1) *c. 21.* 2) *cc. 39. 40.* 3) *cc. 38. 39.* 4) *cc. 20. 22.* 5) *c. 41.* 6) *c. 20.* 7) *Cf. Karoli capitulare cc. 7. 19; Ketterer, 'Karl der Grosse und die Kirche' (Monachii 1898), p. 199; v. etiam concil. Arelat. c. 25, Mogunt. c. 42, Turon. c. 46 et quae supra p. 299 ann. 10 de decimis annotavimus.* 8) *c. 47.* 9) *c. 19; cf. Karoli capitulare c. 18.* 10) *Cf. concil. Remense c. 22, Mogunt. c. 49.* 11) *c. 21; cf. concil. Mogunt. c. 52; v. etiam Karoli capitulare c. 20.* 12) *c. 41; cf. concil. Arelat. c. 11, Mogunt. c. 53; v. etiam Karoli capitulare c. 8.* 13) *cc. 14. 16 (?).* 14) *cc. 2. 3. 12.* 15) *cc. 1. 23.* 16) *cc. 8. 14; cf. concil. Arelat. c. 3.* 17) *Cf. concil. Arelat. c. 26, Remense cc. 12. 16. 31, Mogunt. c. 53, Cabillon. cc. 25. 34. 35. 38, Turon. c. 22.* 18) *c. 23.* 19) *c. 41 (?). 44.* 20) *cc. 13. 14; cf. concil. Arelat. c. 24, Mogunt. cc. 22. 31.*

XXVIIII. De presbyteris iuste et rationabiliter in his sacris conventibus [1] constitutum est, ut ad potandum tabernas non ingrediantur.

XXX. De perceptione et observantia sacramentorum, dominici videlicet corporis et sanguinis, hoc observare modis omnibus placet, quod in Cabillionensi [2] et Turonensi [3] conventibus statutum est et sanctarum scripturarum testimoniis probatum.

XXXI. Ut praelati erga subditos et domini erga servos misericorditer agant, ita omnibus placet, sicut in Turonensi [4] et Cabillionensi [5] conventibus est decretum.

XXXII. De orationibus pro domno imperatore et prole eius faciendis ita omnibus placet, sicut in sacris conventibus [6] statutum et decretum est.

XXXIII. Ut mensura et pondera iusta fiant, sicut in divinis legibus censitum est et in capitulare dominico [7] continetur et isti sacri conventus [8] statuerunt, ita omnibus observare placet.

XXVIIII. 1 constitutum] constitum *N.* 2 ad *deest M.*
XXX. 4 observare] servare *M.* 5 statutum] stitutum *N.* probatum] adprobatum *N.*

1) *Cf. concil. Remense cc. 18. 26, Cabillon. cc. 10. 44, Turon. c. 21; v. etiam concil. Moguntin. c. 46.* 2) *cc. 46. 47.* 3) *cc. 19. 50.* 4) *c. 49.* 5) *c. 51; cf. concil. Remense c. 11.* 6) *Cf. concil. Arelat. praefatio et c. 2, Remense c. 40, Cabillon. c. 66, Turon. c. 1; v. etiam praef. concilii Moguntinensis.* 7) *c. 13.* 8) *Cf. concil. Arelat. c. 15, Turon. c. 45.*

C. *ANNOTATIO CAPITULORUM SYNODALIUM.*

Brevis annotatio capitulorum *inscribitur in codicibus index canonum, qui in conciliis anni 813. promulgati sunt. Quem ad finem conscriptus sit, facile intelligitur: quo autem tempore et a quo, utrum ab homine privato necne, prorsus incertum est. Verisimillimum videtur annotationem hanc confectam esse ad perspiciendam materiam amplam, de qua in conciliis actum erat, fortasse ut usui esset novis episcoporum deliberationibus, ex quibus 'concordia' modo edita prodiit.*

Legitur in his codicibus: 1) Monacensi latino 27246 (antea s. Mariae et s. Corbiniani Frisingensium) saec. X. (= M) fol. 17'—22; 2) Novariensi LXXI (134: Mazzatinti n. 18) saec. X. (= N) fol. 168'—172'; 3) Vindobonensi 751 (Theol. 259) saec. X. (= V) fol. 173'—176. De codice Coloniensi deperdito (cf. p. 247 l. 21 sq.) nihil constat.

Ed.: 'Archiv' ed. G. H. Pertz (Hannoverae 1839), p. 791.

Brevis annotatio capitulorum, in quibus constitutiones conciliorum Mogonciensi et Remis et Caballione et Turonis et Arelato gestorum concordant et in quibus unumquodque proprias constitutiones habeat. Quorum nomina propter compendium scribendi ternis litteris notata sunt, ut ex illis nominibus et numero capitulorum, qui eis adiunctus est, facile inveniri possit, in quibus locis communia, in quibus propria statuerint, et

32 Brevis] *hic usque ad c. XXIIII. litterae initiales omissae sunt M.* adnotatio *N. V.* Mogontiacense *V.* Magociacense *N.* 33 Cabillione *N. V.* 35 literis *M.* 36 inveniri] inveri *N.* statuerunt *V.*

Mogonciacense per MOG., Remense per REM., Caballionense per CAB., Turonense per TUR., Aralatense per ARL. describitur.

I. De fide catholica: MOG. cap. I. REM. I. CAB. XXXVII. TUR. XVIII. ARL. I.

II. De sacramento baptismatis: MOG. cap. IIII. REM. VII. TUR. XVIII. ARL. III.

III. De pace et concordia: MOG. cap. V. CAB. XX. TUR. XXXII. ARL. XII.

IIII. De orfanis et exhereditatis: MOG. cap. VI. REM. XXXVI. CAB. VI. TUR. LI.

V. De rebus pauperum per malam occasionem non emendis: MOG. cap. VII. TUR. XLIIII. ARL. XXIII.

VI. De potestate episcoporum super res ecclesiasticas: MOG. cap. VIII. TUR. X.

VII. De convenientia episcoporum cum laicis: MOG. cap. VIII. TUR. XXXIII. ARL. XIII.

VIII. De falsis testibus non admittendis: MOG. cap. VIII. REM. XLIII. CAB. XXI. TUR. XXXIIII.

VIIII. Ut per premium lex iusta non depravetur: MOG. cap. VIII. REM. XXXVIIII. CAB. XXI. TUR. XXXV.

X. De vita canonicorum: MOG. cap. VIIII. et X. REM. VIII. TUR. XXIII. ARL. VI.

XI. De vita monachorum: MOG. cap. XI. REM. VIIII. et XXIII. et XXV. CAB. XXII. TUR. XXV. ARL. VI.

XII. Ne monachi placita saecularia adeant: MOG. cap. XII. REM. XXVIIII. CAB. XI. et LVII. et LVIII. et LVIIII. et LXI. et LXII. et LXIIII. et LXV. TUR. XXVI. et XXVIII. et XXX. ARL. VII.

XIII. Ut ecclesiastici negociis saecularibus et turpibus lucris abstineant et ioca atque ebrietatem non sectentur: MOG. cap. XIIII. REM. XVII. et XVIII. et XXXII. CAB. V. et VIIII. et X. et XII. TUR. V. et VII. et VIII. et XLVIII.

XIIII. De discretione virtutum et viciorum: MOG. cap. XVIII. REM. XIII.

XV. De moderanda monasteriorum congregatione: MOG. cap. XVIIII. REM. XXVII. TUR. XXXI. ARL. VIII.

XVI. De clericis iniuste tonsoratis: MOG. cap. XXIII. CAB. VII.

XVII. Ut praedicatio sancta assidue in ecclesia fiat: MOG. cap. XXV. REM. XV. CAB. II. TUR. IIII. ARL. X.

1 Mogontiacense *N.* V. Gabillionense *N.* Cabillionense V. CAB.] GAB. *semper N usque ad c.* XXX. 2 ARAL. *N.* V. descriptur *N.*

I. 3 I. *etc.*] *numeros I — XVIIII exhibet solus* V. XVIII.] *ita codd., melius erat* XVII.

II. 5 IIII.] VII. *M.* 6 AREL. *saepius* V.

III. 7 MOGON. *N.* CAP. *M.*

IIII. 8 exheredatis *N.* V. CAP. *M.* 9 TUR.] ARL. *M.*

V. 11 XXIII.] III. *M.*

VIII. 16 admitendis *M.* XLIIII.] XLIII. *N.* V.

VIIII. 18 depraetur *N.* MOGON. *N.* XXXVIIII.] XXXVIII. *N.*

X. 20 MOGONT. *M.*

XI. 22 et XXIII. *desunt M.* et XXV.] et XXVI. V.

XII. 25 et LXIIII. *desunt M.*

XIII. 28 sectantur V. XVIII.] XVIIII. V.

XV. 32 XXVII.] XXIIII. *N.* ARAL. V.

XVII. 34 praedictio V. adsiduae V. XV.] V. V.

XVIII. Ut presbyteri tantum ad missarum sollemnia puellarum monasteria ingrediantur: MOG. cap. XXVI. CAB. LX. TUR. XXVIIII.

XVIIII. Ut presbyteri crisma diligenter custodiant: MOG. cap. XXVII. TUR. XX. ARL. XVIII.

(XX). Ne laici presbyteros eiciant de eclesiis: MOG. cap. XXVIIII. CAB. XLII. TUR. XV. ARL. IIII.

(XXI). Ne laici a presbyteris munera exigant: MOG. cap. XXX. TUR. XV. ARL. V.

(XXII). De fugitivis clericis: MOG. cap. XXXI. ARL. XXIIII.

(XXIII). De indicto ieiunio: MOG. cap. XXXV. TUR. XLVII.

(XXIIII). De dominicis diebus: MOG. cap. XXXVII. REM. XXXV. CAB. L. TUR. XL. ARL. XVI.

(XXV). De decimis: MOG. cap. XXXVIII. REM. XXXVIII. CAB. XVIII. et XVIIII. TUR. XLVI. ARL. VIIII.

(XXVI). De honore ecclesiarum: MOG. cap. XXXVIIII. et XL. TUR. XXXVIIII. ARL. XXII.

(XXVII). Ut antiquae eclesiae habeant privilegia sua: MOG. cap. XLI. ARL. XX.

(XXVIII). De beneficiis ecclesiasticis: MOG. cap. XLII. TUR. XLVI. ARL. XXV.

(XXVIIII). De symbolo et oratione dominica: MOG. cap. XLV. REM. II.

(XXX). Ut malum ebrietatis omnino vitetur: MOG. cap. XLVI. CAB. X. TUR. XLVIII.

(XXXI). De spiritalibus filiolis: MOG. cap. XLVII. ARL. XVIIII.

(XXXII). De subintroductis mulieribus: MOG. cap. XLVIIII. REM. XXII.

(XXXIII). De praepositis vel advocatis sive vicedominis: MOG. cap. L. REM. XXIIII.

(XXXIIII). Qui mortui in ecclesia sepeliantur: MOG. cap. LII. ARL. XXI.

(XXXV). De incestuosis: MOG. cap. LIII. TUR. XLI.

(XXXVI). In qua generatione coniugia copulari debeant: MOG. cap. LIIII. CAB. XXVIII. et XXVIIII.

(XXXVII). De dampnatis nuptiis: MOG. cap. LVI. ARL. XI.

(XXXVIII). Ut episcopi operam dent divinae lectioni: REM. cap. XIIII. CAB. I. TUR. II.

(XXXVIIII). Ut nulli episcopo liceat canones ignorare: REM. cap. VIII. CAB. I. TUR. III.

(XL). Ut nullus ad sacrum ordinem ante legitimum tempus promoveatur: CAB. cap. XXIII. TUR. XII.

(XLI). De modo dandae paenitentiae: REM. cap. XII. et XVI. et XXXI. CAB. XXV. et XXXVIII. TUR. XXII. ARL. XXVI.

XVIIII. 3 presbyter *M.* chrisma *N. V.*
XX. 5 XXVIIII.] XXVIII. *M.* XLII.] XXII. *N. V.* 6 XV.] XII. *V.*
XXIIII. 11 MOGONC. *M.* 12 TUR. XL. *desunt V.*
XXVIIII. 20 simbolo *V.*
XXXI. 23 XLVII.] XLVI. *M.*
XXXIIII. 27 sepelliantur *N.*
XXXVII. 31 damnatis *N. V.* MOG. *deest N.* LVI.] LV. *N. V.*
XXXVIII. 32 Ut] Communio conciliorum Rem. Cab. Tur. *posterior manus addit in marg. M.* 33 II.] III. *N.*
XLI. 38 poenitentiae *V.*

(XLII). De presbyteris, qui de una parrochia ad aliam commigrant: CAB. cap. XLIIII. TUR. XIII.

(XLIII). Ne presbyteri bibendi causa tabernas ingrediantur: REM. cap. XXVI. CAB. XLIIII. TUR. XXI.

(XLIIII). De perceptione corporis et sanguinis dominici: CAB. cap. XLVI. et XLVII. TUR. XVIIII. et L.

(XLV). Ut domini erga subditos pie ac misericorditer agant: CAB. cap. LI. TUR. XLVIIII.

(XLVI). Ut nullus virorum claustra ancillarum Dei importune ingrediatur: CAB. cap. LXIII. TUR. XXVIIII.

(XLVII). De orationibus pro imperatore faciendis: REM. cap. XL. CAB. LXVI. TUR. I. ARL. II.

(XLVIII). Ut nulli presbytero licitum sit de titulo minori ad maiorem migrari: REM. cap. XX. TUR. XIIII.

(XLVIIII). Ut unusquisque suam familiam alere studeat: TUR. cap. XXXVI. ARL. XIIII.

(L). Ut mensurae et pondera iusta sint: TUR. cap. XLV. ARL. XV.

(LI). De spe: MOG. cap. II.

(LII). De caritate: MOG. cap. III.

(LIII). De imitando apostolo: MOG. cap. XV.

(LIIII). Quid sit relinquere mundum: MOG. cap. XVI.

(LV). De armis dimittendis: MOG. cap. XVII.

(LVI). De locis monasteriorum vel aedificiis providendis: MOG. cap. XX.

(LVII). Ut episcopi sciant, qualiter canonici, qui sunt cum abbatibus, vivant: MOG. cap. XXI.

(LVIII). De clericis vagis: MOG. cap. XXII.

(LVIIII). De clericis adeuntibus imperatorem: MOG. cap. XXIIII.

(LX). Ut presbyteri utantur assidue orariis: MOG. cap. XXVIII.

(LXI). Quid sit laetania: MOG. cap. XXXII.

(LXII). De laetania maiore: MOG. cap. XXXIII.

(LXIII). De IIII^{or} temporibus observandis: MOG. cap. XXXIIII.

(LXIIII). De festivitatibus anniversariis: MOG. cap. XXXVI.

(LXV). Ne presbyter missam solus cantet: MOG. cap. XLIII.

(LXVI). De oblatione et pace in eclesia facienda: MOG. cap. XLIIII.

(LXVII). De canticis luxuriosis et turpibus prohibendis: MOG. cap. XLVIII.

(LXVIII). Ne corpora sanctorum transferantur de loco ad locum: MOG. cap. LI.

(LXVIIII). Ne quis proprium filium suum de baptismo suscipiat: MOG. cap. LV.

XLII. 1 commigrant] transmigrant *M.*
XLIII. 4 CAB.] cap. *add. N.* XXI.] XI. *N.*
XLV. 7 LI.] LII. *M.* 8 XLVIIII.] VIIII. *V.*
XLVI. 10 XXVIIII.] XXVIII. *V.*
XLVIII. 13 nullo *V.*
LI. 18 De] Mog. concilium proprie *posterior manus addit in marg. M.*
LIII. 20 inmitando *N.*
LVIIII. 27 adeuntibus] abeuntibus ad *M.*
LX. 28 adsiduae *V.*
LXI. 29 letania *hic et infra V.*
LXIII. 31 IIII^{or}] quattuor *N. V.* temporis *V.*
LXV. 33 praesbiter *N.* XLIII.] XLIIII. *M.*
LXVII. 35 luxoriosis *N.*
LXVIIII. 37 LIIII. *N. V.*

(LXX). De his, qui ad gradus eclesiasticos condigne ascendere voluerunt: REM. cap. III.

(LXXI). De his, quae scripta sunt, qualiter opere perficiantur, et de subdiacono, ad cuius ministerium pertinet apostolum legere: REM. cap. IIII.

(LXXII). De lecto evangelio et diaconibus instructis: REM. cap. V.

(LXXIII). De discussa ratione missarum: REM. cap. VI.

(LXXIIII). De vita praepositorum et ammonitione subiectorum: REM. cap. X.

(LXXV). Ut praelati et subditi fructum boni operis reddant: REM. cap. XI.

(LXXVI). Ut ab episcopis et iudicibus quaedam sint iudicanda, modo quaedam iudicio Dei reservanda: REM. cap. XVIIII.

(LXXVII). Ne presbyter per precium gradum et eclesiam adquirat: REM. cap. XXI. TUR. XV.

(LXXVIII). Ne cupiditatis et avaritiae malum sectetur: REM. cap. XXVIII.

(LXXVIIII). De rebus ecclesiarum per mendacia in precariam adquisitis: REM. cap. XXXVII.

(LXXX). Ne solidi per quadragenos denarios discurrant: REM. cap. XLI.

(LXXXI). Ne quis prohibere audeat mansionem in servitium domni imperatoris pergentibus: REM. cap. XLII.

(LXXXII). De litibus et iurgiis a XXX annis terminandis: REM. cap. XLIII.

(LXXXIII). Ut episcopi scolas constituant propter documenta scripturarum: CAB. cap. III.

(LXXXIIII). De humilitate atque religione opere et habitu servanda: CAB. cap. IIII.

(LXXXV). De frugibus in usus pauperum congregandis: CAB. cap. VIII.

(LXXXVI). Ne ordinandi iurare cogantur: CAB. cap. XIII.

(LXXXVII). Ne, cum episcopi parrochias suas peragrant, erga subditos atque socios tyrannidem exerceant: CAB. cap. XIIII.

(LXXXVIII). Ne archidiaconi super presbyteros parrochianos quandam exerceant dominationem: CAB. cap. XV.

(LXXXVIIII). Ut pro balsamo emendo sive luminaribus concinnandis a presbyteris denarii non exigantur: CAB. cap. XVI.

(LXXXX). Ne presbyteri episcopis denarios in censum dent: CAB. cap. XVII.

(LXXXXI). Ne ab incestuosis et decimas non dantibus wadia accipiantur: CAB. cap. XVIII.

(LXXXXII). De episcopis, presbyteris, diaconibus et monachis interfectis: CAB. cap. XXIIII.

(LXXXXIII). Ne ab heredibus eclesiae dividantur: CAB. cap. XXVI.

(LXXXXIIII). Ut semel ab episcopo confirmatio fiat: CAB. cap. XXVII.

(LXXXXV). Ne legitima servorum matrimonia dividantur: CAB. cap. XXX.

LXX. 1 De] Rem. proprie *posterior manus in marg. add. M.* voluerint *N. V.*
LXXVI. 9 sint] sunt *N. V.* 10 Dei *deest M. N.*
LXXVII. 11 XXI.] XXII. *M.*
LXXVIII. 13 avaricia *V.*
LXXXII. 19 XXX] triginta *N. V.*
LXXXIII. 20 Ut] Cab. proprie *posterior man. in marg. add. M.*
LXXXIIII. 23 IIII.] II. *M.*
LXXXVII. 27 tyrandinem *V.*
LXXXVIII. 28 praesbiteros *N.*
LXXXXI. 33 decimis *M. N. V.* wadii *N. V.* 34 XVIII.] XIIII. *V.*
LXXXXIII. 37 aecclesiae *N.*

(LXXXXVI). De feminis, quae proprios filios ad confirmandum coram episcopis tenuerunt: CAB. cap. XXXI.

(LXXXXVII). De confitendis peccatis: CAB. cap. XXXII. et XXXIII.

(LXXXXVIII). Ut nullus sacerdotum gratia vel odio alicuius personae in iudicio paenitentiae sacros canones transgrediatur: CAB. cap. XXXIIII.

(LXXXXVIIII). Qualiter paenitentia agenda sit: CAB. cap. XXXV.

(C). Ne propter elymosinarum largitionem inpunitas peccandi sumatur: CAB. cap. XXXVI.

(CI). Quae sint a sacerdotibus legenda: CAB. cap. XXXVII.

(CII). Ut in missarum sollemnibus pro defunctorum spiritibus Dominus deprecetur: CAB. cap. XXXVIIII.

(CIII). De presbyteris degradatis, qualiter vivant: CAB. cap. XL.

(CIIII). De Scottis, qui se dicunt episcopos esse: CAB. cap. XLIII.

(CV). De his, qui Romam vel Turonum et alia quaedam loca obtentu orationis peragrant: CAB. cap. XLV.

(CVI). De infirmis unguendis oleo benedicto: CAB. cap. XLVIII.

(CVII). In quibus locis missarum sollemnia celebrari debeant: CAB. cap. XLVIIII.

(CVIII). Ut peregrini et pauperes convivae sint episcoporum: TUR. cap. VI. REM. XVII.

(CVIIII). Ut presbyteri episcopi sui vestigia sectentur: TUR. cap. VIIII.

(CX). De thesauro eclesiae: TUR. cap. XI.

(CXI). De decimis, quae singulis dantur eclesiis: TUR. cap. XVI.

(CXII). De habendis omeliis: TUR. cap. XVII.

(CXIII). De abbatibus monasteriorum canonicorum: TUR. cap. XXIIII.

(CXIIII). De viduis: TUR. cap. XXVII. REM. XXXIIII.

(CXV). De genibus tempore orationis in terram flectendis: TUR. cap. XXXVII.

(CXVI). De reverentia intrandi in eclesia atque orandi: TUR. cap. XXXVIII.

(CXVII). Quod magice artes atque incantationes nihil prosint: TUR. cap. XLII.

(CXVIII). Ne per singula verba nomen Domini in iuramento adsumatur: TUR. cap. XLIII.

(CXVIIII). Ut unusquisque episcoporum semel in anno circumeat parroechiam suam: ARL. cap. XVII.

LXXXXVIIII. 6 XXXV.] XXXVII. *N.*
C. CI. 7—9 C. Ne propter — CI. Quae sint — XXXVII. *desunt N.* 7 largicione *V.*
CI. 9 sint] sunt *V.*
CVII. 17 In — locis] De eo qui pro infirmis *M.*
CVIIII. 20 presbyteri episcopi] episcopi presbyteri *M.* TUR. *deest N.*
CXII. 23 omeliis] homeliis *N.*
CXVII. 28 maice *N.*
CXVIIII. 31 circneat *M. N.* parrochiam *N. V.*

39. CONCILIUM AQUISGRANENSE.

816. (mensibus Augusto et Septembri).

Annales Laurissenses minores (Cod. Fuld.) referunt haec: Anno tertio Hludovichi factum est concilium magnum in Aquisgrani in mense Augusto et praeceptum est, ut monachi omnes cursum sancti Benedicti cantarent ordine regulari[1], et duo codices scripti sunt, unus de vita clericorum et alter de vita nonnarum *(MG. SS. I, 122 = Annales Hildesheimenses ed. Waitz p. 15). Quibuscum, si modo statueris hoc loco agi de concilio mense Augusto anni 816. coepto, conveniunt ea, quae leguntur in praefationibus institutionum canonicorum et sanctimonialium. In illa enim verba fiunt de Hludowico imperatore, qui* anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCXVI., indictione X., anno siquidem imperii sui tertio, Aquisgrani palatio generalem sanctumque . . . conventum *convocavit, praefatio institutionis alterius eam collectam esse adfirmat a sacro conventu* anno incarnationis Domini DCCCXVI., indictione X., anno siquidem gloriosissimi Hludowici imperatoris tertio in Aquisgrani palatio. *Apparet*[2] *igitur synodum durasse usque in mensem Septembrem 816, a cuius primo die currebat indictio decima — Hludowicus porro eodem mense Aquisgrani versabatur (cf. Mühlbacher*[2] *n. 633), quem monuisse, ut institutiones compilarentur, ex ipsis illis prologis patebit —, neque vero eam celebratam esse anno 817., ut voluit Simson (Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 90 ann. 5), cui assensum praebuit Hefele ('Conciliengeschichte' ed. 2. IV, 10).*

Decreta synodalia leguntur in duabus illis institutionibus infra edendis, quarum mentio fit etiam in vita Hludowici, quamquam eius auctor hoc concilium cum synodo

1) *Verisimillimum est, ut docuit Seebass ('Zeitschrift für Kirchengeschichte' XII, 322 sqq.; cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 582 ann. 3), in his deliberationibus de vita monachorum niti viginti septem capitula illa, quae statuta Murbacensia dici solent (ed. Pez, Thesaurus anecdotorum novissimus II, 3 [1721], p. 370. Mansi, Suppl. I, 791. Hartzheim I, 378. Mansi XIV, 349. Migne, Patrol. lat. XIC, 737), in quorum capite tertio haec leguntur:* Ut omnes officium sancti Benedicti faciant. *Auctorem capitulorum Seebass et Hauck Haitonem episcopum Basiliensem (807—823) fuisse feliciter coniecerunt; praeter causas haud leves ab illis iam prolatas et illud notatu dignum videtur, quod aeque atque in illis statutis et in Haitonis capitulis (MG. Capit. I, 362; cf. 'Neues Archiv' XXVI, 668) singula capita tam accurate, verbis ipsis* primo, secundo *etc. anteposits, in nullis aliis capitulis episcoporum saec. VIII. vel IX., quoad videmus, inter se disiunguntur; v. etiam E. Stengel, 'Neues Archiv' XXIX, 378 ann. 8.*

2) *Cf. K. Zeumer, 'Göttinger Gelehrte Anzeigen' 1882, p. 1423 sqq. Mühlbacher*[2] *n. 622a, ubi praeterea remittitur ad orationem Hludowici ab Ermoldo Nigello fictam (In honorem Hludowici lib. II v. 291 sqq., MG. Poetae aevi Carolini II, 33 sq.).*

anni 817. perperam confundit, his verbis: . . . imperator generalem habuit conventum Aquisgrani, in quo, quantum fervoris circa divinum cultum pectoris gestaret in arca, toto declaravit admisu. Congregatis enim episcopis nobilissimoque sanctae ecclesiae clero, fecit componi ordinarique librum canonicae vitae normam gestantem, in quo totius illius ordinis perfectio continetur, sicut recultus ipse fatetur. In quo etiam inseri iussit cibi potusque atque omnium necessariorum summam[1], ut omnes, tam viri quam sanctimoniales, sub hoc ordine Christo servientes nullis praepediti necessitatibus libera servitute Domino omnium militare meminissent. Quem[2] librum per omnes civitates et monasteria canonici ordinis sui misit imperii per manus missorum prudentium, qui illum in omnibus supradictis facerent transscribi locis debitaque atque conscripta exigerent stipendia ministrari. Quae res magnum ecclesiae contribuit exultationis tripudium et piissimo imperatori debita cum laude immortale monimentum *(c. 28; MG. SS. II, 621 sq.). Multo magis autem a veritate aberrant ea, quae fragmentum quoddam incertae originis de concilio Aquisgranensi praebet, ex quo hoc loco haec tantum promenda videntur:* Tempore Ludovici Pii de Roma ad palatium Aquisgranense venit Gregorius IV. *(qui sedebat 827—844)* ibique habuit concilium de fere omnibus praelatis orientalibus et omnibus occidentalibus, ubi statuta quamplurima utilia Gallicanis ecclesiis statuerunt, confirmante pontifice Romanorum. Statuerunt pro canonicis, qui tunc sub praepositis vivebant, quia praepositi temporalia male tractabant, et nobiliores fortioresque canonici possessiones usurpabant, ut quilibet canonicus, personis ad certum numerum redactis, suum temporale proprium possideret et ut de communi camera cuilibet distribueretur, prout in choro divinis officiis resideret. *Sequuntur statuta quaedam de monachis, notitia vero finit in haec verba:* De libertate domorum canonicorum. His temporibus Ludovicus Pius concessit canonicis, concordante domino papa, habere in domibus libertatem et iudiciariam potestatem et voluit ipsos vestiri griseis et variis, quia adeo crescebat ecclesia in Galliis, quod reges, duces et barones habebant filios et fratres, avunculos in ecclesiis canonicorum et monasteriis monachorum et se supponebant obedientiae humilium fortiores *(Mabillon, Vetera Analecta I, 52 sqq.; cf. 'Neues Archiv' XXVII, 629 ann. 3).*

De institutionibus ipsis nunc agendum est.

A. *INSTITUTIO CANONICORUM AQUISGRANENSIS.*

Institutio canonicorum Aquisgranensis infra edenda constat ex praefatione, indice capitulorum, denique centum quadraginta quinque capitulis, quorum ex numero centum et duodeviginti (cc. 1—113. 126—130) sumpta sunt vel ex patrum ecclesiasticorum scriptis vel ex decretis conciliorum ceterum, reliqua (cc. 113 fin. — 125. 131—145) in ipso concilio conscripta. De modo, quo conglutinata sit institutio, pauca praemittamus necesse est.

In praefatione institutionis haec de semetipsis exhibent qui concilio interfuerunt: Suscipientes . . . libentissime hilariterque eius *(scil. Hludowici imperatoris)* saluberrimam multis Deo miserante profuturam admonitionem, licet plerique auxiliante Christo devote ac relegiose cum sibi subiectis canonicam servent institutionem et in plerisque locis idem ordo plenissime servetur, omnium tamen id animis sedit, ut secundum eiusdem principis admonitionem, una divino freti auxilio et eiusdem piissimi principis

1) *Cf. inst. canonicorum c. 122, sanctimonialium c. 13 et quae ad ea annotabimus.*
2) *Cf. infra quae post institutionem sanctimonialium sub littera C ad hoc concilium Aquisgranense congessimus.*

non modico adiuti iuvamine, eius videlicet liberalissima largitione copiam librorum prae manibus habentes, ex canonica auctoritate et sanctorum patrum dictis . . . hanc institutionis formam excerperent et canonicis observandam conferrent *(infra p. 313 l. 1—9). Patet ex his verbis Hludowicum ex bibliotheca palatii libros necessarios in usum tradidisse viris synodalibus, id quod refert Ademarus quoque Cabannensis in chronici sui libri III c. 2 (ed. Chavanon p. 112), ubi leguntur de Hludowico:* . . . iussit fieri regulam canonicis excerptam de diversis patrum scripturis decrevitque eam observandam a canonicis, ut, sicut monachi respiciunt ad librum regule sancti Benedicti, sic perlegant canonici inter se librum vite clericorum. Quem librum Amalerius *(var. lect.:* Amalarius) diaconus ab imperatore iussus collegit ex diversis doctorum sententiis. Dedit ei imperator copiam librorum de palatio suo, ut ex ipsis ea, que viderentur congrua, excerperet, et ita cum decretis episcoporum, qui ibi fuerunt, vita clericorum roborata est. *Quibus verbis nititur multorum virorum doctorum*[1] *opinio Amalarium Mettensem auctorem fuisse institutionis canonicorum — et eodem modo institutionis sanctimonialium similiter confectae — vel potius eum congessisse ea capitula, quae originem trahunt* ex canonica auctoritate et sanctorum patrum dictis. *Neque vero huic sententiae adstipulari possumus: primum Ademarus saeculo undecimo chronicon compilavit, deinde Amalarii scripta produnt eum fuisse scriptorem liturgicum, satis elegantem suoque iudicio stantem, tum capita illa centum et duodeviginti ostendunt auctorem laboriosum, non ita magno ingenio praeditum. Accedit, quod capita illa, quae Gregorii Magni nomen prae se ferunt, ad verbum usque sumpta sunt ex Taionis episcopi Caesaraugustani (ca. 650) libris sententiarum, quarum volumen occurrit in catalogo bibliothecae, quam possidebat Ansegisus abbas Fontanellensis (Gesta abb. Fontanellensium c. 17; MG. SS. II, 296). Ratio denique componendi capita in memoriam revocat illam in collectione capitularium (MG. Capit. I, 394 sqq.) observatam, ita ut coniectura admodum caute proposita Ansegisum eum fuisse statuerimus, cuius operae maior pars institutionis canonicorum (et sanctimonialium) deberi videatur; cf. 'Neues Archiv' XXVII, 610 sq.*

Utut hoc est, pro certo dicere nobis licet auctorem quisquis fuit in excerpendis libris sanctorum patrum et canonibus parum diligentiae adhibuisse. Brevi tempore opus iunctum absolvisse videtur neque libros adhibuit ita, ut editionem conflaret secundum regulas criticas: in quem codicem inciderat, eum adhibuit neque id egit, ut quae excerperet omnibus locis fidum fontium exemplar exhiberent. Quod cur ei vitio vertamus non est causa, sed hoc loco commemorandum est ideo, quia ad rationem edendi facit a nobis observatam. Ex multitudine codicum, in quibus institutio legitur quosque infra enumerabimus, satis habuimus paucis inniti; porro in capitibus 1—113, 126—130 ad textum intellegendum et purgandum eorum fontes ibi solummodo inspeximus, ubi libri scripti non sufficiebant. Textum enim proponere debemus, qualem fortasse approbavit concilium Aquisgranense, quamvis mendis, erroribus, omissionibus scateret, non qualis esse debuit, si accurate et ad criticam rationem fontes genuini excerpti essent. Alia ratio in constituendo textu praefationis, indicis capitulorum et cc. 114—125, 131—145 observanda erat: quae cum

1) *Cf. ex. gr. 'Histoire littéraire de France' IV, 535. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. IV, 10. Kahl, 'Mitteilungen der Gesellschaft für deutsche Erziehungs- und Schulgeschichte' ed. Kehrbach XI, 248; v. quae annotavimus 'Neues Archiv' XXVII, 610 ann. 3 sqq., ubi etiam egimus de Sigiberti Gemblacensis testimonio (de scriptoribus ecclesiasticis c. 87; Migne, Patrol. lat. CLX, 567), de notitia saec. XIII. XIV. in codice Pisano seminarii n. 49 saec. X. XI., qua Walahfridus Strabo quasi auctor laudatur, de Gregorio VII. papa, qui in concilio Lateranensi a. 1059. habito verba fecerat de* regula illa, quae dicitur canonicis ortatu Ludowici imperatoris a quo nescitur compilata *('Neues Archiv' XXVII, 670).*

nova afferant decreta synodalia, quamvis hic illic pendeant ex regulis sancti Benedicti et Chrodegangi Mettensis episcopi (742—766; cf. 'Neues Archiv' XXVII, 646 sqq.), quarum auctores alto teguntur in hac institutione silentio (cf. l. l. XXVII, 629 sq.), plures adhibuimus libros, ut textum praebeamus studiis praecipue historicis profuturum.

De fontibus libelli, etsi de eis iam fusius egimus (l. l. XXVII, 612 sqq.), tamen hoc quoque loco pauca dicenda sunt. Occurrunt autem hi patres[1]*: Augustinus cc. 12. 112. 113 (bis laudatur c. 134), Beda (laudatur c. 132), Gregorius (laudatur c. 134; reliqua capitula eius nomine inscripta sumpta sunt ex Taione, v. infra), Hieronymus cc. 10. 11. 94—97 (laudatur cc. 116. 124), Hieronymus pseudepigraphus c. 98, Isidorus Hispalensis cc. 1—9. 15. 16. 18. 20. 22. 23. 25. 29—31. 33. 36. 99—101. 104. 126—130, Iulianus Pomerius cc. 19. 26. 28. 32. 35. 106—111 (laudatur cc. 116. 120. 122; ubique sub nomine Prosperi, cf. J. Nirschl, 'Lehrbuch der Patrologie und Patristik' III, 297 sqq.), Maximus (laudatur c. 134), Possidius (laudatur c. 124), Taio cc. 13. 14. 17. 21. 24. 27. 34. 37. 38. 102. 103. 105 (laudatur c. 124; ubique sub nomine Gregorii, cf. 'Neues Archiv' XXVII, 622); occurrunt porro Gelasius (c. 93) et Leo (cc. 58. 62. 92) pontifices Romani; occurrunt denique concilia Africanum cc. 48. 56. 59. 90. 91, Ancyranum c. 63, Antiochenum cc. 47. 49. 70—74, Carthaginiense cc. 54. 57. 61. 89, Chalcedonense cc. 44. 50. 51. 85—88, Gangrense cc. 65—69, Laodicense cc. 52. 60. 75—84, Neocaesariense c. 64, Nicenum c. 39—43. 45. 46, Sardicense cc. 53. 55, Toletanum IV. (laudatur c. 135), quibus omnibus adnumerandi sunt sancti patres anonymi laudati c. 137.*

Transeamus iam ad libros, quibus traditur institutio canonicorum (cf. 'Neues Archiv' XXIV, 480 sqq. XXVI, 14 sqq. XXVII, 571 sq. 610 anm. 5. 638 sq. XXVIII, 487 ann. 1). Mentio eorum fit in catalogis bibliothecarum Augiensis a. 822. (Vita canonicorum vol. I), *Flaviniacensis a. 823.—833. (codex dono dabatur ab Ansegiso:* Institutio ac collectio cuiusdam de vita canonicorum volumen unum), *Sangallensis saec. IX.* (Vita canonicorum vol. I); *cf. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui p. 8 n. 152, p. 16 n. 83, p. 49 n. 262. Servati autem sunt usque hodie hi codices: 1) Albensis 36 (antea fortasse Bituricensis) saec. IX.; 2) Albensis 37 saec. IX.—XII.; 3) Andecavensis 383 (antea s. Albini) saec. IX.—XI. (index capp., praef., cc. 1—145 mut.); 4) Atrebatensis 741 (685) saec. XII. (ind. capp., cc. 1—145); 5) Bambergensis P. I. 13 (antea capituli Bambergensis) saec. IX. (fragm.); 6) Berolinensis, Hamilton 31 (antea capituli Albensis) saec. IX.; 7) Burdigalensis 11 saec. XII. (praef., cc. 1—36. 93—145); 8) Carnotensis 61 (antea capituli Carnotensis 99) saec. IX.; 9) Cenomannensis 267 saec. XVIII.; 10) Charlevillensis 23 saec. XV. (fragm.); 11) Chaumontensis 38 saec. XII. XIII. (fragm.); 12) Cheltenhamensis 389 saec. X.; 13) Cheltenhamensis 3508 saec. XII.; 14) Cheltenhamensis 6546 (litteris q. d. Langobardicis scriptus) saec. IX.; 15) Escurialensis Bibl. S. Laur. d. I. 1 saec. X.; 16) Escurialensis Bibl. S. Laur. Q. II. 22 (Ró II. 22) saec. XII.; 17) Escurialensis Bibl. S. Laur. R. III. 10 saec. XI. XII.; 18) Florentinus Laur. XVI. 17 saec. XII. XIII.; 19) Florentinus Laur. Ashburnham 66 saec. XI.; 20) Florentinus Laur. s. Crucis dext. XXI. n. 12 saec. XII. XIII.; 21) Florentinus Magliab. J. VIII. 2 saec. XI. ex. (praef., cc. 1—3. 144. 145); 22) Florentinus Riccard. 256 (K. 3. 27) saec. XI. (praef., cc. 1—27 mut., cc. 36 mut. — 113 mut., cc. 120 mut. —145 mut.); 23) Guelferbytanus, August. 29. 7. 4°. saec. XV. (praef., cc. 113 mut. — 145); 24) Hamburgensis XXII cod. chart.; 25) Laudunensis 201 saec. IX. (cc. 116. 125. 115); 26) Laudunensis 336 (antea 'Notre Dame de Laon') saec. IX.; 27) Lillensis 161 saec. XV.; 28) Londiniensis, Mus. Brit. Add. 14801 saec. XI.; 29) Maihingensis 343 (38) saec. X. XI.; 30) Merseburgensis 42 saec. IX. (ordine corrupto); 31) Merse-*

1) *De editionibus, quibus usi sumus, cf. 'Neues Archiv' XXVII, 612 ann. 3.*

burgensis 63 saec. XIV. (140 cc.); 32) Mettensis 44 saec. XIV. (praef., ind. capp., cc. 114—145); 33) Monacensis latinus 767 (antea P. Victorii) saec. XV.; 34) Monacensis latinus 6255 (antea Frisingensis) saec. X.; 35) Monacensis latinus 14413 (antea s. Emmerammi Ratisbonensis) saec. XI. (et XIV. XV.); 36) Monacensis latinus 17165 (antea Scheftlariensis) saec. XII. (v. Amort, Vetus disciplina canonicorum I, 312); 37) Montispessulanus 85 saec. XII. (praef., ind. capp., cc. 1—145 mut.); 38) Montispessulanus 238 saec. IX. X.; 39) Parisiensis latinus 1534 saec. IX.—XII. (saec. XI. XII. praef. mut., cc. 113 mut. — 145, saec. IX. X. cc. 1—113); 40) Parisiensis latinus 1535 saec. X. (— c. 116); 41) Parisiensis latinus 1536 saec. X. (cc. 14 mut. — 93); 42) Parisiensis latinus 1537 saec. XI.; 43) Parisiensis latinus 1538 saec. XI. (praef., ind. capp., cc. 1—145 mut.); 44) Parisiensis latinus 1539 saec. XI. (cc. 59—145); 45) Parisiensis latinus 1540 saec. XII. (cc. 11—145); 46) Parisiensis latinus 1587 saec. X.; 47) Parisiensis latinus 4334 saec. XIII. (cc. 135. 138—144. 117); 48) Parisiensis latinus 5244 saec. XIII. (— c. 96 mut.); 49) Parisiensis latinus 16569 saec. XI. XII. (praef. mut., cc. 1—145 mut.); 50) Parisiensis latinus 17649 saec. XI. (cc. 10 mut. — 145); 51) Parisiensis 'Nouv. Acq. lat.' 1600 (antea s. Benedicti ad Ligerim, deinde Aurelianensis, tum Ashburnhamensis Libri 39) saec. IX.; 52) Parisiensis bibl. Mazarin. 676 saec. XIV. (praef., cc. 1. 2); 53) Pisanus seminarii 49 (antea fortasse in cancellaria Heinrici VII. imperatoris servatus) saec. X. XI.; 54) Pistoiensis capituli; 55) Remensis 705 (antea s. Nicasii Remensis G. 599. 595) saec. IX.; 56) Romanus bibliothecae Chisianae C. VIII. 238 saec. XV.; 57) Romanus bibliothecae Vallicellanae B. 32 saec. XI.; 58) Romanus[1] *bibliothecae Vaticanae 1339 saec. XI. in. (c. 145, ed. Theiner, Disquisitiones criticae 291); 59) Romanus bibl. Vat. 4896 saec. XVI. (praef., ind. capp., cc. 1—12 mut.); 60) Romanus bibl. Vat. inter codices reginae Christinae 1575 saec. XIII.; 61) Romanus bibl. Vat. inter codices Ottobonianos 38 saec. X.; 62) Romanus bibliothecae regiae Vittorio Emmanuele 2096 (Mss. Sessor. 52, antea s. Crucis 52) saec. XI.; 63) Sangallensis 286 saec. IX. (c. 145, edd. Steinmeyer et Sievers, 'Althochdeutsche Glossen' IV, 447); 64) Sangallensis 1398a (II) saec. IX. (fragm.); 65) Schlettstadiensis 94 saec. XI.; 66) Senonensis 45 saec. XIII. (cc. 27 sqq.); 67) Treverensis 1280 (61) saec. XIII.; 68) Veronensis LXIV saec. XI. (c. 139); 69) Vici Ausonensis (Vich), Cath. 41 saec. XI.; 70) Vindobonensis 501 saec. X.; 71) Vindobonensis 2090 saec. XI. XII.; 72) Virdunensis 6 saec. XIII.; 73) Viterbiensis, Cath. saec. XIII. — Latent hodie codices Cheltenhamensis (Thorpe), cf. 'Archiv' VII, 101; Corbeiensis, cf. Mabillon, Ann. ord. s. Bened. IV, 747; Darmstadiensis saec. IX., cf. 'Archiv' II, 243; Romanus bibliothecae Chisianae D. VI. 82 saec. IX., cf. 'Archiv' XII, 390; codex denique in bibliotheca canonicorum regularium ad s. Crucem Augustae saec. XI., cuius mentio fit ab Amort, Vetus disciplina canonicorum I, 305.*

Tanta autem copia librorum effectum est, ut ad textum constituendum paucos adhiberemus. Nituntur igitur praefatio et index capitulorum his codicibus: 1) Laudunensi 336 (antea 'Notre Dame de Laon') saec. IX. (= L) fol. 1—4; 2) Berolinensi Hamilton 31 (antea capituli Albensis) saec. IX. (= B) fol. 1—4'; 3) Parisiensi latino 1587 saec. X. (= P) fol. 1—5', ubi index capitulorum praefationem antecedit; 4) Maihingensi 343 (38) saec. X. XI. (= M) fol. 1—5'. Usi sumus ad textum capitulorum 1—113 incl. his codicibus: 1) Remensi 705 (antea s. Nicasii Remensis G. 599. 595) saec. IX. (= R) fol. 1—83; 2) Laudunensi 336 (v. supra l. 39 sq.) saec. IX. (= L) fol. 4—60'; 3) Berolinensi Hamilton 31 (v. supra l. 40 sq.) saec. IX. (= B) fol. 5—69;

1) *De codicibus Romanis bibliothecae Vaticanae 1351 saec. XI. et 4885 saec. XI. (cf. Mansi XIV, 283) v. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXVII, 640 sqq.*

4) Maihingensi 343 (v. p. 311 l. 42 sq.) saec. X. XI. (= M) fol. 7—101'. Contulimus denique capitum 113 fin. — 145 causa codices: 1) Remensem 705 (v. p. 311 l. 44 sq.) saec. IX. (= R) fol. 83—106'; 2) Laudunensem 336 (v. p. 311 l. 39 sq. 45 sq.) saec. IX. (= L) fol. 60'—77; 3) Berolinensem Hamilton 31 (v. p. 311 l. 40 sq. 46) saec. IX. (= B) fol. 69—87'; 4) Parisiensem latinum 1587 (v. p. 311 l. 41 sq.) saec. X. (= P) fol. 100— 125'; 5) Carnotensem 61 (antea capituli Carnotensis 99) saec. IX. (= C) fol. 89'—115; 6) Maihingensem 343 (v. p. 311 l. 42 sq., p. 312 l. 1) saec. X. XI. (= M) fol. 101'—126.

Edd.[1]*: Crabbe II (1551), p. 638. Joverius II, fol. 103 (cc. 114—145; reliquorum fontes indicantur). Surius III, 293. Bollanus-Nicolini III, 703. Binius III, 1, 473. Goldast, Const. imp. III, 164. Sirmond II, 329. Coll. reg. conc. XX, 430. Labbe-Cossart VII, 1307; ed. Coleti IX, 399. Harduin IV, 1055. Lünig, 'Reichsarchiv' XV, 41. Amort, Vetus disciplina canonicorum I, 285 (praef., cc. 115—145). Hartzheim I, 430. Mansi XIV, 147. Kleinmayrn. Iuvavia app. 69 (praef., index capp.). Migne, Patrol. lat. CV, 815. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 480.*

In nomine Dei summi incipit prologus.

Cum in nomine sanctae et individuae trinitatis christianissimus ac gloriosissimus Hludowicus superno munere victor augustus anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCXVI., indictione X., anno siquidem imperii sui tertio, Aquisgrani palatio generalem sanctumque convocasset conventum et coepisset secundum ardentissimam erga divinum cultum sibi caelitus inspiratam voluntatem multa congrua et necessaria de emendatione sanctae Dei ecclesiae, illius videlicet amore, qui eam suo sancto et praetioso redemit sanguine eique se adfuturum usque ad consummationem pollicitus est seculi, sollerter ac curiose pertractare, eo usque inter cetera perventum est, ut eundem sanctum et venerabilem Deo annuente adgregatum conventum consuleret, immo consulendo admoneret super quibusdam ecclesiarum praepositis, qui partim ignorantia, partim desidia subditorum curam parvipendebant et hospitalitatem minus iusto diligebant, quid facto opus esset. Adiunxit etiam monendo, ut, quia canonicorum vita sparsim in sacris canonibus et in sanctorum patrum dictis erat indita, propter simplices quosque minusque capaces aliquam ex eisdem sacris canonibus et sanctorum patrum dictis institutionis formam pari voto parique consensu excerperent, per quam patenter praelatorum et subditorum vita monstraretur, quatenus omnes, qui canonica censentur professione, per viam propositi sui inoffenso gressu incederent et in Christi militia devotius unanimes atque concordes existerent. Sed ut id nutu divino fieret, Dominum in commune humiliter exorandum praemonuit, ut servorum suorum exorabilibus pulsatus praecibus eius admonitionem secundum suam voluntatem fieri suaque gratia eam praecedere et subsequi dignaretur. Ad quam etiam admonitionem sacer conventus intimo gaudio repletus, expansis in caelum manibus, creatori omnium gratias agens benedixit, quippe qui talem tam pium tamque benignum ecclesiae suae sanctae principem cunctisque eius necessitatibus sapientissimum ac devotissimum praetulerit

cf. 1. Petr. 1, 18. 19. cf. Matth. 28, 20.

In textu prologi et indicis capitulorum constituendo codices L, quem in re orthographica secuti sumus, B, P, ubi prologus positus est post indicem capitulorum, et M adhibiti sunt.

15 In — prologus] Incipit regula canonicorum a Ludowico II. Pio imperatore in subsequentem institutionis formam utiliter collecta *M.* 17 Chludowicus *M.* superne *L.* incarnationis — Christi *desunt L.* 18 DCCCXV. *B.* XI. *B.* 21 amore] *supple: ductus.* 25 partum *L.* 27 etiam] *add. P.* 32 in offensu gressum *P.* 33 conconcordes *P.* 34 exorabilibus] flebilibus *M.* 37 caelo *B.*

1) *Editionem a L. Miraeo confectam (Codex regularum et constitutionum clericalium. Antwerpiae 1638) inspicere non potuimus.*

procuratorem. Suscipientes ergo libentissime hilariterque eius saluberrimam multis Deo miserante profuturam admonitionem, licet plerique auxiliante Christo devote ac religiose cum sibi subiectis canonicam servent institutionem et in plerisque locis idem ordo plenissime servetur, omnium tamen id animis sedit, ut secundum eiusdem principis admonitionem, una divino freti auxilio et eiusdem piissimi principis non modico adiuti iuvamine, eius videlicet liberalissima largitione copiam librorum prae manibus habentes, ex canonica auctoritate et sanctorum patrum dictis, veluti ex diversis pratis quosdam flosculos carpentes, hanc institutionis formam excerperent et canonicis observandam conferrent, ut, quorum forte labore ob tarditatem ingenii seu inopiam librorum sparsim digesta difficile conprehendi posset, sollerti studio in eodem opere breviter congesta perfacile ab his repperiri posset, per quam, ut premissum est, et prelati recto tramite incedere et subditis normam vivendi absque ignorantiae obstaculo salubriter nossent praebere. Vigilanti ergo studio eandem institutionis formam colligere studuerunt, in qua plenissime continetur, qualiter et prelati vivere et subiectos regere eisque ecclesiasticos sumptus administrare et in Dei servitio constringere, bene operantes quoque ad meliora provocare, protervos quosque et neglegentes debeant corripere. Cum igitur huius institutionis formam coram memorato glorioso principe prolatam sacer conventus laudibus extulisset et ecclesiastica auctoritate fulcitam laudeque dignam ac sancte aecclesie utillimam atque proficuam consona voce praedicaret nihilque in ea reprehensionis ab his, qui sanum sapiunt, repperiri posse profiteretur, ab eodem victoriosissimo principe et ab omnibus, qui aderant, 'Deo gratias' adclamatum est. Nec inmerito: quippe qui et occulta sua dispensatione et gratissima inspiracione prefatum principem, ut id moneret fieri, compulit et, ut ad effectum perduceretur, miserando adiuvit. Proinde omnium sententia statutum est ab omnibus, qui in canonica professione Domino militant, hanc institutionis formam tot ecclesiasticorum virorum vigilanti studio congestam dignisque preconiis laudatam iuxta virium possibilitatem modis omnibus observandam, quatenus hanc sive aliarum sanctarum scripturarum documenta sedula meditatione perlegentes et prelati et subditi vocatione, qua vocati sunt, cf. 1. Cor. 7, 20.
ope divina adminiculati, infatigabiliter ambulent et pro tam piissimo principe, qui ob lucrum animarum hoc sacrum et venerabile concilium ad hanc formam congerendam et statuendam salutiferis admonitionibus excitavit, modernis futurisque temporibus Dei immensam clementiam iugiter exorent. Nam in altero libello idem sacer conventus eodem religiosissimo augusto monente quandam institutionis formulam ex sanctorum patrum dictis studiose excerpsit et in unum breviter satisque congruenter congessit et sanctimonialibus canonice degentibus tenendam percensuit, in qua continetur, quales eis abbatissae preferende sint, qualiter eisdem sanctimonialibus infra claustra monasterii vivendum, quid a prelatis stipendiorum dandum, quibus documentis et virtutum instrumentis exornandae sint, quatenus hac formula vivendi inspecta et, Deo sibi adiutorium prebente, humiliter suscepta et efficaciter impleta cum bonorum operum lampadibus venienti sponso apparere adque eius thalamum ingredi mereantur. cf. Matth. 25, 1 sqq.

Incipiunt capitula.

I. Isidori de tonsura.

II. Eiusdem de ostiariis.

1 multis — admonitionem] admonitionem multis Deo miserante profuturam *M.* 3 subiectis] busiectis *P.* 4 servaretur *M.* id animis] animis id *M.* 7 velutique *P.* 11 possit *B.* 14 studuerunt] instuduerunt *P.* 17 prolatam] praelatam *L.* 18 autoritate *L.* 19 ac] et *B.* utillinam *B*, utilissimam *M.* 23 moneret fieri] moneret fiere *L*, fieri moneret *B. P.* ad *deest L.* effectum perduceretur] affectum perdeceretur *L.* 25 institucione *L.* 36 infra] intra *M.* 37 a] ad *P.* 41 Incipiunt capitula *desunt P.*

III. Eiusdem de lectoribus.
IIII. Eiusdem de exorcistis.
V. Eiusdem de acolitis.
VI. Eiusdem de subdiaconibus.
VII. Eiusdem de diaconibus.
VIII. Eiusdem de presbiteris.
VIIII. Eiusdem de sacerdotibus.
X. Excerptum Hieronimi ex epistula ad Titum de episcopis.
XI. Eiusdem ad Oceanum de episcopis.
XII. Augustini de pastoribus.
XIII. Gregorii de pastoribus animarum, quales in ecclesia eligi debeant.
XIIII. Eiusdem, ut indigni atque inperiti ad pastorale magisterium accedere non presumant.
XV. Item Isidori de indignis praepositis.
XVI. Eiusdem de indoctis praepositis.
XVII. Item Gregorii de his, qui in regimine prodesse possunt, sed idem officium per quietem propriam refugiunt.
XVIII. Item Isidori de praepositis ecclesiae.
XVIIII. Prosperi, quod sacerdotes sancti contemplativae vitae fieri participes possunt.
XX. Isidori de doctrina et exemplis prepositorum.
XXI. Gregorii de humilitate prepositorum.
XXII. Isidori de humilitate prepositorum.
XXIII. Eiusdem de doctrinae discretione.
XXIIII. Gregorii, qualiter praelati subiectos doceant ac semetipsos discreta circumspectione praevideant.
XXV. Isidori de doctorum silentio.
XXVI. Prosperi, quod nihil prosit sacerdoti, etiamsi bene vivat, si male viventes tacendo non arguat.
XXVII. Gregorii de pastoribus non recte gradientibus.
XXVIII. Prosperi de neglegentia sacerdotis, qui doctrinae suae agendo contraria personam non potest implere doctorum.
XXVIIII. Item Isidori de his, qui bene docent et male vivunt.
XXX. Eiusdem de exemplis pravorum sacerdotum.
XXXI. Eiusdem de praepositis carnalibus.
XXXII. Prosperi luctuosa discriptio carnaliter viventium sacerdotum.
XXXIII. Isidori de iracundis sacerdotibus.
XXXIIII. Gregorii de zelo pastoralis officii erga subditos.
XXXV. Item Prosperi, quod sacerdotes nihil proprium habeant, sed ecclesiae facultates tamquam communes, de quibus utpote Deo rationem reddituri sunt.
XXXVI. Item Isidori de disciplina sacerdotum in his, qui delinquunt.

1 III. — de exorcistis] III. Eiusdem de exorcistis. IIII. Eiusdem de lectoribus *M.* 8 Hieronimi — epistula] *ita L*, Hyeronimi ex epistola *B*, exemplaria Hieronimi *P*, Hieronimi ex epistola *M.* Tytum *B.* 10 Augustus *L*, Agustini *B*, Augusti *P.* 11 Gregorius *L.* ecclesiis *B.* elegi *P.* 12 XIIII. *etc.*] XV. *etc. P.* 15 propositis *M.* 16 qui in] quin *L.* 17 per] propter *M.* 18 Isydori *B.* propositis *M.* 21 Isydori *B.* et *deest B.* propositorum *M.* 22 propositorum *M.* 23 XXII] Item *add. B. M.* propositorum *M.* 24 de *deest B.* 25 ac] a *B.* 28 XXVI.] XXVIII. *M.* vivat] uuificet *B.* 31 XXVIII.] XXVI. *M.* 32 persona *P.* 33 his] is *B.* docunt *B.* 35 propositis *M.* 37 Isydori *B.* 39 sed] et *L*, *deest B.* 40 de quibus *desunt L. B. P.* 41 Hisydori *B.*

XXXVII. Item Gregorii de conlata episcopis potestate ligandi atque solvendi.
XXXVIII. Eiusdem de episcopis, qui pro ordinatione munera libenter accipiunt.

Capitula canonum.

XXXVIIII. De subintroductis mulieribus.
XL. De clericis usuras accipientibus.
XLI. De privilegiis presbiterorum.
XLII. De excommunicatis.
XLIII. Quod non oporteat demigrari.
XLIIII. Non transmigrandum de civitate in civitatem.
XLV. De his, qui in ecclesiis, in quibus provecti sunt, minime perdurarunt.
XLVI. De flectendo genu.
XLVII. De damnatis et ministrare temptantibus.
XLVIII. De clericis damnatis.
XLVIIII. De peregrinorum susceptione.
L. Quod non liceat clerico in duarum civitatum ecclesiis ministrare.
LI. Quod non oporteat peregrinos clericos sine commendaticiis ministrare.
LII. Quod non sine litteris sacro ministerio servientes proficisci debeant.
LIII. De clericis a communione summotis ab alio non recipiendis episcopo.
LIIII. Si quis excommunicatus ante audientiam communicare praesumpserit, ipse in se damnationem protulit.
LV. De non sollicitandis clericis alienis.
LVI. De his, qui semel legerint in ecclesia, ab aliis non posse promoveri.
LVII. Si qui clerici ab episcopis suis promoti contempserint, nec illic maneant, unde recedere noluerunt.
LVIII. Ut nullus alienum sollicitare vel tenere praesumat, suo episcopo non preveniente consensu.
LVIIII. Ut in ecclesiis convivia minime celebrentur.
LX. Quod nullus ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat.
LXI. De avaritia.
LXII. Quod usuram non solum clerici exigere non debeant, sed nec laici Christiani.
LXIII. De his, qui esum carnium in clero constituti diffugiunt.
LXIIII. De numero certo diaconorum.
LXV. De his, qui abhominantur eos, qui carnibus vescuntur.
LXVI. De his, quae in usus pauperum conferuntur.
LXVII. De his, qui pro virginitate superbiunt.
LXVIII. De his, qui dominico die ieiunant tamquam nihil pre ceteris differente.
LXVIIII. De his, qui ecclesiastica ieiunia absque necessitate dissolvunt.
LXX. De his, qui se a perceptione sanctae communionis avertunt et qui excommunicatis per domos communicantur.

5 usuris *B.* 10 profecti *M.* perdurentur *B.* 11 genua *M.* 12 dampnatis *B.* 14 susceptionem *B.* 16 commendaticiis] litteris *add. M.* 17 ministerio] misterio *L.* proficisci] non *add. L. B.* 19 excommunicatur *P.* audentiam *M.* praesumserit *B.* 22 LVI.] *numerus deest, reliqui cum supra allegatis concordant (cf. XIIII) P.* 23 qui] de *add. L,* quis *B. P.* illi *P.* 25 alienum] clericum *add. B. P.* 26 preveniente] praevente *P,* prebente *M.* consensum *M.* 28 debeant *B.* 30 non debeant] debeant *L,* non debent *B.* 33 certo *deest P 1.* 34 abominantur *B. P. M.* 35 LXVI. — superbiunt] LXVI. De his qui pro virginitate superbiunt. LXVII. De his, quae in usus pauperum conferuntur *M.* quae] qui *B. P.* 37 differentes *M.* 39 avertuntur *B.* 40 communicant *M.*

LXXI. De his, qui ab alia parrochia preter conscientiam episcoporum suorum in aliis commorantur.

LXXII. De clericis excommunicatis et laicis.

LIXXII. De episcopis et clericis adeuntibus imperatorem.

LXXIIII. De damnatis episcopis aut clericis et adeuntibus imperatorem.

LXXV. Ut hii, qui in sacrario serviunt, usuras non exigant.

LXXVI. De his, qui debeant in ambone, id est in pulpito, psallere.

LXXVII. De honore, quem presbiteris diaconi, qui sub ipsis sunt, debeant exibere.

LXXVIII. Quod subdiaconi non debeant benedicere vel benedictionem tribuere.

LXXVIIII. De exorcistis, qui non sunt ab episcopis ordinati.

LXXX. In ecclesia prandia fieri non debere.

LXXXI. Quod preter episcopum clericus proficisci non debeat.

LXXXII. Ut ad sacrarium mulieres non introeant.

LXXXIII. Non licere clericis lubricis spectaculis interesse.

LXXXIIII. Oblationes offerri in domibus non oportere.

LXXXV. De clericis et monachis non manentibus in suo proposito.

LXXXVI. Quod non oporteat clericos habentes adversus invicem negotia proprium episcopum relinquere et ad secularia iuditia convocare.

LXXXVII. Quod minime clericos transmigrari conveniat.

LXXXVIII. Quod non liceat clericis post mortem sui episcopi res ad eum pertinentes diripere.

LXXXVIIII. Si quis clericorum pauper promotus in ordine postea habuerit aliquid, ecclesiae potestati subiaceat.

XC. Ut clerici tabernas nisi in peregrinis non ingrediantur.

XCI. Ut alienus clericus minime suscipiatur ab alio.

XCII. Ut clericus nec suo nec alieno nomine foenus exerceat.

XCIII. Ut clerici nullas negotiationes inhonestas et turpia lucra sectentur.

XCIIII. Excerptum ex epistola Hieronimi presbiteri ad Nepotianum de vita clericorum.

XCV. Eiusdem ex epistola de institutione clericorum ad Paulinum presbiterum

XCVI. Eiusdem ex epistola ad Rusticum.

XCVII. Eiusdem ex epistola ad Heliodorum, quid distet inter monachum et clericum.

XCVIII. Eiusdem ex epistola ad Oceanum de vita clericorum.

XCVIIII. Isidori de clericis.

C. Eiusdem de regulis clericorum.

CI. Eiusdem de generibus clericorum.

CII. Gregorii, quales oporteat clericos esse.

CIII. Eiusdem de subiectis bonis sub pastorali regimine constitutis.

1 paroechia *M.* 5 dampnatis *B.* 6 hii] his *B*, hi *P.* exigent *B.* 7 debeant — pulpito] in ambone debeant id est in pulpite *L*, in ambone id est in pulpite — debeant *P.* 8 quem] quae *L. P.* presbiteris diaconi] presbiteri diaconi *B*, prespiteris et diaconibus *M.* 9 exhibere *M.* 11 exhorcistis *B.* 13 Quod] Quodsi *L. M.* clerici *M.* debeant *M.* 14 ad *deest M.* 15 lubricis spectaculis] puplicis expectaculis *M.* expectaculis *B.* 16 Oblationibus *B.* 17 manentes *B.* 19 episcoporum *B.* convocare] revocare *L. P*, convolare *M.* 20 conveniat] cunveniat *L.* 21 licet *M.* sui episcopi] episcopi sui *M.* 24 potestate *B.* subiciat *P. B. M.* 25 peregrinis] locis *add. M.* 26 alio] eo *M.* 27 nec] ne *B.* 28 nulla negotiationis inhonesta *M.* sectantur *P.* 29 Hyeronimi *B.* 31 ad] a *B.* presbiterum *deest M.* 33 Helioderum *P.* monacum *B.* 39 CII.] Item *add. B. P.*

CIIII. Isidori de subditis.

CV. Gregorii de invidis vel protervis subditis.

CVI. Prosperi, quod secundum sermonem prophetae culpa sua pereant qui sacerdotum increpationes perversa voluntate contempnunt.

CVII. Eiusdem, cum quo damno animae suae ab ecclesia, quae pauperes pascit, accipiunt illi, qui sibi de suo sufficiunt.

CVIII. Eiusdem, qui sint qui etiam cum profectu animae suae opibus sustentantur ecclesiae.

CVIIII. Eiusdem, quid facere debeant clerici, quorum infirmitas non potest sua contempnere.

CX. Eiusdem, quae sint vera gaudia vel verae divitiae et quid impedimenti afferant bona praesentia amatoribus futurorum.

CXI. Eiusdem, qualiter intellegatur quod dicit apostolus: *Qui in sacrario operantur quae de sacrario sunt edant.* 1. Cor. 9, 13.

CXII. Augustinus de vita et moribus clericorum.

CXIII. Eiusdem iterum de vita et moribus clericorum.

Regula canonicorum.

CXIIII. Quae praecepta specialiter monachis, quae generaliter ceteris conveniant Christianis.

CXV. Quod canonica institutio, evangelica atque apostolica auctoritate fulta, ceteris superemineat institutionibus.

CXVI. Quid sint res ecclesiae.

CXVII. Quod munienda sint diligenter claustra canonicorum.

CXVIII. Ut in congregandis canonicis modus discretionis sit tenendus.

CXVIIII. De his, qui in congregatione sibi commissa solummodo ex familia ecclesiae clericos adgregant.

CXX. Qui clerici in congregatione canonica constituti ecclesiastica accipere debeant stipendia.

CXXI. Ut in congregatione canonica aequaliter cibus et potus accipiatur.

CXXII. De mensura cibi et potus.

CXXIII. Quod a praelatis gemina pastio sit subditis inpendenda.

CXXIIII. Ut canonici sicut in ceteris, ita etiam in cultu vestium modum teneant discretionis.

CXXV. Ut canonici cucullas monachorum non induant.

CXXVI. Excerptum ex libro officiorum Isidori, qua auctoritate horae canonicae celebrentur, quas scire ac religiose observare canonicos oportet.

CXXVII. De vespertinis.

CXXVIII. De completis.

CXXVIIII. De vigiliarum antiquitate.

CXXX. De matutinis.

CXXXI. Ut horas canonicas canonici religiose observent.

1 CIIII.] Item *add. B. P. M.* 2 CV.] Item *add. B. P. M.* 3 paereant *L.*, pareant *P.* 4 contemnunt *M.* 7 sunt *M.* opibus] operibus *P.* 10 contepnere *P*, contemnere *M.* 11 sunt *B. P.* verae] vera *P.* 12 bonam praesentiam *L. P.* 15 CXII.] Item *add. B. M.* Agustinus *B. P*, Augustini *M.* 16 iterum *deest B.* 17 Regula canonicorum *desunt P. P. M.* 23 munienda — diligenter] *ita L. P*, diligenter munienda sint *rell.* 24 mudus *B.* 26 clericos] cleros *B.* 27 Quid *P.* 31 a] ad *P.* inpendenda *deest P.* 34 canoninici *P.* 35 ex] de *P.* qua] qui *B.* 36 ac] hac *B.* relegiose *hic et infra B.* 41 observant *B.*

CXXXII. Quod cantantibus et psallentibus Domino angelorum adsint praesidia.
CXXXIII. Quales ad legendum et cantandum in ecclesia constituendi sunt.
CXXXIIII. Qui modus sit correptionis.
CXXXV. Ut erga pueros, qui nutriuntur vel erudiuntur in congregatione canonica, instantissima sit adhibenda custodia.
CXXXVI. Ut ab omnibus canonicis ad completorium veniatur.
CXXXVII. De cantoribus.
CXXXVIII. Quales vice praelatorum in congregatione canonica fungi debeant.
CXXXVIIII. De praepositis.
CXL. Qualis cellararius sit constituendus.
CXLI. Cui committi debeant stipendia pauperum.
CXLII. De infirmorum ac senum cura fratrum.
CXLIII. Qualiter porta canonicorum custodiatur.
CXLIIII. Ut claustra canonicorum diligenter custodiantur.
CXLV. Epilogus breviter digestus*.

Expliciunt capitula.

*) *B. M. P. addunt:* CXLVI. Litterae formatarum.

I. Esidori in libro officiorum de tonsura. Tonsurae[1] ecclesiasticae usus a Nazareis, nisi fallor, exortus est. Qui prius crine servato, denuo post vitae magnae continentiam devotione conpleta caput radebant et capillos in igne sacrificii ponere iubebantur, scilicet ut perfectionem devotionis suae Domino consecrarent. Huius ergo exempli usus ab apostolis introductus est, ut hi, qui in divinis cultibus mancipati Domino consecrantur, quasi Nazarei, id est sancti Dei, crine praeciso innoventur. Hoc quippe et Ezechieli prophetae iubetur, dicente
Ezech. 5, 1. Domino: *Tu, fili hominis, sume tibi gladium acutum et duces per caput tuum et barbam,* videlicet quia et ipse sacerdotali genere Deo in ministerium sanctificationis deserviebat. Hoc et Nazareos illos, Priscillam et Aquilam, in actibus apostolorum primum fecisse legimus, Paulum quoque
cf. Act. 18, 18. apostolum et quosdam discipulorum Christi, qui in huiusmodi cultu imitandi extiterunt. Est autem in clericis tonsura signum quoddam, quod in corpore figuratur, sed in animo agitur, scilicet ut hoc signo in religione vitia resecentur et criminibus carnis nostrae quasi crinibus exuamur atque inde innovatis sensibus ut comis rudibus enitescamus, expoliantes nos iuxta apostolum
cf. Eph. 4, 23. Col. 3, 10. veterem hominem cum actibus suis et induentes novum, qui renovatur in agnitione Dei. Quam renovationem in mente oportet fieri, sed in capite demonstrari, ubi ipsa mens noscitur habitare. Quod vero, detonso capite superius, inferius circuli corona relinquitur, sacerdotium regnumque ecclesiae in eis existimo figurari. Thiara enim apud veteres constituebatur in capite sacerdotum. Haec ex bysso confecto rotunda erat quasi sphera media, et hoc significatur in parte capitis tonsa. Corona autem latitudo aurei est circuli, quae regum capita cingit. Utrumque itaque signum exprimitur in capite clericorum, ut impleatur etiam corporis quadam similitudine
1. Petr. 2, 9. quod scriptum est, Petro apostolo perdocente: *Vos estis genus electum, regale sacerdotium.* Quaeritur autem: quur sicut apud antiquos Nazareos non ante coma nutritur et sic tondetur? Sed

1 cantantibus] canentibus *M.* 4 puerus *B.* 9 propositis *M.* 10 celerarius *B. P,* cellarius *M.* 13 canonicorum] canonica *P.* 14 custodiatur *L.* 15 Ephylogus *B,* Epylogus *P.* degestus *P.* 16 Expliciunt capitula *desunt B. M. P.* 17 formatarum] Finit *add. B.*

In textu capitulorum 1—113 constituendo codices B, quem in re orthographica secuti sumus, L, B, M adhibiti sunt.

I. 18 Ysidori *M.* 19 Nazareis] Nazor — *B saepius.* 22 hii *L.* Nazorei *L.* 23 Iezechieli *B.* 25 ipse] ipsi se *L.* 27 et quosdam] ex quibusdam *B.* exstiterunt *L.* 29 resecentur] recesentur *L.* 30 expolliantes *L.* 34 Tiara *L,* Tihara *B.* 35 spera *B. M.* 39 quur] cur *M.*

1) *Isidorus, De ecclesiasticis officiis II c. 4; Opp. VI, 415 sqq.*

qui haec exquirunt advertant, quid sit inter illud propheticum velamentum et hanc evangelii revelationem, de qua dicit apostolus: *Cum transieris ad Christum, auferetur velamen.* Quod autem significabat velamen interpositum inter faciem Moysi et aspectum populi Israhel, hoc significabat illis temporibus etiam coma sanctorum. Nam et apostolus comam pro velamento esse dicit. Proinde iam non oportet, ut velentur crinibus capita eorum, qui Domino consecrantur, sed tantum, ut revelentur, quia quod erat occultum in sacramento prophetiae iam in evangelio declaratum est. 2. Cor. 3, 16. cf. ib. 3, 13. cf. 1. Cor. 11, 14. 15.

II. Item Esidori de ostiariis. Ostiarii[1] sunt, qui in veteri testamento ianitores templi vocabantur, qui praeerant portis Hierusalem quique ordinati per vices suas omnia interiora templi vel exteriora custodiebant. Hi denique inter sanctum et iniquum discernentes eos tantum in ecclesia, qui sunt fideles, recipiunt. Intrare enim templum nisi per hos non possumus. Habent enim potestatem tam bonos recipiendi quam reiciendi indignos. cf. 4. Reg. 22, 4.

III. Item Esidori de lectoribus. Lectorum[2] ordo formam et initium a prophetis accepit. Sunt igitur lectores, qui verbum Dei praedicant, quibus dicitur: *Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam.* Isti quippe dum ordinantur, primum de eorum conversatione episcopus verbum facit ad populum. Deinde coram plebe tradit eis codicem apicum divinorum ad Dei verbum adnuntiandum. Qui autem ad huiusmodi provehitur gradum, iste erit doctrina et libris inbutus sensuumque ac verborum scientia perornatus, ita distinctionibus sententiarum intellegat, ubi finiatur iunctura, ubi adhuc pendeat oratio, ubi sententia extrema claudatur. Sicque expeditus vim pronuntiationis tenebit, ut ad intellectum omnium mentes sensumque promoveat, discernendo genera pronuntiationum atque exprimendo proprios sententiarum affectus, modo indicantis voce, modo dolentis, modo increpantis, modo exortantis sive his similia secundum genus propriae pronuntiationis. In quo magis illa ambigua sententiarum adhibenda cognitio est. Multa enim in scripturis sunt, quae, nisi proprio modo pronuntientur, in contrariam recedunt sententiam, sicuti est: *Quis accusavit adversus electos Dei? Deus, qui iustificat?*, quodque si confirmative, non servato genere pronuntiationis suae dicatur, magna perversitas oritur. Sic ergo pronuntiandum est, acsi diceret: 'Deusne, qui iustificat?', subauditur 'Non'. Necesse est ergo in tantis rebus scientiae ingenium, quo proprie singula convenienterque pronuntientur. Propterea et accentuum vim oportet lectorem scire, ut noverit, in qua syllaba vox protendatur pronuntiantis. Plerumque enim imperiti lectores in verborum accentibus errant et solent inridere nos imperitiae hi, qui videntur habere notitiam, detrahentes et iurantes paenitus nos nescire quod dicimus. Porro vox lectoris simplex erit et clara, ad omne pronuntiationis genus accommodata, plena suco virili, agrestem et subrusticum effugiens sonum, non humilis nec adeo sublimis, non fracta vel tenera nihilque faemineum sonans neque cum motu corporis, sed tantum cum gravitatis specie. Auribus enim et cordi consulere debet lector, non oculis, ne potius ex se ipso expectatores magis quam auditores faciat. Vetus opinio est lectoris pronuntiandi causa praecipuam curam vocis habuisse, ut exaudiri in tumultu possit. Unde et dudum lectores praecones vel proclamatores vocabantur. Rom. 8, 33. 34.

I. 2 transieritis *M.* 3 Israhel] Isri *saepius codd.*

II. 8 Isidori *hic et infra M.* 9 Hyerusalem *B.* 11 hos] *ita L,* ostium *M,* hostium *rell.* 12 reiciendi] recipiendi *corr.* respuendi *L.*

III. 13 Isidori *R. M.* 17 proveitur *B.* 18 ac] hac *B.* 19 oratio] horatio *B.* cludatur *L.* 21 proprios sententiarum] sententiarum proprios *B.* 22 exhortantis *M.* 25 accusabit *l (e corr.). M.* 26 quodque] quod *M.* confirmative] affirmative *M.* 27 Deusne] Deus *M.* 28 Necesse] Necessarium *M.* convenienter *M.* 31 imperitiae] *ita M,* imperiti *rell.* 33 succo *B, ubi* virili *deest.* 34 cum motu] commotu *B.* 35 corde *R.* 36 exspectatores *L.* lectores *M.*

1) *Ibid. II c. 15; l. l. VI, 434.* 2) *Ibid. II c. 11; l. l. VI, 430 sq.*

IIII. Item Esidori de exorcistis. In[1] ordine et ministerio ecclesiae decet esse exorcistas secundum officia, quae in templo Salomonis erant disposita quaeque posterius sunt ab Esdra dispertita. Et invenimus eos, quos Esdras actores memorat templi, eos nunc esse exorcistas in ecclesia Dei. Fuerunt enim sub Esdra actores templi, servorum Salomonis filii, qui
cf. 1. Esdra 2, 55. actum templi totius sub curam suam haberent aut sacris oblationibus deservirent. Et cum fuissent ex ordine et ministerio templi, longe fuerunt ab officio altaris Dei, quia nec psalmistis nec ostiariis nec sacrorum servis adtingere licebat ad munera altaris nisi tantummodo Levitis. Quid ergo est? Nullam aliam curam habebant actores templi, nisi ad sacra tecta facienda, ut quaecunque fuissent vexata in aedificatione templi aut delapsa per eosdem actores de thesauris dominicis reficerentur atque excolerentur. Ergo actores templi exorcistae sunt in populo Dei. Quomodo enim actor prudens et bonus scit, quid sit domini sui census et omnis substantiae modus, et redigit apud se totius possessionis instrumenta originalia, sic et exorcista redigit in sua diligentia totius regni Domini secreta, ut memoriae mandet de scripturarum sacramentis, unde exerceat scilicet donum, quod illi est ab Spiritu sancto concessum, secundum
1. Cor. 12, 30. apostoli praeconium. Exorcistas enim memorat apostolus, cum dicit: *Numquid omnes donationes habent sanationum?* Hi enim, cum ordinantur, sicut ait canon[2], accipiant de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, accipientes potestatem imponendi manus super inerguminos sive catichuminos.

V. Item Esidori de accolitis. Accoliti[3] Grece, Latine ceroferarii dicuntur a deportandis cereis, quando legendum est evangelium aut sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis et deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eo tempore rutilet, sed ad signum laetitiae demonstrandum, ut sub tipo luminis corporalis illa lux ostendatur,
Ioh. 1, 9. de qua in evangelio legitur: *Erat lux vera, que inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

VI. Item Esidori de subdiaconibus. Subdiaconi[4], qui apud Grecos yppo-
cf. 1. Esdra 2, 43. diaconi vocitantur, in Esdra inveniuntur appellanturque ibi Natanei, id est in humilitate Domino servientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanael, qui in evangelio Iohannis divina proditione commonitus salvatorem meruit confiteri quique etiam ad primum divinitatis indicium fidelis enituit,
Ioh. 1, 47. protestante Domino ac dicente: *Ecce vere Israhelita, in quo dolus non est.* Denique isti oblationes in templo Domini suscipiunt a populis. Isti obediunt officiis Laevitarum. Isti quoque vasa corporis et sanguinis Christi diaconibus ad altaria Domini offerunt. De quibus quidem placuit patribus, ut, quia sacra mysteria contrectant, casti et continentes sint ab uxoribus et ab
Is. 52, 11. omni carnali immunditia liberi, iuxta quod illis propheta dicente iubetur: *Mundamini qui fertis vasa Domini.* Hii igitur, cum ordinantur sicut sacerdotes et Laevitae, manus impositionem non

IIII. 1 decet *deest B. M.* 3 Hesdra *B.* Et *deest B.* Esdra *L. B. M.* actores] auctores *hic et infra B.* 4 Hesdra *B.* 5 aut] ut *e corr. M.* 7 hostiariis *B.* 8 Laevitis *L.* sacra] sarta *M.* 9 ut] aut *B.* dilapsa *L.* 11 quid] quis *e corr. B.* 13 Domini] Dei *M.* 14 donum] domum *B.* 16 accipiunt *B. M.* 17 exhorcismi *B.* energuminos *M.* 18 caticuminos *B*, catechuminos *M.*

V. 19 accolitis] acolitis *B. M.* Grecae *L. B.* Latinae *B.* 21 accendantur *M.* 23 hunc *deest B.*

VI. 26 Nathanei *L. B.* Nathinnei *M.* 27 Nathanahel *L. B. M.* 30 Levitarum *L. B. M.* 32 contractant *B.* 34 Hii] Hi *M.*

1) *Ibid. II c. 13; l. l. VI, 432 sq.* 2) *Cf. concil. Carthaginiense c. 6; Mansi III, 951.* 3) *Isidorus, Etymolog. VII c. 12 § 29; Opp. III, 333.* 4) *Isidorus, De ecclesiasticis officiis II c. 10; Opp. VI, 429 sq.*

suscipiunt, sed patenam tantum et calicem de manu episcopi et ab archidiacono scyphum aquae cum aquamanile et manutergium accipiunt[1].

VII. Item Esidori de diaconibus. Diaconorum[2] ordo a tribu Levi accepit exordium. Praecepit enim Dominus Moysi, ut per ordinationem Aaron sacerdotis et filiorum eius rursus Levi tribus in divini cultus ministerio ordinarentur et consecrarentur Domino pro omnibus primogenitis et servirent pro Israhel coram Aaron et filiis eius in tabernaculo Dei, excubantes in templo die et nocte, ipsique gestarent arcam et tabernaculum et omnia vasa eius et in circuitu tabernaculi castra ipsi constituerent et in promovendo tabernaculo ipsi deponerent, rursus ipsi conponerent; a viginti quinque annis et supra in tabernaculo servire mandatum est. Quam regulam sancti patres et in novo testamento constituerant. In evangelio autem primordia eorum et in actibus apostolorum ita leguntur: *Convocantes autem duodecim apostoli multitudinem apostolorum dixerunt: 'Non placet nos relinquere verbum Dei et ministrare mensis. Quid ergo est, fratres? Considerate ex vobis viros boni testimonii septem, plenos spiritu sapientiae, quos constituamus in hanc rem. Nos vero erimus orationi et ministerio sermonis instantes'. Et placuit hic sermo coram multitudine. Et elegerunt statim Stephanum, virum plenum fide et Spiritu sancto, Philippum, Procorum et Nicanorem et Timotheum et Permenen et Nicolaum Antiocensem. Hi steterunt ante apostolos. Et cum orassent, inposuerunt illis manus. Verbumque Dei crescebat, et multiplicabatur numerus credentium.* Exhinc iam decreverunt apostoli vel successores apostolorum per omnes ecclesias septem diacones, qui subliniori gradu et ceteris proxime circa aram Christi quasi columnae altaris adsisterent, et non sine aliquo septenarii numeri mysterio. Hi enim sunt, quos in apocalipsin legimus, septem angeli tubas canentes, hi sunt septem candelabra aurea, hi voces tonitruorum. Ipsi enim clara voce in modum praeconis ammonent cunctos, sive in orando sive in flectendo genibus sive in psallendo sive in lectionibus audiendo. Ipsi etiam, ut aures habeamus ad Dominum, clamant. Ipsi quoque evangelizant. Sine ipsis sacerdos nomen habet, officium non habet. Nam sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro dispensatio sacramenti est. Ille orare, hic psallere mandat, ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispensat. Ipsis etiam sacerdotibus propter praesumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit a diacono. Laevitae inferunt oblationes in altaria; Levitae conponunt mensam Domini; Levitae operiunt arcam testamenti. Non enim omnes vident alta mysteriorum, quae operiuntur a Levitis, ne videant qui videre non debent et sumant qui servare non possunt. Qui propterea altario albis induti adsistunt, ut caelestem vitam habeant candidique ad hostias et inmaculati accedant, mundi scilicet corpore et incorrupti pudore. Tales enim decet Dominum habere ministros, qui nullo carnis corrumpantur contagio, sed potius eminentia castitatis splendeant. Quales autem diaconi ordinentur, apostolus Paulus plenissime scribit ad Timotheum. Nam cum praemisisset de sacerdotum electione, continuo subiunxit: *Diacones similiter, inreprehensibiles,*

cf. Num. 1, 49 sqq.

Act. 6, 2—7.

cf. Apoc. 1, 12. 8, 2. 6. 10, 3.

1. Tim. 3 8.

VI. 1 sed] si *R.* patinam *M.* scypphum] *ita R,* scyppum *L.* scyphum *B.* sciphum *M.* 2 aquamanili *M.*

VII. 3 Isidori *B.* 5 rursum *hic et infra M.* Levi *deest R.* ordinaretur *L. B. M.* consecraretur *M.* 7 gestarunt *L. B.* archam *B.* 8 castra ipsi] ipsi castra *M.* 9 a] quibus a *M.* 13 constituamus] statuamus *M.* 14 erimus *deest B.* ministerii sermoni *L.* hic *deest B.* 15 elegerunt *deest B.* statim *deest M.* 16 Philippum] Phylipphum *B,* et *add. M.* Prochorum *M.* Thimotheum *L. B,* Thimonem *M.* Permenem *B,* Permenam *M.* Hi steterunt] Hos statuerunt *M.* 17 orassent] horassent *B.* 19 et *deest M.* aram] haram *B.* 21 apocalypsin *B,* apocalypsi *M.* chanentes *B.* 22 cunctis *L.* 23 genibus] genu *M.* audiendis *M.* 26 sanctificat] sanctificare *R. L. B.* 28 Levitae *L. M.* 31 altari *M.* 32 accedunt *L.* Domino *M.* 33 habere ministros] ministros habere *B.* 34 Thimoteum *B.*

1) *Cf. concil. Carthaginiense c. 5; l. l. col. 951.* 2) *Isidorus, De ecclesiasticis officiis II c. 8; Opp. VI, 427 sqq.*

1. Tim. 3, 8. hoc est sine macula sicut episcopi, *pudici* utique, id est a libidine continentes, *non bilingues*,
ib. scilicet ne conturbent habentes pacem, *non multum vino dediti*, quia ubi ebrietas, ibi libido
ib. dominatur et furor, *non turpe lucrum sectantes*, ne de caelesti ministerio lucra terrena sectentur. Est quoque et turpis lucri appetitio plus de praesentibus quam de futuris cogitare. Post haec
ib. 3, 10. subiecit: *Hi autem probentur primum et sic ministrent, nullum crimen habentes.* Hi utique sicut episcopi ante ordinationem probari debent, si digni sint, et sic postea ministrare.

VIII. Item Esidori de presbiteris. Presbiterorum[1] ordo exordium sumpsit, ut *dictum est*, a filiis Aaron. Qui enim sacerdotes vocantur in veteri testamento, hi sunt, qui nunc appellantur presbiteri, et qui nuncupabantur principes sacerdotum nunc episcopi nominantur. Presbiteri autem interpretantur seniores, quia seniores aetate Greci presbiteros vocant. His enim sicut episcopis dispensatio ministeriorum Dei commissa est. Praesunt enim ecclesiae Christi et in confectione divini corporis et sanguinis consortes cum episcopis sunt, similiter et in doctrina populorum et in officio praedicandi, ac solam praeter auctoritatem summi sacerdotii clericorum ordinatio et consecratio reservata est, ne a multis disciplina ecclesiae vindicata concordiam solveret, scandala generaret. Nam Paulus apostolus eosdem presbiteros ut vere sacerdotes sub
Tit. 1, 5—7. nomine episcoporum ita adseverat, loquens ad Titum: *Huius*, inquit, *rei gratia reliqui te Crete, ut ea, quae desunt, corrigas et constituas per civitates presbiteros, quemadmodum ego tibi disposui, si quis sine crimine est, unius uxoris virum, filios habentem fideles, non in accusatione luxuriae, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse.* Qua sententia ostendit etiam presbiteros sub episcoporum nomine taxari. Unde et ad Timotheum de ordinatione episcopi et
cf. 1. Tim. 3, 2 sqq. diaconi scripsit, de presbiteris omnino tacuit, quia eos in episcoporum nomine comprehendit.
cf. Phil. 1, 1. Secundus enim primo coniunctus gradus est, sicut et ad Philipenses episcopis et diaconibus scribitur, cum una civitas plures episcopos habere non possit; et in actibus apostolorum presbi-
Act. 20, 28. teros ecclesiae, iturus Hierosolimam, congregavit, quibus inter cetera: *Videte gregem, in quo vos Spiritus sanctus episcopos ordinavit.* Unde etiam tales in ecclesia presbiteros constituendos esse sicut episcopos et apostolus ad Titum loquitur et canones ipsi testantur, presbiteros autem
cf. Exod. 29, 4 sqq. merito et sapientia dici, non aetate. Nam et Moysi praecipitur, ut eligat presbiteros. Unde
Prov. 20, 29. et in proverbiis dicitur: *Gloria senum canities.* Quae est haec canities? Haud dubium, quin
Sap. 4, 8. sapientia, de qua scriptum est: *Canities hominum prudentia est.* Cumque nongentos et amplius annos ab Adam usque ad Abraham vixisse homines legerimus, nullus alius primus appellatus est
cf. Gen. 25, 7. presbiter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus annis vixisse convincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbiteri nominantur. Quod si ita est, mirum cur insipientes constituantur.

VIIII. Item Esidori de sacerdotibus. Veniamus[2] ergo nunc ad sacratissimos ordines et singulariter demonstremus, quod est sacerdotii fundamentum vel quo auctore pontificalis ordo adolevit in saeculo. Initium quidem sacerdotii Aaron fuit, quamquam et Melchisedech prior obtulerit sacrificium et post hunc Abraham, Isaac et Iacob. Sed isti spontanea voluntate,

VII. 2 multo *B.* deditos *codd.* 3 turpi *R. L. B.* ne] nec *B.* ministerio] mysterio *B.* 6 debentur *R. L. B.*

VIII. 13 solum *B. M.* summo sacerdoti *M.* 14 ne] nec *L.* vendicata *M.* 16 Cracte *L.* 17 presbiteros] praesbiter- *R et B saepius.* 18 luxoriae *B.* 20 Thymotheum *B*, Tymotheum *M.* 21 scripsit] scribit *L. B. M.* praesbiteros *B.* 22 Philippenses *B.* 23 scribitur] scribit *L. B. M.* posset *M.* 24 ituros *L.* Hyerosolimam *B.* Videte] inquit *add. M.* 25 proesbiteros *B.* 26 Tytum *B.* testantur] sciendum est autem *add. M.* 28 dicit *R. L. M.* Haud] Aut *B.* quin] qui in *B.* 29 amplios *B.* 30 Abraham] Habraham *L. B.* 32 est *deest B.*

VIIII. 36 Melchisedhaec *L.* Melchysedhaec *B.* Melchisedhec *M.*

1) *Ibid. II c. 7; l. l. VI, 425 sq.* 2) *Ibid. II c. 5; l. l. VI, 417 sqq.*

non sacerdotali auctoritate ista fecerunt. Ceterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit primusque pontificali stola indutus victimas obtulit, iubente Domino ac loquente ad Moysen: *Accipe,* inquit, *Aaron et filios eius et adplicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cumque laveris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est linea et tunica et superhumerale et rationale, quod constringes balteo. Et pones tyaram in capite eius et laminam sanctam super tyaram et oleum unctionis fundes super caput eius; atque hoc ritu consecrabitur. Filios quoque illius adplicabis et indues tunicis lineis cingesque balteo, Aaron scilicet et liberos eius, et inpones eis mitras: eruntque sacerdotes mei religione perpetua.* Exod. 29, 4—9. Quo loco contemplari oportet Aaron summum sacerdotem, id est episcopum, fuisse, nam filios eius presbiterorum figuram praemonstrasse. Fuerunt enim filii Aaron et ipsi sacerdotes, quibus merito adstare debuissent Laevitae sicut summo sacerdoti; et hoc fuit inter Aaron summum sacerdotem et inter filios eiusdem Aaron, qui et ipsi erant sacerdotes, quod Aaron super tunicam accipiebat poderem, stolam sanctam et coronam auream, mitram et zonam auream et superhumerale et cetera, quae supra memorata sunt. Filii autem Aaron super tunicas lineas cincti tantummodo et thiarati adstabant sacrificio Dei. Sed forsitan quaeritur et hoc: cuius figuram faciebat Moyses? Si enim Aaron filii presbiterorum figuram faciebant et Aaron summi sacerdotis, id est episcopi, Moyses cuius? Indubitanter Christi et vere per omnia Christi, quoniam fuit similitudo mediatoris Dei, qui est inter Deum et hominem, Iesus Christus, qui est verus dux populorum, verus princeps sacerdotum et dominus pontificum, cui est honor et gloria in saecula saeculorum, amen.

Actenus de primordiis sacerdotalibus in veteri testamento; in novo autem testamento post Christum sacerdotalis ordo a Petro coepit. Ipsi enim primum datus est pontificatus in ecclesia Christi. Sic enim loquitur ad eum Dominus: *Tu es,* inquit, *Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum.* Matth. 16, 18. 19. Hic ergo ligandi solvendique potestatem primus coepit primusque ad fidem populum virtute suae praedicationis adduxit, siquidem et ceteri apostoli cum Petro pari consortio honoris et potestatis acceperunt, qui etiam in toto orbe dispersi evangelium praedicaverunt, quibusque decidentibus successerunt episcopi, qui sunt constituti per totum mundum in sedibus apostolorum. Qui non iam ex genere carnis et sanguinis eliguntur sicut primum secundum ordinem Aaron, sed pro uniuscuiusque merito, quod in eum gratia divina contulerit, sicut etiam ad Heli Dominus pronuntiavit dicens: *Haec dicit dominus Deus Israhel: Dixi, domus tua et domus patris tui permanebunt coram me usque in aeternum. Et nunc dicit Dominus: Nequaquam, sed glorificantes me glorificabo. Qui me spernit spernetur.* 1. Reg. 2, 30. Quattuor enim sunt genera apostolorum, unum a Deo tantum ut Moyses, alterum per hominem et Deum ut Iosue, tertium tantum per hominem, sicut his temporibus multi favore populi et potestatum in sacerdotium subrogantur; quartum autem genus ex se est sicut pseudoprophetarum et pseudoapostolorum. Quid est autem nomen apostolorum? Apostoli in Latina lingua missi interpretantur, quia ipsos misit Dominus evangelizare ad inluminationem omnium populorum. 'Episcopus[1] autem', ut quidam prudentium ait, 'nomen est operis, non honoris. Grecum est enim atque inde ductum vocabulum, quod ille, qui superefficitur, superintendit, curam scilicet subditorum gerens: scopus quidem intentio est, ergo epi-

VIIII. 4 et tunica] et tonica *L.* tunica *M.* superhumerali *M.* 5 rationali *M.* baltheo *hic et infra L.* 6 thyaram *L.*, thiaram *M (et ita infra).* 8 loco] loquo *B.* 10 Levitae *L. M.* 14 thyarati *L. B.* 15 Aaron filii] filii Aaron *B.* 20 autem *deest M.* 22 adificabo *B.* 24 coepit] *ita R. B,* cepit *L,* caepit *M.* 25 par consortium *B.* 27 decidentibus] dedicantibus *M.* 31 sed] si *R.* 32 Qui] autem *add. M.* 35 est] sit *B.* 39 gerens] epi quippe super *add. Aug.* scopys *B.* intentio est] intentionem *B.* episcopos] epi *R. L,* epi *B.*

1) *Verba* Episcopus autem nomen — dilexerit *iam ab Isidoro deprompta sunt ex Augustino, De civitate Dei XIX c. 19; Opp. VII, 563.*

scopos Latine superintendentes possumus dicere, ut intellegat non se esse episcopum qui non prodesse, sed praecesse dilexerit'. Quod vero per manus impositionem a praecessoribus Dei sacer-
cf. Gen. 27, 28. dotibus episcopi ordinantur, antiqua est institutio. Isaac autem patriarcha sanctus ponens manum
cf. ib. 49, 28. cf. Num. 27, 18. suam super caput Iacob benedixit ei; similiter et Iacob filiis suis benedictionem dedit; Moyses super caput Iosue manum suam inponens dedit ei spiritum virtutis et ducatus in populo Israel. Sic et superimpletor legis et prophetarum, dominus noster Iesus Christus, per manus inpositionem
Luc. 24, 50—52. apostolos benedixit, sicut in evangelio Lucae scriptum est: *Et perduxit illos trans Bethaniam et elevavit manus suas et benedixit eos. Factumque est, cum benedixisset illis, discessit ab eis; et*
cf. Act. 13, 3. *ipsi reversi sunt Hierusalem cum gaudio magno.* Et in actibus apostolorum ex praecepto sancti Spiritus Paulo et Barnabae apostolis manus imposita est in episcopatum, et sic missi sunt ad evangelizandum. Quod autem a triginta annis sacerdos efficitur, ab aetate scilicet Christi sumptum
cf. Luc. 3, 23. est, ex qua idem orsus est praedicare. Haec enim aetas profectum iam non indiget parvulorum, sed perfectionis vi plena est et robusta et ad omne disciplinae ac magisterii exercitium praeparata. Quod vero unius virginalis matrimoniae sint qui eliguntur in ordine pontificatus, et in
cf. Lev. 21, 13. 1. Tim. 3, 2. veteri lege mandatum est, et plenius scribit apostolus dicens: *Unius uxoris virum.* Sacerdotem quaerit ecclesia aut de monogamia ordinatum aut de virginitate sanctum. Porro quod episcopus non ab uno, sed a cunctis provincialibus episcopis ordinatur, ideo est institutum, ne aliquid contra fidem ecclesiae unius tyrannica auctoritas moliretur. Propterea ab omnibus convenientibus constituitur ac non minus a tribus praesentibus, ceteris tamen consentientibus testimonio litterarum. Huic autem, dum consecratur, datur baculus, ut eius indicio subditam plebem vel regat vel corrigat vel infirmitates infirmorum sustineat. Datur et anulus propter signum pontificalis honoris vel signaculum secretorum. Nam multa sunt, quae carnalium minusque intellegentium sensibus occultantes sacerdotes quasi sub signaculum condunt, ne indignis quibusque sacramenta Dei aperiantur. Iam vero, quod seculares viri nequaquam ad ministerium ecclesiae adsumantur,
1. Tim. 5, 22. eadem auctoritas apostolica docet et dicit: *Manus cito nemini imposueris,* et iterum: *Non ne-*
ib. 3, 6. *offitum, ne in superbiam elatus* putet se non tam ministerium humilitatis quam administrationem saecularis potestatis adeptum et in condempnationem superbiae sicut diabolus per iactantiam deiciatur. Quomodo enim valebit secularis homo sacerdotii magisterium adimplere, cuius nec officium tenuit nec disciplinam cognovit, aut quid docere poterit, cum ipse non didicerit? Nunc vero sepe cernimus plurimos ordinationem talibus facere: nec eligunt qui ecclesiae prosint, sed quos vel ipsi amant vel quorum sunt obsequiis deliniti vel pro quibus maiorum quispiam rogaverit et, ut deteriora dicam, qui, ut ordinarentur, muneribus impetrarunt. Taceo de reliquis. Alii successores filios vel parentes faciunt et conantur posteris praesulatus relinquere dignitatem,
cf. Num. 27, 18. cum hoc nec Moyses amicus Dei facere potuit, sed Iosue de alia tribu elegit, ut sciremus principatum in populo non sanguine defendendum esse, sed vitae merito. Interdum autem et iuxta meritum plebium eliguntur personae rectorum, unde noverint populi sui fuisse meriti regimen perversi suscepisse pontificis. Quod autem is, qui post baptismum aliquo mortali peccato corruptus, ad sacerdotium non proveatur, lex ipsa testatur. Moyses enim in lege praecepit sacer-
cf. Lev. 1, 3. dotibus, ne aliquod pecus vitiatum ad aram Dei offerant; quod ipsum postea offerentibus sacer-
Malach. 1, 6—8. dotibus Israhel per Malachiam inproperavit Deus dicens: *Vos sacerdotes, qui polluistis nomen*

1 Latinae *B.* superintendere *R. L. B.* 3 autem] enim *M.* 5 Iosuae *L. B.* 7 Luce *L.* 8 elevavit] levavit *M.* benedixisset] benedixit *M.* 12 profectum] *ita R. L. B, in M locus rasus.* 13 perfectionis vi] perfectione sua *M.* disciplina *B.* 14 matrimoniae] *ita R. L. B,* matrimonii *M.* eleguntur *B.* 19 minus] quam *add. Isid.* testimonium *R. L. B.* 22 intelligentium *R.* 23 sensibus *deest codd.* signaculo *M.* 25 neoffitum] *ita R. B,* neophytum *L. M.* 27 in] *deest R. L. M,* per *al. atr. M.* condemnationem *M,* condemnatione *Isid.* 30 vere *B.* plurimos] plurimis *R. L (e corr.).* 31 quispiam] quisquam *M.* 32 qui ut] qui *L.* 34 sed] si *R.* Iosuae *L. B.* 35 sanguinem *R. L.* defendendum] deferendum *M.* meritum *R. L. B.* 37 is] his *hic et infra B.* corruptus] fuerit *add. M.* 38 provehatur *L. M.* 39 aram] haram *B.* ipsam *B.*

meum et dixistis: In quo polluimus eum? Offerentes super altare meum panem pollutum et offerebatis caecum et languidum. Unde et in Numeris vitula rufa, cuius cinis expiatio populi est, cf. Num. 19, 2 sqq. non aliter iubetur offerri ad altare Domini, nisi quae terrena opera non fecerit iugumque delicti non traxerit nec vinculis peccatorum fuerit alligata. Sed quid plura subiciamus? Si enim is, qui in episcopatum vel presbiterium positus mortale aliquod peccatum admiserit, retrahitur, quanto magis ante ordinationem, si peccator inventus est, ut non ordinetur? Quapropter, quia lex peccatores a sacerdotio removet, consideret se unusquisque et sciens, quia *potentes potenter tormenta patientur,* retrahat se ab hoc non tam honore quam onere et aliorum locum, qui digni sunt, non ambiat occupare. Qui enim in erudiendis atque instruendis de virtute populis praecrit, necesse est in omnibus sanctus sit et in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipse a peccato debet esse alienus. Nam qua fronte subiectos arguere poterit, cum illi statim possit correptus ingerere: 'Ante doce te quae recta sunt episcopi'? Quapropter qui neglegit recta facere desinat recta docere. Prius quippe semetipsum corrigere debet qui alios ad bene vivendum monere studet, ita ut in omnibus semetipsum formam vivendi praebeat cunctosque ad bonum opus et doctrina et opere provocet. Cui etiam scientia scripturarum necessaria est, quia, si episcopi tantum sit sancta vita, sibi soli potest prodesse sic vivens. Porro si et doctrina fuerit eruditus, potest ceteros quosque instruere et docere suos et adversarios repercutere, qui, nisi refutati fuerint atque convicti, facile possunt simplicium corda pervertere. Huius autem sermo debet esse purus, simplex et apertus, plenus gravitate et honestate, plenus suavitate et gratia, tractans de misterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentiae, de disciplina iustitiae, unumquemque diversa ammonens exortatione iuxta professionis morumque qualitatem, videlicet ut praenoscat, quid, cui, quando vel quomodo proferat. Cuius prae ceteris speciale officium est scripturas legere, percurrere canones, exempla sanctorum imitari, vigiliis, ieiuniis, orationibus incumbere, cum fratribus habere pacem nec quemquam ex membris suis discerpere, nullum damnare nisi conprobatum, nullum excommunicare nisi discussum; quique ita humilitate pariter et auctoritate praestabit, ut nec per nimiam humilitatem suam subditorum vitia convalescere faciat nec per inmoderatam auctoritatem severitatis potestatem exerceat, sed tanto cautius erga commissos agat, quanto durius a Christo iudicari formidat. Tenebit quoque illam supereminentem donis omnibus caritatem, sine qua omnis virtus nihil est. Custos enim sanctitatis caritas est, locus autem huius custodis humilitas. Habebit etiam inter haec omnia et castitatis eminentiam, ita ut mens Christi corpus confectura ab omni inquinamento carnis sit munda et libera. Inter haec oportet eum sollicita dispensatione curam pauperum gerere, esurientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captivos redimere, viduas ac pupillos tueri, pervigilem in cunctis exhibere curam providentia et distributione discreta. In quo etiam et hospitalitas ita erit praecipua, ut omnes cum benignitate et caritate suscipiat. 'Si [1] enim omnes fideles illud evangelicum audire desiderant: *Hospes fui, et suscepistis me,* quanto magis episcopus, Matth. 25, 35. cuius diversorium cunctorum debet esse receptaculum. Laicus enim unum aut duos suscipiens implevit hospitalitatis officium, episcopus, si omnes non receperit, inhumanus est'. In negotiis autem secularibus dirimendis oportet eum causam merito discernere, non gratia. Neque enim sic debet episcopus suscipere potentem, ut contristet contra iustitiam pauperem neque pro paupere

2 ruffa *R.* 3 quae] qui *R. L. B.* 5 episcopatu *M.* presbiterio *M.* retraitur *B.* 8 retraat *L. B.* onere] honere *e corr. B.* 11 a] de *M.* 12 episcopi] o episcope *M, deest Isid.* 13 negligit *R.* 14 vivendum] *ita M,* docendum *R. L. B.* 18 simplicum *B.* pervertere] perdere *corr.* pervertere *M.* 21 exhortatione *M.* 24 oratiobus *L.* nec quemquam] ne quenquam *e corr. B.* 25 dampnare *L.* 27 exerceat] exhercere *B.* 38 implebit *R.*

1) *Verba* Si enim — inhumanus est *iam Isidorus deprompsit ex Hieronymo, Comment. in epistolam ad Titum; Opp. VII, 701.*

auferre iustitiam a potente. Non defendat improbum, ne sancta indigno committenda arbitretur
cf. 1. Tim. 6, 11. neque arguat aut impugnet, cuius crimen non reprehendit. 'Erit[1] quoque illi etiam iuxta apostolum mansuetudo, patientia, sobriaetas, moderatio, abstinentia sive pudicitia, ut non solum ab opere immundo se abstineat, sed etiam ab oculi et verbi et cogitationis errore, ita ut, dum nullum in se vitium regnare permittit, impetrare apud Deum veniam pro subditorum facinoribus valeat. *Qui enim ista sectaverit et Dei minister utilis erit et perfectum sacerdotium consummabit*'.

Tit. 1, 5. X. Excerptum beati Hieronimi ex epistola ad Titum. *Huius*[2] *rei gratia reliqui te Crete, ut ea, quae deerant, corrigeres.* Reliquit Titum discipulum Crete, ut rudimenta nascentis ecclesiae confirmaret et, si quid videbatur deesse, corrigeret, ipse pergens ad alias nationes, ut rursum in eis Christi iaceret fundamentum. Quod autem ait: *ut ea, quae deerant, corrigeres,* ostendit necdum eos ad plenam venisse scientiam veritatis et, licet ab apostolo
ib. correcti fuerint, tamen adhuc indigere correctione. *Et*[3] *constituas per civitates presbiteros, sicut ego tibi disposui.* Diligenter apostoli attendamus verba dicentis: *Ut constituas per civitates presbiteros, sicut et ego tibi disposui.* Qui qualis presbiter debeat ordinari in consequentibus
ib. 1, 6. ib. 1, 7. disserens, hoc est: *Si quis est sine crimine, unius uxoris vir* et cetera, postea intulit: *Oportet enim episcopum sine crimine esse tamquam Dei dispensatorem.* Idem ergo est presbiter qui epi-
1. Cor. 1, 12. scopus. Et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent et dicerent in populis: *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Caephae,* communi presbiterorum consilio ecclesiae gubernabantur. Postquam vero unusquisque eos, quos baptizaverat, putabat suos, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbiteris electus superponeretur caeteris, ad quem omnis cura ecclesiae pertineret, et schismatum semina tollerentur. Putet aliquis non scripturarum, sed nostram esse sententiam, episcopum et presbiterum unum esse et aliud aetatis, aliud esse nomen
Phil. 1, 1, 2. officii? Relegat apostoli ad Philipenses verba dicentis: *Paulus et Timotheus, servi Christi Iesu, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus, gratia vobis et pax* et reliqua. Philippis una est urbs Macedoniae. Et certe in una civitate plures, ut nunc putantur, episcopi esse non poterant. Sed quia eosdem episcopos illo in tempore quos presbiteros appellabant, propterea indifferenter de episcopis quasi de presbiteris est locutus. Adhuc alicui hoc videatur ambiguum, nisi altero testimonio conprobetur. In actibus apostolorum scriptum est, quod, cum venisset apostolus Paulus Miletum, miserit Ephesum et convocaverit presbiteros
Act. 20, 28. eiusdem ecclesiae, quibus postea inter cetera sit locutus: *Adtendite vobis et omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos pascere ecclesiam Domini, quam adquisivit per sanguinem suum.* Et hic diligentius observate, quomodo unius civitatis Ephaesi presbiteros vocans, postea
Tit. 1, 6. eosdem episcopos dixerit. Videamus[4] igitur, qualis presbiter sive episcopus ordinandus sit: *Si quis est sine crimine, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxoriae, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse tamquam Dei dispensatorem, non protervum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri adpetitorem.* Primum itaque

IX. 2 reprehendit] prehendit *M.* 3 pudicitia] prudentia *M.* 4 immundum *B.* oculis *R. L. B,* oculorum *M.* 6 sectaverit] sectatus fuerit *M.*

X. 8 Titum] Thitum *B.* de episcopis *add. M.* 9 Cretae *hic et infra L.* Thytum *B.* Craetae *B.* 12 necdum *L.* 13 indigere] indirigere *B.* correctionem *B.* 15 et ego *desunt M.* 19 ego Apollo] Apollo *B.* Cephe *L,* Cephae *M.* 22 chismatum *L,* scismatum *B. M.* 24 Philippenses *L,* Phylipenses *B.* Thimothens *B. M.* servus *M.* 25 Philippis] Philippensis *M.* 26 Philippi *M.* 27 illos *L.* in *deest B. M.* 29 videtur *B.* actibus] hactibus *B.* apostolorum] sic *add. M.* 30 Effesum *B.* 33 Ephesi *L. B. M.* 34 eosdem] eiusdem *B.* proesbiter *R.* 35 luxuriae *L. M.* 36 protervum] propter unum *M.*

1) *Verba* Erit — consummabit *sumpta sunt ab Isidoro ex Hieronymo, l. l. VII, 712.* 2) *Hieronymus, Comment. in epistolam ad Titum: Opp. VII, 693.* 3) *Ibid. l. l. VII, 694 sq.* 4) *Ibid.; l. l. VII, 695.*

sine crimine sit, quod puto alio verbo ad Timotheum inreprehensibilem nominatum, non qui eo tantum tempore, quo ordinandus est, sine ullo sit crimine et praeteritas maculas nova conversatione deleverit, sed ex eo tempore, quo in Christum renatus est, nulla peccati conscientia mordeatur. Quomodo enim potest praeses ecclesiae auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruerit, aut qua libertate corripere peccantem, cum tacitus sibi ipse respondeat eadem se admisisse, quae corripit? Primum[1] itaque dicendum est, quod tam sanctum nomen sit sacerdotii, ut nobis etiam ea, quae extra nos sunt posita, reputentur, non quo propter vitam nostram episcopi non fiamus, sed quo propter filiorum incontinentiam ab hoc gradu arguendi simus. Qua enim libertate possumus alienos filios corripere et docere quae recta sunt, cum nobis statim possit qui fuerit correptus ingerere: 'Ante doce filios tuos'? Aut qua fronte extraneum corripio fornicantem, cum mihi conscientia mea ipsa respondeat: 'Exhereda ergo filium fornicantem, abice filios tuos vitiis servientes'? Cum autem nequam filius in una tecum convivatur domo, tu addis de alterius oculo festucam detrahere, in tuo trabem non videns? Non itaque iustus polluitur ex vitiis filiorum, sed libertas ab apostolo ecclesiae principi reservatur, ut talis fiat, qui non timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere. *Oportet*[2] *enim episcopum sine crimine esse tamquam Dei dispensatorem.* Quaeritur ergo inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur et non comedens et bibens cum ebriosis percutiat servos et ancillas, sed incertum Domini expectet adventum et det conservis in tempore cibaria. Inter vilicum autem et familiam haec sola distantia est, quod conservus praepositus est conservis suis. Sciat itaque episcopus et presbiter sibi populum conservum esse, non servum. Caetera, quae secuntur, in nobis posita sunt: *Non protervum,* id est non tumentem et placentem sibi, quod episcopus sit, sed quasi bonum vilicum id requirentem, quod pluribus prosit. *Non iracundum.* Iracundus est qui semper irascitur et ad levem responsionis auram atque peccati quasi a vento folium commovetur. Neque[3] vero qui aliquando irascitur iracundus est, sed ille dicitur iracundus, qui crebro hac passione superatur. Prohibet quoque episcopum esse *vinolentum,* ut sensu occupato vel exaltet risum contra gravitatis decorem et labiis dissolutis cachinnet vel, si paululum tristis cuiusdam rei fuerit recordatus, inter pocula in singultus prorumpat et lacrimas. Longum est ire per singula et insanias, quas ebriaetas suggerit, explicare. Post[4] vinolentiam etiam hoc praecepit, ne *percussor* sit. Quod quidem et simpliciter intellectum aedificat audientem, ne facile manum porrigat ad caedendum, ne in os alterius verberandum insanus erumpat. Melius est autem, ut non percussorem illum esse dicamus, qui mansuetus et patiens sciat in tempore, quid loquendum sit, quid tacendum, ne sermone inutili conscientiam percutiat infirmorum. *Turpis*[5] quoque *lucri* adpetitus ab eo, qui episcopus futurus est, esse debet alienus. Sunt enim multi docentes quae non oportet turpis lucri gratia, qui totas domos subvertunt et putant questum esse piaetatem. *Melior est* autem iuxta Salomonem *modica acceptio cum iustitia quam multa genimina cum iniquitate* et magis eligendum in paupertate nomen bonum quam in divitiis nomen pessimum. Episcopus, qui imitator apostoli esse cupit, habens victum et vestitum, his tantum debet esse

cf. 1. Tim. 3, 2.

cf. Matth. 7, 3 sqq.

Tit. 1. 7.

ib.

ib.

ib.

ib.

ib.

Prov. S. 19? 16, 8?

X. 1 Thimotheum *B.* 4 praesens *B.* auferre] offerre *R.* 6 se *deest B. M.* admisisse] ammississe *R,* amisisse *L,* amisse *B,* misisse *M.* 8 fiamus] faciamus *R.* arguendi] *ita R. L. B (e corr.),* arguendi, *supersc.* vel arcendi *M,* arcendi *Hier.* 10 extraneum] straneum *R.* 11 abice] habice *B.* 12 convivatur] convivia *B.* addis] *ita R. L. B,* cupis *M,* audes *Hier.* 13 alterius] adalterius *B.* 17 exspectat *B.* 18 vilicum] *ita hic et infra R. B,* viculum *L,* villicum *M.* 20 sibi] si *L.* sequuntur *M.* 22 id] est *add. M.* iracundus *R. L. B.* 23 ventum *R.* 25 vel *deest B.* 27 in] inter *R. L. B.* Longum — ire] Est ira *R. L. B,* Longum est iram *M.* insanies *R. B.* 30 ut *deest L.* 31 sit] aut *add. M.* 34 pietatem *L. M.* 35 genimina] gemina *R.* 37 imitatur *B.*

1) *Ibid.; l. l. VII, 698.* 2) *Ibid.; l. l. VII, 699.* 3) *Ibid.; l. l. VII, 699 sq.* 4) *Ibid.; l. l. VII, 700.* 5) *Ibid.; l. l. VII, 701.*

1. Cor. 9, 13. contentus. *Qui altari serviunt de altari vivant.* *Vivant.* inquid. et non divites fiant. Unde et
cf. Matth. 10, 9. 10 aes nobis excutitur e zona, et una tantum tunica induimur, ne de crastino cogitemus. Turpis lucri appetitio est plus de praesentibus quam de futuris cogitare. Huousque quid non debeat habere episcopus sive presbiter, apostoli sermone praeceptum est; nunc e contrario, quid habere
Tit. 1, 8. 9. debeat, explicatur: *Sed hospitalem, bonorum amatorem, castum, iustum, sanctum, continentem, abstinentem, obtinentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit consolari in doctrina sancta et contradicentes arguere.* Ante omnia hospitalitas futuro episcopo denuntiatur.
Matth. 25, 35. Si enim omnes illud de evangelio audire desiderant: *Hospes fui, et suscepistis me,* quanto magis episcopus, cuius domus omnium commune esse debet hospitium? Laicus enim unum aut paucos recipiens implevit hospitalitatis officium, episcopus, nisi omnes receperit, inhumanus est. Quomodo[1] itaque mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia lucri, hospitalitas quoque et benignitas praecipue esse debent in episcopo et inter cunctos laicos eminentia, sic et castitas proprie et, ut ita dixerim, pudicitia sacerdotalis, ut non solum ab opere se immundo abstineat, verum a iactu oculi et cogitationis errore mens Christi corpus confectura sit libera. Iustus quoque episcopus esse debet et sanctus, ut iustitiam in populis, quibus praeest, exerceat, reddens unicuique quod meretur, nec accipiet personam in iudicio. Inter laici autem et episcopi iustitiam hoc interest, quod laicus postest apparere iustus in paucis, episcopus vero in tot exercere iustitiam, quot et subditos habet.

1. Tim. 3, 1. XI. Excerptum ex epistola Hieronimi ad Oceanum. *Si*[2] *quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat,* opus, non dignitatem, laborem, non delicias, opus,
ib. 3, 2. quod per humilitatem decrescat, non intumescat fastidio. *Oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse.* Id ipsum quoque ad Titum: *Si quis est sine crimine.* Omnes virtutes in uno sermone comprehendit et pene rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum, etiam in otioso
cf. Matth. 12, 36. verbo, reprehensione dignum est, quis ille, qui absque peccato, id est sine reprehensione, versetur in mundo? Sed futurus pastor ecclesiae talis eligitur, ad cuius comparationem recte grex ceteri nominentur. Difiniunt rethores[3] oratorem, qui sit vir bonus, dicendi peritus. Ante vita sic lingua inreprehensibilis quaeritur, ut doctus merito suscipiatur. Perdit enim auctoritatem
1. Tim. 3, 2. dicendi cuius sermo opere destruitur. *Unius uxoris virum.* Certe de baptizatis apostoli sermo
ib. est, nemo dubitet. *Sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, pudicum* et caetera.
cf. Lev. 10, 9. Sacerdotes, qui ministrantur in templo Dei, prohibentur vinum et siceram bibere, ne crapula et
1. Tim. 3, 2. aebrietate adgraventur corda eorum et ut sensus officium exhibens Deo vigeat semper et tenuis
ib. sit. Quod autem infert *prudentem,* excludit eos, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Nisi enim cerebrum sanum fuerit, omnia membra in vitio erunt[4]. *Ornatum:* qui vitia non habet inreprehensibilis appellatur; qui virtutibus pollet ornatus est. Possumus et aliud intellegere ex hoc verbo iuxta illud Tullii: 'Caput[5] est artis decere quod facias'. Sunt enim quidam ignorantes mensuram suam et tantae stoliditatis ac vecordiae, ut et in motu et in in-

X. 1 altari] *ita hic et infra R. B,* altario *L. M.* 2 e zona] et zona *R. B.* 9 communi *R.* 13 puditia *B.* ut] et *R.* 15 exhercat *B.* 16 accipiat *M.* 18 habet] Excerptum ex libro *add. B, quae verba in lemmate capitis XII. desunt.*

XI. 19 Hyeronimi *B.* 20 dilitias *B.* 21 quod] quo *M.* decrescat] crescat *M.* fastigio *M.* 22 Thytum *B.* 24 qui] quis *B.* 26 definiunt *L.* rethores] *ita R. L,* rhetores *B. M.* vita sic] *ita B. M,* vitam sic *R,* vitam sit *L.* 27 ut doctus] indoctus *B.* 28 apostolis *L. B.* sermonem esse *M.* 29 hospitale *R.* 30 ministrantur] *ita R. B,* ministrant *L. M.* 34 appellat *B.* 35 decere] docere *codd.* 36 in incessu] incessu *B.*

1) *Ibid.; l. l. VII, 712 sq.* 2) *Hieronymus, Epistola ad Oceanum; Opp. I, 422 sqq.* 3) *Cf. Quintilianus, Instit. orat. XII c. 1 § 1.* 4) *Cf. supra p. 82 ann. 2.* 5) *Cicero, De oratore I 29 § 132; cf. P. von Winterfeld, Philologus ed. C. Crusius LVIII, 627 sq.*

cessu et in habitu et in sermone communem risum expectantibus tribuant, et quasi intellegentes, quid sit ornatus, comunt se vestibus et munditiis corporis et lautioris mensae aepulas parant, *cum omnis istiusmodi ornatus et cultus sordibus fedior sit.* Quod autem doctrina a sacerdotibus expectatur, et veteris praecepta sunt legis et ad Titum plenius scribitur. Innocens enim et cf. Tit. 1, 9.
absque sermone conversatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. *Non vinolentum, non percussorem.* Virtutibus 1. Tim. 3, 3.
vitia opposuit. Didicimus, quales esse debeamus; discamus, quales non esse debeant sacerdotes. Vinolentia scurronum est et comesatorum, venterque mero aestuans cito dispumat in libidines. In vino luxoria, in luxoria voluptas, in voluptate inpudicitia est. Qui luxoriatur vivens mortuus cf. Eph. 5, 18.
est; ergo qui inebriatur et mortuus et sepultus est. Noe ad unius horae ebriaetatem nudat cf. Gen. 9, 21.
femora sua, quae per sexcentos annos sobriaetate contexerat. Loth per temulentiam nesciens cf. ib. 19, 30
libidini miscet incestum, et quem Sodoma non vicerat vina vicerunt. *Percussorem* autem 1. Tim. 3, 3.
episcopum ille condemnat, qui dorsum posuit ad flagella et maledictus non remaledixit. *Sed* ib.
modestum. Duobus malis unum adposuit bonum, ut temulentia et ira modestia refrenentur.
Non litigiosum, non avarum: nihil est impotentius arrogantia, qui garrulitatem auctoritatem ib.
putant et, parati semper ad lites, in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. Avaritiam in sacerdote vitandam et Samuhel docet, nihil coram populo eripuisse se cuiquam cf. 1. Reg. 12, 3 sq.
probans, et apostolorum paupertas, qui refrigeria sumptuum a fratribus accipiebant et praeter victum atque vestitum nihil se aliud nec habere nec velle gloriabantur. Quam ad Timotheum
avaritiam, ad Titum turpis lucri cupiditatem apertissime notat. *Domum suam bene regentem,* 1. Tim. 3, 4.
non ut opes augeat, non ut regias paret epulas, non ut celatas patenas struat et phasides aves lentis vaporibus coquat, qui ad ossa perveniunt et superficiem carnium non dissolvunt artifici temperamento, sed ut quod populis praecepturus est prius a domesticis exigat. *Filios* ib.
habentem subditos cum omni castitate, ne scilicet imitentur filios Heli, qui in vestibulo templi cf. 1. Reg. 2, 22.
cum mulieribus dormiebant. *Non neophitum, ne in superbiam elatus in iuditium incidat diaboli.* 1. Tim. 3, 6.
Heri catiecuminus, hodie pontifex; heri in amphiteatro, hodie in ecclesia; vespere in circo, mane in altari; dudum fautor histrionum, nunc virginum consecrator. Quod [1] autem ait: *Ne in superbiam* ib.
elatus in iudicium incidat diaboli, quis non exemplo verum probet? Ignorat momentaneus sacerdos humilitatem et mansuetudinem rusticorum, ignorat blanditias Christianas, nescit se
ipsum contemnere. De dignitate transfertur ad dignitatem. Non ieiunavit, non flevit, non mores suos saepe reprehendit et assidua meditatione correxit, non substantiam pauperibus erogavit. De cathedra quomodo ducitur ad cathedram, id est de superbia ad superbiam! Iudicium autem et ruina diaboli nulli dubium quin arrogantia sit. Incidunt in eam, qui in puncto hore necdum discipuli, iam magistri sunt. *Oportet autem eum et testimonium habere bonum ab his, qui foris* ib. 3, 7.

XI. 1 expectantibus] exspectantibus *L*, spectantibus *M*. 2 comunt] communit *R*. lautiores *B*. 3 omnis] omnibus *M*. 4 et veteris] ut veteris *B*. 7 Didicimus] Dicimus *R*. *B*. 8 commessatorum *L*, comessatorum *B*. *M*. despumat *M*. 9 luxuria *hic et infra M*. inpudititia *B*. luxuriatur *R (e corr.)*. *M*. 10 sepultus est] sepultus *M*. 11 sescentos *M*. sobrietati *B*. Lot *B*. 12 miscet] et *add*. *M*. 13 condempnat *L*. *B*. maledictos *B*. 14 malis] in *add*. *R*. adposuit] opposuit *M*. 15 litigosum *M*. est] enim *B*. arrogantia] rusticorum *add*. *Hier*. 16 parati] parant *codd*. 17 coram] quorum *B*. cuiquam] cuidam *B*. 19 Thymotheum *B*. 20 lucri] in *add*. *B*. 21 patinas *M*. struat] seruuat *B*. phasides] fassides *B*, fasides *M*. 22 perveniant *M*. superfaciem *L*, superficiae *B*. dissolvent *B*. dissolvant *M*. 23 artificii *B*. a] ad *L*. exigat] exigeatur *B*. 24 Hely *B*. 26 amphiteatrum *L*. 27 altare *B*. histrionum] strionum *B*. *M*. 28 incidit *R*. exemplum *B*. verum] esse *add*. *B*. *M*. 30 contempnere *L*. dignitate] indignitate *M*. transfertur — dignitatem] ad dignitatem transfertur *B*. 32 quomodo] quodam modo *M*. 33 ruinas *L*. hore] ore *L*, horae *M*.

1) *Hieronymus, Epist. ad Oceanum; l. l. I, 424 sq.*

sunt. Quale principium, talis et clausula. Qui inreprehensibilis est non solum a domesticis, sed et ab alienis consono ore laudatur. Alieni extra ecclesiam sunt Iudaei, heretici atque gentiles. Talis ergo sit pontifex Christi, ut qui religioni detrahunt vitae eius detrahere non audeant. Hos [1] in sacerdotibus eligendis canones observare oportet.

XII. Excerptum ex libro Augustini de pastoribus. Qui [2] pastorum nomina audire volunt et pastorum officium implere nolunt, quid ad eos per prophetam dicatur, sicut lectum audivimus, recenseamus. Audite vos cum intentione, audiamus nos cum tremore.

Ezech. 34, 1. 2. *Et factum est verbum Domini,* inquit Hiezechiel, *ad me dicens: Fili hominis, propheta super pastores Israhel, et dic ad pastores Israhel.* Hanc lectionem modo, cum legeretur, audivimus; hinc cum vestra sanctitate aliquid loqui decrevimus. Adiuvabit ipse, ut vera dicamus, si non

cf. ib. 34, 8. nostra dicamus. Nam si nostra dixerimus, pastores erimus pascentes nos, non oves, si autem

ib. 34, 2. illius sunt quae dicimus, per quemlibet ipse vos pascit. *Haec dicit dominus Deus: Vae pastoribus Israhel, qui pascunt se solos. Numquid non oves pascunt pastores?* Id est non se pascunt pastores, sed oves. Haec prima causa est, quare arguantur isti pastores, quia se ipsos pascunt,

Phil. 2, 21. non oves. Qui sunt qui se ipsos pascunt? De quibus apostolus dicit: *Omnes enim sua quaerunt, non quae Iesu Christi.* Nos enim, quos in loco isto, de quo periculosa ratio redditur, Dominus secundum dignationem suam, non secundum meritum nostrum constituit, habemus duo quaedam, unum, quod Christiani sumus, alterum, quod praepositi sumus. Illud, quod Christiani sumus, propter nos est; quod praepositi sumus, propter vos est. In eo, quod Christiani sumus, attendatur utilitas nostra, in eo, quod praepositi sumus, nonnisi vestra. Et sunt multi, qui, Christiani et non praepositi, perveniunt ad Dominum faciliore fortasse itinere et tanto forte expeditius ambulantes, quanto minorem sarcinam portant. Nos autem excepto, quod Christiani sumus, unde rationem reddemus Deo de vita nostra, sumus etiam praepositi, unde rationem reddemus Deo de dispensatione nostra. Ad hoc istam difficultatem propono, ut conpatientes nobis oretis pro nobis. Veniet enim dies, quo cuncta adducantur in iudicium; et ille dies, si saeculo longe est, unicuique homini suae vitae ultimus prope est. Tamen utrumque latere voluit Deus, et quando veniat finis saeculi et quando sit in unoquoque homine huius vitae finis. Vis non timere diem occultum? Dum venerit, inveniat te paratum. Cum ergo praepositi ad hoc sint, ut his, qui subiecti sunt, consulant, nec in eo, quod praesunt, omnino utilitatem suam attendant, sed eorum, quibus ministrant, quisquis ita praepositus est, ut in eo, quod praepositus est, gaudeat et honorem suum quaerat et commoda sua sola respiciat, se pascit, non oves. Ad hos sermo dirigitur. Audite tamquam oves Dei et videte, quemadmodum vos securos fecerit Deus. Qualescumque sint qui vobis praesunt, id est qualescumque nos sumus, vobis securitatem dedit, qui pascit Israhel. Nam si Deus non deserit oves suas, et mali pastores paenas debitas luent et oves promissa percipient. Videamus ergo, quid adloquatur pastores se ipsos pascentes,

Ezech. 34, 3—5. non oves, sermo divinus neminem palpans: *Ecce lac consumitis et lanis vos tegitis et quod crassum est interficitis et oves meas non pascitis. Quod infirmatum est non confortastis et quod egrotat non corroborastis et quod tribulatum est non conligastis et quod errabat non revocastis et quod periit non requisistis et quod forte fuit confregistis; et dispersae sunt oves meae, eo quod non sit pastor.* Dicitur ad pastores pascentes se ipsos, non oves, quid diligant, quid neglegant.

XI. 1 a] ad *L.* 2 et *deest B.* 3 audiant *L.*

XII. 5 Excerptum ex libro *desunt B, v. quae annotavimus supra p. 328 l. 38 sq.* 6 nomen *M.* dicitur *B.* 8 Ezechiel *M.* 9 Israhel] Isrl *codd. saepius.* 12 Vae pastoribus] O pastores *B.* 20 adtenditur *B,* attenditur *M.* 21 Dominum] Deum *L. B. M.* faciliori *M.* 22 ambulant *M.* 25 oretis] horetis *B.* 38 errabat] herrabat *B.* 40 quid diligant] qui diligant *L.*

1) *Ibid.; l. l. VII, 423.* 2) *Augustinus, Sermo 46 de pastoribus; Opp. V, 225 sqq.*

Quid ergo diligunt? *Lac consumitis,* propter quod et apostolus dicit: *Quis plantat vineam et* 1. Cor. 9, 7.
de fructu eius non sumit? Quis pascit gregem et de lacte gregis non percipit? Invenimus ergo esse lac gregis quicquid a plebe distribuitur praepositis ad eos sustendandum, victum temporalem. Inde enim loquebatur apostolus, cum haec diceret, quae commemoravi. Et quidem apostolus, quamquam elegerit manibus suis transigi et nec ipsum lac quaerere ab ovibus, tamen lactis percipiendi potestatem habere se dixit et sic Dominum disposuisse, ut qui evangelium adnuntiant cf. ib. 9, 14.
de evangelio vivant. Et dicit alios coapostolos suos usos fuisse hac potestate non usurpata, sed data. Plus ille fecit, ut nec quod debebatur acciperet. Ipse ergo donavit et debitum, sed ab aliis non exegit indebitum. Ille plus fecit. Fortassis enim ipsum significabat, qui, aegrum cum adduceret ad stabularium, dixit: *Si quid amplius erogaveris, in redeundo reddam tibi.* De Luc. 10, 35.
his ergo, qui non indigent lacte gregis, quid plura dicamus? Misericordiores sunt vel potius ipsius misericordiae officium largius inpendunt: possunt et quod possunt faciunt. Laudentur hi, nec damnentur illi. Nam et ipse apostolus datum non quaerebat, fructuosas tamen oves suas esse cf. Phil. 4, 17.
cupiebat, non steriles, sine lactis ubertate. Itaque cum esset quodam tempore in magna indigentia, vinctus in confessione veritatis, missum est illi a fratribus unde necessitati et indigentiae eius ministraretur. Respondit autem illis gratias agens et dicit: *Bene fecistis communicare* ib. 4, 11—14.
necessitatibus meis. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio et abundari, novi et penuriam pati. Omnia possum in eo, qui me confortat. Veruntamen vos bene fecistis usibus mittere meis. Sed, ut ostenderet in eo, quod illi bene fecerunt, quid ipse quaereret, ne inter illos esset, qui se ipsos pascunt, non oves, non tam suae gaudet subventum esse necessitati quam illorum gratulatur fecunditati. Quid ergo ibi quaerebat? *Non quia quaero,* inquit, *datum, sed requiro* ib. 4, 17.
fructum, 'non ut ego', inquid, 'explear, sed ne vos inanes remaneatis'. Qui ergo non possunt facere quod Paulus, ut manibus suis se transigant, accipiant de lacte ovium, sustentent suam necessitatem, sed non neglegant ovium infirmitatem. Non hoc ibi quaerant tamquam commodum suum, ut ex necessitate paenuriae suae videantur adnuntiare evangelium, sed hominibus inluminandis parent lucem verbi veritatis. Sunt enim tamquam lucernae, sicut dictum est: *Sint lumbi* Luc. 12, 35.
vestri accincti et lucernae ardentes, et: *Nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio, sed super* Matth. 5, 15. 16.
candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Si ergo tibi lucerna accenderetur in domo, nonne adiceres oleum, ne extingueretur? Porro lucerna non accepto oleo non luceret: non erat planae digna, quae in candelabro poneretur, sed quae continuo frangeretur. Unde ergo vivitur est necessitatis accipere, est caritatis praebere. Non tamquam venale sit evangelium, ut illud sit pretium eius, quod sumunt qui adnuntiant, unde vivant. Si enim sic vendunt, magnam rem vili vendunt. Accipiant sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in caritate evangelii serviunt. Non expectant illi mercedem nisi unde et isti salutem. Quid autem istis increpatur, unde arguuntur? Quia, cum lac sumerent et lanis se tegerent, oves neglegebant. Sua ergo tantum quaerebant, non quae Iesu Christi. Sed quoniam diximus, quid sit lac consumere, quaeramus, quid sit lanis tegere. Qui praebet lac potum praebet, et qui praebet lanam honorem praebet. Ista sunt duo, quae a populis quaerunt qui se ipsos pascunt, non

XII. 1 Quis plantat] Quid plantat *B.* 2 ergo *deest L.* 4 commemoravit *B.* 5 quamquam] quam *B.* transsigi *L.* ovibus] *hoc verbum in L sequuntur verba:* si hoc fecisset — in cibo veritatis *(infra p. 332 l. 10—33), tum demum illa:* tamen lactis percipiendi — pepercit errantibus nam *(p. 331 l. 5 — p. 332 l. 10), quae in reliquis codd. suo loco sunt posita.* 7 hac] ac *B.* 9 exigit *L.* 10 stabularium] stabulum *B.* dixit] duxit *e corr. L.* 12 inpendunt] quia *add. M.* 13 dampnentur *L.* 16 dixit *M.* communicari *L.* 17 abundari] habundari *L. B,* habundare *M.* 18 usibus] usum *B.* 27 accincti] praecincti *M.* 30 extinguaeretur *R.* Porro] Si porro *M,* Porro si *Aug.* non accepto] accepto *Aug.* 31 poneretur] peneretur *L.* 33 adnuntiat *L.* 34 sustentionem *B.* populo] Paulo *L.* 36 expectant *L.* 38 quoniam] quod *B.* 40 quaeruntur *codd.*

oves, commodum supplendae necessitatis et favorem honoris et laudis quaerunt. Etenim vestimentum propterea bene intellegitur in honorem, quia nuditatem contegit. Est enim unusquisque homo infirmus. Et quid est, quisquis vobis praeest nisi quod vos estis? Carnem portat, mortalis est, manducat, dormit, surgit, natus est, moriturus est. Si ergo cogites, quid sit secundum se ipsum, homo est, et tu honorando tamen amplius veluti contegis quod infirmum est. Videte,
Gal. 4, 14.15. cuiusmodi indumentum acceperat a bona Dei plebe idem Paulus, cum diceret: *Sicut angelum Dei excepistis me. Testimonium enim vobis perhibeo, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis et dedissetis mihi.* Sed cum tantus illi honor exhibitus esset, numquid propter ipsum honorem sibi exhibitum, ne forte negaretur et minus ille, cum argueret, laudaretur, pepercit errantibus? Nam si hoc fecisset, esset inter illos, qui se ipsos pascunt, non oves. Diceret apud se ipsum: 'Quid a me pertinet? Quisque quod velit agat. Victus meus salvus est, honor meus salvus est, et lac et lana satis est mihi. Eat quisque qua potest'. Ergo integra tibi sunt omnia, si eat
1. Cor. 12, 26. quisque qua potest? Nolo te praepositum facere; unum te constituo de ipsa plebe. *Si patitur unum membrum, conpatiuntur omnia membra.* Proinde ipse apostolus, cum eos commemoret, quales fuerint erga illum, ne quasi oblitus eorum honorificentiae videretur, testimonium perhibet, quod sicut angelum Dei susceperint eum, quod, si fieri posset, oculos suos vellent eruere et illi dare. Et tamen accedit ad ovem languidam, ad ovem putridam, secare vulnus, non parcere
Gal. 4, 16. putredini. *Ergo,* inquit, *inimicus vobis factus sum praedicans veritatem?* Ecce et accepit de lacte ovium, sicut paulo ante commemoravimus, et indutus est lanis ovium, sed tamen oves non neglexit. Non enim sua quaerebat, sed quae Iesu Christi. Absit ergo, ut dicamus vobis: 'Vivite ut vultis, securi estote, Deus neminem perdet. Tantummodo fidem Christianam tenete, non perdet ille quod redemit, non perdet pro quibus sanguinem fudit. Et si spectaculis volueritis oblectare animos vestros, ite, quid mali est? Et festa ista, quae celebrantur per universam civitatem in laetitia convivantium et publicis mensis se ipsos, ut putant, iocundantium, re vera perdentium, ite, celebrate securi. Magna est Dei misericordia, quae totum ignoscat.
Sap. 2, 8. *Coronate vos rosis, antequam marcescant.* In domo Dei vestri, quando volueritis, convivamini, implemini cibo et vino cum vestris. Ad hoc enim data est ista creatura, ut ea perfruamini. Non enim paganis et impiis dedit Deus et vobis non dedit'. Haec si dixerimus, forte congregabimus turbas ampliores. Et si sunt quidam, qui sentiant nos haec dicentes non recte sapere, paucos offendimus, sed multitudinem conciliamus. Quod si fecerimus non verba Dei, non verba Christi dicentes, sed nostra, erimus pastores pascentes nosmetipsos, non oves. Cum autem dixisset quae diligant isti pastores, dicit et quae neglegant. Vitia enim ovium latae iacent. Sanae atque crassae oves perpaucae sunt, id est solidae in cibo veritatis, utentes pascuis bene de munere Dei. Sed mali illi pastores non pascunt talibus. Parum est, quod illas languentes et infirmas et errantes et perditas non curant; etiam istas fortes et pingues necant, quantum in ipsis est. Et illae vivunt, de misericordia Dei vivunt, tamen, quantum ad pastores malos attinet, occidunt. 'Quomodo', inquis, 'occidunt'? Male vivendo, malum exemplum praebendo. An frustra
Tit. 2, 7. dictum est servo Dei eminenti in membris summi pastoris: *Circa omnes te ipsum bonorum operum praebens exemplum et forma esto fidelibus?* Adtendit enim ovis etiam fortis plerumque praepositum suum male viventem, si declinet oculos a regulis Domini; intendit in hominem, incipit dicere in corde suo: 'Si praepositus meus sic vivit, ego qui sum, qui non faciam quod ille facit?' Occidit

XII. 2 nuditate *L.* 3 quid est] quidem *B. L. M.* quisquis] quis *M.* vos] nos *L.* 4 ergo] enim *B.* 5 honorando] horando *L.* 7 possit *B.* 10 Nam *deest L.* Diceret] ergo *add. B.* 11 Quisque] Quis *B. L. M.* 12 qua] quia *L.* tibi sunt] sunt tibi *M.* 13 qua] quam *L.* 14 commemoraret *B.* 16 susciperint *L,* susceperunt *M.* 18 putredine *B.* 21 fidem] finem *B.* 22 spectaculis] expectaculis *B. M.* 23 oblectari animas vestras *M.* 29 quidem *L.* 30 multitudine *L.* 32 dixisset] *scil. Ezechiel propheta.* 33 cibo] fide *L.* 35 errantes] herrantes *B.* 39 praepositum] propositum *M.* 40 intendat *B.* 41 praepositus] propositus *M.*

ovem fortem. Iam de ceteris quid facit qui illud, quod non ipse fructificaverat, sed forte aut robustum invenerat, male vivendo interficit? Dico caritati vestrae, iterum dico: Etsi vivunt oves, etsi fortes sunt oves in verbo Domini et tenent illud, quod audierunt a Domino suo: *Quae dicunt facite; quae autem faciunt facere nolite,* tamen qui in conspectu populi male vivit, quantum in illo est, eum, a quo attenditur, occidit. Non sibi ergo blandiatur, quia ille non est mortuus et ille vivit et ille homicida est, quomodo, cum lascivus homo intendit mulierem ad concupiscendum eam, ecce ille casta est et moechatus est iste. Domini enim vera et aperta sententia est: *Quisquis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.* Non pervenit ad illius cubiculum et iam in interiore suo cubiculo volutatur. Sic omnis, qui male vivit in conspectu eorum, quibus praepositus est, quantum in ipso est, occidit et fortes. Qui imitatur moritur; qui non imitatur vivit; tamen quantum ad illum pertinet, ambos occidit. *Et quod crassum est,* inquid, *interfecistis et oves meas non pascitis.* Iam audistis quid diligant, videte quid neglegant. *Quod infirmatum est non confortastis et quod male habuit non corroborastis et quod contribulatum est, id est quod confractum est, non conligastis et quod errabat non revocastis et quod periit non inquisistis et quod forte fuit confregistis, interfecistis, occidistis.* Infirmatur ovis, id est infirmum cor gerit, ut non possit cedere temptationibus incauto et inparato supervenientibus. Pastor neglegens, quando credit, talis non illi dicit: *Fili, accedens ad servitutem Dei sta in iustitia et timore et praepara animam tuam ad temptationem.* Qui haec enim loquitur confortat infirmum et ex infirmo facit firmum, ut non ille, qui crediderit, prospera huius saeculi speret. Si enim doctus fuerit sperare prospera saeculi, ipsa prosperitate corrumpitur, supervenientibus adversitatibus sauciatur aut fortassis extinguitur. Non ergo eum aedificat super petram qui sic aedificat, sed super arenam ponit. *Petra autem erat Christus.* Christi passiones imitandae sunt, non a Christianis deliciae conquirendae. Confortatur infirmus, cum ei dicitur: 'Spera quidem temptationes huius saeculi, sed ab omnibus te eruet Dominus, si ab illo non recesserit retro cor tuum. Nam ad confortandum cor tuum venit ille pati, venit ille mori, venit sputis inliniri, venit spinis coronari, venit obprobria audire, venit postremo ligno configi. Omnia haec ille pro te; tu nihil pro illo, sed pro te'. Quales autem sunt, qui timentes hos ledere, coram quibus loquuntur, non solum non praeparant ad inminentes temptationes, sed etiam promittunt felicitatem huius saeculi, quam Deus ipsi saeculo non promisit? Ille praedicit labores super labores usque in finem venturos ipsi saeculo, et tu vis ab ipsis laboribus exceptum esse Christianum? Quia Christianus est, aliquid plus passurus est in hoc saeculo. Etenim ait apostolus: *Omnes, qui volunt in Christo pie vivere, persecutionem patientur.* Iam si tibi placet, pastor tua quaerens, non quae Iesu Christi, ille dicat: *Omnes, qui volunt in Christo pie vivere, persecutionem patientur.* Et tu die, si in Christo pie vixeris, abundabunt tibi omnia bona et, si filios non habes, suscipies et nutries omnes et nemo tibi morietur. Haecine est aedificatio tua? Adtende, quid facias, ubi ponas. Super arenam est quod constituis. Venturus est imber, influxurus est fluvius, flaturus est ventus, inpingent domum istam, et cadet et fiet ruina eius

Matth. 23, 3. Matth. 5, 28. Ezech. 34, 3. ib. 34, 4. Eccli. 2, 1. cf. Matth. 7, 26. 1. Cor. 10, 4. 2. Tim. 3, 12. cf. Matth. 7, 25. 27.

XII. 1 fortem] Si fortem ergo occidit ovem *add. Aug.* illud quod] illam quam *M.* sed — robustum] sed quam forte aut robustam *M.* fortem *R. L.* 2 interfecit *L. B.* iterum] et iterum *M.* 5 ille] iste *B.* 7 eam *deest B.* 9 iam in *desunt B.* 10 fortes] oves *add. Aug.* Qui imitatur] Qui ergo imitatur praepositum malum *Aug.* 12 interficistis *B.* 13 confortastis] confirmastis *M.* 14 quid contribulatum *R.* id est — est *desunt L.* 16 Infirmatur ovis] Infirmatam ovem *M.* cor gerit] *ita Aug. (cf. ed. laud. p. 230 ann. a),* non corrigit *codd.* non] nos *B.* temptationibus] quae *add. Aug.* incaute *M.* inparato] insperato *M.* 17 supervenientibus] superveniunt *Aug.* quando] sic *add. Aug.* tales *L. B,* infirmus *add. Aug.* 19 qui] cum *L. B. M.* 22 arenam] harenam *B. M (et ita infra).* 26 sputis] ille sputis *M.* postremo] in *add. M.* 28 coram] quorum *R. L, deest B.* locuntur *B. M.* 29 predicet *B.* 32 persecutione *B.* 33 tua] sua *R. L. B.* in — pie] piae in Christo *B.* 34 patiuntur *B.* abundabunt] habundabunt *B.* 36 ubi] hubi *B.* quod] quem *R. L,* quam, *al. man. superscr.* vel quem *M.* 37 flaturus] staturus *L.* inpinguent *L.*

magna. Leva de harena, pone super petram. In Christo sit, quem vis esse Christianum. Ad-
cf. Ps. 68, 5. tendat ad passiones Christi indignas. Adtendat illum sine ullo peccato, quae non rapuit ex-
Hebr. 12, 6. solventem. Attendat scripturam dicentem sibi: *Flagellat omnem filium, quem recipit,* et[1] tu dicis forte exceptus eris? Si exceptus a passione flagellorum, exceptus a numero filiorum. 'Itane', inquies, 'flagellat omnem filium?' Prorsus flagellat omnem filium ut et unicum. Unicus
cf. Ioh. 1, 3. ille de patris substantia natus, aequalis patri in forma Dei, verbum, per quod facta sunt omnia, non habebat, ubi flagellaretur, ad hoc carne indutus est, ut sine flagello non esset. Qui ergo flagellat unicum sine peccato, relinquit cum peccato adoptatum? In adoptionem vocatos nos
cf. Gal. 4, 5. cf. Eccli. 22, 29. esse apostolus dicit. Adoptionem filiorum accepimus, ut essemus unico coheredes, essemus etiam
Ps. 2, 8. hereditas eius. *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Exemplum nobis proposuit in passionibus suis. Sed plane, ne in futuris temptationibus deficiat infirmus, nec falsa spe de-
Eccli. 2, 1. cipiendus est nec terrore frangendus; dic ei: *Praepara animam tuam ad temptationem,* et forte
1. Cor. 10, 13. incipit labi, contremescere, nolle accedere. Habes et aliud: *Fidelis Deus, qui non vos sinat temtari supra quam potestis ferre.* Illud enim promittere et praedicare venturas passiones infirmum confirmare est; timenti autem nimium et ex hoc deterrito cum polliceris misericordiam Dei, non quia temptationes deerunt, sed quia non permittit temptari supra quam ferre potest,
Ezech. 34, 4. *fractum conligare est.* Sequitur: *Quod*[2] *infirmatum est,* inquid, *non confortastis.* Pastoribus malis dicit, pastoribus falsis, pastoribus sua quaerentibus, non quae Iesu Christi, et commodo
ib. lactis et lane gaudentibus, oves omnino non curantibus. *Et quod male habuit non corroborastis.* Inter infirmum, id est non firmum, et aegrotum, id est male habentem, hoc mihi videtur interesse. Etenim ista, fratres, quae distinguere utcumque conamur, forte et nos possumus maiori diligentia melius distinguere et alius peritior vel lumine cordis plenior. Interim ne fraudemini, quod sentio loquor. Infirmo ne accidat temptatio et eum frangat, timendum est. Languens autem iam cupiditate aliqua aegrotat, iam cupiditate aliqua impeditur ab intranda via Dei, a subeundo iugo Christi. Qui[3] ergo videntur fervere in operibus bonis, sed imminentes passiones tolerare nolle aut non posse infirmi sunt; qui vero aliqua cupiditate mala amatores mundi ab ipsis bonis operibus revocantur languidi et aegroti iacent, quippe qui ipso languore tamquam
Ezech. 34, 4. sine ullis viribus nihil boni possent operari. Sequitur: *Et*[4] *quod errabat non revocastis et quod periit non inquisistis.* Hic inter manus latronum et dentes luporum furentium utcumque versamur, et contumaces sunt oves, quia quaeruntur errantes. Alienas se a nobis dicunt, errore suo et perditione sua. Quid nos vultis, inquiunt, quid nos quaeritis? Si in errore, inquit, sum, si in interitu, quid me vis, quid me quaeris? Quia in errore es, revocare volo; quia peristi, invenire volo. Sic volo errare, sic volo perire. Sic vis errare, sic vis perire? Quanto melius ego nolo?
2. Tim. 4, 2. Prorsus audeo dicere, inportunus sum: audio dicentem apostolum: *Praedica verbum, insta oportune, inportune.* Quibus oportune, quibus inportune? Oportune utique volentibus, inportune nolentibus. Prorsus inportunus sum, audeo dicere. Tu vis errare, tu vis perire: ego nolo. Revocabo[5] errantem, requiram perditam. Venis nolis, id agam, etsi me inquirentem laniant vepres silvarum, per omnia angusta me coartabo. Omnes sepes excutiam, quantum mihi virium

XII. 1 harena] *ita R. M.* arena *L. B.* super] supra *B. M.* 2 exolventem *M.* 3 omnem orantem *M.* recepit *B.* 4 a numero] *ita B,* in numero *R,* e numero *L. M.* 6 quod] quem *B.* 7 esse *B.* 8 adoptatum] adadoptatum *L.* adoptione *R. L. B.* 9 Adoptionem] Atoptionem *R,* In adoptionem *L.* coheredes] heredes *B.* 11 in *deest R. L. M.* 12 Dices *B.* 13 contremiscere *B. M.* 14 temptare *L.* tentari *B.* praedicere *L.* 15 timendi *L.* 23 sentior *L.* eum] cum *L.* 24 a] ad *B.* 25 iuga *B.* 27 ipso languore] ipse languere *L.* 28 possunt *M.* 31 errore] herrore *B.*

1) *Augustinus, Sermo 46 de pastoribus; Opp. V, 230.* 2) *Ibid.; l. l. V, 231.* 3) *Ibid.; l. l. V, 231 sq.* 4) *Ibid.; l. l. V, 232.* 5) *Ibid.; l. l. V, 232 sq.*

terrens Dominus donat. Omnia peragrabo, revocabo errantem, requiram pereuntem. Si me pati non vis, noli errare, noli perire. Parum est, quod doleo te errantem atque pereuntem: timeo, ne neglegens te etiam quod forte est occidam. Vide enim quid sequitur: *Et quod forte fuit confregistis.* Si neglexero errantem atque pereuntem, et eum, qui fortis est, delectabit errare et perire. Cupio lucra exteriora, sed timeo plus damna interiora. Si indifferentem habuero errorem tuum, attendit qui fortis est, cum te perditum non requiro, et putat nihil esse ire in heresem. Non[1] frustra ergo, cum iam dixisset superius: *Quod crassum est interfecistis,* hic iterum in novissimo posuit: *Et quod forte fuit confregistis.* Proinde[2] audi, quid sequatur de ista neglegentia malorum, immo falsorum pastorum: *Et dispersae sunt oves meae, eo quod non sit pastor, et factae sunt in commesturam omnibus bestiis agri.* Furantur lupi insidiantes, rapiunt leones frementes, cum oves adherent pastori. Nam praesens est pastor, sed male agentibus non est pastor, et inhaerent pastoribus, non pastoribus se ipsos videlicet, non oves pascentibus, et loetalis error consequitur. Eunt in bestias depraedantes se et de illarum morte se satiare cupientes. Tales enim sunt omnes, qui gaudent de erroribus alienis. *Dispersae*[3] *sunt et erraverunt oves meae in omnem montem et in omnem collem altum,* hoc est in omnem tumorem terrenae superbiae. Mons enim et collis tumor terrenus et superbia saeculi intellegitur. Sunt enim et montes boni, de quibus propheta dicit: *Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi. In*[4] *omnem montem et in omnem collem et in omnem faciem terrae lucent et in omnem faciem terrae dispersae sunt,* omnia terrena sectantes; ea, quae in faciem terrae lucent, ipsa emunt, ipsa diligunt. Nolunt mori, ut abscondatur vita eorum in Christo. *Propterea*[5], *pastores, audite sermonem Domini: Vivo*[6] *ego, dicit dominus Deus. Ecce ego ipse requiram oves meas et visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum.* Non curaverunt mali pastores, non enim suo sanguine redemerunt. *Sicut visitat,* inquid, *pastor gregem suum in diem.* In qualem diem? Cum fuerit nimbus et nubes, id est in pluvia et nebula. Error saeculi huius caligo magna, surgens de cupiditatibus hominum, et nebula valida conterens terram. Et difficile est, ut non errent oves in ista nebula, sed pastor non deserit eas, inquirit eas, penetrat nebulam oculis acutissimis, non inpeditur caligine nubium. Videt, undique errantem revocat, tantum ut fiat, quod dicit in evangelio: *Quae sunt oves meae audiunt vocem meam et sequuntur me. In medio ovium dispersarum sic inquiram oves meas et reducam eas ab omni loco, quo dispersae sunt illic in die nubis et nimbi; quando difficile est inveniri eas, tunc ego inveniam.* Crassa nebula est, pinguis nimbus est: oculos eius nihil latet. *Et educam eas de gentibus et colligam eas de regionibus et inducam eas in terram earum et pascam eas super montes Israhel.* Constituit super montes Israhel auctores scripturarum divinarum. Ibi pascite, ut secure pascatis. Quicquid inde audieritis, hoc vobis bene sapiat; quicquid extra est respuite. Ne erretis in nebula, audite vocem pastoris; colligite vos ad montes scripturae sanctae. Ibi sunt deliciae cordis vestri, ibi nihil venenosum, nihil alienum. Uberrima pascua sunt, vos tantum sanae venite, sanae pascimini in montibus Israhel et in rivis et in omni habitatione terrae. A mon-

Ezech. 34, 4. ib. 34, 3. ib. 34, 4. ib. 34, 5. ib. 34, 6. Ps. 120, 1. Ezech. 34, 7. 8. 11. 12. ib. 34, 12. Ioh. 10, 14. 16. Ezech. 34, 12. ib. 34, 13.

XII. 1 terrens] tergens *L.* 3 ne neglegens te] neglegentem *in loco raso B.* 5 plus *deest M.* dampna *B.* indeferentem *L,* indifferente *B.* habuero] in *B.* 7 heresim *M.* crasum *L.* 8 audivi *B.* 10 Furantur] Iurantur *R.* 11 non est pastor] non est postor *B.* 13 loetalis] *ita R. L. B,* letalis *M.* illorum *M.* 14 erroribus] herroribus *B.* 15 montem] altum *add. M.* 17 ad] in *M.* 18 omnem montem] montem *L.* omne faciem *B.* 21 ipse *deest L.* 23 redimerunt *L.* In qualem diem *desunt B.* 24 in *deest B.* 25 surgent *e corr. B.* 26 ut *deest L.* errent] herrent *B.* 28 secuntur *B.* 30 eas *deest B. M.* 31 nimbus] nubibus *B.* eas] eos *B.* 32 Israhel] Isrl *R. L. M,* Israel *B, hic et infra.* 33 Ibi] Hibi *B.* 35 diliciae *L.*

1) *Augustinus, Sermo 46 de pastoribus; Opp. V, 233.* 2) *Ibid.; l. l. V, 233.* 3) *Ibid.; l. l. V, 233 sq.* 4) *Ibid.; l. l. V, 234.* 5) *Ibid.; l. l. V, 235.* 6) *Ibid.; l. l. V, 238.*

Ps. 18, 5 = Rom. 10, 18. tibus enim, quos ostendimus, manaverunt rivi praedicationis evangelicae, cum *in omnem terram exiit sonus eorum*. Et facta est omnis habitatio terrae pascendis ovibus laeta atque fecunda. Ezech. 34, 14. *In pascuis bonis pascam eas et in montibus altis Israhel, et erunt stabula earum illic*, hoc est ubi requiescant et ibi dicant: 'Bene est', ubi dicant: 'Verum et manifestum, non fallimur'. Gloria Dei requiescent tamquam in stabulis illis et dormient, hoc est requiescent, et requiescent in deliciis suis bonis et in pascuis pinguibus pascentur super montes Israhel. Sequitur[1] — quod ib. 34, 15. 16. enim primum curavit iterum dicit —: *Haec dicit dominus Deus: Quod perit inquiram et quod erravit revocabo et quod imminutum est conligabo et quod exanime est confortabo et quod pingue est et forte custodiam*. Quod non faciebant mali pastores se ipsos pascentes, non oves. Non ait Dominus: 'Constituam alios bonos pastores, qui faciant haec, sed ego', inquid, 'faciam, oves meas nulli committam. Securi vos, fratres, securae vos, oves'. Nobis videtur timendum, quasi ib. 34, 16. desit pastor bonus. Claudit sic: *Et pascam eas cum iudicio*. Vide, quia, si solus pascit, cum iudicio pascit. Quis enim homo iudicat de homine? Temerariis iudiciis plena sunt omnia. De quo disperavimus subito convertitur et fit optimus; de quo praesumpserimus subito deficit et fit pessimus. Nec timor ergo noster certus est, nec amor noster certus est. Quid sit hodie quisque homo, vix novit ipse homo, tamen utcumque ipse quid hodie, quid autem eras nec ipse. Pascit ergo ille cum iudicio, dispertiens propria propriis. Novit enim, quid agat. Cum iudicio pascit quos iudicatus redemit. Sequitur: Absit[2], ut desint modo boni pastores. Absit a nobis, ut desint. Absit a misericordia ipsius, ut non eos gignat atque constituat. Utique, si sunt bonae oves, sunt et boni pastores. Nam de bonis ovibus fiunt boni pastores. Sed omnes boni pastores in uno sunt, unum sunt. Illi pascant, Christus pascit. Sint[3] ergo omnes in pastore uno et dicant vocem pastoris unam, quam audiant oves et sequantur pastorem suum et non illum aut illum, sed unum. Et omnes in illo unam vocem dicant, diversas voces non habeant.

XIII. Gregorii[4] de pastoribus animarum quales in ecclesia eligi debeant. Cum[5] rerum necessitas exposcit, pensandum valde est, ad culmen quisque regiminis qualiter veniat atque ad hoc rite perveniens qualiter vivat et bene vivens qualiter doceat et recte docens infirmitatem suam quotidie quanta consideratione cognoscat, ne aut humilitas accessum fugiat aut perventioni vita contradicat aut vitam doctrina destituat aut doctrinam praesumptio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet; post autem magisterium, quod non a quaerente suscipitur, vita commendet. Ac deinde necesse est, ut pastoris bonum, quod vivendo ostenditur, loquendo propagetur. Ad extremum vero superest, ut perfecta quaeque opera con-

XII. 2 exivit *M.* 3 eorum *R.* 4 ubi] hubi *B.* ubi requiescant] ibi requiescant *M.* et ibi] ubi *Aug.* 5 illis *deest L.* et requiescent] requiescent *postea del. B.* 6 Sequitur *deest M.* 8 examine *B.* 9 Quod non] *ita B*, Quod *R. L.*, Quod quia non *M.* 11 vos oves] oves *L.* 12 Claudit] Audit *R. L. B*, Audi *M.* si *del. B.* 13 iudicio pascit] *ita M*, iudicio pascens *cett.* 14 disperavimus] speravimus *L.*, desperaverimus *B.* desperavimus *M.* 15 Quid] Quod *L.* 18 redimit *L.* Sequitur *deest M.* ut desint] unde sint *L. B.* nobis ut desint] nobis unde sint *B.* 19 Utiqui *B.* 20 omnes boni pastores] omnes pastores boni *M.* 22 dicat *B.*

XIII. 24 elegi *L.* 27 quotidie] cotidie *L. M.* ne aut] ne autem *L.* 28 destituat] destruat *L.* doctrinae *B.* 30 est] esse *B.*

1) *Augustinus, Sermo 46 de pastoribus; Opp. V, 238 sq.* 2) *Ibid.; l. l. V, 240.* 3) *Ibid.; l. l. V, 241.* 4) *Sumptum est hoc caput sicut cc. 14. 17. 21. 24. 27. 34. 37. 38. 102. 103. 105. (124.) ex Taionis episcopi Caesaraugustani (ca. 650) libris sententiarum, qui compilati sunt ex Gregorii Magni operibus (edd. Risco, 'España sagrada' XXXI, 166 sqq. Migne, Patrol. lat. LXXX, 727 sqq.); cf. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXVII, 612—623. — Concilii Aquisgranensis c. 13 = Taio II c. 32, Risco, l. l. XXXI, 304 sqq. (Migne, l. l. LXXX, 821 sqq.).* 5) *Ex Gregorio M., Regula pastor. lib. I prooem.; Opp. II, 1.*

sideratione propriae infirmitatis deprimat, ne hoc ante occulti arbitris oculos tumor elationis extinguat. Isaias[1] quoque propheta ait: *Clama, ne cesses; sicut tuba exalta vocem tuam.* Praeconis namque officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante adventum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si praedicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est praeco mutus? Fortes[2] perseverantesque doctores velut inputribilia ligna quaerendi sunt, qui, instructioni sacrorum voluminum semper inhaerentes, sanctae ecclesiae unitatem denuntient et quasi intromissi circuli arcam Domini portent. Vectibus arcam testamenti portare est bonis doctoribus sanctam ecclesiam ad rudes infidelium mentes praedicando deduci. Qui auro quoque iubentur operiri, ut, cum sermone aliis insonant, ipsi etiam vitae splendore fulgescant. Necesse[3] est igitur, ut qui ad officium praedicationis excubant a sacrae lectionis studio non recedant. Ad hoc namque vectes esse in circulis arcae semper iubentur, ut, cum portari arcam oportunitas exigit, de intromittendis vectibus portandi tarditas nulla generetur, quia videlicet, cum spiritale aliquid a subditis pastor inquiritur, ignominiosum valde est, si tunc querat discere, cum questionem debet enodare. Circulis arcae foederis vectes inhaereant, ut doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditantes testamenti arcam sine mora elevent, si quicquid necesse est protinus docent. Unde bene primus pastor ecclesiae pastores caeteros ammonet dicens: *Parati semper ad satisfactionem de ea, quae in nobis est, spe,* acsi aperte dicat, ut ad portandam arcam mora nulla praepediat, vectes a circulis numquam recedant. Sancti[4] viri, dum praesunt, non in se potestatem ordinis, sed aequalitatem conditionis attendant nec praeesse gaudeant hominibus, sed prodesse. Sciant enim, quod antiqui patres nostri non tam reges hominum quam pastores pecorum fuisse memorantur. Cum Noe Dominus filiisque eius post diluvium diceret: *Crescite et multiplicamini et implete terram,* subditur: *Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terrae.* Homo[5] quippe animalibus inrationalibus, non autem caeteris hominibus natura praelatus est. Idcirco ei dicitur, ut ab animalibus et non ab homine timeatur, quia contra naturam superbire est ab aequali velle timeri. Cuncti[6], qui praesunt, non in se potestatem debent ordinis, sed aequalitatem pensare conditionis. Nam[7], sicut praefati sumus, antiqui patres nostri pastores pecorum et non reges hominum fuisse memorantur. Necesse[8] est ergo, ut rectores a subditis timeantur, quando ab eisdem Deum minime timeri deprehendunt, ut humana saltim formidine peccare metuant qui divina iudicia non formidant. Nequaquam praepositi ex subiectorum timore superbiant, in quo non suam gloriam, sed subditorum iustitiam quaerunt. In eo autem, quod metum sibi a perverse viventibus exigunt, quasi non hominibus, sed animalibus dominantur, quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent etiam formidine iacere substrati. Facies[9] sanctae ecclesiae sunt hi, qui in locis regiminum positi apparent primi, ut ex eorum specie honor sit fidelis populi, etiamsi quid in corpore latet deforme. Qui nimirum praelati plebibus plangunt culpas infirmantium seque sic de alienis lapsibus acsi de propriis affligunt. Saepe rectores boni, dum quosdam vident ad veniam post culpas redire, quosdam vero in iniquitate persistere, occulta omnipotentis Dei iudicia

Is. 58, 1.

cf. Exod. 25, 12.

cf. ib. 25, 13.

cf. ib.

cf. ib.

cf. 1. Petr. 3, 15.

Gen. 9, 1. 2.

XIII. 1 hoc] haec *M.* 2 Esaias *M.* 5 Forte *B.* 7 portant *B.* archam *hic et infra B.* 9 deducere *M.* operari *B.* 11 archae *hic et infra L,* arche *hic et infra B.* 12 archam *hic et infra L.* 14 Circuli *L.* 15 inhaereat *M.* sacra] sancta *M.* 21 regis *L.* 23 tremor] timor *M.* 24 et *deest M.* 25 superbire] superhirae *B.* 26 pensare] pensure *B.* 29 timere *B. L.* saltem *hic et infra M.* non *deest L.* 33 ea] eo *L.* 35 seque] sique *B.*

1) *Ex Gregorio M., Regula pastor. lib. II c. 4; Opp. II, 17.* 2) *Ex Gregorio M., ib. II c. 11; l. l. II, 34.* 3) *Ex Gregorio M., ib. II c. 11; l. l. II, 34.* 4) *Ex Gregorio M., Moralia XXI c. 15 § 22; l. l. I, 689 sq.* 5) *Ex Gregorio M., ib. XXI c. 15 § 23; l. l. I, 690.* 6) *Ex Gregorio M., Regula pastor. II c. 6; l. l. II, 20.* 7) *Ibid.* 8) *Ibid.; l. l. II, 20 sq.* 9) *Ex Gregorio M., Moralia XIII c. 20 § 23; Opp. I, 425.*

mirantur, sed penetrare nequeunt. Obstupescunt enim quae non intellegunt. Ille[1] modis omnibus debet ad exemplum vivendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritaliter vivit, qui prospera mundi postposuit, qui nulla adversa pertimescit, qui sola interna desiderat, cuius intentioni bene congruens nec omnino per imbecillitatem nec valde per contumeliam corpus repugnat. Ipse nihilominus ad dignitatem pastoralis officii debet provehi, qui[2] ad aliena capienda *non* ducitur, sed propria largitur, qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur, sed non plus quam decet ignoscens ab arce rectitudinis inclinatur, qui nulla inlicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat, qui ex affectu cordis alienae infirmitati compatitur sicque in bonis proximi sicut in suis provectibus laetatur. Ad dignitatem pontificalis excellentiae recte pervenit qui[3] ita se imitabilem ceteris in cunctis, quae agit, insinuat, ut inter eos non habeat quod saltim de transactis erubescat, qui sic studet vivere, ut proximorum quoque corda arentia doctrinae valeat fluentis inrigare, qui orationis usu experimento iam didicit, quod obtinere a Domino quae poposcerit possit, cui per affectus sui vocem iam quasi specialiter dicitur:
Is. 58, 9. *Adhuc loquente te, dicam, ecce adsum.* Si fortasse quisquam veniat, ut pro se ad intercedendum nos apud potentem quempiam virum, qui sibi iratus, nobis vero est incognitus, ducat, protinus respondemus: 'Ad intercedendum venire non possumus, quia familiaritatis eius notitiam non habemus'. Si ergo homo apud hominem, de quo minime praesumit, fieri intercessor erubescit, qua mente apud Dominum intercessionis locum pro populo arripit qui familiarem se eius gratiae esse per vitae meritum nescit? Aut ab eo quomodo aliis veniam postulat qui, utrum sibi sit placatus, ignorat? Qua in re est adhuc aliud sollicitius formidandum, ne qui placare posse iram creditur hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti liquido novimus, quia, cum is, qui displicet, ad *intercedendum mittitur*, irati animus ad deteriora provocatur. Qui adhuc desideriis terrenis adstringitur caveat, ne districti iram iudicis gravius accendens, dum loco delectatur gloriae, fiat subditis auctor ruinae. Sollerter[4] se quisque metiatur, ne locum regiminis adsumere audeat, si adhuc in se vitium damnabiliter regnat, ne is, quem crimen depravat proprium, intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.

XIIII[5]. Gregorii, ut indigni atque imperiti ad pastorale magisterium accedere non praesumant. Sunt[6] plerique pastorum, qui, dum metiri se nesciunt, quae non didicerunt docere concupiscunt, qui pondus magisterii tanto levius aestimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant, ut[7], quia indocti ac praecipites doctrinae arcem tenere appetunt, a praecipitationis suae ausibus in ipsa locutionis ianua repellantur. Nulla[8] ars doceri praesumitur, nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastorale magisterium qua temeritate suscipitur, quando ars est artium regimen animarum? Quis autem cogitationum vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? Et tamen saepe qui nequaquam spiritalia praecepta cognoverunt cordis se medicos profiteri non metuunt, dum qui pigmentorum vim

XIII. 2 pertrai *L.* 4 imbecillitatem] spiritus *add. M.* 6 ducitur] dicitur *B.* ignoscendum] cognoscendum *L.* 7 arce] arche *L.* 8 deploret *B.* 9 profectibus *L. M.* 10 agit] ait *B.* 17 praesumet *B.* 18 Dominum] Deum *M.* 19 ab] hab *B.* 21 credatur *B.* quia] qui *corr.* quam *L.* 22 iratus *B.* 23 accedens *L.* 25 is] his *L. B.*

XIIII. 29 dedicerunt *L.* 30 ut] et *M.* arcem] archem *B.* 31 repelantur *R. B,* repellentur *M.* ars] hars *hic et infra B.* 35 dum] et *e corr. B.*

1) *Ex Gregorio M., Regula pastor. I c. 10; Opp. II, 10.* 2) *Ex Gregorio M., ib. I c. 10; l. l. II, 10.* 3) *Ex Gregorio M., ib. I c. 10; l. l. II, 10 sq.* 4) *Ex Gregorio M., ib. I c. 11; l. l. II, 11.* 5) *C. 14 = Taio II c. 37; Risco, l. l. XXXI, 318 sqq. (Migne, l. l. LXXX, 832 sqq.).* 6) *Ex Gregorio M., Regula pastor. lib. I prooem.; Opp. II, 2.* 7) *Ibidem.* 8) *Ex Gregorio M., ib. I c. 1; l. l. II, 2.*

nesciunt videri medici carnis erubescunt. Sunt[1] nonnulli, qui intra sanctam ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris. Videri doctores appetunt, transcendere caeteros concupiscunt, adtestante veritate: *Primos recubitus in caenis, primas in conventibus cathedras quaerunt,* Matth. 23, 6. qui susceptum curae pastoralis officium ministrare digne tanto magis nequeunt, quanto ad humilitatis magisterium ex sola elatione pervenerunt. Ipsa quippe in magisterio lingua confunditur, quando aliud discitur et aliud docetur. Contra indignos pastores Dominus per prophetam quaeritur dicens: *Ipsi regnaverunt et non ex me; principes extiterunt, et non cognovi.* Ex se Osee 8, 4. namque et non ex arbitrio summi rectoris regnant qui nullis fulti virtutibus, nequaquam divinitus vocati, sed sua cupiditate accensi, culmen regiminis rapiunt potius quam adsequuntur. Inutiles sacerdotes internus iudex et provehit et non cognoscit, quia quos permittendo tolerat profecto per iudicium reprobationis ignorat. Unde ad se quibusdam et post miracula venientibus dicit: *Recedite a me, operarii iniquitatis; nescio qui estis.* Pastorum imperitia voce veri- Luc. 13, 27. tatis increpatur, cum per prophetam dicitur: *Ipsi pastores ignoraverunt intellegentiam.* Quos Is. 56, 11. rursus Dominus detestatur dicens: *Et tenentes legem nescierunt me.* Et nesciri ergo se ab eis Ierem. 2, 8. veritas conqueritur et nescire se principatum nescientium protestatur, quia profecto hi, qui ea, quae sunt Domini, nesciunt, a Domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait: *Si quis autem* 1. Cor. 14, 38. *ignorat, ignorabitur.* Plerumque pastorum imperitia meritis congruit subiectorum, quia, quamvis lumen scientiae sua culpa exigente non habeant, districto tamen iudicio agitur, ut per eorum ignorantiam hi etiam, qui sequuntur, offendant. Hinc namque in evangelio per semetipsam veritas dicit: *Si caecus caeco ducatum praebeat, ambo in foveam cadent.* Hinc psalmista non Matth. 15, 14. optantis animo, sed prophetantis mysterio denuntiat dicens: *Obscurentur oculi eorum ne videant,* Ps. 68, 24. *et dorsum eorum semper incurva.* Oculi quippe sunt, qui, in ipsa honoris summa facie positi, providendi itineris officium susceperunt; quibus hi nimirum, qui subsequenter inherent, dorsa nominantur. Obscuratis ergo oculis dorsum flectitur, quia, cum lumen scientiae perdunt qui praecunt, profecto ad portanda peccatorum curvantur onera qui sequuntur. Indigni[2] quique tanti reatus pondera fugerent, si veritatis sententiam sollicita cordis aure pensarent, qua ait: *Qui* Matth. 18, 6. *scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria collo eius, et demergatur in profundum maris.* Ne[3] temerare sacra regimina quisquis his impar est audeat et per concupiscentiam culminis ducatum suscipiat perditionis. Hinc enim pie Iacobus prohibet dicens: *Nolite plures magistri fieri, fratres mei.* Hinc ipse mediator Dei hominumque Iac. 3, 1. regnum percipere vitavit in terris, qui superuorum quoque spirituum scientiam sensumque transcendens ante saecula regnat in caelis. Plerumque[4] adversitatis magisterio sub disciplina cor premitur; quod si ad regiminis culmen eruperit, in elationem protinus usu gloriae permutatur. Sic Saul, qui indignum se prius considerans fugerat, mox, ut regni gubernacula percepit, in- cf. 1. Reg. 15, 27 sqq. tumuit. Honorari namque coram populo cupiens, dum reprehendi publice noluit, ipsum tamen, 28, 15 sqq. qui in regno se unxerat, scidit. David propheta, auctoris iudicio pene in cunctis actibus placens, cf. 2. Reg. 11, 2 sqq. mox, ut pressurae pondere caruit, in tumorem vulneris erupit factusque est in morte viri crude-

XIIII. 2 affectant] effectant *L.* transcedere *L. M.* concupiscunt] et *add. M.* 3 recubitos *L.* 6 discitur] dicitur *B.* 7 exstiterunt *L.* 8 rectores *L.* 9 adsecuntur *corr.* adsequntur *B.* 11 per *deest B.* 13 Quo *L.* 15 conquiritur *L.* nesciri *L.* 16 autem *deest L.* 19 secuntur *corr.* sequntur *B.* 21 obtantis *B.* 23 providentis *R. L. B.* subsequentur *R. L.* 25 onera] honera *L. B.* qui] quae *R.* secuntur *B.* 26 qua] quae *L. M.* 27 asinaria] in *add. B.* 30 Dei hominumque mediator] mediator Dei hominumque *R.* 32 cor premitur] conpremitur *L.* 34 intimuit *L.* 35 tamen *deest M.* 36 uncxerat *B.* pene] poenae *B.* 37 tumore *R. L.* mortem *B.*

1) *Ex Gregorio M., Regula pastor. lib. I prooem.; Opp. II, 2 sq.* 2) *Ex Gregorio M., ib. I c. 2; l. l. II, 4.* 3) *Ex Gregorio M., ib. I c. 3; l. l. II, 4.* 4) *Ib.; l. l. II, 5.*

liter rigidus, qui in appetitu feminae enerviter fuerat fluxus et, qui malis ante noverat pie parcere, in bonorum quoque nece post didicit sine obstaculo retractationis anhelare. Prius quippe ferire deprehensum persecutorem noluit et post cum damno desudantis exercitus etiam devotum militem extinxit. Quem profecto ab electorum numero culpa longius raperet, nisi hunc ad veniam flagella revocassent. Plerumque[1] qui subire magisterium pastorale cupiunt nonnulla quoque bona opera animo proponunt; et quamvis hoc elationis intentione appetant, operaturos tamen se magna pertractant, fitque, ut aliud in imis intentio subprimat, aliud tractantis animo superficies cogitationis ostendat. Nam sibi ipsa de se mens sepe mentitur et fingit se de bono opere amare quod non amat, de mundi autem gloria non amare quod amat. Saepe mens principari appetens fit ad hoc pavida, cum quaerit, audax, cum pervenerit. Tendens enim, ne non perveniat, trepidat, sed repente perveniens iure sibi hoc debitum, ad quod pervenerit, putat; cumque percepto principatus officio perfrui saeculariter coeperit, libenter obliviscitur quicquid religiose cogitavit. Necesse est enim, ut, cum cogitatio extra usum ducitur, protinus mentis oculus ad opera transacta revocetur, ac penset quisque, quid subiectus egerit. Et repente cognoscit, si praelatus bona agere, quae proposuerit, possit. Nequaquam valet in culmine humilitatem discere qui in imis positus non desiit superbire. Nescit laudem, cum suppetit, fugere, qui ad hanc didicit, cum deesset, anhelare. Nequaquam vincere avaritiam potest, quando ad multorum sustentationem tendit is, cui sufficere propria nec soli potuerunt. Ex ante acta ergo vita se quisque inveniat, ne in appetitu se culminis imago cogitationis inludat. Plerumque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis usus perditur, qui in tranquillitate tenebatur, quia quieto mari recte navem et imperitus nauta dirigit, turbatis autem tempestatum fluctibus etiam peritus se nauta confundit. Quid est potestas culminis nisi tempestas mentis, in qua cogitationum semper procellis navis cordis quatitur, huc illucque incessanter impellitur, ut per repentinos excessus oris et operis quasi per obviantia saxa frangatur? Inter haec, quae protulimus, quid sequendum est, quid tenendum, nisi ut virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat? Ille, si omnino renititur, caveat, ne acceptam pecuniam in sudario ligans de eius occultatione iudicetur. Pecuniam quippe in sudario ligare est percepta dona sub otio lenti torporis abscondere. Indignus quique, cum regimen appetit, adtendat, ne per exemplum pravi operis Pharisaeorum more ad ingressum regni tendentibus obstaculum fiat, qui iuxta magistri vocem nec ipsi intrant nec alios intrare permittunt. Considerandum quoque est, quia, cum causam populi electus praesul suscipit, quasi ad aegrum medicus accedit. Si ergo adhuc eius in opere passiones vivunt, qua praesumptione percussum mederi properat qui in facie vulnus portat?

cf. Luc. 19, 20.

cf. Matth. 23, 13.

XV. Isidori de indignis praepositis. Non[2] sunt promovendi ad regimen ecclesiae qui adhuc vitiis subiacent. Hinc est, quod praeceptum est David non aedificare visibile templum, quia sanguinum vir belli frequentia esset. Qua figura illi spiritaliter ammonentur, qui adhuc corruptioni sunt dediti, ne templum aedificent, hoc est ecclesiam docere praesumant. Non debet honoris ducatum suscipere qui nescit subiectos tramite vitae melioris praeire. Neque enim quisque ad hoc praeficitur, ut subditorum culpas corrigat, et ipse vitiis serviat. Qui se indignum ad episcopatum existimat locum eius, qui dignus est, non praesumat. Nam tam sanctum est sacerdotii nomen, ut nulla vitiorum nota maculari se sinat. Gravius enim

cf. 3. Reg. 16, 8. 1. Paral. 22, 8.

XIIII. 1 fluxus] flexus *B. M.* 2 necem *B.* 4 extinexit *B.* 8 ostendit *B.* sepe *deest M.* 13 oculus] *ita M,* oculos *R. L. B.* 14 ac] aac *B.* 17 sustentionem *L.* 18 propriae *B.* 19 in appetitu] appetitu *L. B.* 21 nauta *deest B.* 25 nec] ne *L.* 27 Pecunia *R. L. B.* 28 quique] qui *L,* quicque *B.* 29 Phariseorum *B.* 31 in *deest B.*

XV. 34 visibili *B.* 35 sanguinum vir] vir sanguinum *M.* 38 Qui] non *add. R. L. B.* 39 locum] lucum *B.*

1) *Ex Gregorio M., Regula pastor. I c. 9; Opp. II, 9 sq.* 2) *Isidorus, Sententiarum lib. III c. 34; Opp. VI, 322 sq.*

condemnabitur qui indignus suscipit quod non meretur. Qui regimen sacerdotii contendit appetere ante in se discutiat, si vita honori sit congrua. Quodsi non discrepat, humiliter ad id, ad quod vocatur, accedat. Reatum quippe culpae geminat, si quis cum culpa ad sacerdotale culmen aspirat. Uniuscuiusque casus tanto maioris est criminis, quanto, priusquam caderet, maioris erat virtutis. Praecedentium namque magnitudo virtutum crescit ad cumulum sequentium delictorum. Plerique sacerdotes suae magis utilitatis causa quam gregis praeesse desiderant nec, ut prosint, praesules fieri cupiunt, sed magis, ut divites fiant et honorentur. Suscipiunt enim sublimitatis culmen non pro pastorali regimine, sed pro solius honoris ambitione atque abiecto opere dignitatis solam nominis appetunt dignitatem. Dum mali sacerdotes Deo ignorante non fiant, tamen ignorantur a Deo, ipso per prophetam testante: *Principes extiterunt, sed non cognovi.* Sed hic nescire Dei reprobare est; nam Deus omnia novit. Osee 8, 4.

XVI. Item Isidori de indoctis praepositis. Sicut[1] iniqui et peccatores ministerium sacerdotale adsequi prohibentur, ita indocti et imperiti a tali officio retrahuntur. Illi enim exemplis suis vitam bonorum corrumpunt; isti sua ignavia iniquos corrigere nesciunt. Quid enim docere poterunt, quod ipsi non didicerunt? Desinat locum docendi suscipere qui nescit docere. Ignorantia quippe praesulum vitae non congruit subiectorum. *Caecus enim, si caeco ducatum praebeat, ambo in foveam cadunt.* Sacerdotes indoctos per Esaiam prophetam ita Dominus improbat: *Ipsi,* inquit, *pastores ignoraverunt intellegentiam,* et iterum: *Speculatores eius caeci omnes,* id est imperiti episcopi, *nescierunt,* inquit, *universi, canes muti, non valentes latrare,* hoc est plebes commissas non valentes, resistendo malis, per verbum doctrinae defendere. Matth. 15, 14. Is. 56, 11. ib. 56, 10.

XVII[2]. Gregorii de his, qui in regimine prodesse possunt, sed idem officium per quietem propriam refugiunt. Sunt[3] nonnulli, qui nimia virtutum dona percipiunt et pro exercitatione caeterorum magnis muneribus exaltantur; qui studio castitatis mundi, abstinentiae robore validi, doctrinae dapibus referti, patientiae longanimitate humiles, auctoritatis fortitudine erecti districti sunt; qui nimirum culmen regiminum, si vocati suscipere rennuunt, ipsa sibi plerumque dona adimunt, quae non pro se tantummodo, sed etiam pro aliis acceperunt. Cumque sua et non aliorum lucra cogitant, ipsis se, quae privata habere appetunt, bonis privant. Discipulis in evangelio veritas dicit: *Non potest civitas abscondi super montem posita. Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* Hinc Petro ait: *Simon Iohannis, amas me?* Qui cum se amare protinus respondisset, audivit: *Si diligis me, pasce oves meas.* Si ergo dilectionis est testimonium cura pastionis, quisquis virtutibus pollens gregem Dei rennuit pascere pastorem summum convincitur non amare. Si[4] nostri sicut proximi curam gerimus quasi utrumque pedem per calciamentum munimus. Qui vero sua cogitans utilitatem proximorum neglegit quasi unius pedis calciamentum cum dedecore amittit. Sunt nonnulli, qui magnis muneribus ditati, dum solius contemplationis studiis inardescunt, parere utilitati proximorum in praedicatione refugiunt, secretum quietis diligunt, secessum speculationis appetunt, de quo, si districte iudicentur, Matth. 5, 14. 15. Ioh. 21, 15-17.

XV. 1 condempnabitur *L. B.* 2 ad id ad quod] ad it quod *B.* 3 culpa *R.* ad] ante *L.* 4 tanta *B.* 5 erat] est *M.* 9 dignitate *B.* malis *B.* 10 per prophetam] propheta *B.* 11 hic] hoc *M.*

XVI. 13 retrauntur *B.* 14 ista *L.* 15 Quid] Qui *M.* 17 Esaiam] *ita R. L,* Hisaiam *B,* Aesaiam *M.*

XVII. 21 Gregorius *B.* 23 exhercitatione *B.* 26 adhimunt *B.* 29 accendit *R.* super] supra *B.* 30 Symon Iohannes *B.* 32 grecem *B.* 36 refugiunt] renuunt *M.* 37 iudicantur *M.*

1) *Isidorus, Sententiarum lib. III c. 35; Opp. VI, 323.* 2) *C. 17 = Taio II c. 41; Risco, l. l. XXXI, 330 sqq. (Migne, l. l. LXXX, 840 sq.).* 3) *Ex Gregorio M., Regula pastor. I c. 5; Opp. II, 6.* 4) *Ib.; l. l. II, 7.*

ex tantis procul dubio rei sunt, quantis venientes ad publicum prodesse potuerunt. Qua enim mente is, qui proximis profuturus enitesceret, utilitati caeterorum secretum proponit suum, quando ipse summi patris unigenitus, ut multis prodesset, de sinu patris egressus est ad publicum nostrum? Sunt[1] nonnulli, qui ex sola humilitate refugiunt, ne his, quibus se inpares aestimant, praeferantur. Quorum profecto humilitas, si caeteris quoquae virtutibus cingitur, tunc ante oculos Dei vera est, cum ad respuendum hoc, quod utiliter subire praecipitur, pertinax non est. Neque enim vere est humilis qui superni nutus arbitrium, ut debeat praeesse, intellegit et tamen contempnit. Divinis dispositionibus subditus atque a vitio obstinationis alienus, cum sibi regiminis culmen imponitur, si iam donis praeventus est, quibus et aliis prosit, et ex corde debet fugere et invitus oboedire.

XVIII. Isidori de praepositis ecclesiae. Vir[2] ecclesiasticus et crucifigi mundo per mortificationem propriae carnis debet et dispensationem ecclesiastici ordinis, si ex Dei voluntate provenerit, nolens quidem, sed humilis gubernandam suscipiat. Multis intercipit satanas fraudibus eos, qui vitae et sensus utilitate praestantes praeesse et prodesse aliis nolunt et, dum eis regimen animarum inponitur, renuunt, consultius arbitrantes otiosam vitam degere quam lucris animarum insistere. Quod tamen decepti agunt per argumentum diaboli fallentis eos per speciem boni, ut, dum illos a pastorali officio retrahit, nequaquam proficiant qui eorum verbis atque exemplis instrui poterant. Sancti viri nequaquam occupationum saecularium curas appetunt, sed occulto ordine sibi superinpositas gemunt et, quamvis illas per meliorem intentionem fugiant, tamen per subditam mentem portant. Quas quidem summopere, si liceat, vitare festinant, sed timentes occultam dispensationem Dei suscipiunt quod fugiunt, exercent quod vitare noscuntur. Intrant enim ad cor et ibi consulunt, quid velit occulta voluntas Dei, seseque subditos debere esse summis ordinationibus cognoscentes humiliant cervicem cordis iugo divinae dispensationis.

XVIIII. Prosperi, quod sacerdotes sancti contemplativae vitae fieri participes possunt. Qui[3] diligenter de vita contemplativa considerat et sufficienter instructus intellegit, quando et ubi possit eius perfectio conprehendi, non dubitabit ecclesiarum principes vitae contemplativae posse et debere fieri sectatores. Quia sive secundum opinionem quorundam nihil aliud sit vita contemplativa quam rerum latentium futurorumque notitia sive vacatio ab omnibus occupationibus mundi sive divinarum studium litterarum sive, quod his probatur esse perfectius, ipsa visio Dei, non video, quid inpedimenti sanctis sacerdotibus possit afferri, quominus ad haec quattuor, quae commemoravi, perveniant. Duo enim, primum et ultimum, id est rerum latentium futurarumque notitia et ipsa visio Dei, incomparabiliter praestantiora erunt in illa vita beata quam in ista diversis erroribus inplicata, quandoquidem tam rerum omnium notitia quam ipsa Dei substantia plene ac perfecte videbitur. Duo autem media, vacationem videlicet ab omnibus occupationibus mundi et divinarum studium litterarum, etiam hic possunt habere pontifices. Sed illi, qui se ab omnibus implicamentis negotiorum saecularium removentes non torpent otio, sed insistunt perfectionis suae negotio et, ab stultitia sapientiae saecularis aversi, verbo Dei infatigabiliter vacant, sapientes veraciter fiunt,

XVII. 2 is] his *B.* profuturus] profuturi os *B.* 5 quoquae] *ita R. B,* quoque *L. M.* 6 utiliter] hutiliter *B.* 8 contemnit *M.* 9 imponitur] imperator *B.* 10 fugire *B.* invitus] inventus *L.*

XVIII. 13 sathanas *B.* 15 renuunt *R (e corr.). B.* 17 retrait *B.* 19 superinposita *L.* 21 exhercent *B.*

XVIIII. 30 quid] quod *L.* inpedimento *B.* 31 posset *B.* 32 futurorumque *corr.* futurarumque *M.* 34 noticiam *B.*

1) *Ex Gregorio M., Regula pastor. I c. 6; Opp. II, 7.* 2) *Isidorus, Sentent. III c. 33; Opp. VI, 321 sq.* 3) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa I c. 13; Opp. Prosperi append. 12.*

caelestia sapiunt, terrena dispiciunt, contradicentes sanae doctrinae redarguunt, oboedientes instituunt, sanctis virtutibus, quibus in dies singulos fiant Deo propinquiores, incumbunt et tam suis quam omnium, qui per eos erudiuntur, provectibus clari hic quidem velut gustum quendam contemplativae vitae, quo ad eam ferventius provocentur, accipiunt, sed ibi iam in aeternum felices effecti de eius perfectione gaudebunt. Proinde non inflantur, quia hic omnium fidelium catholicorum honorantur ut capita, sed letantur potius, quia ibi Christi, qui est sacerdotum ac fidelium omnium caput, clariora membra futuri sunt. At si, quod absit, saecularibus negotiis implicati fundorum terminos sine termino cupiditatis extendant ac se passim exquisitis deliciis ditant, quae animum corpusque debilitant, si gloriam non Christi, sed suam, decepti vulgi adolantis honoribus, quaerant plusque de se alienae linguae quam suae conscientiae credant, si omne gaudium suum non in futurorum remuneratione nec in sanctitate vitae, sed in sua tantum dignitate constituant et, dum tales esse, quales creduntur, amant, numquam sibi displiceant ac, placentes sibi, non sint de sua correctione solliciti: quis non intellegat tales, si in talibus perseverent nec se ante finem vitae praesentis emendent, contemplativae vitae participes esse non posse? Ad quam non perveniant nisi qui studuerint esse quod facti sunt nec affectant videri, sed esse quod sunt, non alienis laudibus, sed moribus suis eximii nec solum de sua dignitate, sed potius de sacerdotalis vitae nobilitate conspicui, qui sunt non appellatione tenus, sed virtute pontifices, vitae contemplative capaces et gaudiorum caelestium coheredes.

XX. Isidori, de doctrina et exemplis praepositorum. Tam[1] doctrina quam vita clarere debet ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutilem facit. Sacerdotis praedicatio operibus confirmanda est, ita ut quod docet verbo instruat exemplo. Vera est enim illa doctrina, quam vivendi sequitur forma. Nam nihil turpius est quam, si bonum, quod quisque praedicat, explere opere neglegat. Tunc enim praedicatio utiliter profertur, quando efficaciter adimpletur. Unusquisque doctor et bonae actionis et bonae praedicationis habere debet studium; nam alterum sine altero non facit perfectum. Sed praecedat iustus bene agere, ut sequenter possit bene docere. Sicut[2] in nomisma metallum et figura et pondus inquiritur, ita in omni doctore ecclesiastico, quid sequatur, quid doceat, quomodo vivat. Per qualitatem igitur metalli doctrina, per figuram similitudo patrum, per pondus humilitas designatur. Qui ergo ab his tribus discrepaverit non metallum, sed terra erit.

XXI[3]. Gregorii de humilitate praepositorum. Sit[4] rector discretus in silentio, humilis in verbo, ne aut tacenda proferat aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium hos, qui erudiri poterant, in errorem derelinquit. Sit[5] rector bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus, ut et bonis in nullo se praeferat et, cum pravorum culpa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscat, quatenus et honore subpresso aequalem se subditis bene viven-

XVIIII. 1 despiciunt *L. M.* 3 hic] hi *M.* 6 ac] hac *B.* 7 At] Ac *R. L. B.* 8 terminos] terminus *L.* ditent *M.* 9 animam *M.* adolantis] adolantis *corr.* adulantis *R*, adulantis *M.* 10 se *deest B.* 12 tale *L.* credentur *B.* 14 emendant *B.* esse] pesse *B.* 15 studuerunt *B.* 16 eximi *B.* 17 virtutis *R.*

XX. 19 Isidori] Ex Hisidori *B.* 20 ecclesiasticos *B.* arrogantem] errogantem *B.* 21 inutilem] inutilitatem *L.* Sacerdotes *B.* 22 est enim] enim est *B.* 23 quod] quos *B.* 24 bonae actionis] bene actionis *B.* 27 quid — doceat] quid doceat quid sequatur *M.*

XXI. 31 humilis] utilis *M.* 32 poterat *B.* errore *M.* 33 delinquentium] derelinquentium *L.* 34 praeferat] proferat *B.* 35 quatinus *hic et infra L.* subpresso] subpraessus *B.*

1) *Isidorus, Sentent. III c. 36 § 1—3; Opp. VI, 324.* 2) *Ibid. III c. 36 § 5; l. l. VI, 324.* 3) *C. 21 = Taio II c. 34; Risco, l. l. XXXI, 311 sq. (Migne, l. l. LXXX, 827).* 4) *Ex Gregorio M., Regula pastor. II c. 4; Opp. II, 16.* 5) *Ib. II c. 6; l. l. II, 20.*

tibus deputet et erga perversos iura rectitudinis non exercere formidet. Omnes[1] homines natura aequales genuit, sed variante meritorum ordine alios aliis culpa postponit. Ipsa autem diversitas, quae accessit ex vitio, divino iudicio dispensatur, ut, quia omnis homo aeque stare non valet, alter regatur ab altero. Cuncti, qui praesunt, non in se potestatem debent ordinis, sed aequalitatem pensare conditionis nec praecesse hominibus gaudeant, sed prodesse. Quam[2] videlicet potentiam bene regit qui et tenere illam noverit et inpugnare. Bene hanc regit qui scit per illam super culpas erigi, scit cum illa caeteris aequalitate conponi. Quam[3] tamen potestatem recte dispensat qui sollicite noverit et sumere ex illa quod adiuvat et expugnare quod temptat et aequalem se cum illa caeteris cernere et tamen se peccantibus zelo ultionis anteferre. Predicator[4] quisque studeat, ut minas potentium ratiocinatione mitiget et oppressorum angustias, quantum praevalet, ope levet, ut foris resistentibus obponat patientiam et intus superbientibus exhibeat cum patientia disciplinam, ut erga errata subditorum sic mansuetudo zelum temperet, quatenus a iustitiae studio non enervet, sic ad ultionem zelus ferveat, ne tamen pietatis limitem fervendo transcendat. Rectoris officium esse debet, ut ingratos beneficiis ad amorem provocet, ut gratos quoque ministeriis in amore servet, ut proximorum mala, cum corrigere non valet, taceat et quaecumque corrigi loquendo possunt silentium consensum esse pertimescat.

XXII. Item Isidori de humilitate praepositorum. Qui[5] praeficitur ad regimen taliter erga disciplinam subditorum praestare se debet, ut non solum auctoritate, verum etiam humilitate clarescat. Sed tamen ita erit in eo virtus humilitatis, ne dissolvatur vita subditorum in vitiis, atque ita auctoritas aderit potestatis, ne per tumorem cordis severitas existat inmoderationis. Haec est in Dei sacerdotibus vera discretio, qua nec per libertatem superbi nec per humilitatem remissi. Hinc est, quod sancti cum multa constantia redarguerunt etiam principum vitia, in quibus, cum summa esset humilitas, loco tamen necessario libere transgressores iustitiae increpabant. Aliquando etiam subditis nos oportet animo esse humiliores, quoniam facta subditorum iudicantur a nobis, nostra vero Deus iudicat. Agnoscat episcopus servum se esse plebis, non dominum. Verum haec caritas, non conditio exigit.

XXIII. Item Isidori de doctrinae discretione. Non[6] omnibus una eademque doctrina est adhibenda, sed pro qualitate morum diversa exortatio erit doctorum. Nam quosdam increpatio dura, quosdam vero exortatio corrigit blanda. Sicut periti medici ad varios corporis morbos diverso medicamine serviunt, ita ut iuxta vulnerum variaetates medicina diversa sit, sic et doctor ecclesiae singulis quibusque congruum doctrine remedium adhibebit et quid cuique oporteat pro aetate, pro sexu ac professione adnuntiabit. Non omnibus ea, quae sunt clausa, aperienda sunt. Multi sunt enim, qui capere non possunt; quibus si indiscrete manifestentur, statim aut detrahunt aut neglegunt. Prima quippe prudentiae virtus est eam,

XXI. 1 *perversus B.* non exercere] non exhercere *B*, exercere non *M.* 2 aequales] equalis *B.* 3 quae] quas *B.* 5 nec] ne *B.* 7 illam] illa *B.* 10 minas] minus *L.* ratiocinatione] ratione *L*, ratiotinatione *B.* 12 errata] herrata *B.* 13 a *deest B.* enervet] eruet *R. L.* sic] si *B.* ne] nec *R. L.* 14 Rectorum *M.* provocent *e corr. M.* 15 amorem *R. L.* servent *M.* valeat *B*, valent *M.* 16 taceant *M.* silentio *B.* pertimescant *L. M.*

XXII. 17 Esidori *L.* 19 dissolatur *B.* 20 auctoritatis *B.* 21 qua] quia *L*, qui *B.* 22 humilitatem] sint *add. al. man. M*, fiunt *add. Isid.* constantia] substantia *L.* 23 *principium B.* cum summa esset] consummasset *B.* 26 plebi *R. L. B.*

XXIII. 29 exhortatio *hic et infra M.* 30 ut *deest L.* 32 ac] ad *B.* 34 detraunt *B.*

1) *Ex Gregorio M., Regula pastor. II c. 6; Opp. II, 20 (cf. Gregorii M. moralia XXI c. 15 § 22; Opp. I, 689).* 2) *Ex Gregorio M., Regula pastor. II c. 6; l. l. II, 21.* 3) *Ibidem.* 4) *Ex Gregorio M., Moralia X c. 6 § 8; Opp. I, 341.* 5) *Isidorus, Sentent. III c. 42; Opp. VI, 329.* 6) *Ib. III c. 43; l. l. VI, 329 sqq.*

quam docere oporteat, existimare personam. Rudibus populis seu carnalibus plana atque communia, non summa atque ardua praedicanda sunt, ne inmensitate doctrinae opprimantur potius quam erudiantur. Unde et Paulus apostolus ait: *Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Tamquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam.* Carnalibus quippe animis nec alta nimis de caelestibus nec terrena convenit praedicare, sed mediocriter, ut initia eorum moresque desiderant edoceri. Corvus, dum suos pullos viderit albi coloris, nullis eos cibis alit, sed tantundem adtendit, donec paterno colore nigrescant et sic illos frequenti cibo reficiat. Ita et ecclesiae doctor strenuus, nisi eos, quos docet, viderit ad suam similitudinem paenitentiae confessione nigrescere et nitore saeculari deposito lamentationis habitum de peccati recordatione induere, utpote adhuc exterioribus, hoc est carnalibus, non aperit intellegentiae spiritalis profundiora mysteria, ne, dum audita non capiunt, prius incipiant contemnere quam venerari mandata caelestia. Aliter est agendum circa eos, qui nostro committuntur regimini, si offendunt, atque aliter cum his, qui nobis commissi non sunt. Qui si iusti sunt, venerandi sunt; si vero delinquunt, pro sola caritate, ut locus est, corripiendi sunt, non tamen cum severitate sicut hi, qui nobis regendi sunt commissi. Prius docendi sunt seniores plebis, ut per eos infra positi facilius doceantur. Unde et apostolus: *Haec,* inquid, *commenda fidelibus hominibus, qui idonei sunt et alios docere.* Ingenium boni doctoris est incipientis a laudibus eorum, quos salubriter obiurgatos corripere cupit, sicut apostolus ad Corinthios facit, quos a laudibus inchoat et increpationibus probat. Sed erant apud Corinthios, qui et laude et increpatione digni essent. Ille vero indiscrete loquitur, qui sic utraque omnibus loquitur, ut omnibus utraque convenire videantur.

1. Cor. 3, 1. 2.

2. Tim. 2, 2.

cf. 1. Cor. 1, 4 sqq.

XXIIII[1]. Gregorii, qualiter praelati subiectos doceant ac semetipsos discreta circumspectione praevideant. Quia[2] igitur, qualis esse debeat pastor, superius ostendimus, nunc qualiter doceat, demonstremus. Non una eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Sepe namque aliis officiunt quae aliis prosunt, quia et plerumque herbae, quae haec animalia nutriunt, alia occidunt, et lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat, et medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit, et panis, qui vitam fortium roborat, parvulorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, ut et ad sua singulis congruat et tamen a communis aedificationis arte numquam recedat. Quid enim sunt intentae mentes auditorum, nisi, ut ita dixerim, quaedam in cithara tensiones tractae chordarum? Quas tangendi artifex, ut non sibimetipsi dissimile canticum faciat, dissimiliter pulsat; et idcirco chordae consonam modulationem reddunt, quia uno quidem plectro, sed non uno inpulsu feriuntur. Doctor quisque, ut in una cunctos virtute caritatis aedificet, ex una doctrina, non una eademque exhortatione tangere

XXIII. 2 inmensetate *L.* 8 strennuus *M.* 9 nitori *B.* 11 contempnere *L. B. M.* 12 circa] erga *B.* comituntur *L,* commituntur *B.* regimine *R. L. B.* 13 si offendunt] sed offendunt *codd.* 14 vera *B.* delincunt *B.* 16 Unde et apostolus — sicut apostolus *(l. 18)*] unde apostolus *B.* 17 incipientibus *R. L.* 18 cupit] cupiunt *R. L.* Corrintios *B.* incoat *B.* 19 Corrinthios *B.* 20 indiscrete] sic discrete *R. B. M,* sit discrete *L.* loquitur qui] *desunt R. L. M,* qui *deest B.* 20 ut omnibus] ut omnium *R. L. B.* 21 videatur *B.*

XXIV. 22 praelati subiectos] subiectos praelati *M.* ac] a *L. B.* 25 exortatio *L. B.* 26 herba *B.* 27 sibulus *B.* catulus *L.* 29 ad sua singulis] ad singula sua *B.* 31 cythara *B.* chordarum] cord- *L. B.* 32 sibimetipsis *M.* faciant *M.* modolationem *L.* 33 inpulso *R. L.* 34 cuntos *B.* exortatione *B.*

1) *C. 24 = Taio II c. 35; Risco, l. l. XXXI, 313 sqq. (Migne, l. l. LXXX, 827 sqq.); cf. 'Neues Archiv' XXVII, 619 sq.* 2) *Ex Gregorio M., Regula pastor. lib. III. prooem.; Opp. II, 33 sq.*

corda audientium debet. Doctor[1] etenim, qui loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Illa namque vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat, quia quod loquendo imperat ostendendo adiuvat, ut fiat.

Is. 40, 9. Per prophetam Dominus dicit: *Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion,* ut videlicet qui caelesti praedicatione utitur, ima iam terrenorum operum deserens, in rerum culmine stare videatur tantoque facilius subditos ad meliora pertrahat, quanto per vitae meritum de supernis clamat. Recte[2] etiam et sacerdos superhumerale ex auro, iacincto, purpura, bis tincto

cf. Exod. 28, 6. cocco et torta fieri bisso habere praecipitur, ut, quanta virtutum diversitate clarescere debeat, demonstretur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget, ut in eo intellectus sapientiae principaliter emicet. Cui iacinctus, qui aethereo colore resplendet, adiungitur, ut per omne, quod intellegendo penetrat, non ad favores infimos, sed ad amorem caelestium surgat, ne, dum suis incautus laudibus capitur, ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro[3] videlicet, iacincto ac purpura bis tinctus coccus adiungitur, ut ante interni iudicis oculos omnia virtutum bona ex caritate decorentur, et cuncta, quae coram hominibus rutilant, haec in conspectu occulti arbitris flamma intimi amoris accendat. Quae scilicet caritas, quia Deum simul ac proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit. Qui sic ad auctoris speciem anhelat, ut proximorum curam neglegat, vel sic proximorum curam exsequitur, ut a divino amore torpescat, qui unum horum quodlibet neglegit, in superhumeralis ornamento habere coccum bis tinctum nescit. Cum[4] rector se ad loquendum praeparat, sub quanto cautelae studio loquatur, adtendat, ne, si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur, et, cum fortasse sapiens

Marc. 9, 49. videri desiderat, unitatis compagem insipienter abscidat. In evangelio veritas ait: *Habete sal in vobis et pacem habete inter vos.* Per sal quippe verbi sapientia designatur. Qui igitur loqui sapienter nititur magnopere metuat, ne in eius eloquio audientium unitas confundatur. Hinc

Rom. 12, 3. Paulus ait: *Non plus sapere quam oportet sapere, set sapere ad sobriaetatem.* Ne[5] igitur rector incautus ad loquendum proruat, hoc, quod iam praemisimus, per semetipsam discipulis veritas

Marc. 9, 49. clamat: *Habete sal in vobis et pacem habete inter vos,* acsi figurate per habitum sacerdotis dicat: 'Mala punica tintinabulis iungite, ut per omnia, quae dicitis, unitatem fidei cauta observatione teneatis'. Sacerdos[6] semper vocem praedicationis habeat, ne superni expectatoris iudicium ex

cf. Exod. 28, 35. silentio offendat. Sacerdos in tabernaculum ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur, quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine praedicationis sonitu incedit. Apte

cf. ib. 28, 33. tintinabula vestimentis pontificis describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud

Ps. 131, 9. quam recta opera debemus accipere, propheta adtestante, qui ait: *Sacerdotes tui induantur iustitiam?* Vestimentis itaque illius tintinabula inherent, ut vitae viam cum linguae sonitu ipsa quoque opera sacerdotis clament. Nos[7], quia infirmi homines sumus, cum de Deo hominibus loquimur, debemus primum meminisse quod sumus, ut ex propria infirmitate pensemus, quo docendi ordine infirmis fratribus consulamus. Consideremus igitur, quia aut tales sumus, quales nonnullos corri-

XXIV. 1 necessitatem *B.* hac] haec *L,* aec *B.* 3 commendet *M.* 7 clamat] tonat *M.* et *deest M.* bis] bys *hic et infra B.* 8 cocco] cocto *R,* cocto *corr.* coco *B.* fieri *deest M.* bisse *R,* bysso *B.* 10 adgungitur *B.* 11 infimus e *corr. L.* 13 ac] hac *B.* 15 arbitri *M.* 16 Qui sic] Quasi *B.* anhelat] hanelat *B.* 17 exequitur *M.* 19 praeparat] reparat *L.* inordinate] in ordine *B.* 22 sapientiae *B.* 24 set] *ita saepius R,* sed *cett.* 25 incautos *B.* 27 tinctinabulis *L,* tintinnab- *M.* omnia quae] omne quod *M.* 28 expectatoris] spectatoris *M.* 29 silentio] silectio *B.* Sacerdus *B.* egrediens] grediens e *corr. L.* 30 quia iram] qui haram *B.* occultus *B.* sonitu incedit] sonitus incedit *L,* sonitum cedit *B.* Apte] in *add. B. L.* 34 infirmi homines] infirmines *B.* de *deest B.* 35 quo] quoniam *B.* 36 consulamus] consolemur *R. L. B.*

1) *Ex Gregorio M., Regula pastor. lib. II c. 3; Opp. II, 15.* 2) *Ib.; l. l. II, 15 sq.* 3) *Ibid.; l. l. II, 16.* 4) *Ib. II c. 4; l. l. II, 17.* 5) *Ib.; l. l. II, 18.* 6) *Ib.; l. l. II, 17.* 7) *Ex Gregorio M., Moralia XXIII c. 13 § 25; Opp. I, 742 sq.*

gimus, aut tales aliquando fuimus, etsi iam divina gratia operante non sumus, ut tanto eos temperantius corde humili corrigamus, quanto nosmetipsos verius in his, quos emendamus, agnoscimus. Si nos sacerdotes tales nec sumus nec fuimus, quales adhuc illi sunt, quos emendare curamus, ne cor nostrum forte superbiat et de ipsa innocentia peius ruat, quorum mala corrigimus, alia eorum bona nobis ante oculos revocemus; quae si omnino nulla sunt, ad occulta Dei iudicia recurramus, quia, sicut nos nullis meritis hoc ipsum bonum, quod habemus, accepimus, ita illos quoque potest gratia supernae virtutis infundere, ut excitati posterius etiam ipsa possint bona, quae nos ante accepimus, praevenire. Quis enim crederet, quod per apostolatus meritum Saulus lapidatum Stephanum praecursurus erat, qui in morte eius lapidantium vestimenta servabat? His ergo primum cogitationibus humiliari cor debet et tunc demum delinquentium iniquitates increpare. cf. Act. 7, 57. 22, 20.

XXV. Isidori de doctorum silentio. Pro[1] malo merito plebis aufertur doctrina praedicationis; pro bono merito audientis tribuitur sermo doctoris. In potestate divina consistit, cui velit Deus doctrinae verbum dare vel cui auferre, et hoc aut pro dicentis aut pro audientis fit merito, ut modo pro culpa plebis auferatur sermo doctoris, modo vero pro utilitate rectoris tribuatur. Nam et bonus docet bonum et malus malum et bonus malum et malus bonum, quod tamen fit iuxta meritum populorum. Non omnia tempora congruunt doctrinae secundum Salomonis sententiam dicentis: *Tempus tacendi et tempus loquendi.* Non quidem per timorem, set per discretionem propter malorum incorrigibilem iniquitatem nonnumquam electos oportet a doctrina cessare. Interdum doctores ecclesiae calore caritatis ardentes conticescunt a docendo, quia non est qui audiat, testante prophaeta: *Civitates Austri clausae sunt, et non est qui aperiat.* Qui docendi accepit officium interdum ad tempus facta proximi taceat, quae statim corrigere nequaquam existimat. Nam si corrigere potest et dissimulat, verum est, quod consensum erroris alieni habeat. Plerique sancti doctores pro mali pertinatia, quia iniquos emendare nequeunt, his tacere disponunt, sed calorem spiritus, quo aguntur, ferre non sustinentes iterum in increpationem prosiliunt impiorum. Eccle. 3, 7. Ierem. 13, 19.

XXVI. Prosperi, quod nihil prosit sacerdoti, etiamsi bene vivat, si male viventes tacendo non arguat. Quod[2] vero dicit apostolus, ut nos formam debeamus exhibere fidelibus, quid valebit, si is, cui vel exortandi bonos vel castigandi malos cura commissa est, bene vivendo se imitandum bonis exhibeat et malos tacendo non arguat? Ad hoc enim, nisi me fallit opinio, sancte vivendum est sacerdoti, ne dicta sua repugnantibus factis evacuet. Si quod praedicat fieri debere non faciat aut si quod non facit praedicare praesumpserit, nihil apud eos, qui eius vitam novere, proficiat, quia ad hoc est ecclesiae Dei praepositus, ut non solum bene vivendo alios exemplo suae conversationis instituat, sed etiam fiducialiter praedicando singulis ante oculos peccata sua constituat, quae poena maneat duris, quae gloria oboedientibus, ostendat, nullius salutem disperando contempnat, animas emendari nolentium plangat, imitatus apostolum, qui ait: *Ut lugeam multos ex his, qui ante pecca-* cf. 2. Thess. 3, 9. 1. Petr. 5, 3. 2. Cor. 12, 21.

XXIV. 4 ne] nec *L.* peius] in peius *B.* quorum] corum *B.* 5 corrigamus *B.* alia eorum] ~~aliorum~~ *B.* bona] a *add. L.* 6 nullis] nullus *B.* hoc] oc *B.* accipimus *R. L. B.* 7 gratia] *ita B,* gratiae *rell.* 8 possunt *B.* per *deest M.* 9 vestimentum *M.* 11 iniquitatis *B.*

XXV. 12 auferetur *M.* 14 pro audientis] audientis *L.* 15 vero *deest B.* 17 congruum *L.* 20 a doctrina] ad doctrina *B.* 22 quae] ua *B.* 24 pro] per *L.* 25 calorem] ad orem *B.* quo] eo *R. B.*

XXVI. 29 is *ras. del. B.* exhortandi *M.* bonus *B.* 30 curam *L.* 32 Si quod] Si quis quod *L.* 33 noveret *B.* 36 desperando *M.* animas] annias *L.* 37 lugeam] legeam *L.*

1) *Isidorus, Sentent. III c. 44; Opp. VI, 331 sq.* 2) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa I c. 20; Opp. Prosperi append. 16.*

2. Cor. 11, 29. *verunt et non egerunt paenitentiam,* et iterum: *Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror?* Quapropter sciens, quod, si quibuslibet divitibus ac potentibus male viventibus parcat aut foveat eos, perdat simul et pereat, et sancte debet vivere propter exemplum et pie docere propter suae administrationis officium, certus, quod ei nihil sua iustitia suffragetur, de cuius manu anima pereuntis exigitur, quando, quicumque alius perierit, quem nulla docendi necessitas manet, solus paenas sui sceleris dabit, ille autem, cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sancte vivat et tamen perdite viventes arguere aut erubescat aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierint, perit. Et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? Mentior, nisi hoc Dominus per Ezechielem prophetam sub cuiusdam terroris

Ezech. 33, 7. denuntiatione loquitur, dicens ad eum: *Et tu, fili hominis, speculatorem dedi te domui Israhel.* Nec hoc transeunter debemus audire, quod sacerdotem speculatorem appellat, ut, sicut speculatoris est de loco editiore prospicere et plus omnibus contemplari, ita sacerdos debet esse propositi sublimitate celsior cunctis ac maioris scientiae habere gratiam, qua possit sub se viventes

ib. instruere. Videamus iam, quid divinus sermo contineat. *Audies,* inquid, *sermonem ex ore meo et adnuntiabis eis ex me,* ut hoc dicat sacerdos, quod ex divina lectione didicerit, quod illi Deus

ib. inspiraverit, non quod praesumptione humani sensus invenerit. *Adnuntiabis eis,* inquid, *ex me.* Ex me et non ex te mea verba loqueris eis; non est, quod ex eis tamquam de tuis infleris;

ib. 33, 8. ex me, inquid, eis adnuntia. Sed iam quid adnuntiet, audiamus. *Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus, ut se custodiat impius a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem vero eius de manu tua requiram.* Quid potuit expressius, quid apertius potest dici? 'Si impio', inquid, 'locutus non fueris, ut se ab impiaetate custodiat et ille perierit, sanguinem eius de manu tua requiram'. Hoc est dicere: 'Si ei peccata sua non adnuntiaveris, si eum non argueris, ut ab impiaetate sua convertatur et vivat, et te, qui non increpasti, et ipsum, qui te tacente peccavit, flammis perennibus perdam'. Quis rogo tam saxei pectoris, quis tam ferreus erit, quem sententia ista non terreat, quis tam alienus a fide, qui sententiae isti non credat?

XXVII[1]. Gregorii de pastoribus non recte gradientibus. Sunt[2] nonnulli, qui sollerti cura spiritalia praecepta perscrutantur, sed quae intellegendo penetrant vivendo conculcant. Repente docent quae non opere, sed meditatione didicerant et quod verbis praedicant moribus inpugnant. Unde fit, ut, cum pastor per abrupta graditur, ad praecipitium grex sequatur. Per prophetam Dominus contra contemptibilem pastorum scientiam quaeritur

Ezech. 34, 18. 19. dicens: *Cum ipsi limpidissimam aquam biberitis, reliquam pedibus vestris turbabatis; et oves meae quae conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur et, quae pedes vestri turbaverunt, haec bibebant.* Aquam nempe limpidissimam pastores bibunt, cum fluenta veritatis recte intellegentes hauriunt. Sed eandem aquam perturbare est sanctae meditationis studia male vivendo corrumpere. Aquam scilicet pastorum turbatam pedibus oves bibunt, cum subiecti quique non sectantur verba, quae audiunt, sed sola, quae conspiciunt, exempla pravitatis imitantur, qui, cum dicta sitiunt, quae per opera vertuntur, quasi corruptis fontibus in potibus lutum sumunt.

XXVI. 1 Quis scandalizatur] Qui scandalizator *B.* 5 alius] aliis *B.* quem] quae *L.* 9 Ezechiehelem *B.* 10 denuntiationem *L.* dicentes *B.* 11 transeuntes *R. L.* ut] nam *M.* 13 ac] hac *B.* 14 continuat *B.* Audiens *B.* 17 mea] ea *B.* 19 moriaeris *R.* via] vita *B.* 24 perhennibus *B.* rogo] ergo *L.*

XXVII. 28 sollerti] solesti *B.* 29 didicerunt *B.* 31 pastorem *B.* 32 lympidissimam *R.* 33 et quae pedes] et pedes *B.* turbaverunt] et *add. L.* 35 hauriunt] auriunt *B.* studea *L.* corruppere *B.*

1) *C. 27 = Taio II c. 39; Risco, l. l. XXXI, 324 sqq. (Migne, l. l. LXXX, 835 sqq.).*
2) *Ex Gregorio M., Regula pastor. I c. 2; Opp. II, 3 sq.*

Nemo[1] amplius nocet in ecclesia quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus praesumit, et in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Qui[2] ad sanctitatis speciem deductus vel verbo caeteros destruit vel exemplo, melius profecto fuerat, ut hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringerent quam sacra officia in culpa caeteris imitabilem demonstrarent, quia nimirum, si solus caderet, utcumque hunc tolerabilior inferni poena cruciaret. Saepe[3] suscepta cura regiminis cor per diversa diverberat, et impar quisque invenitur ad singula, dum confusa mente dividitur ad multa. Unde quidam sapiens provide prohibet dicens: *Fili, ne in multis sint actus tui,* quia videlicet nequaquam plene in uniuscuiusque operis ratione colligitur, dum mens per diversa partitur, eumque foras per insolentem curam trahitur, a timoris intimi soliditate vacuatur. Dum mens in exteriorum fit dispositione sollicita, sui est solummodo ignara et scit multa cogitare, se nesciens. Nam cum plus quam necesse est se exterioribus implicat, quasi occupata in itinere obliviscitur quo tendebat, ita ut ab studio suae inquisitionis aliena ne ipsa quidem, quae patitur, damna consideret et per quanta delinquat ignorat. Ezechias rex peccare se minime credidit, cum venientibus ad se alienigenis cellas aromatum ostendit, sed in damnationem secuturae prolis ex eo iram iudicis pertulit, quod se facere licenter aestimavit. Saepe, dum multa suppetunt dumque agi possunt, subiecti quae acta sunt ammirantur; in cogitatione se animus elevat et plene in se iram iudicis provocat, quamvis per iniqua foras opera non erumpat. Intus quippe est qui iudicat, intus quod iudicatur. Cum ergo in corde delinquimus, latet hominibus quid apud nos agimus; sed tamen ipso iudice teste peccamus. Haec[4] proferentes non potestatem regiminis reprehendimus, sed ab appetitu illius cordis infirmitatem munimus, ne inperfecti quique culmen arripere regiminis audeant et, qui in planis stantes titubant, in praecipiti pedem ponant. *Caecus*[5] pastor est, qui supernae lumen contemplationis ignorat, qui praesentis vitae tenebris pressus, dum venturam lucem nequaquam dirigendo conspicit, quo gressum operis ponat, nescit. *Claudus*[6] vero rector est, qui quidem, quo pergere debeat, aspicit, sed per infirmitatem mentis vitae viam perfecte non valet tenere, quam videt, quia ad virtutis statum, dum fluxa consuaetudo non erigitur, quo ex desiderio innititur, illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. *Parvo*[7] autem *naso* est qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores foetoresque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Sunt[8] nonnulli, qui, dum aestimari se hebetes nolunt, saepe se in quibusdam inquisitionibus plus quam necesse est exercentes ex nimia subtilitate falluntur. Unde recte dicitur: *Vel grandi et torto naso.* Nasus etenim grandis et tortus est discretionis subtilitas inmoderata. Quae dum plus quam necesse est excreverit, actionis suae rectitudinem ipsa confundit. *Fracto pede vel manu est,* qui viam Dei pergere

Eccli. 11, 10.

cf. 4. Reg. 20, 12 sqq.

Lev. 21, 18.

ib.

ib.

ib.

ib. 21, 19.

XXVII. 2 praesumet *B.* et *deest B.* 3 reverentiae *L.* 4 profecto fuerat] fuerat profecto *M.* 5 acta] hacta *B.* officia] offiti *B.* 6 caderet] adheret *B.* tollerabilius *B.* poene *L.* 9 actus] hactus *B.* quia] *ita M. Taio,* quae *R. L,* que *B.* 14 igonoret *M (e corr.). Taio.* Ezechias] Et Ezechias *R,* Ezehias *B.* 16 damnatione *B.* 17 dum quae *R.* possunt] quae *add. M.* quae acta] quia acta *M.* admirentur *M (e corr.).* 18 provocet *B.* 20 homines *M.* quid] qui *B.* 21 infirmitate munimur *R. L. B.* 22 in] ne in *M.* 23 pedum *L.* Caecus] quippe *add. M.* 24 dirigendo] diligendo *M.* 25 rector *deest M.* rector est] rectorem *B.* quo] est quod *B.* 26 quia] qui *R. L. B.* 27 quo] quod *R. L. B.* efficatiter *B.* 28 secuntur *L. B. M.* 30 elegimus *B.* Sunt] Sed sunt *M.* aestimari] stimare *B.* 31 se hebetes] hebetes *M.* hebetes] habentes *B.* 32 Unde] hic quoque *add. M.* 33 tortus est] tortus *B.* excreverit] crevit *R. L. B.* 34 Fracto] autem *add. M.*

1) *Ex Gregorio M., Regula pastor. c. 2; l. l. II, 4.* 2) *Ibidem.* 3) *Ib. I c. 3; l. l. II, 5 sq.* 4) *Ib.; l. l. II, 6.* 5) *Ib. I c. 11; l. l. II, 11.* 6) *Ibidem.* 7) *Ibidem.* 8) *Ib.; l. l. II, 11 sq.*

omnimodo non valet atque a bonis actibus funditus exsors vacat, quatenus haec non ut claudus
Lev. 21, 20. saltim cum infirmitate teneat, sed ab his omni modo alienus existat. *Gibbus* vero est, quem terrenae sollicitudinis pondus deprimit, ne umquam ad superna respiciat, sed solis his, quae in infimis calcantur, intendat. Qui etsi aliquando aliquid ex bono patriae caelestis audierit, ad hoc nimirum perversae consuaetudinis pondere praegravatus cordis faciem non adtollit, quia cogita-
ib. tionis statum erigere non valet quem terrenae usus sollicitudinis curvum tenet. *Lippus*[1] namque est, cuius quidem ingenium ad agnitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillae sanae sunt, sed humore defluente infirmantia palpebra grossescunt. Quorum quia infusione crebro atteritur, etiam acies pupillae vitiatur. Sunt nonnulli, quorum sensum carnalis vitae operatio sauciat, qui videre recta subtiliter per ingenium poterant, sed usu pravorum actuum caligant. Lippus itaque est, cuius sensum natura exacuit,
Apoc. 3, 18. sed conversationis pravitas confundit. Cui bene per angelum dicitur: *Collirio inunge oculos tuos, ut videas.* Collirio quippe oculos, ut videamus, inunguimus, cum ad cognoscendam veri
Lev. 21, 20. luminis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bonae operationis adiuvamus. *Albuginem habet* sacerdos *in oculo,* qui veritatis lucem videre non sinitur, quia arrogantia sapientiae sive iustitiae caecatur. Pupilla namque oculi nigra videt; albuginem tolerans nihil videt, quia videlicet sensus humane cogitationis, si stultum se peccatoremque intellegit, cogitationem intimae claritatis adprehendit; si autem candorem sibi iustitiae sive sapientiae tribuit, a luce se supernae cognitionis excludit et eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo se apud se per arro-
Rom. 1, 22. gantiam exaltat, sicut de quibusdam dicitur: *Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt.*
Lev. 21, 20. *Iugem* habet *scabiem* in corpore cui carnis petulantia sine cessatione dominatur in mente. In scabie etenim fervor viscerum ad cutem trahitur, per quam recte luxoria designatur, quia, si cordis temptatio usque ad operationem prosilit, nimirum fervor intimus usque ad cutis scabiem prorumpit. Foras corpus scabies sauciat, quia, dum in cogitatione voluntas non reprimitur, etiam in actione dominatur; quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cum dicebat:
1. Cor. 10, 13. *Temptatio vos non adprehendat nisi humana,* acsi aperte diceret: 'Humanum quidem est in corde temptationem perpeti, demoniacum vero est temptationis certamine et in operatione superari'.
Lev. 21, 20. *Inpetiginem* habet *in corpore* quisquis avaritia vastatur in mente, quae, si in parvis non conpescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Inpetigo quippe sine dolore corpus occupat et absque occupati taedio excrescens membrorum decorem fedat, quia avaritia captivum animum, dum quasi delectat, exulcerat, dum adipiscenda quaeque cogitationi obicit, ad inimicitias accendit et dolorem in vulnere non facit, quia aestuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Decor membrorum per impetiginem perditur, quia aliarum quoque virtutum per avaritiam pulchritudo depravatur; et quasi totum corpus exasperat, quia per universa vitia animum subplantat, Paulo adtestante,
1. Tim. 6, 10. Lev. 21, 20. qui ait: *Radix omnium malorum est cupiditas. Ponderosus* est qui turpitudinem non exercet opere, sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine gravatur in mente. Qui nequaquam usque ad opus quidem nefarium rapitur, sed eius animus voluptate luxoriae sine ullo

XXVII. 1 exors *L. M.* 2 saltem *M.* Gippus *M.* 3 in infimis] infirmis *B.* 4 calcatur *B.* hoc] haec *M.* 6 curvum] corvum *B.* Lippus] Lypp- *B.* 8 infirmantes palpebrae *M.* 9 Sunt] Et sunt *M.* 14 adiuvamur *R. L.* 15 quia] qui *B.* arrogantiae *L. B.* sive] seu *M.* 17 peccatorem *e corr. B.* cogitationem] cognitionem *M.* 19 cognitionis] cogitationis *L.* quo] quod *B.* 21 Iugem] vero *add. B. M.* habet] et *add. B.* 22 traitur *B.* luxuria *M.* quia] qua *B.* 23 fervior *B.* 24 Foras] Et foras iam *M.* scabies *deest M.* voluptas *M.* 25 prorurginem *B.* 28 Inpetiginem] quoque *add. B.* 29 dilatur *L.* Inpedigo *L.* 30 quia] qui ad *R. L. B.* avaritiam *R. L. B.* 31 adipiscendam *R. L. B.* et] et et *B.* 32 quia aestuanti] qui astuanti *B.* culpa *deest B.* habundantiam *L,* abundantia *B.* 35 Ponderosus] Herniosus *Vulg.* 36 hac] ac *L.* continuata *R.* gravatus *B.* 37 animum *R. L. B.* voluntate *R. L. B.* luxuriae *M.*

1) *Ex Gregorio M., Regula pastor. I c. 11; Opp. II, 12 sqq.*

repugnationis stimulo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad vires labitur, quae profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus est qui totis cogitationibus ad lasciviam defluens pondus turpitudinis gestat in corde et, quamvis prava non exerceat opere, ab his tamen non evellitur mente nec ad usum boni operis in aperto valet adsurgere, quia gravat hunc in abditis pondus turpe. Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur panes Domino offerre prohibetur, ne profecto diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria devastant. Cum[1] sacerdos non agit bona, quae loquitur, ei etiam sermo subtrahitur, ne loqui audeat quod non operatur, sicut per prophaetam dicitur: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas et adsumis testamentum meum per os tuum?* Ps. 49, 16. Unde et psalmista deprecatur dicens: *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque.* ib. 118, 43. Perpendit namque, quod omnipotens Deus veritatis verbum facientibus tribuit et non facientibus tollit. Qui ergo hoc de ore suo non auferri petiit, quid aliud quam gratiam bonae operationis quaesivit, acsi aperte diceret: 'A bono opere errare me non sinas, ne, dum amitto ordinem bene vivendi, rectitudinem perdam loquendi'? Plerumque doctor, qui docere audet quod neglegit agere, cum desierit bona loqui, quae operari contempsit, docere subiectos incipit prava, quae agit, ut iusto omnipotentis Dei iudicio in bono iam nec linguam habeat qui habere bonam vitam recusat, quatenus, dum mens eius terreno amore intenditur, de terrenis rebus semper loquatur. Unde in evangelio veritas dicit: *Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala.* Matth. 12, 34. 35. Hinc et Iohannes ait: *Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur.* 1. Ioh. 4, 5.

XXVIII. Prosperi de neglegentia sacerdotis, qui doctrinae suae agendo contraria personam non potest implere doctorum.

Recolite[2] ergo, quanta et qualia me audiente atque probante dicere solebatis de administratione pontificis, qui populi sibi commissi cura posthabita ardentius bona praesentia desiderat quam futura et oblitus, quod non solum de se, sed etiam de grege sibi credito rationem pastori pastorum omnium reddat, sua suorumque detrimenta non cogitet. Quem non delinquentium peccata contristant nec proficientium bona laetificant, sed de se tantum, plerumque autem nec de se omnino sollicitus, quid a suis boni malive geratur, ignorat. Qui non praedicat perseverantiam iustis, paenitentiam pravis, contemptum mundi conversis, futuras paenas aversis. Qui non potest dicere contemptoribus ammonitionis suae: 'Futurum cogitate iudicium', quod ipse forte non cogitat; amatoribus mundi: *Nolite diligere mundum,* si eum mundi amor oblectat; ambitiosis: 1. Ioh. 2, 15. 'Ambitioni iam finem inponite', si eum ambitio ruinosa praecipiat; ebriosis: 'Ebrietatem cavete', si se mero usque ad alienationem mentis ingurgitat; sumptuosis dapibus gravidus non potest suis abstinentiam laudare, quam calcat. Vitio cupiditatis addictus cupidis amorem non potest dissuadere pecuniae. Inimicitiarum tenax non valebit animos dissidentium sacerdotali tranquillitate conponere. Iustitiam praedicare iudicibus erubescit, quam ipse personae potentis favore corrumpit, nec defendit oppressos, si personas aut honorat aut despicit et quicquid boni non facit aut mali committit nec iubebit fieri nec vetabit, quia necessariam docendi auctoritatem contrariaetate suae actionis amittit aut minuit.

XXVII. 2 quae] quia *R.* 3 lascivia *L.* 6 valet *B.* quem] qm̄ (= quoniam) *B.* propriae *L.* 7 devastant] devertant *B.* agit] ait *R.* loqui] eloqui *M.* 10 auferas] offeras *B.* 12 bonae] bene *B.* 13 errare] eradi *M.* 17 indendit *M.* 18 abundantia] habundantia *B. M.* os] hos *B.* 19 Hinc et] Hinc *M.* 20 ideo] de mundo sunt ideo *add. B.* locuntur *L.*

XXVIII. 24 populis *L.* commissa *L.* 28 malive] malitiae *B.* gerator *B.* 29 Qui *ras. del. B.* 31 amor] amatur *B.* ambitiosi *B.* 32 ebriosi *B.* 34 addictus] adductus *B.* 36 iuditibus *B.* ipsae *B.* 37 oppraessus *B.* 38 vaetabit *R.*

1) *Ex Gregorio M., Moralia XI c. 15 § 23; Opp. I, 374 sq.* 2) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa I c. 15; Opp. Prosperi append. 13.*

XXVIIII. Isidori de his, qui bene docent et male vivunt. Interdum[1] doctoris vitio etiam ipsa verax doctrina vilescit, et qui non vivit sicut docet ipsam, quam praedicat, veritatem contemptibilem facit. Arcus perversus est lingua magistrorum docentium bene et viventium male, et ideo quasi ex perverso arcu sagittam emittunt, dum suam pravam vitam
cf. 1. Cor. 13, 1. propriae linguae ictu confodiunt. Qui[2] bene docet et male vivit tamquam aes aut cimbalum sonum facit aliis, ipse tamen sibi manet insensualis. Qui bene docet et male vivit, quod docet bene viventibus proficit; quod vero male vivit, se ipsum occidit sicut sacerdos, qui, si digne se agit, ut sacerdotem decet, ministerium eius et ipsi et aliis utile est, indigne autem vivens aliis quidem utilis est loquendo, se autem interficit prave vivendo. Ac per hoc quod in illo mortuum est proprium eius est; quod vero vivit in eo, id est sacrum ministerium, alienum est. Qui bene docet et male vivit, videtur ut cereus, qui aliis bona exponit, lucem praestare, se vero in malis suis consumere atque se extinguere. Qui bene docet et male vivit, videtur bonum malo coniungere, lucem tenebris permiscere, veritatem mendacio mutare.

XXX. Item Isidori de exemplis pravorum sacerdotum. Saepe[3] per quos iustitia docetur, per ipsos peccati morbus inrepit, et mors ad plebes pertransit, scilicet vel dum mala docent vel dum faciunt prava. Plerique sacerdotes et clerici pravae viventes forma caeteris in malum existunt, qui in bonis exemplum esse debuerunt. Hi enim, quoscumque exemplo malae conversationis suae perdunt, de illis rationem sine dubio reddituri sunt. Ex carnalium praepositorum exemplo plerumque fit vita deterior subditorum, et plebis merito fiunt tales sacerdotes, qui exemplo deteriori populum destruant, non aedificent. Ex merito enim plebis nonnumquam episcopi depravantur, quatenus proclivius corruant qui sequuntur. Capite
Is. 1, 5. 6. languescente caetera corporis membra inficiuntur, unde et scriptum est: *Omne caput languidum et omne cor merens, a planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas.* Caput enim languidum doctor est agens peccatum, cuius malum ad corpus pervenit, dum eo vel peccante vel prave docente pestifer languor ad plebes subditas transit. Deteriores sunt qui sive doctrinis sive exemplis vitam moresque bonorum corrumpunt his, qui substantias aliorum praediaque diripiunt. Hi enim ea, quae extra nos, sed tamen quae nostra sunt, auferunt. Corruptores vero morum proprie nos ipsos decipiunt, quoniam divitiae hominum mores eorum sunt. Multum ergo distant damna morum a damnis temporalium rerum, dum ista extra nos sint, mores vero in nobis.

XXXI. Item Isidori de praepositis carnalibus. Providentia[4] plerumque divini consilii ordinantur praepositi mundana et exteriora sectantes, ut, dum temporalibus rebus se totos inpendunt, spiritales tutiorem vitam contemplationis exerceant. Quia durae sunt quiete vivere volentibus sarcinae curarum episcopalium, providet saepe Deus curis deditos saecularibus ad susceptionem reginiinis, ut, dum hi exteriora sine taedio procurant, spiritales rebus interioribus sine inpedimento rerum terrenarum deserviant. Dei ergo ordinem accusat, a quo instituuntur, qui episcopos condemnat, dum minus spiritalia, sed magis terrena sectantur. Ex divina enim tabernaculi dispositione ob iniurias mundi ferendas et turbines quosdam institui

XXVIIII. 2 vitio] vitia *R. L.*, vicia *B.* 5 ictu] hictu *B.* aes] haes *B.* cymbalum *L. B. M.* 8 indigne autem] Ita indigne *M.* 9 prave vivendo] praevivendo *L.* Ac] Hac *B.* 11 bonam *codd.* exponit] ex se potest *M.* 12 atque se] atque *M.* malo] malum *B.*

XXX. 16 male *L.* 17 Hi *deest B.* 21 secuntur *B.* 23 capitis *deest B.* 24 pervenitur *R. L. B.* 25 langor *L.* 28 hominum — eorum] homines mores orum *B.*

XXXI. 33 totus *B.* tuitiorem *R. L. B.* vita *R.* exherceant *B.* dura *R. L. B.* 34 volentium *B.* sarcina *R. L. B.* 37 episcopus *B.* condempnat *B. M.* 38 dispositione] est *add. al. man. M.*

1) *Isidorus, Sentent. III c. 37 § 1. 2; Opp. VI, 325.* 2) *Ib. III c. 37 § 4—7; l. l. VI, 325.* 3) *Ib. III c. 38; l. l. VI, 326.* 4) *Ib. III c. 39; l. l. VI, 326 sq.*

episcopos saecularibus curis insistentes, ut hi, qui interius superna desiderant, nullo terreno obsistente negotio liberius hoc, quod amant, intendant. Non est itaque iudicandus a plebe rector inordinatus, dum magis noverint populi sui fuisse meriti perversi regimen suscepisse pontificis. Nam pro meritis plebium disponitur a Deo vita rectorum. Exemplo David peccant, ad conparationem principum, qui ex merito plebis praevaricantur. Sententia damnantur Cham, filii Noe, qui suorum praepositorum culpas in publico produnt sicut Cham, qui patris pudenda non operuit, sed deridenda monstravit. Habituri sunt Sem meritum et Iafeth, qui reverenter operiunt quae patres suos excessisse cognoscunt, si tamen patrum facta non diligant, sed tantum operiant nec imitentur. Nam sunt qui praepositos suos perverse iudicant, dum terrenis studiis eos plus viderint esse intentos, si vel parum iam ipsi de spiritalibus cognoverint. Rectores ergo iudicandi a Deo sunt, a suis autem subditis nequaquam iudicandi sunt, exemplo Domini, qui per se vendentes columbas et nummulariorum mensas proprio evertit flagello et proiecit a templo vel etiam, sicut dicit, *Deus stetit in sinagoga deorum; in medio autem deos discernit.* Quodsi a fide exorbitaverit rector, tunc erit arguendus a subditis. Pro moribus vero reprobis tolerandus magis quam distringendus a plebe est.

cf. 2. Reg. 24, 10.

cf. Gen. 9, 22.

cf. Marc. 11, 15.

Ps. 81, 1.

XXXII. Prosperi luctuosa discriptio carnaliter viventium sacerdotum. Sed[1] nos praesentibus delectati, dum in hac vita commoda nostra et honores inquirimus, non ut meliores, sed ut ditiores nec ut sanctiores, sed ut honoratiores simus, caeteris praecesse festinamus nec gregem Domini, qui nobis pascendus tuendusque commissus est, sed nostras voluntates, dominationem, divitias et caetera blandimenta, carnaliter cogitamus. Pastores dici volumus nec tamen esse contendimus. Officii nostri vitamus laborem, appetimus dignitatem. Immundorum spirituum feras a grege dilacerando non pellimus et quod eis remanserit ipsi consumimus, quando peccantes divites vel potentes non solum non arguimus, sed etiam veneramur, ne nobis aut munera solita offensi non dirigant aut obsequia desiderata subducant, ac sic muneribus eorum et obsequiis capti, immo per haec illis addicti, loqui eis de peccato suo aut de futuro iudicio formidamus. Et ideo minaciter superbiam nostram divinus sermo contundit, sed noster auditus nihil, unde proficiamus, admittit, quia praesentis vitae capti dulcedine, quae poena neglegentiae nostrae maneat in aeternum, nolumus cogitare. In pastores ergo ista dicuntur, de quorum nobis inani appellatione blandimur: *Haec dicit dominus Deus: Ve pastoribus Israhel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis et lanis operiebamini. Quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit non consolidastis et quod aegrotum non sanastis, quod fractum est non alligastis et quod abiectum non reduxistis, quod perierat non quaesistis; sed cum austeritate imperabatis eis et cum potentia. Et dispersae sunt oves meae, eo quod non esset pastor, et factae sunt in devorationem omnium bestiarum agri.* Et paulo post: *Propterea, pastores, audite verbum Domini: Vivo ego, dicit dominus Deus, quia pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam et oves meae in devorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor — neque enim quaesierunt pastores gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos et gregem meum non pascebant — propterea, pastores, audite verbum Domini: Haec dicit dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem*

Ezech. 34, 2—5.

ib. 34, 7—10.

XXXI. 3 inordinatos *B.* 4 peccant] peccanti *R. L. B,* peccantis *Isid.* 5 principium *L.* damnatur *M.* 7 Habituri] Abituri *L.* sunt *deest B.* reverentem *L.* 12 a] e *M.* 13 dicit] *scil.* psalmista. deos] *ita Vulg.,* deus *codd.* 14 erit *deest B.*

XXXII. 16 descriptio *M.* carnalium *R. B.* 18 honoratiores] oneratiores *L.* oratiores *B.* 19 nec] ne *R.* 24 dirigant] diligant *R.* ac] hac *B.* 25 illis] illicti *B.* adducti *B.* 26 futuro iudicio] iudicio futuro *M.* minatiter *B.* 29 quorum] corum *B.* 30 commedebatis *R.* 32 sanastistis *B.* 33 quaesistis] quisistis *L.* imperabitis *L. M.* 35 agri] a gregi *B.* 36 facte *L.*

1) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa I c. 21; Opp. Prosperi append. 17.*

meum de manu eorum et cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem nec pascant amplius pastores semetipsos. Quis ad haec non intremiscat? Quis ista sine intolerabili metu futurae examinationis accipiat, nisi qui aut non intellegit aut futura non credit? Sed omnia, quae Deus observare voluit, tam aperte posuit et ita sui nominis auctoritate firmavit, ut ea facilius, quod dictu quoque nefas est, contempnamus quam nos non intellegere vel non credere tam aperta et
Ezech. 34, 2. 10. divina fingamus. Quando audimus: *Haec dicit dominus Deus,* quis futura esse non credat, quod
ib. 34, 2. dicit Dominus, nisi qui Deo non credit? Quod autem dicit: *Vae pastoribus,* istud 'vae' pro maledicto poni et pastorum nomine nos significari quis non intellegat, nisi qui futurum non cogitat? Greges Domini pascendos pastores facti suscipimus et nos ipsos pascimus, quando non gregum utilitati prospicimus, sed quod foveat et augeat nostras voluntates attendimus. Lac et lanas ovium Christi, oblationes quotidianas ac decimis fidelium gaudentes accipimus et curam pascendorum gregum ac reficiendorum, a quibus perverso ordine volumus pasci, deponimus. Non sanamus spiritali consilio peccatis infirmum, non sacerdotali ope consolidamus aut reficimus diversis tribulationibus fractum, non ad viam salutis revocamus erroneum, non requirimus sollicitudine pastorali veniae disperatione iam perditum, ad hoc tantum potentes effecti, ut nobis in subiectos dominationem tirannicam vindicemus, ut non afflictos contra violentiam potentum, qui in eos ferarum more seviunt, defendamus. Inde est, quod tam a potentibus huius mundi quam a nobis, quod peius est, nonnulli graviter fatigati depereunt, quos se de manu nostra Dominus requisi-
ib. 34, 10. turum terribiliter comminatur, dicens: *Requiram oves meas de manu pastorum et cessare eos faciam, ut ultra iam non pascant greges meos.* Quod quid est aliud quam: 'Pastores, qui semet-ipsos, non greges meos pascunt, sublimitate suae dignitatis expoliem et inter reprobos, quia honorem suum noluerunt custodire, proiciam'? Horum et his similium consideratione perterritus:
Ps. 54, 6. 7. *Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me peccatorum meorum tenebre. Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo et requiescam?* Et hoc totum, propter quod imperitiae meae ac futuri finis recordatus ingemui et volui sarcina episcopatus mei deposita elongare fugiens et manere in solitudine et ibi expectare Deum, qui salvum me faceret a pusillanimitate mea et ab ipsa intolerabilium mihi sollicitudinum tempestate.

XXXIII. Isidori de iracundis doctoribus. Iracundi[1] doctores per rabiem furoris disciplinae modum ad inmanitatem crudelitatis convertunt et, unde emendare subditos poterant, inde potius vulnerant. Ideo sine mensura ulciscitur culpas praepositus iracundus, quia cor eius dispersum in rerum curis non colligitur in amorem unius deitatis. Mens enim soluta in diversis catena caritatis non adstringitur, sed male laxata, male ad omnem occasionem movetur.

XXXIIII[2]. Gregorii de zelo pastoralis officii erga subditos. Omnis[3] spiritalis zelus doctoris animum frigit, quia valde cruciatur, dum infirmos quosque aeterna deserere

XXXII. 1 faciam eos] eos fatiam *B.* ut] et *L.* 2 intremiscat] contremescat *B*, contremiscat *M.* intollerabile *B.* 4 observari *M.* 5 contemnamus *M.* 6 audivimus *L.* Deus *deest L. B. M.* 8 nomina *B. L.* futurum *B.* 9 pascendo *L.* 10 utilitate *B.* 11 oblationibus *B.* quotidianas] cotidianis *B*, cottidianas *M.* ac] hac *hic et infra B.* decimas *B.* 13 sacerdotale *B.* 14 erraneum *M.* 15 veniae disperatione *desunt B.* desperatione *M.* iam] am *L.* 16 vendicemus *e corr. M.* ut non] non ut *M.* 18 quos] quo *e corr. L.* 19 comminator *B.* 20 quid est] quidem *B.* 21 pascunt *deest M.* expoliem] spoliam *B.* 22 honorem] horem *L*, bonorum *B.* considerationem *L.* 23 tremor] *scil.* psalmista inquit. 24 hoc] oc *B*, est *add. Iul.* 26 Deum] Dominum *B.* 27 pusilla animitate *B.* sollicitudinum tempestate] insolicitudinem et tempestatem *B.*

XXXIII. 29 rabiam *B.*

XXXIIII. 34 Gregorii *deest B.* 35 crutiatur *B.*

1) *Isidorus, Sentent. III c. 40; Opp. VI, 328.* 2) *C. 34 = Taio II c. 36; Risco, l. l. XXXI, 315 sqq. (Migne, l. l. LXXX, 829 sqq.).* 3) *Ex Gregorio M., Homil. in Ezechielem I, 12 § 29; Opp. I, 1304.*

et rebus temporalibus delectari conspicit. Nullum[1] quippe omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animarum, sicut psalmista ait: *Zelus domus tuae comedit me.* Paulus[2] apostolus zelo animarum cruciatus dicebat: *Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror?* Ipsum suum cor, quod animarum zelo succenderat, quid aliud quam quasi sartaginem fecerat, in quo amore virtutum contra vitia ardebat? Quod enim urebatur sartago erat. Inardescebat enim et quoquebat, quia incendebatur amaritudine, sed virtutum alimenta praeparabat ex sua afflicta cogitatione. Quid[3] est, quod Ezechihel propheta sartaginem inter se et civitatem murum ferreum ponit nisi quod isdem fortis zelus, qui nunc in mente doctoris agitur, in die extremi iudicii inter eum et animam, quam a vitiis zelatur, testis est, ut, etsi audire is, qui docetur, noluerit, doctor tamen pro zelo, quod exhibet, de auctoris neglegentia reus non sit? Murum ferreum prophaeta inter se et civitatem ponit, quia in ultionis tempore inde doctor a damnationis periculo munitur, unde nunc per zelum custodiae cordis frixuram patitur. Quantum[4] frixura cordis, quae per spiritalem zelum agitur, omnipotenti Domino placeat, aperte ostenditur, cum offerri per legem simila in sacrificium iubetur. Scriptum quippe est: *In sartagine oleo conspersa frigetur, offeretque eam calidam in odorem suavissimum Domino sacerdos, qui patris iure successerit, et tota cremabitur in altari.* Tunc simila in sartagine frigitur, cum munda mens iusti per zeli sancti ardorem crematur. Quae conspergi oleo praecipitur, id est caritatis misericordia misceri, quae in conspectu omnipotentis Dei ardet et lucet. Conspergatur ergo oleo mens, quae in sartagine frigitur, quia sancti zeli districtio necesse est, ut ex misericordiae virtute et ardeat et clarescat. Amat enim eundem ipsum, quem insequi videtur. Unde et calida in odorem suavissimum Domino offerri praecipitur, quia, si amorem zelus non habet, ea, quae de sartagine offertur, calorem simila amisit. Notandum valde est, quis similam offerre praecipitur, videlicet sacerdos, qui patris iure successerit. Ille enim sacerdos patris iure succedit, qui esse se omnipotentis Domini filium moribus demonstrat atque a nobilitate intima operum suorum ignobilitate non discrepat. Quae in altari tota cremari praecipitur, ut videlicet holochaustum fiat. Simila[5] itaque in sartagine est munda mens iusti in zeli spiritalis afflictione, quae per sollicitudinem animarum frigitur et non solum sacrificium, sed etiam holochaustum Domino esse deputatur. Sumamus igitur sartaginem ferream et ponamus eam murum ferreum inter nos et civitatem, id est, adsumamus zelum fortem, ut inter nos et auditoris nostri animum inveniamus hanc postmodum fortem munitionem. Tunc enim hunc murum ferreum inventuri sumus, si nunc eum fortiter tenemus, videlicet docendo, custodiendo, suadendo, increpando, mulcendo, terrendo aliquando leniter, aliquando vero et severius agendo. De qua severitate per Ezechielem recte subditur: *Et obfirmabis faciem tuam ad eam, et erit in obsidionem.* Quid[6] est obfirmare faciem ad Hierusalem in latere descriptam, nisi ut ei animae, cui caelestis pacis visionem doctor denuntiat, si adhuc eam infirmari in suis actibus conspicit, remissiorem et clementiorem se minime ostendat? Scriptum est: *Filiae tibi sunt? Serva corpus illarum et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* Infirmae quippe animae atque ad appetitum mundi deditae aliquando melius ex

Ps. 68, 10. 2. Cor. 11, 29. cf. Ezech. 4, 3. Lev. 6, 21. 22. Ezech. 4, 3. Eccli. 7, 26.

XXXIIII. 2 domus] dumus *B.* 3 scandalizator *B.* 4 uror] huror *B.* 6 quoquebat] *ita R. B,* coquebat *L,* coquebatur *M.* 7 inter] intra *B.* 8 idem *e corr. R.* 9 extremis *B.* animum *B.* zelatus *R. L. B.* is] his *B.* 10 quod] quem *M.* auctoris] auditoris *M.* 11 in *deest B.* 12 per *deest B.* 13 Domino] Deo *M.* 15 consparsa *L.* 17 misericordiae *B.* 18 oleo mens] mens oleo *M.* 21 de] in *B.* 22 quis] qui *M.* offerre] *ita M,* offerri *cett.* 23 qui] quis *L.* 25 holocaustum *L. B. M (et ita infra).* 29 hanc] hunc *M.* 31 aliquando leniter *desunt B.* 32 Ezechihelem *L.* 33 tuam ad — faciem *desunt B.* 34 Hyerusalem *B.* 35 actibus] hactibus *B.* 37 ad illas] ab illas *L.* atque ad] atque *B.*

1) *Ex Gregorio M., Homil. in Ezechielem I, 12 § 30; Opp. I, 1304.* 2) *Ib. I, 12 § 29; l. l. I, 1304.* 3) *Ib. I, 12 § 30; l. l. I, 1304.* 4) *Ib. I, 12 § 30; l. l. I, 1304 sq.* 5) *Ib.; l. l. I, 1305 sq.* 6) *Ib. I, 12 § 31; l. l. I, 1306.*

severitate servantur, ut *obfirmata facies*, id est per severitatis custodiam ab omni spe fribulae remissionis obducta, inconstantem animam terreat atque a delectatione vitiorum districtionis vigore constringat. Quod cum a doctore agitur, semper necesse est, ut dulcedo et humilitas in corde teneatur, quatenus et multum amet et numquam contra eum per elationem superbiat, cui tamen amorem suum et humilitatem pro utilitate eius prodere recusat. Circumdat[1] doctor auditoris animam, cum in omne, quod in hac vita agitur, temptationum laqueos adponi posse denuntiat, ut, dum ubique fit mens pavida, ubique circumspecta, quanto timidior, tanto vigilantior vivat. Ipse[2] namque zelus rectitudinis, dum inquietudine mentem agitat, eius mox aciem obscurat, ut altiora in commotione non videat, quae bene prius tranquilla cernebat. Sed inde subtilius ad alta reducitur, unde ad tempus, ne videat, reverberatur. Nam ipsa recti emulatio aeterna post paululum in tranquillitate largius aperit quae hic interim per commotionem claudit et, unde mens turbatur, ne videat, inde proficit, ut ad videndum verius claresca t, sicut infirmanti oculo, cum collirium mittitur, lux penitus negatur, sed inde eam post paululum veraciter recipit, unde hanc ad tempus salubriter amittit. Numquam vero commotioni contemplatio iungitur nec praevalet mens perturbata conspicere, ad quod vix tranquilla valet inhiare, quia nec solis radius cernitur, cum commotae nubes caeli faciem obducunt, nec turbatus fons respicientis imaginem reddit, quam tranquillus propriam ostendit, quia, quo eius unda palpitat, eo in se speciem similitudinis obscurat. Cum[3] per zelum animus movetur, curandum summopere est, ne haec eadem, quae instrumento virtutis adsumitur, menti ira dominetur nec quasi domina praeeat, sed velut ancilla ad obsequium parata a rationis tergo numquam recedat. Tunc enim robustius contra vitia erigitur, cum subdita rationi famulatur. Quantumlibet ira ex zelo rectitudinis surgat, inmoderatam mentem dilacerat; rationi protinus servire contempnit. Et tanto se inpudentius dilatat, quanto inpatientiae vitium virtutem putat. Necesse est, ut hoc ante omnia qui zelo rectitudinis movetur adtendat, ne ira extra mentis dominium transeat, sed in ultione peccati tempus modumque considerans surgentis animi perturbationem subtilius retractando restringat, animositatem reprimat et motus fervidos sub aequitate disponat, ut eo fiat iustior ultor alienus, quo prius extitit victor suus. Qui zelo rectitudinis movetur sic culpas delinquentium corrigat, ut ante ipse, qui corrigit, per patientiam crescat, ut fervorem suum transcendendo diiudicet, ne intemperanter excitatus ipso zelo rectitudinis longe a rectitudine oberret.

XXXV. Prosperi, quod sacerdotes nihil proprium habeant et ecclesiae facultates tamquam communes, utpote Deo rationem reddituri sint. Expedit[4] facultates ecclesiae possideri et proprias perfectionis amore contemni. Non enim propriae sunt, sed communes ecclesiae facultates, et ideo quisquis omnibus, quae habuit, dimissis aut venditis fit rei suae contemptor, cum praepositus fuerit factus ecclesiae,

XXXIIII. 1 fribulae] *ita R, fribule L. B, frivolae M.* 2 animam] aninimam *R.* 4 ament *B.* 5 amorem] amortem *B.* 6 animum *B.* adponi] opponi *M.* 7 ubique] hubique *B.* 8 inquietudinem *B.* aciem] atiem *B.* 11 paululum] paulum *M.* apperit *R.* commotionem] communionem *L*, commotitionem *B.* claudit] cladit *B.* 14 vero *deest B.* 17 propria *B.* quo eius] quotiens *M.* eo *deest R. L. M.* 18 Cum] Sed cum *B.* 19 adsumitur] assumitur *e corr. R.* nec] ne *L.* 21 Quantulibet *B.* 22 protenus *B.* contemnit *M.* 23 vitium] vitiorum *R. L. B.* qui] qua *L.* zelo] caelo *B.* 24 mentes *B.* 26 motus fervidos] modus fervidus *B.* 27 exstitit *L*, extetit *B.* 28 corrigat *B.* 29 excitatur *B.*

XXXV. 31 utpote] utpute *R*, de quibus *add. M.* 32 sunt *M.* 33 contempni *B.* 34 contemtor *L.* prepositis *B.*

1) *Ex Gregorio M., Homil. in Ezechielem I, 12 § 32; Opp. I, 1306.* 2) *Ex Gregorio M., Moralia V c. 45 § 82; Opp. I, 177 sq.* 3) *Ib. V c. 45 § 83; l. l. I, 178.* 4) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 9; Opp. Prosperi append. 32.*

omnium, quae habet ecclesia, efficitur dispensator. Denique sanctus Paulinus, ut ipsi melius nostis, ingentia praedia, quae fuerunt sua, vendita pauperibus erogavit, sed, cum postea factus esset episcopus, non contempsit ecclesiae facultates, sed fidelissime dispensavit. Quo facto satis ostendit et propria debere ex perfectione contempni et sine impedimento perfectionis posse ecclesiae facultates, quae sunt profecto communia, possidere. Quid sanctus Hilarius? Nonne et ipse omnia sua aut parentibus reliquid aut vendita pauperibus erogavit? His tamen, cum merito perfectionis suae fieret ecclesiae Arelatensis episcopus, quod illa tunc habebat ecclesia non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hereditatibus ampliavit. Isti ergo tam sancti tamque perfecti pontifices factis evidentibus clamant posse et debere fieri quod fecerunt. Qui utique homines tam secularium quam divinarum litterarum sine ambiguitate doctissimi, si scirent res ecclesiae debere contemni, numquam eas haberent, qui omnia sua reliquerant. Unde datur intellegi, quod tanti ac tales viri, qui volentes fieri Christi discipuli renuntiaverunt omnibus, quae habebant, non ut possessores, sed ut procuratores facultates ecclesiae possidebant et idcirco, scientes nihil aliud esse res ecclesiae nisi vota fidelium, praetia peccatorum et patrimonia pauperum, non eas vindicaverunt in usus suos ut proprias, sed ut commendatas pauperibus diviserunt. Hoc est possidendo contemnere, non sibi, sed aliis possidere nec habendi cupiditate ecclesiae facultates ambire, sed eas pietate subveniendi suscipere — quod habet ecclesia cum omnibus nihil habentibus habet commune — nec aliquid inde eis, qui sibi de suo sufficiunt, erogare, quando nihil aliud sit habentibus dare quam perdere.

XXXVI. Esidori de disciplina sacerdotum in his, qui delinquunt. Sacerdotes[1] pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiant aut peccantes non arguant, testante Domino ad prophaetam: *Speculatorem dedi te domui Israhel.* Ezech. 33, 7. 8. *Si non fueris locutus, ut se custodiat impius a via sua, ille in iniquitate sua morietur; sanguinem vero eius de manu tua requiram.* Sic enim Heli sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus est cf. 1. Reg. 2, 23 sqq. et licet eos delinquentes admonuit, sed tamen non, ut oportebat, redarguit. Sacerdotes exquirere debent peccata populorum et sagaci sollicitudine unumquemque probare iuxta testimonium Domini ad Hieremiam loquentis: *Probatorem,* inquid, *dedi te in populo meo robustum, et scies et* Ierem. 6, 27. *probabis vias eorum.* Sacerdotes studio corrigendi facta perscrutari debent subiectorum, ut emendatos lucrifacere possint. Sicut autem peccatorem convenit argui, ita iustum non exulcerari. Sacerdotes curam debent habere de his, qui pereunt, ut eorum redargutione aut corrigantur a peccatis aut, si incorrigibiles existunt, ab ecclesia separentur. Atrociter arguuntur qui decipiendo peccantes non solum, quia non arguunt pro peccato, sed etiam adulanter decipiunt, dicente propheta: *Et erunt qui beatificant populum istum, seducentes et qui beatificantur praecipitati.* Is. 9, 16. Atrociter iterum arguuntur qui peccantem non recipiunt, sed dispiciunt et spernunt nec alterius delictum tamquam proprium ingemescunt. De talibus per Isaiam Dominus comminans dicit: *Qui* ib. 65, 5. *dicunt: Recede a me, non adpropinques mihi, quia immundus es, isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.* Inde est quod et apostolus omnibus omnia factus est non imitatione cf. 1. Cor. 9, 22.

XXXV. 3 despansavit *B.* 4 contemni *B. M.* 5 communia] *ita codd.* 6 His] *ita R,* Is *L. M,* Iis *B.* 7 ecclesia] ecclesiae *B.* 8 Iste *B.* 11 contempni *L. B.* 12 ac] hac *B.* 15 venditaverunt *B. M. (e corr.).* 16 contempnere *L. B.* habente *B.* cupiditatem *R. L. B.* 18 inde] in *B.* erogare] errogare *B,* debet erogare *Iul.*

XXXVI. 20 Isidori *L. B. M.* delinquunt *B.* 21 pro *deest M.* aut] ut *B.* 24 Heli] illi *B.* dampnatus *B.* 26 sagati solitudine *B.* 27 Hyeremiam *hic et infra B.* loquentes *B.* scies] sies *B.* 28 perscrutare *B.* emendatos] aemundatos *B.* 30 eorum] eius *R. B.* 31 incorrigibiles] incorrectibiles *B.* 32 adulanter] adholanter *B.* 34 despiciunt *L. M.* 35 ingemiscunt *L. M.* Esaiam *L. M.* 37 imitationis *B.*

1) *Isidorus, Sentent. III c. 46; Opp. VI, 333 sqq.*

erroris, sed conpassionis miseratione, scilicet ut ita vitia aliena fleret, quemadmodum si tali et ipse implicaretur errore. Boni pastores populi debent delicta deflere et totos se planctibus tra-
Ierem. 9, 1. dere, imitantes Hieremiam prophaetam dicentem: *Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum? Et plorabo die ac nocte interfectos populi mei.* Tamquam propria igitur delicta plebis peccata sacerdos flere debet, sed affectu conpatiendi, non actione commissi. Nonnulli praesules gregis quosdam pro peccato a communione eiciunt, ut peniteant, sed, quali sorte vivere debeant, ad melius exhortando non visitant. Quibus congrue increpans sermo divinus
Ib. 23, 2. comminatur: *Pastores, qui pascunt populum meum, vos dispersistis gregem meum, eiecistis et non visitastis eos. Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum.* Bonorum studia sacerdotum multa diligentia etiam parva plebium facta perquirunt, ut, dum in minimis subditorum peccatis se acerrimos prestant, maiores malos cautos sibi subditosque ac sollicitos faciant. Sicut medici morbos inminentes curandos suscipiunt, futuros vero, ne inripiant, medicinae obiectu quadam praescientia antecedunt, ita et doctores boni sic ea, quae male acta sunt, resecant, ut ea, quae admitti possunt, ne perpetrentur, doctrina succurrente praeveniant. Qui blando verbo castigatus non corrigitur acrius necesse est arguatur. Cum dolore enim abscidenda sunt quae leniter sanari non possunt. Qui ammonitus secretim corrigi de peccato neglegit publice arguendus est, ut vulnus, quod occultae sanari nescit, manifeste debeat emendari. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Palam enim sunt arguendi qui palam nocent, ut, dum aperta obiurgatione sanantur, hi, qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Dum unus corripitur, plurimi emendantur. Necesse est enim, ut pro multorum salvatione unus condemnetur quam pro unius licentia multi periclitentur. Ita erga delinquentem sermo est proferendus, sicut eius, qui corripitur, expostulat salus. Quodsi opus est aliquam medicamenti salutem verbo increpationis aspergere, lenitatem tamen corde opus est retinere. Doctores nonnumquam duris feriunt increpationibus subditos, qui tamen a caritate eorum, quos corripiunt, non recedunt. Saepe ecclesiae censura arrogantibus videtur esse superbia, et quod a bonis pie fit crudeliter fieri putatur a pravis, quia non discernunt recto oculo quod a bonis recto fit animo. Notandum ab omni pontifice vehementer, ut tanto cautius erga commissos agat, quanto durius a Christo iudicari
Marc. 4, 24. formidat. Nam, sicut scriptum est, *in qua mensura mensi fueritis remietur vobis.* Cotidie namque omnes delinquimus et in multis erroribus labimur. Qui enim in nostris delictis clementes sumus, in alieno peccato rigorem tenere nequaquam debemus. Multi aliorum vitia cernunt, sua non aspiciunt et, cum ipsi maximis criminibus obnoxii teneantur, minora peccata fratribus non
cf. Luc. 6, 42. dimittunt. Hypochritae trabem in oculo suo consistentem non sentiunt et herentem festucam in lumine fratris intendunt. Facilius reprehendimus vitia aliena quam nostra. Nam saepe quae perversa in aliis iudicamus in nobis nocibilia esse minus sentimus et quod in aliis reprehendimus agere ipsi non erubescimus. Facilius vitia uniuscuiusque quam virtutes intendimus nec quid boni quisque gesserit agnoscere, sed quid male gerit perscrutamur.

XXXVII[1]. Gregorii de conlata episcopis potestate ligandi atque solvendi. Praedicatores[2] sancti, qui districtum Dei iudicium metuunt, animarum

XXXVI. 3 imitantes] imittentes *B.* 6 qualis *B.* 7 debent *B.* exortanda *B*, exortando *M.* 10 parva] prava *L.* 11 maiores malos] de maioribus malis *Isid.* malos] in malo *M.* subditosque ac] subditosquae hac *B.* 12 curandus *B.* inripiant] inrepant *M.* 14 admitti] *ita M*, ammitti *R*, amitti *L. B.* doctrina] sua *add. B.* 18 correptione *M.* 20 est *deest B.* condempnetur *B.* 21 licentiam *M.* erga] ergo ad *L.* eius *deest B.* 25 ecclesiae] ecclae *R.* 27 pontifice] potentifice *L.* 28 remetietur *M.* 31 obnoxiis *B.* 32 Hypochritae] *ita R*, Hypocritae(e) *cett.*

XXXVII. 37 Gregorius *L. B.*

1) *C. 37 = Taio II c. 38; Risco, l. l. XXXI, 322 sqq. (Migne, l. l. LXXX, 834 sq.).*
2) *Ex Gregorio M., Homil. in evang. II, 26 § 4; Opp. I, 1555.*

iudices fiunt et alios damnant et liberant, qui semetipsos damnari metuebant. Horum[1] profecto nunc in ecclesia episcopi locum tenent; solvendi atque ligandi auctoritatem suscipiunt qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor pontificalis, sed grave pondus istius est honoris. Durum quippe est, ut qui nescit tenere moderamina vitae suae iudex vitae fiat alienae. Plerumque contingit, ut ipse iudicii locum teneat, cui ad locum vita minime concordat; et saepe agitur, ut vel damnet inmeritos vel ipse alios ligatus solvat. Saepe in solvendis ac ligandis subditis suae voluptatis motus, non autem causarum merita sequitur. Unde fit, ut ipsa et ligandi ac solvendi potestate se privet qui hanc pro suis voluptatibus et non pro subiectorum meritis exercet. Saepe fit, ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur pastor. Iudicare autem digne de subditis nequeunt qui in subditorum causis sua vel odia vel gratiam sequuntur. Unde recte per prophaetam dicitur: *Mortificabant animas, quae non moriuntur, et vivificabant animas, quae non vivunt.* Non morientem quippe mortificat qui iustum damnat et non victurum vivificare nititur qui reum a supplicio absolvere conatur. Deus[2] omnipotens, ut nos a praecipitante sententiae prolatione conpesceret, cum omnia nuda et aperta sunt oculis eius, mala tamen Sodomae noluit audita iudicare, qui ait: *Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam.* Omnipotens itaque Dominus et omnia sciens cur ante probationem quasi dubitat, nisi ut gravitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante praesumamus credere quam probare? Quid[3] hoc exemplo nisi nos admonemur, ne ad proferendam sententiam umquam praecipites esse debeamus, ne temere indiscussa iudicemus, ne quaelibet mala audita nos moveant, ne passim dicta sine probatione credamus? Causae[4] videlicet pensandae sunt, et tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum, quae culpa aut quae sit paenitentia secuta post culpam, ut, quos omnipotens Deus per conpunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Tunc vera est absolutio praesidentis, cum interni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat, quae videlicet demonstrat, quia prius mortuum Dominus vocavit et vivificavit dicens: *Lazare, veni foras,* et postmodum is, qui vivus egressus fuerat, a discipulis est solutus, sicut scriptum est: *Cumque egressus esset qui fuerat ligatus institis, tunc dixit discipulis suis: Solvite eum et sinite abire,* scilicet[5] ut pastores ecclesiae ei paenam debeant amovere, quam meruit qui non erubuit confiteri quod fecit. Sub[6] magno moderamine pastores ecclesiae vel solvere studeant vel ligare. Sed utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is, qui subest et cum iniuste forsitan ligatur, obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor quisque vel absolvere indiscrete timeat vel ligare. Is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat iuste vel iniuste nec pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne, etsi iniuste ligatus est, ex ipsa tumidae reprehensionis superbia culpa, quae non erat, fiat.

cf. Matth. 16, 19.

Ezech. 13, 19.

Gen. 18, 21.

Ioh. 11, 43.

ib. 11, 44.

XXXVIII[7]. Gregorii de episcopis, qui pro ordinatione sacerdotii munera libenter accipiunt. Nonnulli[8] episcoporum donum accepti Spiritus

XXXVII. 1 dampnant *B.* dampnare metuunt *e corr. B.* 4 vitae fiat] fiat vitae *M.* 5 vita] vitae *R. B,* vite *L.* 6 ipse alios] alios ipse *B. M.* ligatos *B.* ac] hac *B.* 7 et *deest M.* ac] et *B.* 10 odia] hodia *B.* gratia *B.* secuntur *L. B.* 12 dampnat *B.* 13 praecipitatae *M.* 14 sunt] sint *M.* 16 probatione *R.* 18 proferandam *B.* 21 exercenda] unde rectae per prophetam dicitur *add. B (cf. supra l. 10 sq.).* 26 a] ad *B.* 28 ammovere *R.* quam] quem *B.* confiteri] conferi *B.* 30 iuste] iuxte *B.* is] his *B.* 31 iniuste] iustae *B.* 32 ligari] ligare *B.* 33 ex ipsa] et ipsa *R,* et ipsi *L,* et ipse *B.*

XXXVIII. 35 Gregorii] Gr̄ *R. L,* Gregorius *B.* sacerdotum *B.*

1) *Ex Gregorio M., Homil. in evang. II, 26 § 5; Opp. I, 1555.* 2) *Ex Gregorio M., Moralia XIX c. 25 § 46; l. l. I, 628.* 3) *Ibidem.* 4) *Ex Gregorio M., Homil. in evang. II, 26 § 6; l. l. I, 1555 sq.* 5) *Ib.; l. l. I, 1556.* 6) *Ibidem.* 7) *C. 38 = Taio II c. 40; Risco, l. l. XXXI, 329 sq. (Migne, l. l. LXXX, 839 sq.).* 8) *Ex Gregorio M., Homil. in evang. I, 4 § 4; Opp. I, 1449.*

in usum solent negotiationis inflectere et miraculorum signa ad avaritiae obsequium declinare. Hinc est enim, quod Simon, per inpositionem manus aedita miracula concupiscens, percipere donum Spiritus pecunia voluit, scilicet ut deterius venderet quod male comparasset. Redemptor noster flagello de resticulis facto de templo turbas eiecit, cathedras vendentium columbas evertit. Columbas quippe vendere est inpositionem manus, qua Spiritus sanctus accipitur, non ad vitae meritum, sed ad praemium dare. Sunt nonnulli, qui nummorum quidem praemia ex ordinatione non accipiunt et tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur atque de largitate eandem laudis solummodo retributionem quaerunt. Hi nimirum quod gratis acceptum est gratis non tribuunt, quia de inpenso officio sanctitatis nummum favoris expetunt. Cum iustum virum describeret Isaias prophaeta, ait: *Qui excutit manus suas ab omni munere.* Neque enim dicit: 'Qui excutit manus suas a munere', sed adiunxit, 'ab omni', quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud manus a lingua. Munus ab obsequio est subiectio indebite inpensa, munus a manu pecunia, munus a lingua favor. Qui ergo sacros ordines tribuit tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non solum ullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit. Plerumque[1] fit, ut quisque eorum vel bona corporalia ab hominibus accipere contempnat, sed, quia haec non accipit, maiores ab eis recipere laudes quaerat, et fortasse munus se accepisse non aestimat qui bona corporalia accipere recusat. Sicut scriptum est superius, aliquando munus a manu, aliquando vero ab ore porrigitur. Nam qui nummum tribuit munus ex manu dedit, qui autem verbum laudis inpendit munus ab ore protulit. Plerumque sacerdos, etsi exteriora dona, quae terrenae forsitan necessitati congruunt, pro inpositione manuum accipere recusat; plus est quod sibi retribui appetit, cum ultra meritum laudari desiderans munus ab ore quaerit.

cf. Act. 8, 18 sq.
cf. Matth. 21, 12.
Marc. 11, 15.
Ioh. 2, 15.
Is. 33, 15.

INCIPIUNT CANONES[2].

XXXVIIII. Ex Niceno concilio t. III. de subintroductis mulieribus. Interdixit[3] per omnia magna synodus non episcopo, non praesbitero, non diacono nec alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte matrem aut sororem aut amitam vel eas tantum personas, quae suspitiones effugiunt.

XL. Item in eodem concilio capitulo XVII. de clericis usuras accipientibus. De[4] clericis usuras accipientibus, quoniam multi sub regula constituti avaritiam et turpia lucra sectantur oblitique divinae scripturae dicentis: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram,* mutuum dantes centesimos exigunt, iuste censuit sancta et magna synodus, ut, si quis inventus fuerit post hanc difinitionem usuras accipiens aut ex adinventione aliqua vel quolibet modo negotium transigens aut hemiolia, id est sescupla, exigens vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiciatur a clero et alienus existat a regula.

Ps. 14, 5.

XXXVIII. 2 Symon *B.* aedita] *ita R,* edita *cett.* 6 dari *R. L. B.* Sunt] Sed sunt *B.* 7 eadem *M.* 8 solummodo] solo modo *B.* 9 inpenso] inpendioso *R.* numum *hic et infra B.* 10 Esaias *L. B. M.* 11 adiunexit *L. B.* 12 obsequium *B.* 14 ullam] nullam *B. M.* 15 eorum *deest R.* hominibus] omnibus *R. L. B.* 16 contemnat *M.* accepit *B.* 17 qui] quia *M.* Sicut] Sed sicut *M.* 20 pro] per *B.*

23. 24. Incipiunt — mulieribus] *ita R,* Incipit canũ in Niceno concul *(sic!)* de subintroductis mulieribus t. III. *L,* Incipit canon ex Niceno concilio de subintroductis mulieribus *B,* Incipit canon ex Niceno concilio de introductis mulieribus *M.*

XL. 28 XL *deest B.* Item *deest L. B. M.* XVII.] XVIII. *B,* XIIII. *M.* 30 sectantur] sectantes *B.* 31 centesimas *M.* 32 ex adinventione] ex inventione *e corr. R,* adexinventione *cett.* 33 hemiolia] emilia *L,* emiolia *M.*

1) *Ex Gregorio M., Moralia XII c. 54 § 62; l. l. I, 416.* 2) *Allegantur secundum collectionem q. d. Dionysio-Hadrianam.* 3) *Concil. Nicenum c. 3; Mansi II, 679 (Pithoeus, Codex canonum vetus ecclesiae Romanae, Lutetiae Parisiorum 1609, p. 2).* 4) *Ib. c. 17; l. l. II, 682 (P. p. 9).*

XLI. Item de privilegiis praesbiterorum, t. XVIII. Pervenit[1] ad sanctum magnumque concilium, quod in quibusdam locis et civitatibus praesbiteris gratiam sacrae communionis diaconi porrigant, quod nec regula nec consuetudo tradidit, ut ab his, qui potestatem non habent offerendi, illi, qui offerunt, Christi corpus accipiant. Necnon et illud innotuit, quod quidam diaconi ante episcopos sacra oblata contingant. Haec igitur omnia resecentur et in sua diaconi mensura permaneant scientes, quod episcoporum quidem ministri sint, inferiores autem praesbiteris habeantur. Per ordinem ergo post praesbiteros gratiam sacrae communionis accipiant, aut episcopo eis aut praesbitero porrigente. Sed nec sedere in medio praesbiterorum diaconis liceat, quia, si hoc fiat, praeter regulam et ordinem probatur existere. Si quis autem etiam post has difinitiones oboedire noluerit, a ministerio cessare debebit.

XLII. De excommunicatis, in eodem concilio t. V. De[2] his, qui communione privantur, seu ex clero seu ex laico ordine, ab episcopis per unamquamque provintiam, sententia regularis obtineat, ut hi, qui abiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne pusillanimitate aut contentione vel alio quolibet episcopi vitio videatur a congregatione seclusus. Ut hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit annis singulis per unamquamque provintiam bis in anno concilia caelebrari, ut communiter omnibus simul episcopis congregatis provintiae discutiantur huiusmodi quaestiones, et sic qui suo peccaverunt evidenter episcopo excommunicati rationabiliter ab omnibus extimentur, usquequo vel in communi vel episcopo placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam. Concilia vero caelebrentur unum quidem ante quadragesimam Paschae, ut omni dissensione sublata munus offeratur Deo purissimum, secundum vero circa tempus autumni.

XLIII. Item in eodem concilio, quod non oporteat demigrari, t. XV. Propter[3] multam perturbationem et seditiones, quae fiunt, placuit consuetudinem omnimodis amputari, quae praeter regulam in quibusdam partibus videtur ammissa, ita ut de civitate ad civitatem non episcopus, non praesbiter, non diaconus transferatur. Si quis autem post difinitionem sancti et magni concilii tale quid agere temptaverit et se huiuscemodi negotio manciparit, hoc factum prorsus in inritum ducatur, et restituatur eclesiae, cuius fuit episcopus aut praesbiter aut diaconus ordinatus.

XLIIII. In concilio Calcedonensi non transmigrandum de civitate in civitatem, t. V. De[4] his, qui transmigrant de civitate in civitatem, episcopis aut clericis, placuit, ut canones, qui de hac re a sanctis patribus statuti sunt, habeant propriam firmitatem.

XLI. 1 t. XVIII. *desunt M.* 2 sacrae] sanctae *R.* 4 accipiunt *B.* 7 praesbiteros] p̃rbum *M.* 10 difinitionis *B.* oboedire] hoboedire *B.* debebit] debet *B.*

XLII. 11 t. (= titulo)] *ita hic et infra semper R. L. B,* cap. (= capitulo) *semper M, nisi aliud adnotatur.* 13 hi] hii *L.* 14 pusillanimitatem *B.* alio] a *L.* quodlibet *B.* 15 decentius] attentius *M.* unumquamque *B.* 16 provincias *B.* 17 evidenter] et videnter *B.* excommunicanti *M.* 18 extimentur] aestimentur *B. M.* commune *M.* 19 quadragesima *R. L.* 20 dissentione *B.*

XLIII. 22 demigrare *M.* 23 XV] XVI *M.* perturbationem] turbationem *M.* quae] quem *B.* 24 ammissa] amissa *B,* admissa *M.* 25 tranferatur *M.* 26 definitionem *L. B.* negotia *L.* 27 in *deest M.* inritum] hyrritum *B,* irritum *M.* cuius] cui *M.* 28 ordinatos *B.*

XLIIII. 29 Calchedonensis *L,* Calchedonensi *B.* 30 V] II *M.* episcopus *B.*

1) *Concil. Nicenum c. 18; Mansi II, 682 (P. p. 9).* 2) *Ib. c. 5; l. l. II, 679 (P. p. 3).* 3) *Ib. c. 15; l. l. II, 681 (P. p. 8).* 4) *Concil. Chalcedonense c. 5; Mansi VII, 375 (P. p. 123).*

XLV. In concilio Niceno de his, qui in ecclesiis, in quibus provecti sunt, minime perdurarunt, t. XVI. Quicumque[1] temere ac periculose neque timorem Dei prae oculis habentes nec agnoscentes ecclesiasticam regulam discedunt ab ecclesia, praesbiteri aut diaconi vel quicumque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debent in aliam ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas parrochias revertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communione privari. Si quis autem ad alium pertinentem audacter invadere et in sua ecclesia ordinare temptaverit, non consentiente episcopo, a quo discessit his, qui regulae mancipatur, ordinatio huiuscemodi irrita comprobetur.

XLVI. Item in eodem concilio de flectendo genu, t. XX. Quoniam[2] sunt quidam in die dominico genu flectentes et in diebus Pentecostes, ut omnia in universis locis consonanter observentur, placuit sancto concilio stantes Domino vota persolvere.

XLVII. In Antioceno concilio de damnatis et ministrare temptantibus, t. IIII. Si[3] quis episcopus damnatus a synodo vel praesbiter aut diaconus a suo episcopo ausi fuerint de ministerio sacro contingere, sive episcopus iuxta praecedentem consuaetudinem sive praesbiter aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis, sed et communicantes ei omnes abici de ecclesia et maxime si, posteaquam didicerint adversum memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare temptaverint.

XLVIII. In Africano concilio de clericis damnatis, t. XXVIIII. Et[4] illud petendum, ut statuere dignetur, ut, si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum sive ab ecclesiis, quibus praefuit, sive a quolibet homine defensari, interposita poena damni, pecuniae atque honoris, quo nec aetatem nec sexum excusandum esse praecipiant.

XLVIIII. In Antioceno concilio de peregrinorum susceptione, t. VII. Nullus[5] peregrinorum sine pacificis, id est commendaticiis, suscipiatur epistolis.

L. In Calcedonensi concilio, quod non liceat clerico in duarum civitatum ecclesiis ministrare, t. X. Non[6] licere clericum in duarum civitatum conscribi simul ecclesiis, et in qua initio ordinatus est et ad quam confugit quasi ad potiorem ob inanis gloriae cupiditatem; hoc autem facientes revocari debere ad suam ecclesiam, in qua primitus ordinati sunt, et ibi tantummodo ministrare. Si vero iam quis translatus est ex alia in aliam ecclesiam, prioris ecclesiae vel martiriorum, quae sub ea sunt, aut pthotiorum

XLV. 1 Neceno *B.* 2 perdurantur *B*, perduraverunt *M.* t. XVI] cap. XVII *M.* ac] hac *B.* 3 nec agnoscentes] *desunt L*, nec cognoscentes *M.* discedunt *deest B.* 5 eclesiae *R.* 6 oporte *B.* 8 his] is *e corr. M.*

XLVI. 9 XX] XV *B.* Quoniam] Quo *B.* 10 dominico] Domino *L.* 11 consonantur *B.*

XLVII. 12 Antiocheno *hic et infra M.* 13 t. *deest B.* dampnatus *B.* 14 fuerint] aliquid *add. Dion. Exig.* 16 sed et] sed *R. L*, sed ut *M.* ei] *ita Dion. Exig.*, et *R. L. B, deest M.*

XLVIII. 19 Affricano *M.* 20 dignetur] sanctitas vestra *add. M.* iudicitio *L.* 21 dampnatus *B.* 22 hominine *L.* 23 sexum] xexum *B.* excussandum *L.*

XLVIIII. 24 Antiocheno *B.*

L. 26 Calcedonensis *B.* 28 qua] ab *add. B.* confugi *B.* 29 potiorem] poinorum *B.* 30 quis] *ita M*, qui *R. L. B.* 31 pthotiorum] *ita R. L*, thotiorum *B*, ptochiorum *M*, ptochodochiorum *Dion. Exig.*

1) *Concil. Nicenum c. 16; Mansi II, 682 (P. p. 8).* 2) *Ib. c. 20; l. l. II, 684 (P. p. 10).* 3) *Concil. Antiochenum c. 4; Mansi II, 1322 (P. p. 57).* 4) *Concil. Africanum c. 29; Mansi III, 767 (P. p. 228).* 5) *Concil. Antiochenum c. 7; Mansi II, 1323 (P. p. 59).* 6) *Concil. Chalcedonense c. 10; Mansi VII, 376 (P. p. 125).*

aut xenodociorum rebus in nullo communicet. Eos vero, qui ausi fuerint, post definitionem magnae et universalis huius synodi quicquam ex his, quae sunt prohibita, perpetrare, decrevit sancta synodus a proprio huiusmodi gradu recedere.

LI. Item in eodem, quod non oporteat peregrinos clericos sine commendaticiis ministrare, t. XIII. Peregrinos[1] clericos et lectores in alia civitate praeter commendatitias litteras sui episcopi nusquam poenitus ministrare debere.

LII. In Laodicensi concilio, quod non sine litteris sacro ministerio servientes proficisci debeant, t. XLI. Quod[2] non oporteat sacerdotem vel clericum sine litteris proficisci canonicis.

LIII. In concilio Sardicensi de clericis a communione summotis, ab alio non recipiendis episcopo, t. XVI. Osius[3] episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placet, ut sive diaconus sive praesbiter sive quis clericorum ab episcopo suo communione fuerit privatus et ad alterum perrexerit episcopum, et scierit ille, ad quem confugit, eum ab episcopo suo fuisse abiectum, non oportet, ut ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se convocatis episcopis causas esse dicturum. Universi dixerunt: Hoc statutum et pacem servabit et concordiam custodiet.

LIIII. In Cartaginensi concilio, si quis excommunicatus ante audientiam communicare praesumpserit, ipse in se damnationem protulit, t. XXVIIII. Item[4] placuit universo concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive episcopus sive quilibet clericus, et tempore excommunicationis suae ante audientiam communionem praesumpserit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam.

LV. In concilio Sardicensi de non sollicitandis clericis alienis, t. XVIII. Ianuarius[5] episcopus dixit: Illud quoque statuat sanctitas vestra, ut nulli episcopo liceat alterius episcopi civitatis ministrum ecclesiasticum sollicitare et in suis parrochiis ordinare. Universi dixerunt: Placet, quia ex his contentionibus solet nasci discordia; et ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

LVI. In concilio Africano de his, qui semel legerint in ecclesia, ab aliis non posse promoveri, t. LVII. Item[6] placuit, ut quicumque in ecclesia vel semel legerit ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiae Carthaginensis huic decreto consensi et praelecto subscripsi; similiter et ceteri episcopi subscripserunt.

L. 1 xenodotiorum *L*, xenodiciorum *B*, xenodochiorum *M*. communicent *R. L. B. M.* difinitionem *B*. 3 recedere] excidere *B*, recidere *M*.

LI. 5 commendatiis *R*. 6 commendaticiis *B*.

LII. 7 Laodicensi] *ita M*, Laudacensis *rell.* 8 XLI] LI *B*.

LIII. 10 Sardicensse *L*, Sardicensis *B*. a communione] ad communion *L*. 13 perrexit *B*. et scierit ille] exierit *L*, et scierit *B*. 15 Hoc] est *add. B*. 16 custodiat *B*.

LIIII. 17 Cartaginense *L*. 18 presumpseris *B*. dampnationem *B*. 19 XXVIIII] XXVIII *L*.

LV. 22 alienum *L*. 23 XVIII] VIIII *B*. Ianuarius] Iañ *L*. 24 parrochiis ordinare] ordinare parrochiis *M*. 25 quia] qui *L*. ex] et *R. L*, in *B*. naschi *L*. proibet *L*.

LVI. 27 ecclesiae *B*. 28 LVII] LVI *B*. VII *M*. 30 eclaesiae *R*. Cartaginensis *L. B. M*. praelecto] perlecto *R. M*. et *deest B*.

1) *Concil. Chalcedonense c. 13; l. l. VII, 377 (P. p. 127).* 2) *Concil. Laodicense c. 41; Mansi II, 581 (P. p. 83).* 3) *Concil. Sardicense c. 16; Mansi III, 28 (P. p. 168).* 4) *Concil. Carthaginiense c. 29; Mansi III, 729 (P. p. 198).* 5) *Concil. Sardicense c. 18; Mansi III, 29 (P. p. 169).* 6) *Concil. Africanum c. 57; Mansi III, 787 (P. p. 243).*

LVII. In concilio Carthaginensi, si qui clerici ab episcopis suis promoti contempserint, nec illic maneant, unde recedere noluerunt, t. XXXI. Item[1] placuit, ut quicumque clerici vel diaconi pro necessitatibus ecclesiarum non obtemperaverint episcopi sui voluntatibus eos ad honorem ampliorem in sua ecclesia promovere, nec illic ministrent in gradu suo, unde recedere noluerunt.

LVIII. In decretale pape Leonis, ut nullus alienum clericum sollicitare vel tenere praesumat, suo episcopo non praeveniente consensu, t. XXXVIIII. Alienum[2] clericum invito episcopo ipsius nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi forte ex placito caritatis id inter dantem accipientemque conveniat. Nam gravis iniuriae reus est qui de fratris ecclesia id, quod est utilius aut pretiosius, audet vel allicere vel tenere. Itaque, si intra provintiam res agitur, transfugam clericum ad ecclesiam suam metropolitanus redire conpellet. Si autem longius recessit, tui praecepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati nec ambitioni occasio relinquatur.

LVIIII. In Africano concilio, ut in ecclesiis convivia minime celebrentur, t. VIIII. Ut[3] nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviventur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiant. Populi etiam ab huiusmodi conviviis, quantum fieri potest, prohibeantur.

LX. In Laodicensi concilio, quod nullus ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat, t. XXIIII. Quod[4] non oporteat sacro ministerio deditos a praesbiteris usque ad diaconos et reliquum ecclesiasticum ordinem, id est usque ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas et ostiarios et ex numero continentium et monachorum, ingredi tabernas.

LXI. In Cartaginensi concilio de avaritia, t. V. Aurelius[5] episcopus dixit: Avaritiae cupiditas, quam rerum omnium malarum matrem esse nemo quis dubitet, proinde inhibenda est, ne quis alienos fines usurpet aut per praemium terminos patrum statutos transcendat. Nec omnino cuiquam clericorum liceat de qualibet re foenus accipere. Quamquam novellae suggestiones, quae vel obscurae sunt vel sub genere latent, inspectae a nobis formam accipient, caeterum de quibus apertissime divinitus scriptura sanxit non est differenda sententia, sed potius exsequenda. Proinde quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis praedamnari. Universum concilium dixit: Nemo contra prophaetas, nemo contra evangelia facit sine periculo.

cf. 1. Tim. 6, 10.

LVII. 1 conciliis *B.* Cartaginensi *L. M,* Cartaginensis *B.* quis *L.* 3 t. XXXI *desunt M.* 4 ecclesiarum] ecclesiasticarum *(M add.* rerum*) codd.* episcopi — voluntatibus] *ita codd.*, episcopis suis volentibus *Dion. Exig.* 5 illi *B.*

LVIII. 6 decretale] cretale *B,* decretali *M.* pape Leonis] Leonis papae *M.* 7 praeveniente consensu] *ita R. L. B,* praebente consensum *M. Dion. Exig.* 8 XXXVIIII] XXXV *M.* 10 allicere] *ita Dion. Exig.*, abicere *R. L,* abiecere *B,* accipere *M.* 11 intra] int *R.* ad — suam] *ita M. Dion. Exig.*, de ecclesia sua *R. L. B.* metropollicitanus *B.* 12 tui] sui *R.* 13 cupiditate *B.*

LXIIII. 14 Africani *L,* Affricano *B. M.* ecclesia *R.* conviva *B.* 16 huiusmodi] uiusmodi *B.* 17 proibeantur *L.*

LX. 18 Laudacensi *R. B,* Laudocensi *L.* 19 t. XXIIII] t. XXVI *R, desunt M.* 20 diaconus *B.* subdiacones *B,* et reliquum ecclesiasticum ordinem, id est usque ad subdiaconos *add. L.*

LXI. 23 Cartaginensis *B.* 24 malorum *R. L, deest B.* quis *deest M.* dubitat *M.* 25 inhabenda *B.* usurpet] esurpet *B.* 27 suggessiones *L,* suggesciones *B.* sub] suo *M.* 28 sanxit *B.* 29 exequenda *M.* 30 evangelium *B.*

1) *Concil. Carthaginiense c. 31; Mansi III, 729 (P. p. 199).* 2) *Decreta Leonis c. 39; Jaffé-K. n. 411 (P. p. 469).* 3) *Concil. Africanum c. 9; Mansi III, 735 (P. p. 213).* 4) *Concil. Laodicense c. 24; Mansi II, 759 (P. p. 80).* 5) *Concil. Carthaginiense c. 5; Mansi III, 711 (P. p. 187).*

LXII. In decretale pape Leonis, quod usuram non solum clerici exigere non debent, sed nec laici Christiani, t. III. Nec[1] hoc quoque praetereundum esse duximus quosdam, lucri turpis cupiditate captos, usurariam exercere pecuniam et foenore velle ditescere; quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed et in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, ut omnis peccandi oportunitas adimatur.

LXIII. In Ancirano concilio t. XIII. de his, qui aesum carnium in clero constituti diffugiunt. Hi[2], qui in clero sunt, praesbiteri et diaconi, et a carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere et ita, si voluerint, continere. Quodsi in tantum eas abominantur, ut nec holera, quae cum eis coquuntur, existiment comedenda, tamquam non consentientes regulae ab ordine cessare debebunt.

LXIIII. In concilio Neocaesariensi t. XIIII. de numero certo diaconorum. Diaconi[3] VII debent esse iuxta regulam, licet et magna valde sit civitas. Id ipsum autem et actuum apostolorum liber insinuat. cf. Act. 6, 5sq.

LXV. In Gangrensi concilio t. II. de his, qui abominantur eos, qui carnibus vescuntur. Si[4] quis carnes edentem praeter sanguinem et idolis immolatum et suffocatum cum religione et fide condemnat velut spem propter huiusmodi perceptionem non habentem, anathema sit.

LXVI. Item in eodem concilio t. VIII. de his, quae in usus pauperum conferuntur. Si[5] quis dederit vel acceperit oblata praeter episcopum vel eum, qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat et qui accipit anathema sit.

LXVII. Item in eodem concilio t. VIII. de his, qui pro virginitate superbiunt, t. X. Si[6] quis ex his, qui virginitatem propter Deum servant, extollitur adversum coniugatos, anathema sit.

LXVIII. Item in eodem concilio t. XVIII. de his, qui dominico die ieiunant tamquam nihil pre ceteris differente. Si[7] quis propter continentiam, quae putatur, aut contumaciam in die dominico ieiunat, anathema sit.

LXII. 2 Cristiani *B.* 3 lucri turpis] turpis lucri *M.* ussurraiam *L*, ususariam *B.* 5 cadere] cedere *B*, caedere *M.* condelemus *L.*

LXIII. 7 Ancirano] Anquirani *R. B*, Antiquirano *L.* t. XIII. *desunt L. M.* 8 diffugiunt] t. XIII. *add. L*, cap. XIII. *add. M.* in *deest L.* 9 continere] abstinere *M.* 10 abhominantur *L.* holera] olera *B.* cocuntur *L*, quoquuntur *B.* 11 debebunt] debunt *B.*

LXIIII. 12 Neocesari. *L*, Neocesariensi *B.* XIIII] XIII *R. L.* 13 VII] *ita R*, septem *cett.* debent esse] esse debent *M.* magna valde] valde magna *B. M.*

LXV. 15 Gangrensi] Cancrensi *R. L. B*, Grangrensi *M.* t. II. *desunt M.* abhominantur *L. B. M.* 16 vescuntur] cap. III. *add. M.* 17 condempnat *B.* spem] septem *B.*

LXVI. 19 VIII] XVIII *M.* pauperorum *L.* 20 accepit *B.*

LXVII. 23 virginitates *L.* 24 Deum] Dominum *B.* 25 adversus *M.*

LXVIII. 26 XVIII] XVIII *L*, XVII *B.* 27 diae *R.* ieiunant] geiunant *B.* disferente *B.* 28 continentia *L.* putantur *B.* ieiunat] geiunat *B.*

1) *Decreta Leonis c. 3; Jaffé-K. n. 402 (P. p. 436).* 2) *Concil. Ancyranum c. 13; Mansi II, 525 (P. p. 30).* 3) *Concil. Neo-Caesariense c. 14; Mansi II, 546 (P. p. 41).* 4) *Concil. Gangrense c. 2; Mansi II, 1106 (P. p. 47).* 5) *Ib. c. 8; l. l. II, 1107 (P. p. 48).* 6) *Ib. c. 10; l. l. II, 1107 (P. p. 49).* 7) *Ib. c. 18; l. l. II, 1108 (P. p. 51).*

LXVIIII. Item in eodem concilio t. XVIIII. de his, qui ecclesiastica ieiunia absque necessitate dissolvunt. Si[1] quis eorum, qui continentiae student, absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia et ab ecclesia custodita superbiendo dissolvit, stimulo suae cogitationis inpulsus, anathema sit.

LXX. In Antioceno concilio t. II. de his, qui se a perceptione sanctae communionis avertunt et qui excommunicatis per domos communicantur. Omnes[2], qui ingrediuntur ecclesiam Dei et scripturas sacras audiunt nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se a perceptione sanctae communionis avertunt, hi de ecclesia removeantur, quamdiu per confessionem poenitentiae fructus ostendant et precibus indulgentiam consequantur.

LXXI. Item in eodem concilio t. III. de his, qui ab alia parrochia preter conscientiam episcoporum suorum in aliis commorantur. Si[3] quis praesbiter aut diaconus et omnino quilibet ex clero parrochiam propriam descrens ad aliam properavit, dein omnino demigrans in aliam parrochiam per multa tempora nititur immorari, ulterius ibidem non ministret, maxime si vocanti suo episcopo et regredi ad propriam parrochiam commonenti oboedire contempserit. Quodsi in hac indisciplinatione perdurat, a ministerio modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inveniat. Si vero pro hac causa damnatum alter episcopus suscipiat, hic etiam a communi coerceatur synodo, velut qui ecclesiastica constituta dissolvat.

LXXII. Item in eodem concilio t. VI. de clericis excommunicatis et laicis. Si[4] quis a proprio episcopo communione privatus est, non ante suscipiatur ab aliis, quam suo reconcilietur episcopo, aut certe ad synodum, quae congregatur, occurrens pro se satisfaciat.

LXXIII. Item de episcopis et de clericis adeuntibus imperatorem, t. XI. Si[5] quis episcopus aut praesbiter aut quilibet regulae subiectus ecclesiae praeter consilium et litteras episcoporum provintiae et praecipue metropolitani adierit imperatorem, hunc reprobari et abici oportere non solum a communione, verum et ab honore, cuius particeps videtur existere, quia venerandi principis auribus molestiam temptavit inferre contra leges ecclesiae. Si igitur adire principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu et consilio metropolitani et caeterorum episcoporum, qui in eadem provintia commorantur; qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

LXXIIII. Item in eodem concilio t. XII. de damnatis episcopis aut clericis adeuntibus imperatorem. Si[6] quis a proprio episcopo praesbiter aut

LXVIIII. 1 Item *deest L. M.* eodem] edem *B.* t. XVIIII] t. XVIII *L, desunt B.* 4 suae] sua *R,* sive *e corr. L.*

LXX. 5 Antioceni *L,* Antiocheno *B. M.* perceptione] praeceptione *R,* perceptio *B.* 7 communicant *M.* ecclesia *R.* 8 orationem *L. B.*

LXXI. 11 parrocchia *L. M.* 12 alia *M.* 13 aut] au *L.* parrochiam] parroech- *L.* 14 deinde *M.* 15 ulterius] alterius *L.* vocati *L,* vocante *B.* regredi] gredi *L.* 16 oboedire] hoboedire *B.* indisciplinatione] disciplinatione *B. M.* 17 Si] Se *B.* 18 dampnatum *B.* velut] ulut *B.*

LXXII. 20 VI] VII *M.*

LXXIII. 24 Item] in eodem *add. B,* in eodem concilio *add. M.* de clericis] clericis *L. B. M.* 27 abici] abiti *B.* 28 principibus *L.* molestia *L.*

1) *Concil. Gangrense c. 19; Mansi II, 1108 (P. p. 51).* 2) *Concil. Antiochenum c. 2; Mansi II, 1321 (P. p. 56).* 3) *Ib. c. 3; l. l. II, 1322 (P. p. 57).* 4) *Ib. c. 6; l. l. II, 1322 (P. p. 58).* 5) *Ib. c. 11; l. l. II, 1323 (P. p. 60).* 6) *Ib. c. 12; l. l. II, 1324 (P. p. 61).*

diaconus aut a synodo fuerit episcopus forte damnatus et imperatoris auribus molestus extiterit, oportet ad maius episcoporum converti concilium, et quae putaverint habere iusta plurimis episcopis suggerant eorumque discussiones ac iudicia praestolentur. Si vero haec parvipendentes molesti fuerint imperatori, hos nulla venia dignos esse nec locum satisfactionis habere nec spem futurae restitutionis poenitus opperiri.

LXXV. Item in Laodicensi concilio t. V., ut hi, qui in sacrario serviunt, usuras non exigant. Quod[1] non oporteat sacerdotes et clericos fenerantes usuras vel quae dicuntur sescupla, id est et summam capitis et dimidium summe, percipere.

LXXVI. Item in eodem concilio t. XV. de his, qui debeant in ambone, id est in pulpito, psallere. Quod[2] non oporteat amplius praeter eos, qui regulariter cantores existunt, qui et de codice canunt, alios in pulpitum conscendere et in ecclesia psallere.

LXXVII. Item in eodem concilio t. XX. de honore, quem praesbiteris diaconi, qui sub ipsis sunt, debeant exhibere. Quod[3] non oporteat diaconum coram praesbitero sedere, sed iussione praesbiteri sedeat. Similiter autem et diaconus honore habeatur ab obsequentibus, id est subdiaconis et omnibus clericis.

LXXVIII. Item in eodem concilio t. XXV., quod subdiaconi non debeant benedicere vel benedictionem tribuere. Quod[4] non oporteat subdiaconos panem dare vel calicem benedicere.

LXXVIIII. Item in eodem concilio t. XXVI. de exorcistis, qui non sunt ab episcopis ordinati. Quod[5] hi, qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesiis quam in domibus exorcizare non possint.

LXXX. Item in eodem concilio t. XXVIII. in ecclesia prandia non debere fieri. Quod[6] non oporteat in dominicis, id est in Domini ecclesiis, convivia, quae vocantur agapae, fieri nec intra domum Dei comedere vel accubitos sternere.

LXXXI. Item in eodem concilio t. XLII., quod preter episcopum clericus proficisci non debeat. Quod[7] non oporteat sacerdotem vel clericum praeter iussionem sui proficisci pontificis.

LXXXII. Item in eodem concilio t. XLIIII., ut ad sacrarium mulieres non introeant. Quod[8] non oporteat ingredi mulieres ad altare.

LXXIIII. 1 aut sinodo *B.* dampnatus *B.* imperatoris] imprb̄ris *B.* exstiterit *L.* 2 oportet ad] oporteat *B.* 3 ac] hac *B.* 5 opperiri] diiudicamus *add. Dion. Exig.*

LXXV. 6 Laodicense *L,* Laudicense *B.* hii *L.* 7 sacerdos *B.* 8 summam] summa *B.*

LXXVI. 9 Item *deest B.*

LXXVII. 13 quem] que *R. L. B.* presbyteri *B.* 14 ipsi *L.* 15 diaconus] diaconis *M.* 16 honor *M.* ab] ad *R.*

LXXVIIII. 20 Item — ordinati] Quod non possint nisi ab episcopis ordinati exorcizare *M.*

LXXX. 23 XXVIII] XXVIIII *B.* non debere fieri] *ita R,* non fieri debere *rell.* dominicis] domiciliis divinis *Dion. Exig.* 25 accubitus *M.*

LXXXI. 26 episcopum] iussionem episcoporum *M.* 27 clericus] clericos *B.* debeant *B.*

LXXXII. 29 XLIIII] XLIII *B,* XLVII *M.* 30 ingredi mulieres] mulieres ingredi *M.*

1) *Concil. Laodicense c. 5; Mansi II, 577 (P. p. 75).* 2) *Ib. c. 15; l. l. II, 578 (P. p. 78).* 3) *Ib. c. 20; l. l. II, 579 (P. p. 79).* 4) *Ib. c. 25; l. l. II, 579 (P. p. 80).* 5) *Ib. c. 26; l. l. II, 579 (P. p. 80).* 6) *Ib. c. 28; l. l. II, 579 (P. p. 80).* 7) *Ib. c. 42; l. l. II, 581 (P. p. 83).* 8) *Ib. c. 44; l. l. II, 581 (P. p. 84).*

LXXXIII. Item in eodem concilio t. LIIII. non licere clericis lubricis spectaculis interesse. Quod[1] non oporteat sacerdotes aut clericos ex collatis vel commessationibus convivia caelebrare, hoc autem nec laicis posse congruere.

LXXXIIII. Item in eodem concilio t. LVIII. oblationes offerri in domibus non oportere. Quod[2] non oporteat in domibus oblationes caelebrari ab episcopis vel a praesbiteris.

LXXXV. Item in concilio Calcedonensi t. VII. de clericis et monachis non manentibus in suo proposito. Qui[3] semel in clero deputati sunt aut monachorum vitam expetiverunt, statuimus neque ad militiam neque ad dignitatem aliquam venire mundanam aut hoc temptantes et non agentes paenitentiam, quominus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari.

LXXXVI. Item in eodem concilio t. VIIII., quod non oporteat clericos habentes adversus invicem negotia proprium episcopum relinquere et ad secularia iudicia convocare. Si[4] quis clericus adversus clericum habet negotium, non deserat episcopum proprium et ad saecularia percurrat iudicia, sed prius actio ventiletur apud episcopum proprium vel certe consilio eiusdem episcopi, apud quos utraeque partes voluerint, iudicium continebunt. Si quis autem praeter haec fecerit, canonicis correptionibus subiacebit. Quodsi clericus habet causam adversus episcopum proprium vel adversus alterum, apud synodum provintiae iudicetur. Quodsi adversus eiusdem provintiae metropolitanum episcopus vel clericus habet querellam, petat primatem dioceseos aut sedem regiae urbis Constantinopolitanae[5] et apud ipsum iudicetur.

LXXXVII. Item in eodem concilio t. XX., quod minime clericos transmigrari conveniat. Clericos[6] in ecclesia ministrantes, sicut iam[7] constituimus, in alterius civitatis ecclesiam statutos fieri non oportet, sed contentos esse in quibus ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias amittentes provintias ex necessitate ad aliam ecclesiam transierunt.

LXXXVIII. Item in eodem concilio t. XXII., quod non liceat clericis post mortem sui episcopi res ad eum pertinentes diripere.

LXXXIII. 1 LIIII] XLIIII *M.* clericos *M.* 2 interesse] nec congruere penitus Christianis commessationibus interesse *add. M.* non *deest B.* 3 hoc] uc *B.*

LXXXIIII. 4 LVIII] *ita M,* LVII *R. L,* LIII *B.* 5 non oporteat] oporteat *B.* 6 a *deest M.*

LXXXV. 7 Item *deest L.* Item — VII.] In Calcidonensi concilio cap. VII. *M.* in] eodem *add. R. L.* Chalchedonensi *L.* 8 praeposito *B.* 9 expetierunt *B.* 11 Deum] Dominum *B.* anathematizare *R.*

LXXXVI. 12 VIIII] VIII *M.* 13 adversus *deest M.* proprium] prium *B.* 14 convolare *M. Dion. Exig.* 17 utraeque — voluerint] utraque partes voluerit *L. B,* utraque pars voluerit *M.* 18 correptionis *B.* adversum alterum *M.* 21 Constantinopolitano *B.*

LXXXVII. 22 clericis *B.* 23 transmigrare *M.* 24 civitates *B.* 26 ecclesia *B.*

LXXXVIII. 27 t.] c. *R. L,* cap. *M.* 28 clericos *B.*

1) *Cf. concil. Laodicense cc. 54. 55, Mansi II, 582 (P. p. 86), ubi haec leguntur:* Quod non oporteat sacerdotes aut clericos quibuscumque spectaculis in coenis aut in nuptiis interesse, sed, antequam thymelici ingrediantur, exsurgere eos convenit atque inde discedere. *(C. 55):* Quod non oporteat sacerdotes aut clericos ex collatis vel comessationibus convivia celebrare, hoc autem nec laicis posse congruere. 2) *Ib. c. 58; l. l. II, 582 (P. p. 87).* 3) *Concil. Chalcedonense c. 7; Mansi VII, 375 (P. p. 124).* 4) *Ib. c. 9; l. l. VII, 375 (P. p. 125).* 5) *Quae in fonte legebantur repetita sunt, quamvis minime temporibus concilii Aquisgranensis congruerent; cf. 'Neues Archiv' XXVII, 626 ann. 3.* 6) *Concil. Chalcedonense c. 20; Mansi VII, 379 (P. p. 129).* 7) *Scil. ib. c. 5; l. l. VII, 375 (P. p. 123).*

Non[1] licere clericis post obitum sui episcopi res ad eum pertinentes diripere, sicut antiquis quoque est canonibus constitutum. Quodsi hoc facere temptaverint, graduum suorum periculo subiacebunt.

LXXXVIIII. Item in Cartaginensi concilio t. XXXII., si quis clericorum pauper promotus in ordine postea habuerit aliquid, ecclesiae potestati subiciat. Item[2] placuit, ut episcopi, praesbiteri, diaconi vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur et tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quaecumque praedia nomine suo comparant, tamquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti in ecclesia eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis propriae aliquid liberalitate alicuius vel successione cognationis obvenerit, faciant inde quod eorum proposito congruit. Quodsi a suo proposito retrorsum exorbitaverint, honore ecclesiastico indigni tamquam reprobi iudicentur.

XC. Item in Africano concilio t. VII., ut clerici tabernas nisi in peregrinis non ingrediantur. Ut[3] clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur nisi peregrinationis necessitate conpulsi.

XCI. Item in eodem concilio t. XXI., ut alienus clericus minime suscipiatur ab alio. Epigonius[4] episcopus dixit: In multis conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmatum est a vestra prudentia, beatissimi fratres, ut clericum alienum nullus sibi privet episcopus praeter eius arbitrium, cuius fuerit clericus.

XCII. In decretale pape Leonis t. IIII., ut clericus nec suo nec alieno nomine foenus exerceat. Illud[5] etiam duximus praemonendum, ut sicut non suo, ita non alieno nomine aliquis clericorum exercere foenus adtemptet. Indecens enim est crimen suum commodis alienis inpendere. Foenus autem hoc solum aspicere et exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus ab eo Domino, qui multipliciter et in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus.

XCIII. In decretale Gelasii papae t. XV., ut clerici nullas negotiationes inhonestas et turpia lucra sectentur. Consequens[6] fuit, ut illa quoque, quae de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non praetereunda putaremus, id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et lucris turpibus inminere, nullo pudore cernentes evangelicam lectionem, quia ipse Dominus noster negotiatores e templo verberatos flagellis adseritur expulsisse, nec apostoli verba recolentes, quibus ait: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus,* psalmistam quoque David surda dissimulantes aure cantantem: *Quoniam non cognovi negotiaciones, introibo in potentias Domini.* Proinde huiuscemodi aut ab

cf. Matth. 21, 12. 2. Tim. 2, 4. Ps. 70, 15 16.

LXXXVIIII. 4 Cartaginense *R. B.* 5 ecclesiae potestati] e ecclesiae potestate *L.* 9 contuluerint *B.* propria *B.* aliquid *deest B.* 10 cognationis] cognitionis *B.* proposito] pr(a)eposito *L. B.* congruerit *M.* a] ad *B.*

XC. 12 Item *deest B.* Affricano *B. M.* in peregrinis] peregrini *M.*

XCI. 15 t.] c. *R. L,* cap. *M.* 16 ab alio *desunt M.* 17 confirmatum] firmatum *M,* confirmandum *Dion. Exig.* 18 privet] usurpet *M,* praeripiat *Dion. Exig.*

XCII. 19 decretali *M.* papa *L.* 20 alienorum *B.* 22 Fęnus *R.* 24 retribuet] tribuet *B.*

XCIII. 25 decretali *M.* t.] c. *L,* cap. *M.* XV] XVI *M.* 26 inonestas *M.* sectentur] sectantes *B.* 29 ewangelicam *M.* 30 flagellis] flagellatos *B.* militans] militum *B.* 31 psalmista *R. L.* dissimulantis *R.* 32 huiuscemodi] huismodi *B,* huiusmodi *M.* aut] ut *B.*

1) *Concil. Chalcedonense c. 22; Mansi VII, 379 (P. p. 130).* 2) *Concil. Carthaginiense c. 32; Mansi III, 729 (P. p. 199).* 3) *Concil. Africanum c. 7; Mansi III, 733 (P. p. 213).* 4) *Ib. c. 21; l. l. III, 745 (P. p. 220).* 5) *Decreta Leonis c. 4; Jaffé-K. n. 402 (P. p. 436).* 6) *Decreta Gelasii c. 15; Jaffé-K. n. 636 (P. p. 532).*

indignis posthac questibus noverint abstinendum et ab omnibus cuiuslibet negotiationis ingeniis cupiditateque cessandum aut, in quocumque gradu sint positi, mox a clericalibus officiis abstinere cogantur, quoniam domus Dei domus orationis et esse debet et dici, ne officina negotiationis et spelunca potius sit latronum.

cf. Matth. 21, 13.

XCIIII. Excerptum ex epistola Hieronimi praesbiteri ad Nepotianum de vita clericorum. Petis[1] a me, Nepotiane karissime, litteris transmarinis et crebro petis, ut tibi brevi volumine digeram praecepta vivendi et qua ratione is, qui saeculi militia derelicta coeperit esse clericus, rectum Christi tramitem teneat, ne ad diversa vitiorum diverticula rapiatur. Scio[2] quidem ab avunculo tuo beato Heliodoro, qui nunc pontifex Christi est, te et didicisse quae sancta sunt et cotidie discere normamque te eius exemplo habere virtutum. Sed et nostra, qualiacumque sunt, suscipe et libellum hunc libello illius copulato, ut, cum ille te monachum erudierit, hic clericum doceat esse perfectum. Igitur clericus, qui Christi servit ecclesiae, interpretetur primo vocabulum suum et nominis diffinitione prolata nitatur esse quod dicitur. Si enim cleros Grece, Latine sors appellatur, propterea vocantur clerici, quia de sorte sunt Domini vel quia Dominus ipse sors, id est pars, clericorum est. Et quia velut ipse pars Domini est vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut ipse possideat Dominum et ipse possideatur a Domino. Qui possidet Dominum et cum propheta dicit: *Pars mea Dominus,* nihil extra Dominum habere potest. Quodsi quippiam aliud habuerit praeter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia: si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem, cum istis partibus Dominus pars eius fieri non dignatur. Si autem ego pars Domini sum et funiculus hereditatis eius, nec accipio patrem inter caeteras tribus, sed quasi levita et sacerdos vivo de decimis et altari serviens altaris oblatione sustentor; habens victum et vestitum his contentus ero et nudam crucem nudus sequar. Obsecro itaque te et repetens iterum iterumque monebo, ne officium clericatus genus antiquae militiae putes, id est ne lucra saeculi in Christi quaeras militia, ne plus habeas, quam quando clericus esse coepisti, et dicatur tibi: *Cleri eorum non proderunt eis.* Mensulam tuam pauperes et peregrini, et cum illis Christum convivam noveris. Negotiatorem clericum et ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. *Corrumpunt mores bonos confabulationes pessimae.* Tu aurum contemnis, alius diligit, tu calcas opes, ille sectatur. Tibi cordis est mansuaetudo, silentium, secretum, illi loquacitas, adtrita frons, fora placent et plateae et medicorum tabernae. In tanta morum discordia quae potest esse concordia? Hospitiolum tuum aut raro aut numquam mulierum pedes terant. Omnes puellas et virgines Christi aut aequaliter ignora aut aequaliter dilige. Ne sub eodem tecto manseris, ne in praeterita castitate confidas: nec David sanctior nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper, quod paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit. Egrotanti tibi sanctus quilibet frater adsistat et germana vel mater aut probata quaelibet apud

Ps. 72, 26.

cf. Deuter. 32, 9.

cf. 1. Cor. 9, 13.

Ierem. 12, 13.

1. Cor. 15, 33.

XLIII. 1 ingeniis] ingentis *R. L.* 2 cessandum] censendum *R. L. B.* gradu sint] gradus inter *L*, gradu sunt *M.* a] ad *B.* 3 quoniam] ne *M.* Dei] quae *add. M.* ne *deest M.* officina] officia *L.*

XCIIII. 5 Hyeronimi *B.* proesbiteri *R.* 7 is] his *B.* 9 aunculo *B.* Haeliodero *B.* 11 cupulato *B.* 12 qui] quia *L.* 13 primum *L.* prolata] praelata *L. B.* 14 Grecae *L.* Latinae *B.* 15 velut] vel *M.* ipse pars] ipsa pars *L.* 16 possideat Dominum et *desunt B.* 17 Qui] Quia qui *M.* 19 subpellectilem] supplectilem *R*, supellectilem *M*, *scil.* habuerit. 20 ego] ergo *L.* 22 oblationes *B.* 23 vestitum] vestimentum *B.* contentur *B.* repetens] repens *B.* 24 militiae] miliae *L.* 25 clericus] ecclesiae *B.* 26 Cleri] Clerici *M.* Christus conviva noverit *M.* 27 conviviam *B.* et *deest B.* 28 mores] moros *L.* contempnis *B.* 29 cordi *M.* 30 fora] fola *L.* discordiam *B.* 31 quae] qua *R.* concordiam *B.* Hospitiolum] Ospitiolum *B.* 32 aequalites *B.* 33 ne in] nec in *B.* 34 possessione] positione *B.* 35 frater] fratres *B.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Nepotianum; Opp. I, 252.* 2) *Ib.; l. l. I, 256 sqq.*

omnes fidei. Quodsi huiuscemodi non fuerint consanguinitatis castimoniaeque personae, multas anus nutrit ecclesia, quae et officium praebeant et beneficium accipiant ministrando, ut infirmitas quoque tua fructum habeat elaemosinae. Scio quosdam convaluisse corpore et animo egrotare coepisse. Periculose tibi ministrat cuius vultum frequenter adtendis. Si propter officium clericatus aut vidua visitatur aut virgo, numquam domum solus introeas talesque habeto socios, quorum contubernio non infameris. Si lector, si acolitus, si psaltes sequitur, non ornetur veste, sed moribus, nec calamistro crispent comas, sed pudicitiam habitu polliceantur. Solus cum sola secreto et absque arbitre vel teste non sedeas. Si familiarius est aliquid loquendum, habet nutricem maiorem domus, virginem, vidnam, maritatam; non est tam inhumana, ut nullum praeter te habeat, cui se debeat credere. Caveto omnes suspitiones; et quicquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante devita. Crebra munuscula et sudariola et fasciolas et vestes ori adplicatas et oblatas ac degustatos cibos blandasque et dulces litteras sanctus amor non habet. Mel meum, lumen meum meumque desiderium Christus est. Natus[1] in paupere domo et in tugurio rusticano, qui vix milio et cibario pane rugientem satiare ventrem poteram, nunc simila et mella fastidio. Novi et genera et nomina piscium, in quo litore conca lecta sint, calleo; saporibus avium discerno provintias et ciborum me raritas ac novissime damna ipsa delectant. Tu quidem divinas scripturas saepius lege, immo numquam de manibus tuis sacra lectio deponatur. Disce quod doceas; obtine eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut possis exhortari in doctrina sana et contradicentes revincere. Permane in his, quae didicisti ac credita sunt tibi, sciens, a quo didiceris, paratus semper ad satisfactionem omni poscenti te rationem de ea, que in te est, spe. Non confundant opera sermonem tuum, ne, cum in ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: 'Cur ergo haec, quae dicis, ipse non facis?' Delicatus magister est qui pleno ventre de ieiuniis disputat. Accusare avaritiam et latro potest. Sacerdotis Christi os cum mente concordet. Esto subiectus pontifici tuo et quasi animae parentem suscipe. Amare filiorum, timere servorum est. *Si pater sum,* inquit, *ubi est honor meus? Si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* Melius[2] est, karissime, non habere quod tribuas quam impudenter petere quod des. Sed et genus arrogantiae est clementiorem te velle videri, quam pontifex Christi est. Non[3] omnia possumus omnes. Alius in ecclesia oculus est, alius lingua, alius manus, alius pes, auris, venter et cetera. Lege Paulum ad Corinthios, ubi diversa membra unum corpus efficiunt. Nec rusticus et simplex frater ideo se sanctum putet, si nihil noverit, nec peritus et eloquens lingua existimet sanctitatem, multoque melius est e duobus inperfectis rusticitatem habere sanctam quam eloquentiam peccatricem. Multi aedificant parietes et columnas ecclesiae subtrahunt; marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur: et ministrorum Christi nulla electio est. Nunc[4] vero portemus crucem Christi et divitias lutum putabimus. Quid miramur, quod Christus vocat iniquum mammona? Quid suspicimus et amamus

cf. Tit. 1, 9.

Malach. 1, 6.

cf. 1. Cor. 12, 12.

cf. Luc. 16, 11.

XCIIII. 1 huiusmodi *L.* 2 infirmitas] firmitas *B.* 3 elimosinae *L*, elemosina *B*, elemosinae *M.* 5 habeto] habeo *B.* 6 accolitus *M.* sequatur *M.* ornentur *B. M.* 7 puditiciam *B.* pollicentur *B.* 8 arbitre] arbitro *e corr. M.* 10 Cavete *B.* 11 fastiolas *B.* adplicitas *B.* 12 oblatos *B.* 14 similam *M.* 15 melle *R.* fastido *M.* Novi et] Novi *L.* 16 sapore *M.* me raritas] meritas *L.* dampna *B.* 18 eum] eam *B.* 19 exortari *L. B.* ac credita] ea redita *B.* 21 ne] nec *B. M.* 22 tacitus] tatitus *B.* Deligatus *L.* 23 ieuniis] geiuniis *B.* Accussare *L*, Acusare *B.* Sacerdotes *B.* 24 cum] com *L.* 25 ubi] hubi *hic et infra B.* 26 carissime *R.* 27 arroganti. esse *B.* velle videri] videri velle *M.* 30 putet si] disputet *B.* 32 aedificant] edicant *B.* 33 subtraunt *L.* splendent] splent *B.* 35 mamona *B.* suspicimus] susci-pimus *B.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Nepotianum; Opp. I, 259 sq.* 2) *Ib.; l. l. I, 262.* 3) *Ex Lucilio; cf. Macrobii Saturnalia VI, 1, 35.* 4) *Hieronymus, Epistola ad Nepotianum; Opp. I, 263.*

cf. Act. 3, 6. quod Petrus se non habere testatur? Convivia[1] tibi detestanda sunt saecularium, maxime horum, qui honoribus tument. Turpe est ante fores Domini sacerdotis crucifixi et pauperis et qui cibo quoque vescebatur alieno lictores consulum et milites excubare; iudicemque provintiae melius vis apud te prandere quam in palatio? Quodsi obtenderis facere te haec, ut roges pro miseris atque subiectis, iudex seculi plus deferet clerico continenti quam diviti et magis sanctitatem tuam veneratur quam opes. Aut si talis est, qui non audiat clericos nisi inter fialas, libenter carebo huiuscemodi beneficio et Christum rogabo pro iudice, qui magis potest citius subvenire.

Ps. 117, 8. 9. *Melius est enim confidere in Domino quam confidere in homine. Melius est sperare in Domino quam sperare in principibus.* Numquam vinum redoleas, ne audias illud philosophi: Hoc[2] non

cf. 1. Tim. 3, 8. est osculum porrigere, sed propinare. Vinolentos sacerdotes et apostolus damnat, et vetus lex

Lev. 10, 9. prohibet: *Qui altario serviunt vinum et siceram non bibant.* Sicera Hebreo sermone omnis potio nuncupatur, quae inebriare potest, sive illa, quae fermento conficitur, sive pomorum suco, aut, favi decoquuntur in dulcem et barbaram potionem aut palmarum fructus exprimuntur, in liquorem coctisque frugibus aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat et statum mentis evertit fuge

cf. Matth. 11, 19. similiter ut vinum. Nec hoc dico, quod Dei creatura a nobis damnetur, siquidem et Dominus

cf. 1. Tim. 5, 23. vini potator est appellatus et Timotheo dolenti stomachum modica vini sorbitio relaxata est. Sed modum aetatis et valitudinis pro corporum qualitate exigimus in potando. Quodsi absque vino ardeo et adolescentis inflammor calore et tenuato sanguine, suculento validoque sum corpore, libenter carebo poculum, in quo suspitio veneni est. Pulchre dicitur apud Grecos, sed nescio utrum apud nos aeque resonet: Pinguis[3] venter non gignit sensum tenuem. Tantum tibi ieiuniorum impone, quantum ferre potes. Sint tibi ieiunia pura, casta, simplicia, moderata et non superstitiosa. Quid prodest oleo non vesci et molestias quasdam difficultatesque ciborum querere, carigas, piper, nuces, palmarum fructus, similam, mel, pistatia? Tot hortorum cultura vexatur, ut cibario non vescamur pane. Audio praeterea quosdam contra rerum hominumque naturam aquam non bibere nec vesci pane, sed sorbiciunculas delicatas et contrita olera betarumque sucum non calice sorbere, sed conca. Fortissimum ieiunium est aqua et panis. Sed quia gloriam non habet et omnes pane et aqua vivimus, quasi publicum et commune ieiunium non putatur. Cave, ne hominum rumusculos aucuperis, ne in offensa Dei populorum laudem

Gal. 1, 10. commutes. *Si adhuc,* inquit apostolus, *hominibus placerem, Christi servus non essem.* Desivit placere hominibus et servus factus est Christi. Per bonam et malam famam a dextris et a sinistris Christi miles graditur nec laude extollitur nec vituperatione frangitur, non divitiis tumet, non contrahitur paupertate et laeta contemnit et tristia; per diem sol non urit eum neque luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearum, ne rectum iter precum tuarum frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias et ostentui habere filacteria et conscientia repugnante

XCIII. 2 pauperes *B.* 3 consolum *B.* 4 prandere] pandere *M.* 5 sanctitatem — veneratur] veneratur tuam sanctitatem *M.* 6 audiunt *B.* 7 carebo] calebo *B.* 8 quam confitere *L.* hominem *B.* 9 audeas *B.* phylosophi *L,* phylosophy *B.* 10 sed propinare] sed vinum propinare *Hier.* dampnat *B.* lex *deest B.* 11 siciram *B.* bibent *R. M.* 12 quae] qua *codd.* inebriari *R. L. B.* aut favi] *ita codd.;* aut cum favi *Hier.* 13 decoquuntur] quicquid inebriat *add. B.* dulce *R. L,* liquorum *B.* 14 coloratos *B.* 15 dampnetur *B.* 16 potatur *B.* Thimotheo *L.* 17 valetudinis] mulitudinis *B.* 18 succulento validociue sum *B.* 19 nescio] nes *B.* 21 ieiuniorum] geiuniorum *B.* ieunia] geiunia *B.* 22 superinsticiosa *B.* 23 quaerere] quere *B.* caricas *M.* 24 rerum *deest B.* 25 sorbiciungulas *B.* contrita] confricata, vel contrita *superscr. M.* olera] holera *M.* 26 betarumque *B.* concha *M.* geiunia *e corr. B.* 28 rumusculis *R. L. B.* ne] non *B,* offensam *M.* 30 famem *B.* 32 laeta contemnit] le contempnit *B.* contempnit *L. B.* tristia] tristitia *B.* urit] huret *B.* eum] te *B. M.* 33 Noli *L. B.* precum] peum *B.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Nepotianum; Opp. I, 263 sqq.* 2) *Fontem non inveni.* 3) *Cf. A. Otto, 'Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer' (Lipsiae 1890), p. 363.*

pharisaica ambitione circumdari. Inde[1] pendet evangelium, inde crux et prophetae. Fidelis mecum lector intellegis, quid taceam et quid magis tacendo loquar. Tot te regulae quot species gloriarum. Quanto melius erat haec non in corpore, sed in corde gestare, Dominum habere fautorem, non aspectus hominum? Vis[2] scire, quales quaerat Dominus ornatus? Habeto iustitiam, prudentiam, temperantiam, fortitudinem. His caeli plagis includere, haec te quadriga velut aurigam Christi ad metam concitum ferat. Nihil hoc monili pretiosius, nihil hac gemmarum variaetate distinctius. Ex omni parte decoraris, cingeris atque protegeris; et ornamento tibi sunt et munimini; gemmae vertuntur in scuta. Cave quoque, ne aut linguam aut aures habeas prurientes, id est ne aut ipse aliis detrahas aut alios audias detrahentes. *Sedens,* inquit, *adversus fratrem tuum loquebaris detrahendo et adversus filium matris tuae ponebas scandalum,* et caetera. Parce[3] a detractione linguae, custodi sermones tuos et scito, quia cuncta, quae de aliis loqueris, tua sententia iudicaris et in his ipse deprehendendus eris, quae in aliis arguebas. Neque vero illa iusta est excusatio: referentibus aliis iniuriam facere non possum. Nemo invito auditori libenter refert. Officii[4] ergo tui sit, karissime, non solum oculos castos servare, sed et linguam. Numquam de mulierum formis disputes nec, quid in cuiusdam domo agatur, alia domus per te noverit. Omnium[5] Christianorum domos quasi proprias ama. Facilius[6] contemnitur clericus, qui saepe vocatur ad prandium et non recusat. Numquam petentes, raro accipiamus rogati. *Beatius est magis dare quam accipere.* Nescio quo enim modo etiam ipse, qui deprecatur, ut tribuat, cum acceperis, viliorem te iudicat. Et mirum in modum, si eum rogantem contempseris, plus te potius veneratur. Procuratores[7] atque dispensatores domorum alienarum atque villarum quomodo esse possunt clerici, qui proprias iubentur contemnere facultates? Amico rapere quippiam furtum est; ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accepisse pauperibus erogandum et esurientibus plurimis vel cautum esse velle vel timidum aut, quod apertissimi sceleris est, exinde aliquid subtrahere omnium praedonum crudelitatem superat. Alter fame torquetur, et tu iudicas, quoniam ventris eius satis sit. Aut divide statim quod accipis aut, si timidus dispensator es, dimitte largitori, ut sua ipse distribuat. Nolo, sub occasione mea, sacculus tuus plenus sit. Nemo mea melius me servare potest. Ipse est optimus dispensator, qui nihil sibi reservat. Coegisti me, Nepotiane karissime, talia scribendo omnium me linguis prodere. Aut enim nihil scribendum fuit, ne hominum iudicium subiremus, quod tu facere voluisti, aut scribens nosse adversum nos cunctorum maledicorum tela esse torquenda. Quos obsecro, ut quiescant et desinant maledicere. Non enim ut adversariis, sed ut amicis scripsimus nec invecti sumus in eos, qui peccant, sed, ne peccent, monemus neque in illis tantum, sed et in nos ipsos severi iudices fuimus volentesque festucam de oculo alterius tollere nostram prius trabem eiciamus. Nullum laesi; nullius nomen de mea scriptura designatum est. Neminem specialiter meus sermo pulsavit; generalis de vitiis disputatio est. Sed qui mihi irasci voluerit prius ipse de se, quod talis est, confitebitur.

cf. Matth. 22, 40.

cf. 2. Tim. 4, 3. Ps. 49, 20.

Act. 20, 35.

cf. Matth. 7, 3 sqq.

XCIIII. 1 crux] *ita codd.,* lex *Vulg.* 2 regulae] reculae *M.* quot] quod *L. B.* 3 gloriarum] percurrant *add. Hier.* Dominum] Deum *L.* 4 fautorem] factorem *L. M.* 6 auriga *L,* auriam *B.* meta *R. L. B.* nichil hac *M.* 7 distrinctius *B.* ornamentum *B,* ornamenta *M.* 8 munimina *M.* 9 prurientes] purientes *B.* detraas *L.* 10 adversum filium *R.* 12 in his] his *B.* erit *B.* 14 carissime *R. L.* 16 contempnitur *B.* 17 petentes] unt (*pro* aut?) *add. B.* 18 qui deprecatur] quidem peccator *B.* 21 contempnere *B.* 23 timidum] timendum *L.* 25 ventri *e corr. M.* accipis] acceperis *B.* 26 saccultus *B,* saculus *M.* 27 despensator *B.* nihil] nil *M.* 28 omnium me] me omnium *B.* 29 scribendo *B.* scribens] scribentes *e corr. M.* 30 tela] tale *L. B.* Quos] Quod *B.* 31 invecti] inventi *R. L. B.* summus *B.* 32 illos *M.* 35 Sed *deest B.*

1) *Ib.; l. l. I, 265, ubi autem sententiae aliter se sequuntur.* 2) *Ib.; l. l. I, 265 sq.* 3) *Ib.; l. l. I, 266.* 4) *Ib.; l. l. I, 266.* 5) *Ib.; l. l. I, 266.* 6) *Ib.; l. l. I, 266 sq.* 7) *Ib.; l. l. I, 267.*

XCV. Excerptum Hieronimi de institutione clericorum ex epistola ad Paulinum praesbiterum. Obsecro[1] te, karissime, ut multitudines hominum et officia et salutationes et convivia veluti quasdam catenas fugias voluptatum. Sit vilis tibi et vespertinus cibus. Olera et legumina interdumque pisciculos pro summis ducas delitiis. Qui Christum desiderat et illo pane vescitur non quaerat magnopere, quam de pretiosis cibis stercus conficiat. Quicquid post gulam non sentitur idem tibi sit quod panis et legumina. Semper[2] in manu tua sacra sit lectio. Frequenter orandum et flexo corpore mens erigenda ad Dominum. Crebrae vigiliae et ventre vacuo sepius dormiendum. Rumusculos et gloriolas et palpantes adolatores quasi hostes devita. Pauperibus et fratribus refrigeria sumptuum manu propria distribue. Humilitatem[3] vestium tumenti animo non appetas. Saecularium et maxime potentium consortium devita. Habeto[4] simplicitatem columbae, ne cuiquam machineris dolos, et serpentis astutiam, ne aliorum subplanteris insidiis. Non multum distat in vitio vel decipere posse vel decipi. Templum[5] Christi anima credentis est: illam exorna, illam vesti, illi offer donaria, in illa Christum suscipe. Nescio[6] enim, quomodo plus placeat mundo qui Christo displicet.

cf. Matth. 10, 16.

XCVI. Item eiusdem ex epistola ad Rusticum. Dico[7] autem, si clericatus titillat te desiderium, disce quod possis docere et rationalem hostiam offer Christo. Ne sis miles antequam tyro, ne prius magister sis antequam discipulus. Non est humilitatis meae neque mensurae iudicare de ceteris et de ministris ecclesiarum sinistrum quippiam dicere. Habeant illi ordinem et gradum suum; quem si tenueris, quomodo tibi vivendum sit, editus ad Nepotianum liber[8] docere te poterit. Volo[9] ergo, ut sine intermissione oratio et vigil tibi sit sensus nec vagis cogitationibus patens, corpus pariter animusque tendatur ad Dominum. Iram vince pacientia. Ama scientiam scripturarum et carnis vitium non amabis. Nec vacet mens tua variis perturbationibus; quae si pectori insiderint, dominabuntur tui et te deducent ad delictum maximum. Fac et aliquid operis, ut semper te diabolus inveniat occupatum. Memento, quia et apostoli Christi habentes potestatem de evangelio vivere laborabant manibus suis, ne quem gravarent, et aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritalibus debebant metere carnalia. Ita[10] ergo age et vive in monasterio, ut clericus esse merearis, ut adolescentiam tuam nulla sorde commacules, ut ad altare Christi quasi de thalamo virgo procedas et habeas deforis bonum testimonium: feminaeque nomen tuum noverint, vultum nesciant. Cum ad perfectam aetatem veneris, si tamen vita comes fuerit et te vel populus vel pontifex civitatis ad clericum adlegerint, agito quae clerici sunt et inter ipsos sectare meliores, quia in omni conditione et gradu optimis mixta sunt pessima. Multo[11] tempore disce quod doceas. Ne credas laudatoribus tuis, immo inrisoribus aurem ne libenter accommodes.

cf. 1. Cor. 9, 12 sqq.

XCV. 1 Excerptum] ex epistola *add. B. M.* Hieronimus *L*, Heronimi *B.* ex epistola *desunt B. M.* 2 carissime *R.* 3 fugies *B.* vilis tibi] tibi vilis *B.* et *deest L. B.* vespertius *R. L.* 4 Olera] Holera *M.* ligumina *B.* 8 Rumusculus *B.* et palpantes] ex palmantibus *B.* 9 hostes] ostes *B.* sumptuum] sumtum *B.* 11 mechineris *M.* dolus *B.* 12 decepi *B.* 13 anima] a anima *B.*

XCVI. 15 ex epistola] exempla *B.* 16 titillat te] te titillat *M.* 17 prius] prior *B.* 19 editos *B.* 20 Nepocianum *M.* Volo] Vilo *B.* 21 pariter] pater *B.* 22 vince pacientia] vence pacientiam *B.* carnes *B.* 23 tuam *B.* pectori] peccatori *B.* 30 adlegerint] elegerint *M.* 33 immo *deest M.* acomodes *B.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Paulinum; Opp. I, 321.* 2) *Ib.; l. l. I, 322.* 3) *Ib.; l. l. I, 322.* 4) *Ibidem.* 5) *Ibidem.* 6) *Ib.; l. l. I, 323.* 7) *Hieronymus, Epistola ad Rusticum; Opp. I, 931 sq.* 8) *Cf. c. 94 huius institutionis.* 9) *Hieronymus, Epistola ad Rusticum; Opp. I, 933, verbis paulisper mutatis.* 10) *Ib.; l. l. I, 938 sq.* 11) *Ib.; l. l. I, 939.*

XCVII. Item eiusdem ex epistola ad Eliodorum, quid distet inter monachum et clericum. Monachum[1] autem perfectum esse nolle delinquere est. Sed de hoc gradu pulsus provocabis ad clericos. An de his aliquid audeam dicere, qui certe in suis urbibus commorantur? Absit autem, ut quicquam de his sinistrum loquar, qui apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus, qui claves regni caelorum habentes ante iudicii diem iudicant, qui sponsam Domini sobria castitate conservant. Sed et alia, quae ante perstrinxi, monachi causa est, alia clericorum. Clerici oves pascunt, ego pascor. Illi de altario vivunt, mihi quasi infructuose arbori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. Nec possum obtendere paupertatem, cum in evangelio anum viduam duo, quae sibi sola supererant, aera mittentem laudat Dominus. Mihi ante praesbiterum sedere non licet, illi, si peccavero, licet *tradere me satane in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini Iesu.* Et in veteri quidem lege quicumque sacerdotibus non obtemperasset aut extra castra positus lapidabatur a populo aut gladio, cervice subiecta, contemptum expiabat cruore. Nunc vero inoboediens spiritali animadversione truncatur aut eiectus de ecclesia rabido daemonum ore decerpitur.

cf. Matth. 16, 19. cf. 1. Cor. 9, 13. cf. Luc. 21, 1 sqq. 1. Cor. 5, 5. cf. Lev. 24, 14; Deut. 20, 13.

XCVIII. Item eiusdem epistola ad Oceanum de vita clericorum. Deprecatus[2] es, ut tibi breviter exponerem, qualiter clerici victitare debeant. Hinc me plerique maledictis aemulis praestolantur, quia non sileo veritatem. Prima[3] quidem temptamenta sunt clericorum feminarum frequentes accessus; istius sexus reprehensibiles exhibent clericos. Quid tibi re vera cum feminis, qui ad altare cum Domino fabularis? Te cuncti in publico, te in agro rustici aratores ac vinitores cotidie graviter lacerabunt, si contra dispositum fidei cum feminis habitare contendis. Et quia, ut arbitror, concupiscis inreprehensibilis inveniri, testimonio bono munire. Numquid in choro apostolorum feminae adfuerunt? Prohibe virgines tecum commorari, quae de genere tuo non sunt. Diligis eas? Exterius ordina, frequenter visita iunctus obsequio clericorum nec, cum secretaliter ac solus ingrederis, macules testimonium tuum. Aliter[4] namque coniugati, aliter continentes edocentur ecclesiasticum subire ministerium onus. Feminarum cum clericis nullo pacto coniuncta praecipitur conversatio. Ianua diaboli, via iniquitatis, scorpionis percussus nocivumque genus femina. Cum proximat stipula, incendit ignem. Flammigero igne percutit femina conscientiam pariter habitantis exuritque fundamenta montium. Ego iudico, si cum viris feminae habitant, viscarium non deerit diaboli: ex eis aucupatus est ab initio peccatum. Ferreas mentes libido domat; si adligat quis ignem in sinum suum, vestimenta eius non conburentur? Aut si quis ambulaverit super carbones ignis, pedes suos non conburet? Mihi crede, non potest toto corde habitare cum Domino qui feminarum accessibus copulatur. Sed dicis: *Qui ambulat,* inquit, *simpliciter ambulat confidenter.* Bene et argute, sed oportet testimonium bonum habere ab his, qui foris sunt. Licet coram Domino incedas, tamen astutiores

Prov. 10, 9.

XCVII. 1 ex epistola] exempt *B.* Eliorum *B,* Heliodorum *M.* 6 castitate] castrate *B.* 7 quae] ut *e corr. M.* alia clericorum] aliud clericorum *B.* 8 altari *B. M.* 9 deferro *L.* 11 sathanae *B.* 12 sit] fit *B.* vetera *B.* 14 cruorem *R. L. B.* eiectus] deiectus *B.*

XCVIII. 16 epistola] exempla *B.* 17 victitare] victare *L,* victuare *B.* 18 veritate *B.* quidem] dem *L.* 19 frequentes] *ita M,* frequenter *rell.* isti *e corr. B.* exibent *L.* 20 re vere *B.* fabularis] famularis *M.* 21 fidei] fei *B.* 22 arbitros *B.* 23 in *deest M.* Proibe *L.* commorari] commemorari *B.* 24 non *deest B.* Exterios *L.* 25 nec] ne *M.* ac] hac *B.* 26 aliter continentes] alite continentes *L.* ministerium] misterium *B,* et *add. Hier.* 27 pacto] peccato *L. B.* coniuncto *M.* 28 nocivumque] nocique *L.* incendit ignem] ignem incendit *M.* 29 montium] mentium *B.* 30 diabolo *B.* aucupatus] occupatus *R. L. B.* 33 credere *L.* cupulatur *B.* 34 dicit *L.* inquit *deest M.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Heliodorum; Opp. I, 33 sq.* 2) *Ps.-Hieronymus, Epistola ad Oceanum; Opp. Hieronymi XI, 270.* 3) *Ibidem.* 4) *Ib.; l. l. XI, 270 sqq.*

sunt filii tenebrarum super filios lucis. Cum a te hoc genus non amputatur, das reprehendentibus te locum. Ipse te detrahentium morsibus tradidisti, si agapetarum consortium non dimiseris. Benignus es? — gaudeo. Pudicus? — falsum est. Si pudicitiam quaeris, feminam, quam videris conversantem, mente dilige, non corporali frequenter ornatu. Non vestis tenera clericum facit aut sacerdotem, sed casta mentis intentio. Haec enim devotionem honoris in te custodit; honore quidem gloriosius boni operis fama conservat. Sacerdotes quippe decet vel gradus ceteros clericorum idem, ut supra dictum est, a feminis segregari. Si igitur generis gratia iudicas easdem nullo pacto dimittere, memento Thamar, quod ab Amnon fratre suo corrupta sit. Id ipsum persequor, dilectissime: tibi unius est tabernaculi conversatio, carnis non facile tollitur delectatio. De duobus enim, quod unus desiderat, si loqui non potest, vel temptatur. Remotio igitur viri castitatis conlocat arma, construit in melioribus castra, pudoris honorem consolatur. Potuit enim et Maria mater Domini de choro apostolorum non discedere, si liceret. Tecla [1] post temptationem passionis Antiochiae a Paulo prohibetur pariter pergere. Nemo miles cum uxore pergit ad bellum. Non invideo caritati; sit tibi cum castis virginibus longeva dilectio: tunc in bono meritum collocabis et famam meliorabis, si congregationes constituis puellarum; pulchre censeo, in ebdomada secunda visitatione ad benedicendam congregationem convenies, sed non solus, ne rumigeruli linguis te lacerantibus macerent. Alienam enim cupiunt vicini discutere vitam, non suam. Propterea digne accipe nostrorum praecepta verborum et monita humilitatis; quae fraterno affectu calamo imperante expressimus dulciter lege. Iam vero, ut reprehensibilis divini altaris non sit sacerdos, pauca de reliquis apostoli testimoniis, quantum Dominus donat, exponam. Sufficiant superiores causae, quae dictae sunt. Verum, ne aliquis minus intellegens ad episcopos sentiat apostolum fuisse locutum, quid de diaconibus ad Timotheum praeceptum est, quid de praesbiteris ad Titum, commemorare delectet. Sed praetereundum non est superiorem explanare sententiam. Unius uxoris virum et nova et vetus praeceptio sacerdotem censuit eligendum. Quia digamos ad ministerium plerique episcopi adplicuerunt, sic adseruerunt: 'Concubina fuit illa, haec uxor', quasi non haec sint commercia feditatis in illa, quae in hac exercentur, quae uxor adseritur; an quia coniugii tabulas non fecit, concupiscentia alia fuit? Nullo pacto digamos vel concubinarum catenis insertos decet subire ministerium. In Levitico scriptum est ac praefinitum, quales eligi debeant sacerdotes. Si [2] ergo clericus monogamus fuerit et uxor eius digama, noli eum ad ministerium adplicare. Haec Tito praecepta idem apostolus de ordinandis clericis dedit. Et quia liber finem expectat: nec, si duae aut tres pariter Dei ancillae morentur, solum ad eas decet ingredi sacerdotem. Si quis haec praecepta non observaverit, hostis est animae suae. Quodsi post nostra monita aliquis clericus agapetas amplius quaesierit amare quam Christum, secundum synodalem regulam conveniatur et praecepta patrum in Nicea [3] diffinita ei legantur. Iam vero, si conventus praedicta fugerit et reliquerit, consecuti sumus maximum lucrum. Alioquin talis ab ecclesia anathematizandus sit. Germinant enim feminae

cf. 2. Reg. 13, 1 sqq.
cf. Act. 1, 14.
cf. 1. Tim. 3, 8 sqq.
cf. Tit. 1, 6 sqq.
cf. Lev. 21, 13.
cf. ib. 21, 1 sqq.
cf. Tit. 1, 6 sqq.

XCVIII. 1 a te] ante *L*, ad te *B*. 2 detraentium *L*. 3 Pudicos *L*. 4 videris] caste *add. M*. mentem *L. B*. 6 honore] honorem *B. M*. gloriosus *B*. decet] docet *B*. 8 mement *B*. Ammon *M*. 9 tabernaculum *L*. non] in *B*. 10 tollit *L*. potes *B*. temptator *B*. 11 pudoris] pudo *L*. 12 consolator *B*. si] ei *L*. 13 Anthiothiae *B*. proibetur *L*, miles] milis *e corr. L*. 15 si — constituis] sed congregationes (congregationis *L*) puellarum *codd.*, *ubi* constituis *deest*. 20 reliquo *R. L. B*. 22 episcopus *L*. 23 ad] at *L*. commemorari *B*. superioris *codd*. 24 sacerdotum *B*. 25 digamus *hic et infra L*. Concubinae *B*. 26 hac] haec *R*. 27 an] hanc *codd*. tabula *M*. 29 ac] a *B*. elegi *L*, aelegi *B*. 30 Tito] cito *L. B*. 31 exspectat *B*. 35 legantur] ligantur *M*.

1) *Cf. acta Theclae; Acta SS. Sept. VI, 552.* 2) *Ps.-Hieronymus, Epistola ad Oceanum; Opp. Hieronymi XI, 272 sq.* 3) *Cf. concil. Nicenum c. 3; Mansi II, 769.*

cum viris habitantes spinas et archana mentium acuto mucrone percutiunt. Pro nefas! Dolor est dicere, sed praeterire non decet, Christo istae noverunt nubere, non clericis. Clericum[1] solitudo facit, non publicum. Lege[2], quia talis debet esse solitarius, qualem Hieremias descripsit: *Sedebit solitarius et tacebit,* et quia Iesus relictis apostolis solus ibat orare; Mariam in penetralibus angelus *solam invenit, non cum agapeta loquentem,* et illa virilem introitum trepidavit. Hospitalem[3] praecepit apostolus clericum ordinandum. Hoc praecepto pater Abraham et Loth angelos susceperunt, quia hospites dilexerunt; sic et Onesiforus Paulum, doctrinae fontem, suscepit. Haec imitationes sint vestrae, et ne sinatis incolam praeterire, qui apud vos non comederit panem. Sequitur: *Non percussorem.* Non enim pugilem describit apostolus, sed qui conscientias non percutiat singulorum. Sit modestus, non infletur, non inaebrietur, suae domui bene praesit: perquam erit horribile, si domui clerici detrahatur. Laedet sacerdotis opinionem in plebe, quando de proximis eius male loquitur populus. Super omnia haec praecipit boni testimonii clerico fundamenta conponere, ut bonorum operum testificatio casto confirmetur affectu.

cf. Gen. 3, 18. Thren. 3, 28. cf. Matth. 14, 23. cf. Luc. 1, 29. cf. Tit. 1, 8. cf. Gen. 18, 2 sqq. cf. 2. Tim. 1, 16. 1. Tim. 3, 3. cf. ib. 3, 7.

XCVIIII. Isidori de clericis, ex libro officiorum. Itaque[4] omnes, qui in ecclesiastici ministerii gradibus ordinati sunt, generaliter clerici nominantur. Cleros autem vel clericos hinc appellatos doctores nostri dicunt, quia Mathias sorte electus est, quem primum per apostolos legimus ordinatum. Sic et omnes, quos illis temporibus ecclesiarum principes ordinabant, sorte eligebant. Nam cleros sors interpretatur; unde et hereditas Grece cleronomia appellatur et heres cleronomus. Proinde ergo clericos vocari aiunt eo, quod in sorte hereditatis Domini dentur, vel pro eo, quod ipse Dominus eorum sors sit, sicut de eis scriptum est, loquente Domino: *Ego hereditas eorum.* Unde oportet, ut qui Deum hereditate possident absque ullo impedimento saeculi Deo servire studeant et pauperes spiritu esse contendant, ut congrue illud psalmiste dicere possint: *Dominus pars hereditatis meae.*

cf. Act. 1, 26. Deuter. 18, 2. Ps. 15, 5.

C. Item eiusdem de regulis clericorum. His[5] igitur lege[6] patrum cavetur, ut, a vulgari vita seclusi, a mundi voluptatibus sese abstineant. Non spectaculis, non pompis intersint, convivia publica fugiant, privata non tantum pudica, sed et sobria colant. Usuris nequaquam incumbant neque turpium occupationes lucrorum fraudisve cuiusquam studium appetant. Amorem pecuniae quasi materiam cunctorum criminum fugiant; saecularia officia negotiaque abiciant; honorum gradus per ambitiones non subeant; pro beneficiis medicinae Dei munera non accipiant. Dolos et coniurationes caveant, odium et aemulationem, obtrectationem atque invidiam fugiant; non vagis oculis, non infreni lingua aut petulanti tumidoque gestu incedant,

XCVIII. 1 arcana *M.* Pro nefas] Pro nepas *corr. al. man.* profenas *L.* dolor est] est *deest R. M,* dolorem *L.* 3 Hyeremias *B.* 5 trepidabat *B.* 6 Habraham *L.* Lot *L.* 7 Onesifhorus *M.* 8 imitationis *B.* 10 suae] sive *L.* 11 per quem *R. L. B.* horribile] orribile *B.* detrahatur] detratur *B.* Ledit *M.* 12 praecaepit *M, scil. apostolus.* 14 affectu] effectu *L.*

XCVIIII. 15 Isidori] In Isidori *R. L.* Isidori — officiorum] Ex libro officiorum Isidori de clericis *B,* Ex libro officiorum Isidori de aecclesiasticis *M.* 16 Clerus *L (hic et infra). B.* 17 clericus *B.* per apostolos] apostolus *B.* 18 illes *L.* 19 sorte eligebant *desunt L. B.* cleronomina *B.* 20 cleronomus] cleron mus *B.* clericus *L,* cleros *M.* 21 eorum sors] sors eorum *L. B. M.* 22 ullo *deest M.*

C. 25 lege] legibus *L.* 26 ut a] ut *M.* sese] se *L.* 27 sobria] subria *e corr. L.* 28 occupationis *L.* fraudisve] fraude sua *L,* fraudesvae *B.* 29 materiam] pateriam *B.* criminium *B.* 31 Dolus *B.*

1) *Ps.-Hieronymus, Epistola ad Oceanum; Opp. Hieronymi XI, 273.* 2) *Ibidem.* 3) *Ib.; l. l. XI, 274.* 4) *Isidorus, De ecclesiasticis officiis II c. 1; Opp. VI, 413.* 5) *Isidorus, ib. II c. 2; l. l. VI, 414.* 6) *Cf. supra p. 360 sqq. huius institutionis cc. 39—93.*

sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant; obscenitatem etiam verborum sicut et operum penitus exsecrentur; viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant; contubernia extranearum feminarum nullatenus appetant. Castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant aut certe unius matrimonii vinculo foederentur. Senioribus quoque debitam praebeant oboedientiam neque ullo iactantiae studio semetipsos attollant. Postremo in doctrina, in lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio iugi incumbant. Tales enim esse debent quicumque divinis cultibus sese mancipandos student, scilicet ut, dum scientiae operam dant, doctrinae gratiam populis administrent.

CI. Item eiusdem de generibus clericorum. Duo[1] sunt genera clericorum, unum ecclesiasticorum sub regimine episcopali degentium, alterum acefalorum, id est sine capite, quem sequantur ignorant. Hos neque inter laicos saecularium officiorum studia neque inter clericos religio retentat divina, sed solutos atque oberrantes sola turpis vita conplectitur et vaga; qui quidem nullum metuentes explendae voluptatis suae licentiam consectantur, quasi animalia bruta libertate ac desiderio suo feruntur, habentes signum religionis, non religionis officium, ypocentauris similes, qui nec equi nec homines mixtumque, ut ait poeta[2], genus prolesque biformis: quorum quidem sordida atque infami numerositate satis superque nostra pars occidua pollet.

CII[3]. Gregorii, quales oporteat clericos esse. Clericus[4] ammonendus est, quatenus sic vivat, ut bonum exemplum vitae suae saecularibus praebeat. Et in clerico, si quid iuste reprehenditur, ex eius vitio ipsa religionis nostrae aestimatio gravatur. Clerici[5] discant, ut quae a senioribus suis iubentur impleant, ut humiliter eorum imperiis subiaceant, ut[6] nec subiectio eos conterat nec locus superior extollat. Clerici[7] discant, quomodo ante occulti arbitris oculos per humilitatem et oboedientiam sua interiora conponant, quatenus non cum reprobis puniantur, sed cum electis aeterna praemia sortiantur. Ammonendi sunt clerici, ut[8] tanto circa se sollicitius vivant, quanto eos aliena cura non implicat. Dicendum est clericis, ne[9] praepositorum suorum vitam temere iudicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident, ne, unde recte mala redarguunt, inde per elationis inpulsum in profundiora mergantur. Ammonendi sunt clerici, ne, cum culpam suorum praepositorum considerant, contra eos audaciores fiant, sed sic eorum prava apud semetipsos diiudicent, ut tamen divino timore constricti ferre sub eis iugum reverentiae non recusent, quia[10] facta praepositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda iudicantur. Plerosque[11] clericos inpudentiae vitio nonnisi increpatio dura conpescit, quia[12], dum se delinquere nesciunt, necesse est, ut a plurimis increpentur.

C. 1 ac] hac *B.* 2 execrentur *L. B. M.* 3 fugiant] effugiant *M.* contubernia] id est societates *superscr. L.* 4 foederentur] defenderentur *B.* 5 debitam] debitant *B.* iactantiae *B.* atollant *B.* Postrema *B.* 6 hymnis] ymnis *M.* exercitio] id est exercitatione *superscr. L.* quicumque] quique *codd.*

CI. 9 generibus clerichorum *B.* 10 capite] qui *add. al. man. M.* 12 clericos] laicos *B.* sola] sua *M.* conplectit *B.* 13 quidem nullum] nullum quidem *M.* metuentis *B.* consectantur] sectantur *B.* 14 ac] a *e corr. B.* sygnum *B.* hipocentauris *B.* 15 prolisque *B.* 16 atque] at *B.*

CII. 18 quatinus *M.* 19 nostra *M.* 21 extollant *B.* 22 arbitri *M.* oboedientiam] hoboedientiam *B.* 24 sollititius *B.* eos — implicat] aliena cura non eos implicat *L.* 25 ne] ut non *M.* fortassa *B.* 30 non *deest B.* reprehendenda] reprehenda *B.* Plerusque *B.* 31 nonnisi] omnisi *B.*

1) *Isidorus, De ecclesiasticis officiis II c. 3; Opp. VI, 415.* 2) *Cf. Vergilii Aeneis VI v. 25 de Minotauro.* 3) *C. 102 = Taio II c. 44 princ.; Risco, l. l. XXXI, 335 (Migne, l. l. LXXX, 843 sq.).* 4) *Cf. Gregorius M., Homil. in evang. I, 17 § 18; Opp. I, 1505.* 5) *Ex Gregorio M., Regula pastor. III c. 4; Opp. II, 37.* 6) *Ibidem.* 7) *Ib.; l. l. II, 38.* 8) *Ibidem.* 9) *Ib.; l. l. II, 39.* 10) *Ibidem.* 11) *Ib. III c. 7; l. l. II, 41.* 12) *Ibidem.*

CIII[1]. Item eiusdem de subiectis bonis sub pastorali regimine constitutis. Ammonendi[2] sunt subditi, ne praepositorum suorum vitam temere reprehendant, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident, ne, unde recte mala redarguunt, inde per elationis inpulsum in profundiora mergantur. Ammonendi sunt subditi, ne, cum culpas praepositorum considerant, contra eos audaciores fiant, sed sic, si qua valde sunt eorum prava, apud semetipsos diiudicent, ut tamen divino timore constricti ferre sub eis iugum reverentiae non recusent. Quod melius ostendimus, si David factum ad medium deducamus. Saul quippe persecutor cum ad purgandum ventrem speluncam fuisset ingressus, illic cum viris suis David inerat, qui iam tam longo tempore persecutionis eius mala tolerabat. Cumque enim viri sui ad feriendum Saul accederent, fregit eos responsionibus, quia manum mittere in christum Domini non deberent. Qui tamen occulte surrexit et oram clamidis eius abscidit. Quid per Saul nisi mali rectores, quid per David nisi boni subditi designantur? Saul igitur ventrem purgare est pravos praepositos conceptam in corde malitiam usque ad opera miseri odoris ostendere et cogitata apud se noxia factis exterioribus exsequendo monstrare. David namque Saul ferire metuit, quia piae subditorum mentes, ab omni se peste obtrectationis abstinentes, praepositorum vitam nullo linguae gladio percutiunt, etiam cum de inperfectione reprehendunt. Boni subditi, quando pro infirmitate sese abstinere vix possunt, ut extrema quaedam atque exteriora praepositorum mala, sed tamen humiliter, loquantur, quasi oram clamidis silenter incidunt, quia videlicet, dum praelatae dignitati saltim innoxiae et latenter derogant, quasi regis superpositi vestem secant. Sed tamen ad semetipsos redeunt seque vehementissime vel de tenuissima verbi laceratione reprehendunt. Unde bene et illic scriptum est: *Post haec David percussit cor suum, eo quod abscidisset oram clamidis Saul.* Facta praepositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda iudicantur. Si quando vero contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est, ut per afflictionem paenitentiae cor prematur, quatenus ad semetipsum redeat et, cum praepositae potestati deliquerit, eius contra se iudicium, a quo sibi praelatus est, perhorrescat. Nam cum praepositis delinquimus, eius ordinationi, qui eos nobis praetulit, obviamus. Unde Moyses, cum contra se et Aaron conqueri populum cognovisset, ait: *Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.* Ammonendi[3] sunt benivoli subditi, ut sic alienis bonis congruant, quatenus habere et propria concupiscant, sic proximorum facta diligendo laudent, ut etiam imitando multiplicent, ne, si in hoc praesentis vitae stadio ad certamen alienum devoti fautores, sed pigri expectatores adsistant, eo post certamen sine bravio remaneant, quo nunc in certamine non laborant, et tunc eorum palmas afflicti respiciant, in quorum nunc laboribus otiosi perdurant. Valde peccamus, si aliena bene gesta non diligimus; sed nil mercedis agimus, si ea, quae diligimus, inquantum possumus, non imitamur. Dicendum est benivolis subditis, quia, si imitari bona minime festinant, quae laudantes adprobant, sic eis virtutum sanctitas sicut stultis

cf. 1. Reg. 24, 4 sqq.

1. Reg. 24, 6.

cf. Rom. 13, 2.

Exod. 16, 8.

CIII. 2 praepositorum] propositorum *M.* 3 redargunt *B.* 4 profundio *B.* 7 melios *L.* 8 illuc *B.* 9 longe *B.* enim *deest M.* 10 mitere *B.* 11 oram] horam *hic et infra L. B.* 12 pravus prepositus *B.* 13 conceptam] praeceptam *B.* operam *L. B.* odoris] hodoris *B.* 14 exsequendo] exequenda *L*, exequendo *M.* monstra *B.* piae] ipse, *superscr.* vel piae *M.* 15 omni se peste] homni sepe est *L.* 18 loquantur] locuntur *B.* quia] quae *R (superscr.* scilicet mala*). L*, qui *B. M.* 19 dignitatis *L. B.* saltem *M.* latenter] lamenter *B.* 20 seque] seque ve *B.* laceratione] irelatione *B.* 23 in *deest B.* 25 delinquerit *B.* a *deest B.* quo] s (= sive *vel* scilicet) iudicio *superscr. L.* 26 ordinatione *B.* 27 Nos] Non *B.* 28 Dominum] Deum *B.* 29 congruant] s (= sive *vel* scilicet) concurrant *superscr. L.* quatinus *L. M.* concupescant *B.* 30 devoti] non *add. B.* 31 expectatores] spectator- *M.* eo] et *R. B*, et s (= sive) ne *superscr. L.* quo] qui *B.* 32 otiose *R. L.* 33 peccamus] precamur *L.* nil] nihil *L. B. M.*

1) *C. 103 = Taio II c. 42; Risco, l. l. XXXI, 331 sqq. (Migne, l. l. LXXX, 841 sq.).* 2) *Ex Gregorio M., Regula pastor. III c. 4; Opp. II, 39. V. p. 378 ann. 9 et 10.* 3) *Ib. III c. 10; l. l. II, 45 sq.*

expectatoribus ludicrarum artium vanitas placet. Illi namque aurigarum ac strionum gesta favoribus efferunt nec tamen tales esse desiderant, quales illos conspiciunt esse, quos laudant. Mirantur eos placita egisse, sed tamen similiter devitant placere. Dicendum est benivolis subditis, ut, cum proximorum facta conspiciunt, ad suum cor redeant et de alienis actibus non praesumant, ne bona laudent et agere recusent. Gravius quippe extrema ultione feriendi sunt quibus placuit quod imitari noluerunt.

CIIII. Isidori de subditis. Propter[1] peccatum primi hominis humano generi poena divinitus inlata est servitutis, ita ut quibus aspicit non congruere libertatem, his misericordius inroget servitutem. Et licet peccatum humanae originis per baptismi gratiam cunctis fidelibus dimissum sit, tamen aequus Deus ideo discrevit hominibus vitam, alios servos constituens, alios dominos, ut licentia male agendi servorum potestate dominantium restringatur. Nam si omnes sine metu fuissent, quis esset, qui a malis quempiam prohiberet? Inde et in gentibus reges principesque electi sunt, ut terrore suo populos a malo coercerent atque ad recte vivendum
Rom. 2, 11. legibus subderent. Quantum adtinet ad rationem, *non est personarum acceptio apud Deum,* qui
1. Cor. 1, 28-29. *mundi elegit ignobilia et contemptibilia et quae non sunt, ut ea, quae sunt, destrueret,* ne *glorietur omnis caro,* hoc est carnalis potentia, coram illo. Unus enim Dominus aequaliter et dominis fert consultum et servis. Melior est subiecta servitus quam elata libertas. Multi enim inveniuntur Deo libere servientes sub dominis constituti flagitiosis, qui, etsi subiecti sunt illis corpore, praelati tamen sunt mente.

CV[2]. Gregorii de invidis et protervis subditis. Plerumque[3] subditi sub pastorali regimine constituti, dum valde de se elati praesumunt, exprobrando caeteros dedignantur, dum[4] singulariter summa existimant cuncta, quae agunt. Subtiliter[5] itaque ab argente discutienda sunt opera protervorum, ut in quo sibi placent ostendantur, quia Deo displicent. Tunc protervos melius corrigimus, cum ea, quae bene egisse se credunt, male acta monstramus, et, unde adepta gloria creditur, inde utilis confusio subsequatur. Nonnumquam subditi, cum se vitium proteriae minime perpetrare cognoscunt, conpendiosius ad correptionem veniunt, si alterius culpae manifestioris et ex latere requisitae inproperio confunduntur, ut ex eo, quod defendere nequeunt, cognoscant se tenere inprobe quod defendunt. Cum proterve Paulus Corinthios adversum se temere invicem videret inflatos, ut alius Apollo, alius Pauli, alius
cf. 1. Cor. 1, 12. Cephae, alius Christi se esse diceret, incestus culpam in medium deduxit, quae apud eos et
Ib. 5, 1. 2. perpetrata fuerat et incorrepta remanebat, dicens: *Auditur inter vos fornicatio et talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris quis habeat. Et vos inflati estis et non magis luctum habuistis, ut tolleretur de medio vestrum qui hoc opus fecit,* aesi aperte dicat: 'Quid vos per proteriam huius vel illius dicitis, qui per dissolutionem neglegentiae nullius vos esse monstratis?' Ammonendi sunt invidi subditi, ut perpendant, quantae caecitatis sunt qui alieno pro-

CIII. 1 exspectatoribus *B.* ac] hac *B.* strionum] *ita R. B,* histrionum *e corr. L,* istrionum *M.* 2 efferunt] offerunt *R. L,* afferunt *B.* 3 sed] se *M.* 5 recusant *B.* 6 imitare *B.*

CIIII. 7 peccatum *deest B.* 9 licet] per *add. codd.* per baptismi — dimissum sit *desunt codd.* 11 licentiam *B.* 12 Inde] Unde *M.* 13 cohercerent *B.* 17 consoltum *B.* 18 liberes *B.*

CV. 20 et] vel *B.* 21 exprobando *B.* 22 summa existimant] suma extimant *B.* 23 ostendatur *e corr. L.* 25 et] ut *B. M (e corr.).* 26 conpendiosius] tardius *superscr. L.* correctionem *M.* 27 manifestaoris *B.* confundantur *M.* 29 se] et *add. M.* alios Apollo *B.* 30 Chephae *L,* Cephae *B. M.* incestus] adulterii *superscr. L.* 31 incorrecta *M.* 32 nec inter] nec hiter *B.* 33 aesi] haesi *B.* 34 per *deest B.* 35 invidi subditi] subditi invidi *M.*

1) *Isidorus, Sentent. III c. 47; Opp. VI, 336 sq.* 2) *C. 105 = Taio II c. 43; Risco, l. l. XXXI, 333 sqq. (Migne, l. l. LXXX, 842 sq.).* 3) *Ex Gregorio M., Regula pastor. III c. 8; Opp. II, 41.* 4) *Ibidem.* 5) *Ib. III c. 10; l. l. II, 46.*

fectu deficiunt, aliena exaltatione contabescunt. Quantae infelicitatis sunt qui melioratione proximi deteriores fiunt, dumque augmenta alienae prosperitatis aspiciunt, apud semetipsos anxiae afflicti cordis sui peste moriuntur. Quid invidis infelicius, quos, dum conspecta felicitas afficit, poena nequiores reddit? Aliorum vero bona, quae habere non possunt, si diligerent, sua fecissent. Nostra[1] nimirum sunt bona aliorum, quae, etsi imitari non possumus, amamus in aliis, et amantium fiunt quaecumque amantur in nobis. Hinc ergo pensent invidi, caritas quantae virtutis est, quae alieni laboris opera nostra sine labore facit. Dum[2] se invidi a livore minime custodiunt, in antiquam versuti hostis nequitiam dimerguntur. De illo namque scriptum est: *Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Quia enim ipse caelum perdidit, condito hoc homini invidit et damnatione sua perditus adhuc alios perdendo cumulavit. Cognoscant invidi, quantis lapsibus subcrescentis ruinae subiaceant, quia, dum livorem a corde non proiciunt, ad apertas operum nequitias devolvuntur. Nisi enim Cain invidisset acceptam fratris hostiam, minime pervenisset ad extinguendam vitam; unde scriptum est: *Et respexit Dominus ad Abel et ad munera eius, ad Cain vero et ad munera eius non respexit. Iratusque est Cain vehementer, et concidit vultus eius.* Itaque livor sacrificii fratricidii seminarium fuit: nam quem meliorem se esse doluit, ne utcumque esset, amputavit. Dicendum est invidis, quia, dum se ista intrinsecus peste consumunt, etiam quicquid in se aliud boni habere videntur interimunt. Unde scriptum est: *Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium invidia.* Per[3] livoris vitium ante Dei oculos pereunt etiam quae humanis oculis fortia videntur. Ossa quippe per invidiam putrescere est quaedam etiam robusta deperire. Ille[4] est vere humilis subiectus in bonis, qui non est defensor in malis. Nam dum de malis suis subiectus arguitur et contra verba arguentis accenditur, quando de bonis suis quasi humiliter titubat, per humilitatis vocem ornari appetit, non doceri.

Sap. 2, 24. Gen. 4, 4. 5. Prov. 14, 30.

CVI. Prosperi, quod secundum sermonem prophetae culpa sua pereant qui sacerdotum increpationes perversa voluntate contempnunt.

Ad[5] haec ego tunc: Sic, inquam, ista invidiosis questibus iactas et in suggillationem pontificum vel certe ipsius pontificatus exaggeras, quasi non ubi ista legisti, quibus rationabiliter permoveris, ibi etiam illa sint, quae a vobis praetermissa breviter in excusationem officii sacerdotalis adtingemus. Post illa verba, quibus neglegentium finis sacerdotum ostenditur, de pontifice officium suum curante prophaeta sic loquitur: *Si autem adnuntiante te ad impium, ut a viis suis convertatur, non fuerit conversus a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, et tu animam tuam liberasti.* Hic certe satis evidenter ostenditur, quod, sive proficiant sive non proficiant auditores, tacere eis non debeant sacerdotes nec ideo rei sint, si forte eorum verba populi non audiunt vel audita contempnunt, sed si ab eis corrigendis absistunt, quia, si nec exemplo vitae praepositorum suorum nec verbo populi doctrinae contumaces emendati proficiunt, ipsi sibi causa suae perditionis existunt et doctores suos, quorum exempla simul ac verba dispiciunt, involvere criminibus suis omnino non poterunt. Quod idem prophaeta evidentius alio loco prosequitur dicens: *Speculator cum viderit gladium venientem super terram et cecinerit bucina et annuntiaverit* Ezech. 33, 9 ib. 33, 3—5.

CV. 1 melioratione] meliora ratione *B.* 5 aliorum *deest M.* 6 quaecumque] quaeque *cod.* nobis] aliis *superscr. M.* 10 dampnatione *B.* cumulavit] commulavit *B.* 12 acceptis *B.* 15 nam quem] namque *L.* meliorem] fratrem *superscr. L.* 20 subiectur *B.* dum] cum *M.*

CVI. 24 contemnunt *B. M.* 26 ubi] ibi *R (e corr.)*, hubi *B.* 27 excussationem *B.* sacerdotales *B.* 29 viis] vitiis *B.* 30 et tu — liberasti *desunt B.* 31 certe] et *add. L.* 32 ideo] idcirco *M.* sint] sunt *M.* 33 contemnunt *M.* 34 populi doctrinae] doctrin(a)e populi *L. B. M.* 35 verba] erba *B.* despiciunt *L. B. M.* 36 poterunt] potuerunt *B.* 37 bucinam *R. B.* annuntiaverint *M.*

1) *Ex Gregorio M., Regula pastor. III c. 10; Opp. II, 46.* 2) *Ibidem.* 3) *Ib.; l. l. II, 47.* 4) *Ex Gregorio M., Moralia XXVI c. 1 § 1; Opp. I, 811.* 5) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa I c. 22; Opp. Prosperi app. 19.*

populo, audiens autem, quisquis ille est, sonum bucinae et non se observaverit veneritque gladius et tulerit eum, sanguis ipsius super caput eius erit. Sonum bucinae audivit et non se observavit, sanguis eius in ipso erit. Si autem se custodierit, animam suam salvabit. Hic quoque, quid agere debeat qui fungitur speculatoris officio, divinus sermo satis ostendit, ut, quando viderit venientem gladium super terram, iram scilicet Dei super peccatores, operibus terrenis addictos omnino non taceat atque eis, quamdiu inhaeserint iniquitatibus suis, imminere divinae indignationis interitum denuntiare non desinat, sed clare ac publice arguat, cum hoc bucinae nomen insinuat, ut se a suis criminibus emendantes supplicium futurae damnationis effugiant. Quodsi corripientem, si iram futuram, quae contemptoribus imminet, nuntiantem homines terreni dispiciunt, sanguis eorum in ipsis erit, et sacerdos, qui eis peccata eorum non tacuit, poenae, quae eos expectat, particeps esse non poterit.

CVII. Prosperi, cum quo damno animae suae ab ecclesia, quae pauperes pascit, accipiunt illi, qui sibi de suo sufficiunt. Nec[1] illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo unde pauper victurus erat accipiunt. De clericis quidem dicit Spiritus sanctus: *Peccata populi mei comedunt.* Sed sicut nihil habentes proprium non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt, ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. Ipsi quoque pauperes, si se possint suis artificiis aut laboribus expedire, non praesumant quod debet debilis et infirmus accipere, ne forte ecclesia, quae potest omni solacio destitutis necessaria ministrare, si omnes, etiam nihil indigentes, accipiant, gravata illis, quibus debet, subvenire non valeat. Qui autem ecclesiae serviunt et labori suo velut debita reddi oportere credentes ea, quibus opus non habent, aut accipiunt libenter aut exigunt, nimis carnaliter sapiunt, si putant, quod ecclesiae servientes fideliter stipendia terrena ac non potius praemia aeterna percipiant. Saecularis quippe militia, quia caelestia non habet, terrena strenue militantibus praestat. Unde satis indignum est, si fidelis et operosa devotio clericorum propter stipendium temporale praemia sempiterna contemnat. Quodsi quilibet minister ecclesiae non habeat unde vivat, non ei reddit hic, sed necessaria praestat ecclesia, ut in futuro praemium laboris sui recipiat, quod in hac vita iam spe dominicae promissionis expectat. Illi quoque, qui velut idonei nihil sibi quidem dari velut debitum poscunt, sed tamen ecclesiae sumptibus vivunt, non est meum dicere, quali peccato cibos pauperum praesumendo suscipiant, qui ecclesiam, quam iuvare de propriis facultatibus debuerunt, suis expensis insuper gravant, propter hoc fortassis in congregatione viventes, ne aliquos pauperes pascant, ne advenientes excipiant aut ne suum censum expensis cotidianis imminuant. Quodsi aliquid de fructibus suis ecclesiae velut pro ipsa expensa sua contulerint, non se praeferant inani iactantia illis, quos nihil habentes pascit et vestit ecclesia, quia perfectior est ille, qui se mundi rebus expoliat aut qui, cum nihil habuerit, nec habere desiderat, quam ille, qui ex multis, quae possidet, ecclesiae aliquid praestat ac se de eo, quod praestiterit, forsitan iactat. Dura sunt quae dico, nec ego diffiteor, dura sunt, sed observare nolentibus. Caeterum si fiant ista, quae diffi-

Osee 4, 8.

CVI. 1 et non] non *B.* 2 Sonum] Sonitum *B.* observabit *B.* 3 salvavit *R. L.* 4 debeat] debetat *B.* 6 taceat *R.* 7 claro *B.* ac] hac *B.* cum] quia *B.* nomen] non *add. B.* 8 dampnationis *B.* 9 despiciunt *L. M.* 10 poena *R.* quae] qui *B.*

CVII. 12 ecclesie *B.* 15 dicit — sanctus] Spiritus sanctus dicit *M.* 17 abundant] habundant *L. B.* Ipse *L.* 18 possunt *B.* 21 reddidi *L.* 22 servientes fideliter] fideliter servientes *B. M.* 23 aeterna] sempiterna *M.* 24 praestet *B.* 25 contempnat *L. B.* 26 redditur *M.* 27 pr(a)estet *B. M.* ecclesia] eccles- *R saepius.* dominica *B*, dominae *M.* 28 exspectat *B.* sibi quidem] quidem sibi *B.* 29 cybos *B.* 30 suis] vis *B.* 32 excipiant] excipientes excipiant *R.* 33 contulerunt *L. B.* 34 pascet *B.* se] a *add. B.*

1) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 10; Opp. Prosperi app. col. 32.*

cilia non facientibus sunt, statim facilia facientibus fiunt. Non ergo ea, quae nolumus observare, inpossibilitas nobis facit dura, sed novitas. In usum veniant et neminem frequentata conturbant. Nam quaero, quid sit eorum, quae dixi, difficile: ut homo id, quod opus non habet, ab ecclesia non accipiat an ut quod opus non habet sine causa contempnat? Si propter hoc non vult sua quisque relinquere, ut habeat unde vivat, ut quid accipit unde rationem reddat, ut quid peccatis alienis sua multiplicat?

CVIII. Prosperi, qui sint qui etiam cum profectu animae suae opibus sustentantur ecclesiae. Itaque[1] sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude piaetatis accipit a populo dispensanda et fideliter dispensat accepta, quia omnia sua aut reliquit aut ecclesiae rebus adiunxit et se in numero pauperum paupertatis amore constituit, ita ut, unde pauperibus subministrat, inde et ipse tamquam pauper voluntarius vivat. Clerici quoque, quos pauperes aut voluntas aut nativitas fecit, cum perfectione virtutis vitae necessaria, sive in domibus suis sive in congregatione viventes, accipiant, quia ad ea accipienda non eos habendi cupiditas ducit, sed cogit vivendi necessitas.

CVIIII. Prosperi, quid facere debeant clerici, quorum infirmitas non potest sua contempnere. Illi[2] autem, qui tam infirmi sunt, ut possessionibus suis renuntiare non possint, si ea, quae accepturi erant, dispensatori relinquant nihil habentibus conferenda, sine peccato possident sua, quia et ipsi quodammodo sua relinquunt, quando propriis contenti rebus nihil eorum, quae labori vel ordini suo deberi arbitrantur, accipiunt. Quodsi putant ideo accipi debere eorum, quae conferuntur ecclesiae, portionem, ne eam videantur abicere, se vero non posse sua relinquere, quod eis deforme sit inter suos pauperes reddi, noverint se esse deformius possessores de elemosinis pauperum pasci.

CX. Prosperi, quae sint vera gaudia vel vere divitiae et quid impedimenti afferant bona praesentia amatoribus futurorum. Heu,[3] quam subtiliter nos ille decipiendi artifex fallit, quanta cecitate oculos nostrae mentis obducit, ne discernamus gaudendi avidi unde iustius gaudeamus aut ne cupientes augeri divitiis noverimus, quas quibus incomparabiliter praeferamus. Nam gaudere quidem bonum est, sed qui gaudet, si non inde gaudeat, unde debet, non potest bonum esse quod gaudet. Siquidem gaudet et raptor, cum desiderata rapuerit; gaudet et ebriosus, cum exoptatae occasionem potationis invenerit; gaudet et adulter, cum ad delectationem fruendi corporis concupiti pervenerit. Sed cum sit gaudere bonum, de his atque de huiuscemodi gaudere grande est malum. Haec et his similia sunt, unde nos gaudere vult mundus, cum suis amatoribus periturus. Haec sunt, quae repudiare debemus, ut de bona conscientia, de sanctitate morum, de adquisitione virtutum, de dono Dei et de promissione futuri regni ineffabiliter gaudeamus. Ditari quoque divitiis grande

CVII. 1 facilia] fagilia *corr.* ficilia *B.* 2 conturbant] perturbant *M.* 4 opus non *desunt B.* contemnat *M.* 5 quisque *deest B.*

CVIII. 10 aut ecclesiae] ab ecclesiae *L.* adiunexit *B.* 11 amore] amovere *L.* 12 voluntaris *B.* 13 congregatio *L.* 14 viventis *L.* cogit — necessitas] vivendi necessitas cogit *M.*

CVIIII. 17 contemnere *L. M.* 18 possunt *B.* 19 relincunt *B.* 20 ordine *R. L. B.* 22 se] si *L. B.* 23 elimosinis *L.*

CX. 24 vere *deest M.* 25 inpedimenta *R.* futurum *L.* 27 divitias *B.* 30 gaudet ebriosus *e corr. B.* 31 concubiti *R. B.* pervenerit *deest B.* 32 atque huiuscemodi *B.* est malum] malum est *M.* 33 quae] qua *B.* 34 de sanctitate] sed sanctitate *L*, sanctitate *B.* adquesicione *B.* 35 promissio *L*, promisione *B.*

1) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 11; Opp. Prosperi app. col. 33.* 2) *Ib. II c. 12; l. l. col. 34.* 3) *Ib. II c. 13; l. l. col. 34.*

est bonum. Sed inde ditari, unde non debeas, non est habenda facultas, sed detestanda calamitas. Nihil est enim calamitosius nihilque miserius eo, qui iniquis adquisitionibus crescit, quem locupletem fraudes faciunt ac rapinae. Illae nobis sunt ambiendae divitiae, quae nos ornare possunt pariter et munire, quas nec adquirere possumus inviti nec perdere, quae nos contra impetus hostiles armant, a mundo disterminant, Deo commendant, ditant animos nostros atque nobilitant: nobiscum sunt, intra nos sunt. Divitiae nostrae credendae sunt pudicitia, quae nos pudicos, iustitia, quae iustos, piactas, quae pios, humilitas, quae humiles, mansuetudo, quae mansuactos, innocentia, quae innocentes, puritas, quae puros, prudentia, quae prudentes, temperantia, quae temperantes, et caritas, quae nos facit Deo et hominibus caros, virtutum potentes, saeculi contemptores ac bonorum omnium sectatores. Haec sunt non omnium, sed sanctorum sanctae virtutes, non divitum superborum, sed humilium pauperum facultates, patrimonium cordium, divitiae incorruptibiles morum, quibus non abundant nisi qui illis carnalibus ex corde renuntiant. Quae quamvis et ipsa sint bona utpote a bono Deo creata, tamen, quia sunt bonis malisque communia, student ea spiritales viri contemnere, quo possint ad illa incomparabiliter meliora, quae sunt bonorum omnium propria, pervenire, quoniam non est tale bonum, quod habent et mali, quale illud est, quod non habent nisi boni. Corporale bonum quando habent iniqui, ipsorum est praemium; quando habent iusti, non est eorum praemium, sed temporale solacium. Item boni temporalis amissio fit exercitium iusti et iniusti supplicium, quia et iustus desiderio caelestium captus omnia temporalia, sive habeat sive amittat, omnino non sentit, et iniquus id, quod cum delectatione habuit, sine dolore non perdit. Propterea igitur eis, qui militant Deo, fugiendae sunt ex toto corde divitiae, quas qui habere volunt sine labore non quaerunt, sine difficultate non inveniunt, sine cura non servant, sine anxia delectatione non possident, sine dolore non perdunt. Apostolus autem Christi militibus dicit: *Volo vos sine sollicitudine esse,* et: *Radix omnium malorum est avaritia, quam quidam appetentes erraverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.* Ac sic census iste terrenus eis, a quibus otiose diligitur, non est voluptatum materia, sed dolorum. Quapropter expedit facultates ecclesiae possidere, ut inde vivant qui non saeculo, cuius gaudia fugitiva repudiant, sed Deo deserviunt, cuius ineffabilia bona desiderant.

1. Cor. 7, 32.
1. Tim. 6, 10.

CXI. Prosperi, qualiter intellegatur, quod dicit apostolus: *Qui in sacrario operantur quae de sacrario sunt edant.*

1. Cor. 9, 13.

De[1] talibus dicere videtur apostolus: *Qui in sacrario operantur quae de sacrario sunt edunt, et qui altario deserviunt cum altari participantur,* qui, nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum vellet intellegi, numquam secutus adiungeret: *Ita et Deus ordinavit his, qui evangelium adnuntiant, de evangelio vivere.* De evangelio vivunt qui nihil habere proprium volunt, qui nec habent nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed communium possessores. Quid est aliud de evangelio vivere nisi laborantem inde, ubi laborat, necessaria vitae percipere? Apostolus tamen, qui sic evangelium praedicavit, ut nec de evangelio viveret, sed necessaria sibi suis manibus ministraret, de se confidenter eloquitur: *Ego autem nullo horum usus sum.* Et quare hoc dixerit, secutus aperuit dicens: *Expedit mihi mori magis, quam ut gloriam meam quis evacuet.*

ib. 9, 13.
ib. 9, 14.
ib. 9, 15.
ib.

CX. 2 est enim] enim est *M.* calamitiosius *B.* 3 locuplentem *L.* ac] hac *B.* 4 possunt pariter] pariter possunt *R.* 7 pudicos] pidicos *B.* 8 prudentiae *L.* 11 virtutis *B.* 12 abundant] habundant *L. B.* qui in illis *L.* 13 ipso *L.* 14 contempnere *L. B.* quo] quos *B.* 15 propria pervenire] per propria venire *B.* 16 non *deest B.* Corporali *L.* 18 exercitium] excitium *B.* iniusti] iustis *B.* iustus] iniustus *L.* 19 non] on *L.* 20 non *deest L.* 25 Ac] Hac *B.* 26 matheria *B.* possideri *B.* 27 repudiunt *R.*

CXI. 29 Prosper *B.* 30 edant] aedant *R.* 31 aedunt *R.* 32 altario *B. M.* 33 secutus] securus *B.* 34 nihil] nil *hic et infra M.* 37 qui *bis scr. B.* 38 confitenter *B.* horum] orum *L.*

1) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 14; Opp. Prosperi app. col. 35.*

Evacuari dicit gloriam suam, si ab eis, quibus praedicabat, voluisset accipere vitae temporalis expensam. Nolebat quippe in praesenti laboris sui fructum, sed in futuro recipere. Si ergo ille, qui nihil habebat, noluit de evangelio, ubi laborabat, sed suis manibus vivere, ne gloriam suae mercedis amitteret, quid nos, qui et propria nolumus amore possidendi, non vivendi necessitate relinquere et accipere insuper volumus non unde vivamus, sed unde censum nostrum incrementis damnabilibus augeamus?

CXII. Augustini de vita et moribus clericorum. Propter[1] quod volui et rogavi hesterno die, ut hodie frequentius conveniretis, hoc est, quod dicturus sum. Vobiscum hic vivimus et propter vos vivimus, et intentio votumque nostrum est, ut apud Christum vobiscum sine fine vivamus. Credo autem ante oculos vestros esse conversationem nostram, ut et nos dicere fortassis audeamus, quamvis multum illi inpares, quod dixit apostolus: *Imitatores mei estote sicut et ego Christi;* et ideo nolo, ut aliquis de nobis inveniat male vivendi occasionem. *Providemus enim bona,* ut ait idem apostolus, *non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Propter nos conscientia nostra sufficit nobis; propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi atque distinguite. Duae res sunt, conscientia et fama, conscientia tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conscientiae suae neglegit famam suam crudelis est, maxime in loco isto positus, de quo dicit apostolus, scribens ad discipulum suum: *Circa omnes te ipsum bonorum operum praebens exemplum.* Ut ergo non vos diu teneam, praesertim quia ego sedens loquor, vos stando laboratis, nostis autem omnes aut pene omnes sic nos vivere in ea domo, quae dicitur domus episcopii, ut, quantum possumus, imitemur eos sanctos, de quibus loquitur liber actuum apostolorum: *Nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia.* Quia forte aliqui vestrum non sunt tam diligentes vitae nostrae scrutatores, ut hoc sic noverint, quomodo volo vos nosse, dico, quid sit quod breviter dixi. Ego, quem Deo propitio videtis episcopum vestrum, iuvenis veni ad istam civitatem; multi vestrum noverunt. Quaerebam, ubi constituerem monasterium et viverem cum fratribus meis. Spem quippe omnem saeculi reliqueram et quod esse potui nolui, non quaesivi tamen quod sum. *Elegi in domo Dei abiectus esse magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Ab eis, qui diligunt saeculum, segregavi me; sed eis, qui praesunt populis, non me coaequavi nec in convivio Domini mei superiorem locum elegi, sed inferiorem et abiectum. Et placuit illi dicere mihi: Ascende sursum. Usque adeo autem timebam episcopatum, ut, quoniam coeperat esse iam alicuius momenti inter Dei servos fama mea, in quo loco sciebam non esse episcopum, non illo accederem. Cavebam hoc et agebam, quantum poteram, ut in loco humili salvarer, ne in alto periclitarer. Sed, ut dixi, Domino servus contradicere non debet. Veni ad istam civitatem propter videndum

1. Cor. 4, 16.
2. Cor. 8, 21.
Tit. 2, 7.
Act. 4, 32.
Ps. 83, 11.

CXI. 3 evangelio] egelio *L.* ubi] hubi *B.* laborabat] larabat *L.* 4 propria] amittere *add. R.* 6 incrementis] crementis *B.*

CXII. 7 CXII.] k. CXII. *L.* Agustini *B.* 8 hodie] hoc die *B.* conveniretis] cum *add. R. L. M,* ut *add. B.* est quod dicturus] ẽ (= esse) quod diciturus *B.* 9 hic vivimus] hic vidimus *B.* 11 dicere fortassis] fortassis dicere *R.* 12 estote] stote *B.* 13 ut *deest L.* ut ait — etiam *desunt B.* etiam hominibus *M.* 16 fides *B.* 19 quia] quea *L.* 20 episcopi *R.* 21 actuum] hactuum *B.* 22 aliqui] aliquid *L.* 23 sic] sig *L.* noverit *M.* 24 iuvenis] invenis *B.* vestri *R. L. B. M.* 25 constitueram *B.* 28 segregavi] secrevi *L. M.* coaequavi] quoequavi *B.* 29 illi] *scil. Deo.* dicere mihi] mihi dicere *M.* 30 sursum] resursum *B.* 32 pereclitarer *B.*

1) *Augustinus, Sermo I. de vita et moribus clericorum; Opp. V, 1379 sqq. — De receptione huius capituli et insequentis, quae sicut supra cc. 35 et 108 ex Iuliano Pomerio excerpta (p. 356 sq. et 383) clericum pauperem esse vel nihil habere iubent — cum c. 115 igitur huius institutionis non congruunt —, cf. L. Thomassin, Vetus et nova ecclesiae disciplina I (Paris. 1688), p. 691 sqq. 'Neues Archiv' XXVII, 626 ann. 4.*

amicum, quem putabam me lucrare posse Deo, ut nobiscum esset in monasterio, quasi securus, quia locus habebat episcopum. Adprehensus praesbiter factus sum et per hunc gradum ad episcopatum perveni. Non attuli aliquid, non veni ad hanc ecclesiam nisi cum his indumentis, quibus illo tempore vestiebar, et quia hoc disponebam esse in monasterio cum fratribus, cognito instituto et voluntate mea beatae memoriae senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo est nunc monasterium. Caepi boni propositi fratres colligere, conpares meos, nihil habentes, sicut nihil habebam, et imitantes me, ut, quomodo ego tenuem paupertatulam meam vendidi et pauperibus erogavi, sic facerent et illi, qui mecum esse voluissent, ut de communi viveremus, commune autem nobis esset magnum et uberrimum praedium, ipse Deus. Perveni ad episcopatum: vidi necesse habere episcopum exhibere humanitatem assiduam quibusque venientibus sive transeuntibus; quod si non fecisset, episcopus inhumanus diceretur. Si autem ista consuetudo in monasterio missa esset, indecens esset; et volui habere in domo ista episcopii mecum monasterium clericorum. Ecce quomodo vivimus. Nulli licet in societate nostra habere aliquid proprium: sed forte aliqui habent. Nulli licet: si qui habent, faciunt quod non licet. Bene autem sentio de fratribus meis et semper bene credens ab hac inquisitione dissimulavi, quia et ista quaerere quasi male sentire videbatur. Noveram enim et novi omnes, qui mecum viverent, nosse propositum nostrum, nosse legem vitae nostrae. Venit ad nos etiam Ianuarius praesbiter; quod videbatur habere honeste erogando quasi consumpsit et non consumpsit. Remansit illi quaedam pecunia, id est argentum, quod diceret esse filiae suae. Filia ipsius Deo propitio in monasterio feminarum et bonae spei est: gubernet illam Dominus, ut impleat quod de illa speramus in illius misericordia, non in eius meritis. Et quia infra annos erat et de sua pecunia nihil facere poterat — quamvis enim videremus fulgorem professionis, tamen lubricum timebamus aetatis —, factum est, ut ipsum argentum quasi puellae servaretur, ut, cum ad legitimos annos veniret, faceret inde quod virginem Christi deceret, quando optime iam facere posset. Dum haec expectantur, coepit ille morti propinquare. Qui diu tamquam de suo iurans, quia ipsius erat, non filiae, testamentum fecit. Testamentum, inquam, fecit praesbiter, socius noster nobiscum manens, de ecclesia vivens, communem vitam profitens. Testamentum fecit, heredes instituit. O dolor illius sociaetatis, o fructus natus non de arbore, quam plantavit Dominus! Sed ecclesiam scripsit heredem? Nolo munera ista, non amo amaritudinis fructum. Ego illum Deo quaerebam, societatem professus erat, hanc teneret, hanc exhiberet. Nihil habebat? Testamentum non faceret. Habebat aliquid? Non se nostrum socium quasi Dei pauperem fingeret. Magnus mihi inde dolor est, fratres. Dico caritati vestrae: propter hunc dolorem statui hereditatem ipsam in ecclesia non suscipere. Filiorum ipsius sit quod reliquit; ipsi inde faciant quod voluerint. Videtur enim mihi, quia, si eam suscepero, in isto facto, quod mihi displicet et quod doleo, eius particeps ero. Hoc volui non latere caritatem vestram. Filia ipsius in monasterio feminarum est, filius ipsius in monasterio virorum est: ambos exheredavit, illam cum laude, istum cum elogio, id est cum vituperatione. Commendavi autem ecclesiae, ut non accipiant ipsas portiunculas, quae pertinent ad exheredatos, nisi cum ad legitimam aetatem pervenerint. Hoc eis reservat ecclesia. Deinde litem dimisit inter filios suos, in qua laboro. Puella dicit: Meum est; nostis, quia hoc diecbat semper pater meus. Puer dicit: Credatur patri meo, quia moriens mentiri non potuit.

CXII. 1 lucrari *e corr. M.* 5 hortum] ortum *L. B. M.* 7 tenuam *L.* 8 viverem *B.* 9 nobis esset] esset nobis *M.* uberrimum] huberrimum *B.* ad] at *B.* 12 missa] omissa *M*, permissa *Aug. e coni. edd.* 13 in societate — nulli licet *desunt B.* 14 sed forte] sed etsi forte *M.* aliqui] aliquid *L.* Nulli licet] nullicet *L.* si] sed *L.* 16 male] mihi *add. B.* 17 Ianuarianus *R. B. M.* praesbiter *deest B.* 18 habere honeste] hebreoneste *L.* consumpsit et] consumsisse sed *Aug. e corr. edd.* non] nos *L.* illi] sibi *M.* 19 pecuniam *B.* 20 femenarum *L.* gubernat *B.* 21 non eius *R.* annus *B.* 22 fulgore *B.* 23 factus *B.* 24 diceret *L. B.* 25 Qui] Quae *B.* iurans] *ita codd.*, vivens *Aug.* 26 Testamentum inquam fecit *desunt B.* faecit *R.* socius noster] societatis nostrae *M.* 27 ecclesiae *B.* O dolor] Odor *B.* 31 Non se] Nos *B.* 32 caritati] veritati *L.* 33 ipsi] ipse *B.* 34 quia si] quasi *B.* suscipero *L. B.* 36 exhereditavit *B.* elegio *L.* 37 Commendavit *B.*

Et ista contentio quale malum est! Sed si pueri ipsi servi Dei sunt, litem hanc inter illos cito finimus. Audio illos ut pater et forte melius quam pater ipsorum. Videbo, quid sit in re, sicut Dominus voluerit, cum paucis fratribus fidelibus honoratis, Deo propitio, de numero vestro, id est de plebe ista. Audio inter illos causam et, sicut Dominus donaverit, finio. Tamen rogo vos, nemo me reprehendat, quia eius hereditatem nolo suscipiat ecclesia, primo, quia factum illius detestor, deinde, quia institutum meum est. Multi laudant quod dicturus sum, sed aliqui et reprehendunt; utrisque facere satis valde difficile est. Audistis modo, cum evangelium legeretur: *Cantavimus vobis et non saltastis; planximus et non luxistis. Venit Iohannes baptista non manducans neque bibens et dicunt: Daemonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens et dicunt: Ecce homo vorax, potator vini et amicus publicanorum.* Quid ergo facio inter illos, qui parant me reprehendere et dentes in me ducere, si suscepero hereditates eorum, qui filios suos irati exheredant? Iterum quid sum facturus eis, quibus canto et nolunt saltare, qui dicunt: Ecce quare nemo donat ecclesiae Ypponiensi aliquid? Ecce quare non eam faciunt qui moriuntur heredem? Quia episcopus Augustinus de bonitate sua — laudando enim mordent, labiis mulcent et dentem figunt — donat totum, non suscipit. Plane suscipio, profiteor me suscipere oblationes bonas, oblationes sanctas. Si quis autem irascitur in filio suo et moriens exheredat eum, si viveret, non eum placarem? Non ei filium reconciliare deberem? Quomodo ergo cum filio suo volo ut habeat pacem, cuius appeto hereditatem? Sed plane, si faciat quod saepe hortatus sum; unum filium habet, putet Christum alterum; duos habet, putet Christum tertium; decem habet, undecimum faciat Christum, et suscipio. Quia ergo feci hoc in quibusdam rebus, iam volunt bonitatem meam vel commendationem famae meae in aliud vertere, ut in alio modo me reprehendant, quia oblationes devotorum hominum nolo suscipere. Considerent, quam multa susceperim. Quid opus est ea numerare? Ecce unam dico, filii Iuliani hereditatem suscepi. Quare? Quia sine filiis defunctus est. Bonifati, id est fati, hereditatem suscipere nolui, non misericordia, sed timore. Navicularian nolui esse ecclesiam Christi. Multi sunt quidem, qui etiam de navibus adquirunt. Tamen una temptatio si esset, si iret navis et naufragaret, homines ad tormenta daturi eramus, ut de submersione navis secundum consuetudinem quaereretur et torquerentur a iudice qui essent de fluctibus liberati? Sed non eos daremus; nullo pacto enim hoc facere deceret ecclesiam. Onus ergo fiscale persolveret? Sed unde persolveret? Enthecam nobis habere non licet. Non est episcopi servare aurum et revocare a se mendicantis manum. Quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi nos inopes interpellant, ut plures tristes relinquamus, quia quod possimus dare omnibus non habemus. Non habemus ergo enthecam. Propter naufragium ergo hoc vitando feci, non donando. Nemo ibi me laudet, sed nemo et vituperet. Plane, quando donavi filio quod iratus pater moriens abstulit, bene feci. Laudent qui volunt; parcant qui laudare nolunt. Quid pluribus, fratres mei? Quicumque vult exheredato filio heredem facere ecclesiam quaerat alterum, qui suscipiat, non Augustinum; immo Deo propitio neminem inveniat. Quam laudabile factum sancti et venerandi episcopi Aurelii Carthaginiensis, quomodo implevit omnibus, qui sciunt, os laudibus Dei! Quidam, cum filios non haberet neque speraret, res suas omnes retento sibi usufructu donavit ecclesiae. Nati sunt illi

Matth. 11, 17—19.

CXII. 1 Sed si] Sed *L.* hanc] hac *B.* 2 in re] iuris *Aug.* 7 Audis *L.* 11 parant reprehendere *L.* 12 saltare] salvare *B.* 13 Yponensi *L*, Yponiensi *B*, Ipponiensi *M.* 15 donat totum] donatum *M.* 17 eum] cum *B.* 18 appeto] ppeto *R post locum rasum.* hortatus] ortatus *L. B. M.* 20 undecimum — Christum] *ita M*, undecimum faciat *R. L. B.* 21 alio] aliud *B.* 22 susciperim *L.* 23 ea numerare] anumerare *B.* 24 Bonifati — fati] *ita R. B*, Bonif *(cetera rasa sunt)* id est fati *L*, Bonifacti suscepi id est et mali facti *M*, Bonifacii *Aug.* 25 esse *deest B.* de navibus] donavimus *L*, de manibus *B.* 26 si esset] esset *B.* naufrageret *L.* 27 submersione] eius *add. B.* 29 deceret] diceret *L.* ergo] enim *M.* 30 revocare] repellere *M.* Quotidie] Cottidie *M.* 31 inopis *L.* 32 possimus] *ita Aug., deest R. L. B. M.* enthecam] anthecam *B.* 33 laudat *B.* et *deest M.* 35 vult] volunt *L.* 36 Agustinum *R. L.* 37 Carthaginensis *L*, Cartaginihensis *B*, Cartaginensis *M.*

filii, et reddidit episcopus nec opinanti quae illi donaverat. In potestate habebat episcopus non reddere, sed iure fori, non iure caeli. Sane etiam hoc noverit caritas vestra dixisse me fratribus meis, qui mecum manent, ut quicumque habet aliquid aut vendat et eroget aut donet aut commune illud faciat. Ecclesiam habet, per quam nos Deus pascit. Et dedi dilationem usque ad Epiphaniam propter eos, qui vel cum fratribus suis non diviserunt et dimiserunt quod habent apud fratres suos vel nondum de re sua aliquid egerunt, quia expectabatur aetas legitima. Faciant inde quod volunt, dum tamen sint pauperes mecum; simul expectemus misericordiam Dei. Si autem nolunt, qui forte nolunt, certe ego sum, qui statueram, sicut nostis, nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere, ut, si vellet discedere a proposito, recte illi tollerem clericatum, quia desereret sanctae societatis promissum ceptumque consortium. Ecce in conspectu Dei et vestro muto consilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus et ecclesia eius, maneant ubi volunt et ubi possunt: non eis aufero clericatum. Nolo habere hypochritas. Malum est, quis nesciat? Malum est cadere a proposito, sed peius est simulare propositum. Ecce, dico, audite: qui societatem communis vitae iam susceptam, quae
cf. Act. 2, 44. laudatur in apostolorum actibus, deserit a voto suo cadit, a professione sancta cadit. Observet iudicem, sed Deum, non me; ego ei non aufero clericatum; quantum sit periculum, ante oculos eius posui; faciat quod vult. Novi enim, quia, si aliquem hoc facientem degradare voluero, non ei deerunt patroni, non ei deerunt suffragatores, et hic et apud episcopos, qui dicant: 'Quid mali fecit? Non potest tecum tolerare istam vitam; extra episcopium vult manere, de proprio vivere; ideone debet perdere clericatum?' Ego scio, quantum mali sit profiteri sanctum aliquid nec
Ps. 75, 12. Eccle. 5, 4. implere. *Vovete,* inquid, *et reddite domino Deo vestro,* et: *Melius est non vovere quam vovere et non reddere.* Virgo est, etsi numquam fuerit in monasterio, et virgo sacra est; nubere illi non licet, esse in monasterio non conpellitur. Si autem coepit esse in monasterio et deseruit et tamen virgo est, dimidia ruit. Sic et clericus duas res professus est, et sanctitatem et clericatum; interius sanctitatem, nam clericatum per populum suum Deus inposuit cervicibus ipsius.
Osee 14, 10. Magis onus est quam honor. Sed *quis sapiens et intellegit haec?* Ergo professus est sancti-
Ps. 132, 1. tatem, professus est communiter vivendi societatem, professus est *quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum.* Si ab hoc proposito ceciderit et extra manens clericus fuerit, dimidius et ipse cecidit. Quid ad me? Non eum iudico. Si foris servat sanctitatem, dimidius cecidit. Si intus habuerit simulationem, totus cecidit. Nolo habeat necessitatem simulandi. Scio, quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolenti mecum communiter vivere; habet Deum qui mecum manere vult. Si paratus est pasci a Deo per ecclesiam ipsius, non habere aliquid proprium, sed aut erogare pauperibus aut in commune mittere, maneat mecum. Qui hoc non vult habeat libertatem, sed videat, utrum habere possit felicitatis aeternitatem. Sufficiant haec nunc interim caritati vestrae. Quod egero cum fratribus meis — spero enim bona, quod omnes mihi libenter oboediant, nec inventurus sum aliquos habere aliquid nisi aliqua necessitate religionis, non occasione cupiditatis — quod ergo egero post Epiphaniam caritati vestrae in Domini voluntate nuntiabo et, quomodo litem finiero inter duos fratres, filios praesbiteri Ianuarii, non vobis tacebo. Multa locutus sum: date veniam loquaci senectuti, sed timidae infirmitati. Ego, sicut videtis, per aetatem modo senui, per infirmitatem corporis olim sum senex:

CXII. 1 quae ille *M.* 2 Sanae *R.* 3 et] aut *B.* 5 Epiiphaniam *B.* 6 egerunt] *ita M,* degerunt *rell.* 7 sint] sunt *L.* 10 tollere *R.* 12 Deus et] Deus *B.* ubi] hubi *hic et infra B.* 13 hypocritas *L,* hypochiritas *B,* ypocritas *M.* quis] qui *L.* malum cadere *L.* 15 actibus] hactibus *B.* 16 aufero] offero *B.* 18 patroni — suffragatores] suffragatores non ei deerunt patroni *B.* episcopus *L.* male *hic et infra L,* malae *B.* 19 episcopium] episcopum *codd.* 20 aliquod *B.* 22 etsi] si *B.* 23 deseruit] deserunt *B.* 25 interius] interim *codd.* per — suum] pro populo suo *M.* 26 onus] honus *B.* quis] qui *B.* Ergo professus] Ergo prosus *L.* 28 hoc] hac *B.* 33 communem *B.* 35 meis] annuntiabo vobis *add. Aug.* bonum *B.* 36 aliqua] aliqui *L.* 37 quod] quid *L.* ergo *deest B.* Ephyphaniam *B.* 38 voluntatem *L.* 39 Ianuarii] *ita Aug.,* Ianuariani *hoc loco omnes codd. (v. supra p. 386 l. 17 et 44, infra p. 392 l. 19 et 44).* senectutem *B.*

tamen, si Deo placet quod dixi, modo ipse dat vires. Non vos desero; orate pro me, ut, quantum inest anima in hoc corpore et qualescumque vires suppetunt, in verbo Dei serviam vobis. Amen.

CXIII. Item sermo secundus de vita et moribus clericorum. Caritati[1] vestrae hodie de nobis ipsis sermo reddendus est. Quod enim ait apostolus: *Exspectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus,* qui nos amant quaerunt quod laudent in nobis; qui autem nos oderunt detrahunt nobis. Nos autem in utroque medio constituti adiuvante domino Deo nostro et vitam nostram et famam nostram sic custodire debemus, ut non erubescant de detractoribus laudatores. Quomodo autem vivere velimus, quomodo Deo propitio iam vivamus, quamvis de scriptura sancta multi noveritis, tamen ad commemorandos vos ipsa de libro actuum apostolorum vobis lectio recitabitur, ut videatis, ubi descripta sit forma, quam desideramus implere. Dum ergo recitatur, vos intentissimos volo, ut post eius recitationem quod institui loquar, Domino donante, intentioni vestrae. Cumque diaconus Lazarus legeret: *Cum orassent, motus est locus, in quo erant congregati, et impleti sunt omnes Spiritu sancto et loquebantur verbum Dei cum fiducia omni volenti. Multitudinis autem credentium erat anima et cor unum; et nemo eorum, quae possidebat, dicebat aliquid suum esse, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant testimonium apostoli resurrectionis domini Iesu, gratiaque magna erat super omnes illos. Neque enim egens quisquam fuit inter illos. Quotquot enim possessores praediorum vel domorum erant vendentes adferebant pretia illorum et ponebant ante pedes apostolorum; distribuebantur autem unicuique, prout cuique opus erat,* cumque Lazarus diaconus recitaret et episcopo codicem tradidisset, Augustinus episcopus dixit: Et ego legere volo; plus enim me delectat huius verbi esse lectorem quam verbi mei disputatorem. *Cum orassent, motus est locus, in quo erant congregati, et impleti omnes Spiritu sancto loquebantur verbum Dei cum fiducia omni volenti. Multitudinis autem credentium erat anima et cor unum; et nemo eorum, quae possidebat, dicebat aliquid suum esse, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant testimonium apostoli resurrectionis domini Iesu, gratiaque magna erat super omnes illos. Neque enim egens quisquam fuit inter illos. Quotquot enim possessores praediorum vel domorum erant vendentes afferebant pretia eorum et ponebant ante pedes apostolorum; distribuebantur autem unicuique, prout cuique opus erat.* Cumque episcopus legeret, dixit: Audistis, quid velimus; orate, ut possimus. Contigit autem quaedam necessitas, ut haec diligentius agerem, quoniam, sicut iam nostis, presbiter in nostra societate constitutus — quali societati, perhibet testimonium lectio, quam modo, cum recitaremus, audistis — moriens testamentum fecit, quia habuit unde faceret. Erat quod diceret suum, cum in ea societate viveret, ubi nemini licebat dicere aliquid suum, sed esse illis omnia communia. Si quis dilector et laudator noster apud detractorem nostrum praedicaret istam societatem et diceret: 'Cum episcopo Augustino sic vivunt omnes cohabitatores eius, quomodo scriptum est in actibus apostolorum', continuo ille detractor caput movens, dentem promovens, diceret: 'Ita vero sic ibi vivitur, quomodo dicis? Quare mentiris? Quare falsa

1. Cor. 4, 9.

Act. 4, 31-35.

ib.

CXII. 1 Deo] do *B.* 2 serviam] serviant *B.* 3 Amen *deest M.*

CXIII. 4 sermo] Augustini *add. L.* 5 redendus *B.* 6 quod] que *B.* 7 detraunt *B.* 8 sic] suc *B.* detractoribus] tractoribus *codd.* 11 ubi] hubi *B.* 13 orassent] horassent *hic et infra B.* 14 Spiritu sancto] sancto Spiritu *hic et infra R.* 15 credentium erat] erat credentium *R (hic et infra). L. B.* 18 fuit] erat *M (hic et infra).* Quodquot *hic et infra B.* 19 et ponebant — apostolorum *desunt B.* 21 codicem] quodicem *B.* dicit *L.* 22 quam] inquam *L.* 23 quo] co *B.* Spiritu sancto] sancto Spiritu *R. L.* 24 erat *deest R.* 29 cuique] cui *B.* 30 Contigit *bis scr. B.* 34 esse] essent *Aug.* et] aut *M.* 35 Agustino *L (e corr.).* cohabitatores] qui habitatores *B.* 36 actibus] hactibus *B.* 37 ibi] sibi *L.*

1) *Augustinus, Sermo II. de vita et moribus clericorum; Opp. V, 1384 sqq.*

laude honoras indignos? Nonne ibi modo in eorum societate positus presbiter testamentum fecit et quod habuit, quomodo voluit, disposuit et reliquit? Certe omnia ibi sunt communia? Certe nemo dicit aliquid suum?' Sub his verbis quid ageret laudator meus? Nonne os eius quasi plumbo opillaret ille detractor? Nonne illum laudasse paeniteret? Nonne reverentia perfusus et illius sermone confusus vel nobis vel testatori illi malediceret? Haec fuit necessitas, ut ad *istam diligentiam veniremus. Nuntio ergo vobis unde gaudeatis.* Omnes fratres et clericos meos, qui mecum habitant, presbiteros, diaconos, subdiaconos et Patricium, nepotem meum, tales inveni, quales desideravi. Sed qui de sua qualicumque paupertate quod statuerant nondum fecerunt, hi duo sunt, Valens subdiaconus et paulo ante dictus nepos meus subdiaconus, et matris vita impediebat, quia inde vivebat. Expectabatur in illo etiam legitimae aetatis accessus, ut quod faceret firmissime faceret. Nondum autem fecit, quia ipsos agellos habet cum suo fratre communes et subindivisos possident. Sic autem eos cupit ecclesiae conferre, ut inde alantur qui sunt in proposito sanctitatis, quousque in hac vita degunt. Scriptum est enim, et hoc apostolus
1. Tim. 5, 8. loquitur: *Quisquis autem suis et maxime domesticis non providet fidem denegat et est infideli deterior.* Haec autem mancipia sunt ei similiter cum fratre communia, nondum divisa. Disponit ea manumittere, non potest, antequam dividantur. Quid enim ad quem pertineat, adhuc ignorat. Ad ipsum sane quia ad maiorem pertinet divisio et ad fratrem eius electio, et ipse frater eius Deo servit; subdiaconus est cum sancto fratre meo et coepiscopo Severo in ecclesia Milevitana. Hoc agitur, hoc sine dilatione peragendum est, ut illi servuli dividantur et manumittantur, et sic det ecclesiae, ut eorum excipiat alimentum. Nepos autem meus, ex quo conversus est et mecum esse coepit, impediebatur et ipse aliquid de agellulis suis agere, invita usufructuaria matre sua, quae hoc anno defuncta est. Inter ipsum et sorores eius sunt quaedam in Christi adiutorio cito finienda, ut et ipse faciat quod Dei servum decet, quod ipsa professio et ista exigit lectio. Diaconus Faustinus, sicut pene omnes nostis, hic de militia saeculi ad monasterium conversus est, hic baptizatus, inde diaconus ordinatus. Sed quia exiguum est, quia videtur possidere, sicut iurisperiti loquuntur, iure, non corpore, reliquerat illud et ab eius fratribus tenebatur. Numquam inde cogitavit, ex quo conversus est, nec ipse aliquid quaesivit a fratribus suis, nec ab illo aliquid est quaesitum. Modo, quia ventum est ad hunc articulum temporis, cum consilio *meo divisit ipsam rem et dimidiam donavit fratribus suis, dimidiam ecclesiae pauperi in loco* eodem constitutae. Diaconus Severus sub qua Dei disciplina et flagello sit, nostis; lumen tamen non perdidit mentis. Unam domum hic emerat propter matrem et sororem suam, quas de sua patria huc desiderabat adducere. Emerat autem non sua pecunia, quam non habebat, sed ex conlatione religiosorum virorum, quos mihi quaerenti etiam nominans indicavit. De ipso non possum dicere, quid fecerit aut quid disponat, nisi quia totum et ipse in mea posuit voluntate, ut, quicquid ipse vellem, hoc inde fieret. Sed habet quasdam causas cum matre sua, quarum causarum me iudicem poscit, ut, cum illae causae fuerint terminatae, fiat de ipsa domo quod ego voluero. Quid autem velle potero Deo regente, nisi quod iustitia iubet et pietas postulat? Habet etiam in patria sua aliquos agellos; disponit eos sic distribuere, ut etiam illic in ipso loco positae pauperi largiatur ecclesiae. Diaconus Hipponensis homo pauper est; quid alicui conferat non habet, tamen de laboribus suis, antequam esset clericus, emerat aliquos servulos:

CXIII. 6 venerimus *B.* 7 subdiaconus *B.* Patritium *L.* 8 qui] quia *codd.* 9 Valens diaconus *Aug.* et matris] quem *superscr. M.* 11 suo fratre] fratre suo *M.* 12 sub indiviso eos *Aug.* Sic] Si *M. Aug.* autem] divisi fuerint *add. Aug. e corr. edd.* 13 et] ut *B.* 16 pertinent *R. M,* pertinet *L.* 18 et *deest L.* coepiscopo] quoepiscopo *B.* 19 dividantur manumittantur *B.* 20 ut eorum] uterum *B.* 21 agelulis *B.* invita — quae] *ita Aug. e corr. edd.,* vita usufructuariae (usufructuario *B*) matris suae *codd.* 23 ut ipse *L.* faciet *B.* 24 pene] poenae *B.* de militia] dementia *B.* 25 quia] qui *B.* 26 locuntur *L. B.* 28 quasitum *B.* ad hunc] adhuc *L.* 29 pauperi] pauper *B.* 33 relegiosorum *L.* 34 possum] possunt *B.* 36 poscit] possit *B.* 37 Quid] Qui *B.* 39 Hypponiensis *B,* Ipponiensis *M.*

hodie illos in conspectu vestro manumissurus est episcopalibus gestis. Diaconus Eraclius ante vestros oculos versatur; opera eius lucent et coram oculis nostris; de opere eius et expensa pecunia memoriam sancti martyris habemus. De pecunia sua emit etiam possessionem ex consilio meo. Nam ipsam pecuniam volebat per manus meas erogari, sicuti mihi placeret: ego si pecuniae avidus essem aut necessitates ipsas meas, quas pro pauperibus habeo, in hac causa plus curarem, pecuniam acciperem. Quare?, dicit aliquis. Quia possessio illa, quae ab illo empta et ecclesiae donata est, adhuc nihil prestat ecclesiae. Minus enim habebat ad pretium. Et quia mutuatus fuerat, hoc de eius adhuc fructibus redditur. Homo sum senex: quantus mihi de illa possessione potest fructus accedere? Numquid promitto mihi tot annos esse victurum, donec suum pretium illa persolvat? Quod ergo vix diu partibus reddit, de proximo haberem totum, si accipere voluissem. Non feci; aliud adtendi. Fateor enim vobis, et ipsa suspecta mihi adhuc eius actas fuit, et verebar, ne forte, ut sunt homines, matri eius hoc displiceret et diceret inductum a me fuisse adulescentem, ut bona eius paterna consumerem et eum egentem relinquerem. Ideo volui eius pecuniam in illa possessione servari, ut, si aliquid, quod Deus avertat, aliter quam volumus, evenisset, redderetur villa, ne culparetur episcopi fama. Scio enim, quantum vobis sit necessaria fama mea. Nam mihi sufficit conscientia mea. Emit etiam spatium ab ista postera ecclesiae, notum vobis, et sua pecunia aedificavit domum, et hoc nostis. Ante paucos dies, priusquam sermonem de hac re haberem vobiscum, eam donavit ecclesiae. Expectabat enim, ut eam perficeret et perfectam donaret. Fabricandi autem domum necessitas illi nulla erat, nisi quia cogitavit matrem suam huc esse venturam. Si ante venisset, in re filii sui habitaret; modo si venerit, in opere filii sui habitabit. Testimonium ei perhibeo: pauper remansit, sed in caritatis possessione permansit. Aliqui servuli ei reliqui fuerant iam quidem in monasterio viventes, quos tamen gestis ecclesiasticis manumissurus est hodie. Nemo ergo dicat: 'Dives est'; nemo existimet, nemo male loquatur, nemo se ipsum et animam suam suis dentibus laniet. Pecuniam nullam habet servatam; utinam quam debet restituat! Caeteri, id est subdiacones, pauperes sunt, Deo propitio misericordiam Dei expectant. Unde ipsi faciant non habent, nullas habentes facultates finierunt mundi cupiditates. Vivunt nobiscum in societate communi. Nemo eos distinguit ab eis, qui aliquid adtulerunt. Caritatis unitas praeponenda est terrenae commodo hereditatis. Restant presbiteri; sic enim ad eos gradatim ascendere volui. Cito dixerim: 'Pauperes Dei sunt, nihil ad domum sociaetatis nostrae adtulerunt nisi ipsam, qua nihil est carius, caritatem'. Verumtamen, quoniam scio natos fuisse rumores de divitiis ipsorum, non a me ad aliquid compellendi, sed vobis meo sermone purgandi sunt. Vobis dico, qui forte nescitis; nam vestrum plurimi sciunt. Presbiterum Leporium, quamvis saeculi natalibus clarum et apud suos honestissimo loco natum, tamen iam Deo servientem cunctis, quae habebat, relictis inopem suscepi, non quia nihil habuit, sed quia iam fecerat quod lectio ista persuadet. Hic non fecit, sed nos scimus et ubi fecit. Unitas Christi est, ecclesia una est. Ubicumque fecit opus bonum, pertinet et ad nos, si congaudeamus. Hortus est unus, ubi nostis. Ibi monasterium suis constituit, quia et ipsi Deo serviunt. Ille hortus ad ecclesiam non pertinet nec ad ipsum. Et ad quem?, dixerit aliquis. Ad illud, quod ibi est, monasterium. Sed quod verum est, usque ad hoc tempus curam pro illis ita gerebat, ut sumticulos, quibus sustentantur, apud se

CXIII. 1 manum missurus *B.* Eraclius] Heraclius *R. L.* 2 luceant *L.* et expensa pecunia] *ita Aug.*, expensam pecuniam *codd.* 4 sicut *B.* 5 pro *deest L.* 6 pecunia *L.* 7 ecclesia donata *B.* 8 mutuatus] mu . . . tus *in loco raso B.* adhuc fructibus] fructibus adhuc *R.* reddit *Aug.* 9 accedere] acce *L.* promitto] permitto *B.* 11 ipsa] ipsi *R. L. B.* suspecta] suscepta *B.* 13 fuisset *B.* adolescentem *L. M,* adhulescentem *B.* eum] *ita M,* cum *rell.* 15 ne culparetur] ne cui paretur *B.* 18 habere *B.* eam] ea *R. L. B.* 22 possessionem *L.* ei *deest L.* 23 manumissurus] manumensurus *L.* 25 restituat] stituat *L.* 28 adtulerunt] adtule *L.* 29 sic] si *R.* 30 nihil *deest L.* 31 natus *B.* 34 quae] qua *B.* 36 ubi] hubi *B.* Christi est] Christi et *Aug. e corr. edd.* 37 Ibi] Ubi *L.* 38 hortus] ortus *L.* 39 ibi] hibi *B.* quod *deest B.* verum usque *L.* 40 sumpticulos *L. B. M.* sustentatur *B.*

haberet et eis ipse, ut videbatur, impenderet. Sed ne propter hoc daretur locus hominibus suspiciones suas rodentibus et ventrem non implentibus, hoc placuit et mihi et ipsi, ut sic se illi transigant, quasi iste iam de saeculo exierit. Numquid enim, cum obierit ipse, illis dispensaturus est aliquid? Melius est, ut videant illos bene versantes, regente Deo in disciplina Christi sic viventes, ut de illis tantummodo gaudeat, non eorum necessitatibus occupetur. Pecuniam non habet, quam suam dicere possit. Habebat xenodochium aedificandum, quod modo videtis aedificatum. Ego illi iniunxi, ego iussi; obtemperavit mihi libentissime et, sicut videtis, operatus est, quomodo meo iussu etiam basilicam ad octo martyres fabricavit, de his, quae per vos Deus donat. Coepit enim de pecunia, quae data erat ecclesiae propter xenodochium, et cum coepisset, cf. Luc. 10,20. ut sunt religiosi desiderantes opera sua in caelo scribi, adiuverunt, prout quisque voluit, et fabricavit. Opus ante oculos habemus. Omnis homo, quid factum sit, videt; de pecunia, quia non habet, mihi credat; dentem conpescant, ne frangant. Emerat de ipsa pecunia xenodochii quandam domum in Carraria, quam sibi existimabat propter lapides profuturam. Sed lapides eius domus fabricae necessarii non fuerunt, quoniam aliunde provisi sunt. Domus ergo ipsa sic remansit, pensionem praestat, sed ecclesiae, non presbitero. Nemo amplius dicat: In domum presbiteri, ad domum presbiteri, ante domum presbiteri. Ecce ubi est domus presbiteri, ubi est domus mea, ibi est domus presbiteri. Alibi non habet domum, sed ubicumque habet Deum. Quid amplius quaeritis? Nisi quia me illud memini etiam promisisse, ut ad vos perferrem, quid egissem inter duos, fratrem videlicet et sororem, filios Ianuarii presbiteri, quia orta inter illos fuerat controversia pecuniaria, sed tamen, sicut inter fratres, salva, Deo propitio, caritate. Promiseram ergo audire inter illos, ut quicquid esset iudicando finirem. Paraveram me iudicem, sed, antequam iudicarem, ipsi unde iudicaturus fueram finierunt. Non inveni unde iudicarem, sed unde laetarer. Adquieverunt omnino concorditer voluntati meae et consilio meo, ut pares essent in pecunia, quam reliquit pater eorum, ecclesia renuntiante. Post sermonem meum locuturi sunt homines, sed et quodlibet homines loquantur, qualecumque aura flante perducetur inde aliquid ad aures meas et, si fuerit tale, ut sit nos iterum necesse purgare, respondebo maledicis, respondebo detractoribus, respondebo incredulis, non nobis credentibus, praepositis suis. Respondebo, ut potero, quod Dominus dederit. Interim modo non est necesse, quia nihil forte dicturi sunt. Qui nos amant libere gaudeant; qui nos oderunt tacite dolebunt, tamen, si linguas exercuerint, audient Deo propitio vobiscum responsionem meam, non litem meam. Non enim homines nominaturus sum et dicturus: Ille hoc dixit, ille sic detraxit, cum fortasse etiam ad me falsa, quia et hoc potest fieri, perferantur. Verumtamen quaecumque perlata fuerint, si oportere videbitur, loquar inde caritati vestrae. Ante oculos vestros volo sit vita nostra. Scio, quia quaerentes licentiam male faciendi quaerunt sibi exempla male viventium et multos infamant, ut socios invenisse videantur. Ideo quod nostrum est, plus quid faciamus non habemus. Ante vestros oculos sumus; nullius aliquid desideramus nisi bona opera vestra. Et vos exhortor, fratres mei, si aliquid vultis clericis dare, sciatis, quia non debetis quasi vitia eorum fovere contra me. Omne offerte, quod vultis, offerte de voluntate vestra. Quod commune erit distribuetur unicuique, sicut cuique opus erit. Gazofilacium adtendite, et omnes habebimus. Valde me delectat, si ipsum fuerit praesaepe nostrum, ut nos simus iumenta Dei, vos ager Dei. Nemo det

CXIII. 2 rodentibus] prodentibus *B.* 3 iam de] de iam *R. L.* 5 gaudiat *L.* 6 xenodochium] sinodochium *B.* quod] quo *L.* 8 marthyres *B.* 9 quae] quod *R.* senodochium *B.* 12 senodochii *B.* 14 aliunde] habunde *L.* ipsa *deest B.* 18 quaeritis] quaeris *B.* perferem *B.* 19 Ianuarii] *ita Aug.*, Ianuariani *codd. (v. supra p. 388 l. 49 sq.).* quia] qui *B.* orta] horta *L.* 20 contraversia *B.* 20 caritatem *B.* 21 Promisseram *B.* ut] et *R. L. B.* 22 sed] si *L.* 25 qualicumque *e corr. M.* aura] ūrā (= vestra?) *L.* 26 aliquod *R.* 29 oderunt] hoderunt *B.* 30 exercuerint] *ita M,* exeruerint *rell.* 34 multo *B.* 35 socios] sotius *B.* est] fecimus *add. Aug.* 36 exortor *R.* 37 debetis] habetis *L.* 38 Omne] Omnibus *B.* quod vultis] quid vultis *M.* 40 nostro *B.* det] dat *B.*

birrum, lineam tunicam nisi in commune. De communi accepi et mihi ipsi, cum sciam commune me velle habere quicquid habeo. Nolo talia offerat sanctitas vestra, quibus ego solus quasi decentius utar. Offeratur mihi, verbi gratia, birrum pretiosum. Forte decet episcopum, quamvis non deceat Augustinum, id est hominem pauperem de pauperibus natum. Modo dicturi sunt homines, quia inveni pretiosas vestes, quas non possem habere vel in domo patris mei vel in illa saeculari professione mea: 'Non decet'. Talem debeo, qualem possim, si non habuerit, fratri meo dare; qualem potest habere presbiter, qualem potest habere decenter diaconus et subdiaconus, talem volo accipere, quia in commune accipio. Si quis meliorem dederit, vendo; quod et facere soleo, ut, quando non potest vestis esse communis, pretium vestis possit esse commune; vendo et erogo pauperibus. Si hoc eum delectat, ut ego habeam, talem det, de qua non erubescam. Fateor enim vobis, de pretiosa veste erubesco, quia non decet hanc professionem, non decet hanc ammonitionem, non decet haec membra, non decet hos canos. Etiam illud dico, si forte in nostra domo, in nostra societate eger est aliquis vel post egritudinem, ut necesse sit eum ante horam prandii reficere, non prohibeo religiosos vel religiosas mittere eis quod eis videtur, ut mittant. Prandium tamen et caenam extra nemo habebit. Ecce dico, audistis? Audiunt. Qui habere voluerit proprium et de proprio vivere et contra ista praecepta nostra facere, parum est, ut dicam, non mecum manebit, sed clericus non erit. Dixeram enim et scio me dixisse, ut, si nollent suscipere socialem vitam mecum, non illis tollerem clericatum, seorsum manerent, seorsum viverent, quomodo nossent, Deo viverent, et tamen ante oculos posui, quantum mali sit a proposito cadere. Malui enim habere vel claudos quam plangere mortuos. Qui enim hypochrita est mortuus est. Quomodo ergo, quicumque voluisset extra manere et de suo vivere, non ei tollerem clericatum, ita modo quia placuit illis Deo propitio socialis haec vita, quisquis cum hypocrisi vixerit, quisquis inventus fuerit habens proprium, non illi permitto, ut inde faciat testamentum, sed delebo eum de tabula clericorum. Interpellet contra me mille concilia, naviget contra me quo voluerit, sit certe ubi potuerit: adiuvabit me Dominus, ut, ubi ego episcopus sum, ille clericus esse non possit. Audistis? Audierunt. Sed spero in Deum nostrum et misericordiam eius, quia, sicut dispositionem meam istam hilariter acceperunt, sic eam pure fideliterque servabunt. Dixi aliquid suum non habere presbiteros, cohabitatores meos, inter quos est et presbiter Barnabas. Sed et de illo audivi quaedam fuisse iactata, ante omnia, quia emit villam a dilecto et honorabili filio meo Eleusino. Hoc falsum est. Monasterio donavit ille, non vendidit. Ego sum testis. Quid amplius quaeratis, ignoro. Ego sum testis. Donavit ille, non vendidit. Sed, dum non creditur donare potuisse, creditus est vendidisse. Beatus homo, qui tam bonum opus fecit, ut non crederetur! Tamen vel modo credite et detractores audire libenter desinite. Iam dixi, ego sum testis. Dictum est de illo, quod anno praepositurae suae per industriam debita fecerit, ut, dum volo ego reddi debita, darem illi poscendi fundum Victorianensem, tamquam dixisset mihi: 'Ut reddam debita mea, da mihi in decem annos fundum Victorianensem'. Et hoc falsum est, sed fuit unde rumor nasceretur. Fecit debita reddenda. A nobis reddita sunt partim unde potuerunt. Remansit aliquid, quod non debebatur etiam monasterio illi, quod per ipsum Deus instituit. Cum ergo remansisset, caepimus quaerere,

CXIII. 1 byrrum *hic et infra B.* tonicam *L. B.* accepi] accipiet *B.* communem me *B.* 4 deceat] doceat *L, deest B.* 5 precioses *B.* 6 debeo] habere *add. Aug.* 7 et subdiaconus *desunt L.* 10 dilectat *L,* delectet *B.* ut] et *B.* qua] quo *L. B.* 11 professione *B.* 12 haec] hac *L.* 13 egritudinis *L.* 14 religiosos] releg- *saepius L.* 15 et caenam] ut cenam *L,* ad cenam *B.* nemo] non *add. L.* 18 nolent *B.* 19 quomodo — viverent *desunt L.* 20 male *L,* malis *B.* 21 enim *deest M.* hypocrita *L. M.* 22 illis *deest B.* haec *deest B.* 23 quisquis — vixerit *desunt B.* ypocrisi *M.* 24 mille] ille *B.* 25 quo] quod *B.* 26 ego *deest L.* 28 aliqui *L.* 29 presbiter Barnabas] Barnabas presbiter *R.* quia] qui *L.* 30 Eleosino *L.* 32 crediditur *B.* vendedisse *L.* 33 credite et] credite ut *B.* 35 per] pro *B.* illi] licentiam *add. Aug. e corr. edd.* poscendi] poncendi *B.* 36 decem] duodecim *B.* 37 Victoriamensem *B.* rumor] mor *B.* 39 per *deest B.*

unde debitum redderemus. Ad conductionem ipsius fundi nullus accessit nisi quadraginta solidos offerens pensionem. Sed vidimus fundum amplius posse dare, ut celerius debitum redderetur, et commisi fidei eius, ut de ipsa conductione lucra non requirerent fratres, sed quicquid daret fundus de ipsis fructibus imputarent ad debitum. Fide agitur. Paratus est presbiter, ut alium constituam, qui de fructibus fratribus reddat. Ex numero vestro sit aliquis, cui hoc committam, ex numero ipsorum, qui ad nos talia pertulerunt. Sunt enim in vobis homines religiosi; si qui eum rumorem falso reprehensum esse doluerunt et tamen crediderunt factum, ex ipsis ergo aliquis veniat ad nos, suscipiat possessionem, omnes fructus pretiis suis fideliter vendat, ut reddi possit facilius quod debetur, et hodie recedit inde cura presbiteri. Locus etiam ipse, ubi monasterium constitutum est, a memorato honorabili filio meo Eleusino ipsi presbitero Barnabae donatus est. Antequam ordinaretur presbiter, in ipso loco monasterium instituit. Sed tamen, quia *nomine* ipsius donatus erat locus, *mutavit* instrumenta, ut *nomine* monasterii possideatur. De fundo Victorianensi ego rogo, ego hortor, ego peto, ut, si quis religiosus est, fide agat et exhibeat ecclesiae istam operam, ut cito debitum reddam. Quodsi nemo de laicis fuerit inventus, ego praepono alium, iste illuc non accedet. Quid vultis amplius? Nemo laceret servos Dei, quia non expedit lacerantibus. Servis Dei quidem merces falsis detractionibus crescit, sed crescit
Matth. 5, 12. etiam poena detrahentium; nam non sine causa dictum est: *Gaudete et exultate,* quando detrahunt de vobis dicentes falsa, *quia merces vestra magna est in caelis.* Nolumus cum detrimento vestro magnam habere mercedem. Minus ibi habeamus et tamen vobiscum ibi regnemus.

EXPLICIT.

Quia ergo constat sanctam ecclesiam praedictorum patrum exempla sequi debere, quorum noscitur documentis post apostolica instituta ubertim coruscare, debent non solum praelati imitando, verum etiam subditi obsequendo usquequaque studere, qualiter eorum exemplis et doctrinis parentes ad felicitatis gaudia, quo illi praecesserunt, valeant pervenire, quoniam sicut hi, qui eorum doctrinis et exemplis summa devotione oboediunt, aeternis gaudiis inseruntur, ita nimirum ea sectari nolentes aeternis suppliciis mancipantur. Memoratas itaque sanctorum patrum sententias, quibus clericalis ordo ad bene vivendum instruitur, sedule perlegat et diligenter pertractet quisquis canonicam professus est vitam; quas cum bene perscrutatus fuerit, patenter inveniet, quod illi non enervate, sed religiose vivendum sit.

CXIIII. Quae praecepta specialiter monachis, quae generaliter caeteris conveniant Christianis. Propter quorundam simplicium verba, qui religiosis et eruditis viris se admonentibus ac redarguentibus plerumque obicere solent solos monachos scripturarum sanctarum praecepta observare debere, opere pretium duximus, quaedam evangelica atque apostolica quam brevissime ad medium deducere praecepta, ut haec huiuscemodi imperiti homines audientes hisque aurem cordis accommodantes intellegant, quae sibi, quae monachis conveniant observare praecepta. Qui enim

CXIII. 1 conductionem] condicionem *L.* fundi] fondi *B.* solidus *B.* 3 commisi] omnis *L.* commissi *B.* requirent *B.* sed] et *B.* daret] *ita M,* dare *rell.* 4 fructibus] fratribus *L.* 6 Sunt] Sint *L.* si qui] si quis *L.* 7 falsum *B.* esset *B.* 8 pretiis] pecus *L.* fidelite *L.* 9 recedat *M.* 10 constitutum] constitum *R. L.* memoratum *L.* 11 proesbiter *R.* instituit] instuit *L.* 12 possedeatur *L.* 16 quidem] quid est *R.* 19 regnemus] Amen *add. B.*

20 Explicit] Incipit regula canonicorum *L,* Incipit regula canonicorum a Ludewico II. Pio imperatore de dictis sanctorum breviter excerpta *add. M.* — *De codicibus R, L, B, P, C, M hinc usque ad finem institutionis adhibitis v. supra p. 312 l. 2 sqq.* 22 choruscare *B.* 23 aetiam *R.* usquequaque] usque *B.* 24 ad] at *P.* 25 hii *P.* 27 Memoratus *B. C.* 29 canonica *P.* inveniat *P.* 30 enervate] henervate *B.*

CXIIII. 32 Cristianis *L. B.* qui] quae *B. P,* quae *corr.* qui *C.* 33 religiosis] religionis *B.* 35 deducere] ducere *B.*

mente et corpore vult contemnere saeculum et pauperem sequi Christum audiat ipsum dicentem in evangelio: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quae habes, et da pauperibus et veni, sequere me,* et iterum: *Omnis, qui reliquerit domum aut fratres aut patrem aut matrem aut agros propter me, centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit.* Ad discipulos autem: *Vos,* inquit, *qui reliquistis omnia et secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israhel.* Haec et huiuscemodi praecepta solis specialiter congruunt monachis, et quanto singularia, tanto et precipua. Dicit etiam idem salvator generaliter omnibus: *Omnis, qui venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus,* et iterum: *Qui amat filium aut filiam super me non est me dignus, et qui non accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus,* et iterum: *Qui non renuntiaverit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus,* et iterum: *Omnia, quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis,* et iterum: *Adtendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis.* Item: *Thesaurizate vobis thesauros in caelo, ubi nec erugo nec tinea demolitur.* Item: *Adtendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vitae.* Item: *Dico autem vobis: Nolite resistere malo,* et: *Diligite inimicos vestros; benefacite his, qui vos oderunt, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos.* Item: *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit racha reus erit concilio. Qui dixerit fatue reus erit gehennae ignis.* Item: *Nolite iurare neque per caelum neque per terram. Sit autem sermo vester: est est, non non.* Item: *Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii.* Item: *Si quis te percusserit in dextera maxilla, praebe illi et alteram.* Item: *Estote misericordes, sicut et pater vester misericors est.* Item: *Si peccaverit in te frater tuus, dimitte ei septies et non solum septies, sed usque septuagies septies.* Item: *Si non remiseritis hominibus de cordibus vestris, nec pater vester caelestis dimittet vobis peccata vestra.* Item: *Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius; et haec omnia adicientur vobis.* Et cuidam diviti: *Si,* inquit, *vis ad vitam ingredi, serva mandata,* id est *non homicidium facies, non adulterabis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui; honora patrem tuum et matrem et diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Et cuidam legis doctori se interroganti, quod esset mandatum magnum in lege, ait: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet et prophetae.* Paulus quoque apostolus dicit: *Qui diligit proximum legem implevit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui,* et post pauca: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Item idem: *Patientes estote ad omnes, ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini invicem et in omnes. Haec*

Matth. 19, 21. ib. 19, 29. ib. 19, 28. Luc. 14, 26. Matth. 10, 37. 38. Luc. 14, 33. Matth. 7, 12. ib. 6, 1. ib. 6, 20. Luc. 21, 34. Matth. 5, 39. ib. 5, 44. ib. 5, 22. ib. 5, 34. 35. 37. ib. 12, 36 Luc. 6, 29. ib. 6, 36. Matth. 18, 15. 21. 22. ib. 6, 15. ib. 6, 33. ib. 19, 17—19. cf. Exod. 20, 17. Matth. 22, 37—40. Rom. 13, 8. 9. ib. 13, 9. 1. Thess. 5, 14. 15. 18.

CXIIII. 1 contempnere *L. B. C.* 2 vende] viude *B.* 3 relinquerit *B.* domus *B.* 4 aut matrem *desunt R.* 5 Vos inquit] dicit Vos *M.* 7 soli *B.* 10 meus esse] esse meus *B.* 11 dignus et qui] dignus qui *B. P. C. M.* et qui non — dignus *desunt L. B.* 12 meus esse] esse meus *B.* 13. 14 Omnia — iterum *desunt M.* 16 nec erugo nec] neque erugo neque *C.* 18 malo et] malo item *B.* orate] horate *B.* 19 calumpniantibus *B.* 20 racha — dixerit *desunt B. M.* gebenne *L,* gehenne *B.* 21 Item] Et iterum *B,* Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines et vos facite illis. Item *add. M (cf. supra l. 13. 14. 43).* Noli *R.* 22 reddunt *B.* 23 ratione *e corr. B.* percuterit *B.* dexteram maxillam *C.* praebe — pater vester *desunt B.* illi] ei *M.* 24 misericors] misericordis *B.* 25 et non solum — septuagies septies *desunt B.* 29 furtum facias *B.* 30 concupisces] concupis *B.* honera *e corr. C.* 32 Diligis *hic et infra L.* 34 huic] uhic *B.* 36 implebit *B.* non furaberis *desunt M.* 37 concupesces *P.* 38 estote] stote *B.* 39 invicem] in invicem *P. C.*

est enim voluntas Dei. Omnia autem probate, quod bonum est tenete; ab omni specie
Col. 3, 5. *mala abstinete vos.* Item idem: *Mortificate membra vestra, quae sunt super terram,*
fornicationem, inmunditiam, libidinem, concupiscentiam malam et avaritiam. Item idem:
ib. 3, 8. *Nunc autem deponite et vos iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, et turpis sermo*
ib. 3, 12. 13. *de ore vestro non procedat.* Item ipse: *Induite vos viscera misericordiae, benignitatem,*
ib. 3, 9. *humilitatem, modestiam, patientiam, subportantes invicem.* Item idem: *Nolite mentiri*
ib. 3, 1. *invicem.* Item idem: *Si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite.* Item
Eph. 4, 32. idem: *Estote invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo*
ib. 4, 31. *donavit vobis.* Item idem: *Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blas-*
ib. 5, 3. 4. *phemia tollatur a vobis cum omni malitia.* Item idem: *Fornicatio et omnis inmunditia*
aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo aut stultiloquium
1. Cor. 6, 9. 10. Gal. 6, 7. *aut scurilitas.* Item idem: *An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt?*
Nolite errare. Deus non inridetur, quia neque fornicarii neque idolis servientes neque
adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque avari neque
Eph. 5, 5. *ebriosi neque maledici neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Item idem: *Omnis*
fornicator aut inmundus aut avarus non habet hereditatem in regno Christi et Dei. Item
1. Cor. 4, 16. Hebr. 12, 14. idem: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* Item idem: *Pacem sequimini cum*
omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Item idem ad Timotheum:
2. Tim. 2, 19. *Discedat,* inquit, *omnis ab iniquitate, qui nominat nomen Domini.* Apostolus quoque
1. Ioh. 2, 15. Iohannes ait: *Nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo sunt, quia, si quis*
ib. 2, 6. *diligit mundum, non est caritas patris in eo.* Item idem: *Qui dicit se in Christo*
ib. 3, 15. *manere, debet, quomodo ille ambulavit, et ipse ambulare.* Item ipse: *Omnis, qui odit*
fratrem suum, homicida est, et omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem.
Iac. 4, 4. Iacobus autem apostolus ait: *Quicumque voluerit amicus esse saeculi huius inimicus*
Dei constituitur. Multa quidem et innumera legalia, prophetica et evangelica atque
apostolica poterant proferri documenta, quibus infatigabiliter atque inexcusabiliter de-
votio famulari debet Christiana: sed propter eos, quos supra memoravimus [1], haec
pauca breviter adnumerare studuimus, qui insipienter asserunt solos monachos artam
sectari debere viam, cum utique Dominus artam et angustam viam dicat esse, quae
cf. Matth. 7, 14. ducit ad vitam, et nemo nisi per eam in vitam ingredi possit aeternam. Non solum
igitur monachis et clericis, verum etiam omnibus, qui Christiano censentur vocabulo,
per hanc artam et angustam intrandum est viam. Quid ergo artius quam id, quod
Matth. 5, 44. ib. 5, 39. ib. 5, 22. ib. 5, 28. praecipitur: *Diligite inimicos vestros,* et: *Nolite resistere malo,* et: *Qui irascitur*
fratri suo reus erit iudicio, et: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam*
moechatus est eam in corde suo, et caetera talia? Haec quippe arta sunt, sed salu-
berrima et quanto artiora, tanto potiora et eminentiora. Oportet itaque omnes, qui
cf. Rom. 6, 3. iuxta apostolum in Christo baptizati sumus Christumque induimus, in novitate vitae
ambulare semperque ante oculos ponere pactum, quod cum Deo in baptismate
fecimus, ubi abrenuntiavimus satanae et omnibus pompis eius et omnibus operibus
eius. Quod pactum tunc irritum fit, cum in fide quis permanendo vitiis aut a fide

CXIIII. 1 Dei] Item idem *add. M.* 2 idem] item *P.* 7 conresurrexistis *P.* 9 amarituto *B.* 11 aut avaritia] et avaritia *B.* stultiloquium] stiloquium *P.* 18 Thimotheum *L. B.* 19 omnes *B.* 24 autem — ait *desunt M.* saeculi huius] huius saeculi *M.* 25 constituetur *L. P. M.* innumera legalia] innumerabilia *B,* innumerabilia legalia *M.* aevangelica *R.* 28 studiuimus *B.* solus monachus *B.* 31 igitur] autem *M.* Cristiano *P.* 32 et — viam] viam intrandum est *M.* 33 praecipiatur *B. C.* Dilige *B.* 34 erit *deest B.* concupiscendam *M.* 35 sed] et *in loco raso L.* 39 abrenuntiamus *M.* sathanae *B.* 40 tunc *deest C.* irritum] hyrritum *B.*

1) *V. p. 396 l. 32 sqq.*

exorbitando idolorum cultibus aut haeresum erroribus implicatur. Quia ergo, sicut scriptum est, *corpus, quod corrumpitur, adgravat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem,* et fragilitas humana post baptismi gratiam peccatorum sordidatur inlecebris, eademque peccata baptismatis iteratione nequaquam deleri possunt, necesse est, ut paenitentiae lamentis et elemosinarum largitionibus et caeteris bonorum operum exsecutionibus quam celerrime deleri procurentur. Et quia unus est pater noster et magister et Dominus, una fides, unum baptisma, una mater sancta ecclesia, instanter ac vigilanter ab omnibus certandum est, quamquam diversorum donorum modis curratur, qualiter una ad sanctam et supernam Hierusalem matrem nostram tendamus, quo sine fine cum Domino vivere mereamur. Illud quoque sciendum, quia, quanto quisque se in praesenti saeculo pro Christi amore abiectiorem fecerit, tanto magis in futuro feliciorem remunerationem percipiet. Sap. 9, 15.

CXV. Quod canonica institutio, evangelica et apostolica auctoritate fulta, caeteris superemineat institutionibus. Quia[1] evidenti auctoritate liquet canonicam institutionem caeteris prestare institutionibus, debent, necesse est, qui huius professionis censentur nomine procurare, qualiter in semetipsis eandem institutionem vita et moribus exornent potius quam dehonestent, quoniam qui tantae auctoritatis institutione pollent et se aliis imitabiles praebere debent, verendum est, ne, si, quod absit, a proposito exorbitaverint, regno Dei indigni fiant. Quamquam enim canonicis, quia in sacris canonibus illis prohibitum non legitur, liceat linum induere[2], carnibus vesci, dare et accipere proprias res[3] et ecclesiae cum humilitate et iustitia habere[4], quod monachis, qui secundum regularem institutionem artiorem ducunt vitam, paenitus inhibitum est, non tamen in cavendis vitiis et amplectendis virtutibus eorum a monachorum distare debet vita. Monachi namque, qui evangelicum praeceptum sequentes distractis atque renuntiatis patrimoniis sua Christo dedere, merito de facultatibus ecclesiae subsidium accipiunt temporale, ut, quia toto mentis desiderio caelestia appetunt, sic in hac peregrinationis via sumptibus dominicis sustententur, quatenus ad ea, quae contempserunt, minime redire qualibet necessitatis causa conpellantur; et quia nihil sibi proprium reliquerunt, manifestum est illis copiosioribus ecclesiae sumptibus quam canonicis, qui suis et ecclesiae licite utuntur rebus, indigere. *Unusquisque enim,* ut ait apostolus, *proprium donum habet a Deo.* cf. Matth. 19, 21. 29. 1. Cor. 7, 7.

CXIIII. 1 exhorbitando *L.* haeresum] eresim *B.* Quia] Quid *B.* 2 depremit *B.* 3 sorditatus *B.* 4 eandemque *B.* 5 aelemosinarum *B,* elymosinarum *P,* helimosinarum *C.* 6 executionibus *L. M.* caelerrime *B,* celerrima *C.* 8 ac] *ita R,* et *cett.* 9 curratur] curantur *e corr. L.* Hyerusalem *B.* 11 abiectiorem] obiectiorem *B. C.*

CXV. 18 auctoritate *B.* 20 prohibitum] prohitum *B.* 21 res et] res *R. L.* ecclesie *R.* 25 distractis] relictis *L,* detractis *B. C.* dedere] omnia voverunt *in loco raso L,* dederit *B,* debere *M.* merite *corr.* meride *P.* 26 ecclaesiae *R.* tota *B.* 28 quatinus *e corr. M.* 29 illis] illos *e corr. M.* 30 sumtibus *B.* canonicis] canonicos *e corr. M.*

1) *Cf. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXVII, 624 sqq., de canonicorum nomine v. E. Löning, 'Geschichte des deutschen Kirchenrechts' II, 333 ann. 3, cui adversatus est H. Schaefer, 'Pfarrkirche und Stift im deutschen Mittelalter' (Stuttgart 1903), p. 95 sq.* 2) *De vestimentis canonicorum v. etiam cc. 124. 125, praeterea Chrodegangi regulam c. 29 ed. Schmitz p. 19 sq. Quae leguntur in vita Hludowici c. 28:* . . . tunc coeperunt deponi ab episcopis et clericis cingula balteis aureis et gemmeis cultris onerata exquisitaeque vestes, sed et calcaria talos onerantia relinqui *(MG. SS. II, 622), haec respiciunt ad episcopos et clericos universos, ut taceam auctorem vitae duo concilia Aquisgranensia annorum 816. et 817. confudisse.* 3) *V. quae supra p. 385 ann. 1 ad c. 112 annotata sunt.* 4) *V. etiam infra cc. 116. 120. 121, Chrodegangi regulam c. 32 (l. l. p. 23).*

CXVI. Quid sint res ecclesiae. Res ecclesiae, sicut a sanctis patribus[1] traditur et in superioribus capitulis[2] continetur, vota sunt fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum. Fideles namque fidei ardore et Christi amore succensi ob animarum suarum remedium et caelestis patriae desiderium suis propriis facultatibus sanctam locupletem fecerunt ecclesiam, ut his et milites Christi alerentur[3], ecclesiae exornarentur, pauperes recrearentur et captivi pro temporum oportunitate redimerentur. Quapropter vigilanti ac sollerti cura providendum est his, qui eius facultates administrant, ne eas in suos solummodo usus convertant, sed magis iuxta possibilitatem rerum Christo famulantium, immo eorum, in quibus Christus pascitur et vestitur, curam gerere paenitus non neglegant. Sed et sententia beati Hieronimi non solum praelatis, sed etiam caeteris, qui rebus utuntur ecclesiae, vigilanter perpendenda est, qui ita in commentario Mathei evangelistae ait: Omnes[4] igitur, qui stipe templi et his, quae conferuntur ad usus ecclesiae, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt scribarum et sacerdotum redimentium mendacium et salvatoris sanguinem. Ergo res ecclesiae pauperibus et militibus Christi stipendiariae debent intellegi. Unde totis nisibus praelatis satagendum est, ut sanctorum patrum dictis et exemplis obsequentes de rebus sibi commissis, ut praemissum est, et subditos gubernent et pauperes foveant cunctisque utilitatibus ac necessitatibus ecclesiae fideliter administrando consulant, quatenus de fideli administratione ab ipso, cuius ministri esse noscuntur, ineffabiliter remunerari mereantur.

CXVII. Quod diligenter munienda sint claustra canonicorum. Praepositorum[5] officii est, ut subditorum mentes sanctarum scripturarum lectionibus assidue muniant, ne lupus invisibilis aditum inveniat, quo ovile Domini ingredi et aliquam ovium subripere valeat. Et quamquam ab his hoc instantissime spiritaliter fieri oporteat, necesse est tamen, ut claustra, quo clero sibi commisso canonice vivendum est, firmis undique circumdent munitionibus, ut nulli omnino intrandi aut exeundi nisi per portam pateat aditus. Sint etiam interius dormitoria[6], refectoria[7], cellaria[8] et caeterae habitationes usibus fratrum in una societate viventium necessariae. Qui vero haec, quae praemissa sunt, iuxta quod possibilitas suppetit, agere rennuerit impar minusque idoneus ad caetera ecclesiastica officia peragenda habendus est et, quamquam divina ultione sit dignus, sinodali tamen est sententia feriendus.

CXVIII. Ut in congregandis canonicis modus discretionis sit tenendus. Cavendum[9] summopere praepositis ecclesiarum est, ut in ecclesiis sibi com-

CXVI. 6 oportunitata *B.* 9 vestitur] vertitur *B.* 10 Hyeronimi *B.* 11 aetiam *B.* perpendensa *B.* 12 aevangelistae *R.* stipe] stipendiis *M.* quae] que *R.* 15 nisibus] nisi *B.* 18 quatinus *M.*

CXVII. 21 CXVII] CXVIII *P.* sint] sunt *B.* 22 subditorum] suiditorum *B.* 23 Domini] Dei *M.* aliquem *P.* 25 quo] *ita codd.* 26 exseundi *B.* 28 necessaria *M.* Qui] Quia *P.* 29 iuxta] uxta *B.* rennuerit *e corr. M.* 31 est *deest M.*

CXVIII. 33 praepositis — est] est praepositis aecclesiarum *M.*

1) *Cf. Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 9; Opp. Prosperi app. 32.* 2) *Cf. c. 35; supra p. 357 l. 14 sq.* 3) *V. infra c. 141.* 4) *Hieronymus, Commentarius in Matthaeum; Opp. VII, 242 sq.* 5) *V. infra cc. 143. 144, institutionem sanctimonialium c. 11.* 6) *De dormitorio v. infra cc. 123. 136.* 7) *De refectorio v. infra cc. 123. 134.* 8) *De officio cellerarii v. infra c. 140.* 9) *V. infra c. 122, inst. sanct. c. 8. Cf. etiam concil. Arelat. 813 c. 8, Mogunt. 813 cc. 9. 19, Turon. 813 c. 31, Capp. e canonibus excerpta 813 c. 6; supra p. 251. 262 sq. 266. 290. 295.*

missis non plus admittant clericos, quam ratio sinit et facultas ecclesiae suppetit, ne, si indiscrete et extraordinarie plures adgregaverint, nec ipsos gubernare nec caeteris ecclesiae necessitatibus, ut oportet, valeant adminiculari. Sunt namque nonnulli vanam gloriam ab hominibus captantes, qui numerosam cleri congregationem volunt habere, cui nec animae nec corporis curant solatia exhibere. Hi namque taliter adgregati, dum a praelatis stipendia necessaria non accipiunt, neque canonicum servant ordinem nec divinis officiis insistunt, claustra societatemque caeterorum relinquentes efficiuntur vagi et lascivi, gulae et ebrietati et caeteris suis voluptatibus dediti, quicquid sibi libitum est licitum faciunt[1]. Proinde praepositis sollerter providendum est, ut in hoc negotio modum discretionis teneant, scilicet ut nec plus, quam oportet et possibilitas ecclesiae suppetit, in congregatione admittant nec eos, quos rationabiliter gubernare possunt, causa avaritiae abiciant.

CXVIIII. De his, qui in congregatione sibi commissa solummodo ex familia ecclesiae clericos adgregant. Sunt nonnulli, qui tantum ex familia ecclesiastica clericos in sibi commissis congregant ecclesiis et ideo hoc facere videntur, ut, si quando eis aliquid incommodum fecerint aut stipendia oportuna subtraxerint, nihil quaerimoniae contra se obicere praesumant, timentes scilicet, ne aut severissimis verberibus afficiantur aut humanae servituti denuo crudeliter addicantur. Hoc autem non ideo dicitur, ut ex familia ecclesiae probabilis vitae in congregatione non sint admittendi, praesertim cum apud Deum non sit personarum acceptio, sed potius, ut cf. Eph. 6, 9. propter quam intulimus occasionem nullus praelatorum seclusis nobilibus viles tantum in sua congregatione admittant personas[2].

CXX. Qui clerici in congregatione canonica constituti ecclesiastica accipere debeant stipendia. Quia sanctorum patrum supra notatae sententiae docent clericos non divitiarum sectatores esse nec res ecclesiarum inofficiose accipere debere, non ab re putavimus nonnulla capitula libri Prosperi ad medium exempli causa deducere, in quibus ita legitur: Qui[3] ecclesiae serviunt et ea, quibus opus non habent, aut libenter accipiunt aut exigunt nimis carnaliter sapiunt. Item ibi: Satis[4] quippe indignum est, si fidelis et operosa devotio clericorum propter stipendium saeculare praemia sempiterna contemnat. Item ibi: Si[5] propter hoc non vult sua quisque relinquere, ut habeat unde vivat, ut quid accipit unde rationem reddat? Ut quid peccatis alienis sua multiplicat? His igitur et caeterorum sanctorum patrum dictis diligenter animadversis studeant necesse est clerici in accipiendis ecclesiasticis sumptibus suum vitare periculum. Proinde qui et suas et ecclesiae habent facultates et utilitatem ecclesiae aut interius aut exterius conferunt,

CXVIII. 1 ne si] si enim *L.* 2 extraordinarie] extra ordinem *L. M.* 3 ecclesia *B.* adminiculari *P.* Sunt namque] suntque *B.* 4 hominibus] ominibus *B.* 5 Hi] Si *B.* adgregati] adcongregati *B. C.* 8 aebrietati *R*, aebrietate *B*, ebrietate *C.* 12 avaricia *P.*

CXVIIII. 14 ex — ecclesiae] ecclesiae ex familia *P.* adgregant] adgregentur *P.* 15 ideo hoc] *ita R*, hoc ideo *rell.* videnter *B.* 17 obiecere *B.* 19 familiae *B.* vitae] clerici *al. man. superscr. L.* 21 occassionem *B.* nulli *M.* 22 admittat *e corr. L.*

CXX. 26 ab] ad *L.* 28 Item ibi *hic et infra erasa in M.* 29 contempnat *L. B. C. M.* 30 propter] proter *R.* 31 accepit *L.* His] Is *B.* 32 animadversis] enim adversis *B.* 33 ecclesiasticis] necesse est *C.* suas ecclesiae *P.*

1) *Cf. regula Benedicti c. 1 ed. Woefflin p. 8.* 2) *Cf. Karoli M. capitulare 802 c. 16 (MG. Capit. I, 94; Mühlbacher² n. 381), capitula de causis cum episcopis et abbatibus tractandis 811 c. 10 (l. l. I, 163; Mühlbacher² n. 463).* 3) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 10; l. l. p. 33.* 4) *Ibidem.* 5) *Ibidem. V. supra p. 382 l. 20 sqq. 24 sq. p. 383 l. 4 sqq.*

accipiant in congregatione cibum et potum et partes elemosinarum et his contenti sint, ne plus accipientes pauperes gravare videantur, perpendentes sententiam Prosperi, qua dicitur: Qui[1] sua possident et dari sibi aliquid volunt sine grandi peccato suo unde pauper victurus erat non accipiunt. Hi[2] vero, qui nec suis rebus abundant nec ecclesiae habent possessiones et magnam utilitatem ecclesiae conferunt, accipiant in canonica congregatione victum et vestitum et elemosinarum partes, quia de talibus ita in libro Prosperi scribitur: Clericos[3] quos voluntas aut nativitas pauperes fecit, in congregatione viventes necessaria vitae accipiant, quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit vivendi necessitas. Porro si tales fuerint, qui nec suas nec ecclesiae velint habere possessiones[4], horum necessitatibus providentissima gubernatione de facultatibus ecclesiae debent subvenire praelati, adtendentes illud Prosperi: Quod[5] habet, inquit, ecclesia cum omnibus nihil habentibus commune habet. Sed et illorum curam nihilominus gerere debent, quos aut infirmitas aut senectus adgravat, quos etiam constat olim in utilitatibus ecclesiae desudasse.

CXXI. Ut in congregatione canonica aequaliter cibus et potus accipiatur. Solet[6] in plerisque canonicorum congregationibus inrationabiliter atque indiscrete fieri, ut nonnulli clerici, qui et divitiis affluunt et aut parum aut nihil utilitatis ecclesiae conferunt, maiorem caeteris divinum strenue peragentibus officium annonam accipiant, cum hoc ita fieri debere nusquam, nec in auctoritate scripturarum nec in traditionibus sanctorum patrum, possit quoquo modo sanccitum repperiri. Sed quia huiuscemodi factum nulla auctoritate fulcitur, sed magis gulae, immo avaritiae causa constat esse inolitum, restat, ut falce iustitiae resecetur et aequitatis censura ab eisdem locis, in quibus fit, prorsus abdicetur. Est nempe rationabile iustumque coram Deo et hominibus, ut in unaquaque canonica congregatione a minimo usque ad maximum cibum et potum omnes aequaliter accipiant, hi videlicet, qui propter aliquam utilitatem in numero canonicorum fuerint admissi. Quamquam enim plerique subditorum a praelatis rebus quibuslibet aliis plus caeteris merito soleant honorari, in hac tamen societate seclusa personarum acceptione una debet cibi et potus aequalitas esse[7].

CXX. 1 cybum *hic et infra B.* aelimosinarum *B*, aelemosinarum *P.* contenti] contempti *B. P.* sint] sunt *L.* 2 ne] nec *B.* 3 et dari] et de ecclesia dari *M.* 4 Hi] Hic *B.* abundant] habundant *L. C. M.* 5 canonica congregatione] congregatione canonica *hic et infra M.* 6 elimosinarum *L*, aelymosinarum *P*, aelemosinarum *B*, helemosinarum *C, ubi sicut in B ante hoc vocabulum legitur* partes. 8 necessariae *B. C.* 11 inquit] iniquit *L.* 12 nihilhominus *L. B. C.*

CXXI. 16 in] im *L.* 20 quoquo] quo *L. B.* sancitum *L.* 22 causae *P.* falcae *B.* resecet *B.* aequitatis] aequalitas *B*, aequalitatibus *P.* 24 unaquaeque *B.* 27 caeterisque *B.* 28 esse] fieri *M.*

1) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 10; Opp. Prosperi app. 32. V. supra p. 382 l. 13 sqq.* 2) *Cf. concil. Turon. 813 cc. 23. 24; supra p. 289.* 3) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 11; l. l. p. 34. V. supra p. 383 l. 12 sqq.* 4) *Cf. praeter Chrodegangi regulam (c. 31, l. l. p. 20 sqq.) quae de bonis propriis a sanctimonialibus resignandis statuit inst. sanct. c. 9.* 5) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 9; l. l. p. 32. V. supra p. 357 l. 17 sq.* 6) *V. infra cc. 124. 138, inst. sanct. c. 12. Statuerat econtra Chrodegangus (c. 2, l. l. p. 3 sq.) haec:* Ordine(s) suos canonici ita conservent, ut ordinati sunt in gradibus suis secundum legitimam vel sanctam institutionem Romana ecclesia in omnibus omnino locis, id est in ecclesia vel ubicunque convenerint, et ratio prestat, excepto his, quos episcopus in alciora gradu constituerint vel degradaverint certis ex causis; reliqui omnes, ut diximus, ita, ut ordinati sunt, ordines suos custodiant; *cf. etiam eiusdem regulae cc. 21. 23 (l. l. p. 14 sqq.).* 7) *V. inst. sanct. c. 13.*

CXXII. De mensura cibi et potus. Illud[1] quoque congruentissime et rationabiliter tenendum esse censuimus, ut in singulis locis, in quibus socialiter canonice Domino militatur, panem et pulmentum et elemosinarum partes aequaliter canonici accipiant. Et quamquam decentissimum foret, ut similiter aeque potum acciperent, non tamen id aequaliter in omnibus locis nec ecclesiarum diversissimae facultates nec terrarum qualitates nec eventuum sinunt fieri posse varietates. Unde necessarium duximus, ut in hoc negotio modum discretionis tenendum describeremus. Quapropter communi voto communique consensu sacro conventui statuere placuit, ut in omnibus locis, maioribus scilicet et minoribus, accipiant singuli canonici per singulos dies quattuor libras panis. In[2] locis vero, ubi maiores facultates sunt ecclesiae, verbi gratia tria aut quattuor aut certe octo et eo amplius milia mansi, si eadem regio vini ferax fuerit, accipiant per singulos dies quinque libras vini, si tamen sterilitas impedimento non fuerit temporis, si vero vinifera plene non fuerit, tres libras vini et tres cervisae; et si penitus vini ferax non fuerit, accipiant libram vini et quinque libras cervisae. In mediocribus enim locis mille aut mille quingentos vel certe duo milia mansos habentibus, si regio, ut praemissum est, vini ferax fuerit, quattuor libras vini et, si plene vini ferax non fuerit, duas libras vini, et tres potus ex diversis materiis confecti. Quodsi etiam vini ferax minime fuerit, quattuor libras memorati potus et libram vini accipiant. Porro in minoribus locis ducentos aut trecentos mansos habentibus accipiant duas libras vini. Quod et si eadem regio, ut iam dictum est, vineis caruerit, tribuantur eis tres librae cervisae et, si facultas suppetit, libra vini[3]. Licet enim in nonnullis provintiis copia desit vini, satagendum est tamen praelatis, ut ex circumiacentibus viniferis provintiis vinum habeant, quoniam, quamquam in plerisque regionibus vineae non sint, abundat tamen sancta Dei ecclesia Domino adtribuente

CXXII. 3 pulmentum et] pulmentum ut *B.* aelemosinarum *R. M. P,* helimosinarum *B,* helemosinarum *C.* 4 foret] fortet *L.* 6 qualitates] qualites *C.* variaetates *R.* 9 locis — minoribus *desunt B.* 10 quattuor] tres *L,* quattuor *in loco raso P.* libras] liberas *B.* panis] vini *edd.* 11 certo *R.* milium *B.* eadem] edem *B.* 12 sterilitas] sterel- *L. B. C.* 13 vinifera] viniferat *hic et infra B,* vini ferax *M.* 14 cervicae *C.* 15 quingentis *L.* certe *deest M.* 16 quattuor] et IIII^{or} *L.* 17 plenae *R. L. B.* vini] *supplet* accipiant. potus *deest L.* matheriis *B.* 18 confecti] *supplet* accipiantur. vini ferax] vinifera *L. P. C,* viniferam *B.* 19 tricentos *L. B. P.* 20 librae *C.* vini] vi *L.* Quod et si] Quodsi *B. M.* 21 libras *L.* libram *B. C.* 22 tamen] tam in *P.* 23 viniferis provintiis] provinciis *B,* provinciis viniferis *M.* 24 abundat] habundat *B. M,* abundet *C.*

1) *Aliter de nutriendis canonicis statuerat Chrodegangus (cc. 21—23; l. l. p. 14 sqq.), neque vero institutio Aquisgranensis repetit universa, quae praeceperat regula Benedicti (cc. 39. 40 ed. Woelfflin p. 42 sq.).* 2) *Cf. de his verbis K. Th. von Inama-Sternegg, 'Deutsche Wirthschaftsgeschichte' I, 293.* 3) *Cf. iudicium concilii Lateranensis a. 1059. celebrati de hac cibi potusque mensura, quacum verba institutionis sanctimonialium c. 13 coniungi debent:* . . . dum consideraretur capitulum illud, quo uni personae IIII^{or} libre panis et sex potus cotidie conceduntur, sacer conventus episcoporum exclamavit hanc sententiam procul a canonica institutione removendam, quae non ad Christianam temperationem, sed ad Ciclopum, ut dicitur, sine aliqua Dei hominumque reverentia invitarit crapulam, et quod illa expensa magis videretur constituta maritis quam canonicis, matronis quam sanctimonialibus, scilicet ut habeant unde sibi concilient greges lenonum, scortorum vel agapetarum seu aliarum pestium ad integritatis vel castitatis periculum seu ad alterius nequitiae viscarium. Tunc tamen aliqui fuere, qui assererent capitulum illud a clericis Remensibus insertum; quod verisimile arbitratur qui Gallos edacitate notatos a Sulpicio Severo *(Dial. I c. 4 § 6, c. 8 § 5, c. 9 § 2; ed. Halm I, 156. 160)* et multis aliis recordatur *('Neues Archiv' XXVII, 674). V. etiam infra sub C epistolas Hludowici ad archiepiscopos datas.*

aliarum rerum copiis, e quibus industria praelatorum ex aliis provintiis vinum adipisci sibique subditis iuxta facultatem pocula conferre possunt. In locis igitur, ubi permodicae sunt res ecclesiae aut forte quorundam abstractu valde adtenuatae, pauci numero, magni tamen constituantur officio, quibus saltim praemissa minor mensura sine difficultate dari possit. Diebus vero festis, sicut moris est ecclesiae, iuxta quod melius praelati possunt, fratribus cibum potumque ministrent. In his itaque locis, ubi forte nonnulli praelati piorum praelatorum imitantes exemplum magis subditis dare soliti sunt, nullatenus bonum, quod faciunt, obmittant. Sed et si cui ob aeternam retributionem magis subditis supererogare libuerit, hilariter quod poterit tribuat. Sin autem, nullatenus mensuram praedictam absque inevitabili causa eis subtrahat. Quando igitur tempus sterilitatis vini extiterit, sicut crebro peccatis praepedientibus evenire solet, et praelati, quantum debent, dare vinum canonicis nequiverint, id, quod dederint, sic discrete et temperate distribuant, ut omnes communiter eo utantur. Non autem id murmurantes, sed magis cum gratiarum actione, quod dari potest, accipiant et socialiter in sancto proposito perseverent. Idcirco prospicere sibi debent canonici, ut vinum aut quemlibet alium potum in elemosina sibi datum in communi recondant cellario, quatenus inminente huiuscemodi sterilitatis tempore suis eo suffragentur communiter necessitatibus. Non tamen eis propter hoc a praelatis potus debitus penitus subtrahatur, si est unde detur. Qui vero et suis et ecclesiae abundant rebus instante sterilitatis tempore eis, quos pauperes pascit ecclesia, suis facultatibus cum caritate et humilitate suffragari procurent, ut iuxta apostolum *frater fratrem adiuvet, et ambo consolentur*. Non tamen ob id se superbiendo extollant, quia, sicut in libro Prosperi legitur, non[1] se debent huiuscemodi inani iactantia praeferre his, quos nihil habentes pascit ac vestit ecclesia. Illud interea semper caveant praelati, ne id, quod dare debent aut possunt, qualibet dissimulatione aut tenacitate subditis subtrahant, ne paupertatis occasione conpulsi per diversa vagari ac turpibus se implicare negotiis cogantur relictoque ecclesiastico officio incipiant indisciplinate vivere et propriis voluptatibus deservire, et praelati, qui eis necessaria largiendo a Domino remunerari poterant, districte et severe iudicentur. Dent quippe eis pulmentum, iuxta quod vires suppetunt, et loca eis congrua adtribuant, in quibus nutrimina fiant, unde necessaria pulmenta habeant, exceptis his, quae de ecclesiae villis vel oblationibus fidelium accipiunt. Habeant itaque idem canonici hortos holerum, unde cum caeteris additamentis aliquod pulmentum quotidie in refectorio sibi vicissim ministrent. Propter diversitates namque et inaequalitates mensurarum, quae apud plerosque non aeque secundum Domini legem, sed secundum uniuscuiusque provintiae usum habentur, mensuram cibi et potus, ponderis ratione, canonicis dandam esse censuimus et hoc ideo, quia, cum huiuscemodi mensurae diversissimae et inaequales soleant haberi, publicum tamen pondus provintiis,

Non inveni.

cf. Prov. 11, 1. 20, 10.

CXXII. 2 conferri *B. P.* igitur] enim *M.* ubi] hubi *hic et infra B.* permodice *R.* 3 quorundam] corundam *B.* 4 saltem *B. M.* mesura *C.* 8 soliti] soliciti *L (e corr.). B.* nullatenus] nonlatenus *L.* faciant *M.* omittant *B. M. P,* ommittant *C.* aeterna *B.* 9 hilariter] ilariter *L.* 11 sterelitas *B,* sterelitatis *C.* exstiterit *L.* propiedientibus *R.* 13 temperare *B.* 14 murmorantes *B. C.* 16 aelymosina *P,* helemosina *C.* commune *M. P.* cellarium quatinus *M.* 17 eo] eos *M.* 18 subtraatur *B,* adtrahatur *C.* 19 suis ecclesiae *R.* abundant] habundant *B. C.* 21 frater] fratrem *L.* 25 ne] nec *L.* 26 se *deest M.* implicari *L. M. P.* 27 cogatur *B.* 31 excaeptis *R. M.* quae] qui *P.* accipiant *P.* 32 idem (= eidem) *deest M.* holerum] olerum *P.* 33 cottidie *M,* cotidie *B. P.* 34 aequae *P.* Domini legem] legem Domini *M.*

1) *Cf. Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 10; Opp. Prosperi app. 33. V. supra c. 107; p. 383 l. 33 sq.*

civitatibus metallisque inditum, nihil diversitatis aut inaequalitatis pati debet, quatenus, sicut idem pondus aequum permanet, ita etiam eadem mensura aeque illis tribuatur. Noverint tamen generaliter omnes libram non amplius quam duodecim unciis constare debere[1].

CXXIII. Quod a praelatis gemina pastio sit subditis impendenda. Sollerter[2] praelatis satagendum est, ut eos, quibus praesunt, verbis et exemplis ad bene vivendum informent, fixoque corde tenendum, ne eos quasi proprios, sed ut Domini sui gregem tractare meminerint iuxta illud, quod Petro dicitur: *Si diligis me,* Ioh. 21, 17. *pasce oves meas.* 'Meas', inquit, non 'tuas'. Et hoc ideo dicimus, quia sunt nonnulli, qui oves Christi non amore Christi, sed suae vel gloriae vel dominationis vel quaestus gratia pascunt. Sed et hoc vigilanter perpendere debent, quod eadem pastio gregis dominici non uniformi, sed multimoda est sollicitudine gerenda, scilicet quia et terrena subsidia diligenter illis praebere et exempla virtutis simul cum verbo praedicationis debent sollicite impendere. Quapropter studeat unusquisque praelatus, ut familiae Christi annonam spiritalem carnalemque fideliter subministret, ut effici mereatur ille evangelicus servus, de quo dicitur: *Fidelis servus et prudens, quem constituit dominus* Matth. 24, 45. *super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram.* Ergo, sicut subditis necessaria corporis tribuunt, ita nihilominus studere debent, ut idem religiosissime ordinem canonicum servent et praelatis suis ac magistris[3] honorem debitum humiliter inpendant; ut horis canonicis divinum officium devotissime expleant, intus forisque non solum habitu et actu, sed etiam ipso incessu inreprehensibiles existant; ut non otio vacent, non vaniloquiis inserviant, non detractionibus et caeteris vitiorum inlecebris incumbant, sed potius aut orationi aut lectioni aut quibuslibet ecclesiae aut certe propriis utilitatibus vacent[4] aut etiam doctrinis sanis et diversarum artium erudiantur disciplinis, ita videlicet ut nullus in congregatione inutilis aut otiosus existens stipendia ecclesiae inofficiose accipiat; ut quotidie ad conlationem[5] veniant, ubi et hanc institutionem et aliarum scripturarum sanctarum lectiones perlegant et pro admissis veniam postulent et sententiam pro qualitate admissi suscipiant, ubi etiam de communi pro-

CXXII. 1 aut] et *M.* quatinus *M.* 2 aequae *B.* 3 liberam *B.* untiis *B.*

CXXIII. 5 pastionis *B, ubi* sit *deest.* 8 iuxta] iusta *B.* 9 sunt] sicut *P.* 11 vigilantes *L.* pascio *B.* 12 sollitudine *B.* 16 evangelicus] ecclesiasticus *B.* 18 necessariae *B. C.* nihilhominus *B. P.* 19 ac] hac *B. C.* 20 impendęnt *B.* 21 solum] solem *P.* incensu *B.* existant] exsist- *saepius R. L. P.* 23 orationi] horationi *B.* 24 sanis] satis *B.* 26 quotidie] cottidie *hic et infra M,* cotidiae *hic et infra B,* cotidie *P.* ubi] hubi *B.* 27 aliarum] alias *R.* 28 postolent *B.* admissis *B.*

1) *V. infra sub C epistolas Hludowici; cf. etiam notitiae cuiusdam fragmenta, quae e codice s. Udalrici Augustani incertae aetatis edidit Mabillon (Vetera analecta IV, 452):* Unciae XII libram efficiunt. . . Libra una et semis heminam facit, duae heminae sextarium reddunt, XXIV sextaria modium faciunt, quindecim modia gomor, duo gomor corum. 2) *V. inst. sanct. c. 14.* 3) *Magistri aeque ac priores (infra c. 143) vocantur hic et infra (cc. 134. 137. 144; cf. c. 138:* magisterium*) ei, qui vicem praelatorum tenent (cf. infra cc. 143. 144); v. etiam concil. Mogunt. 813 c. 9; supra p. 263.* 4) *V. etiam infra cc. 126—132; cf. Chrodegangi regulae praef., cc. 5—7. 9 (l. l. p. 1. 6 sqq.).* 5) *Cf. regula Benedicti c. 42 (l. l. p. 44):* . . . omni tempore sive ieiunii sive prandii, si tempus fuerit prandii, mox surrexerint a cena, sedeant omnes in uno, et legat unus collationes vel vitas patrum aut certe aliquid, quod aedificet audientes *etc. Collationem Chrodegangus appellat (cc. 8. 33; l. l. p. 7 sq. 23)* capitulum; *cf. Ölsner, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin' 211.*

fectu et utilitate ecclesiae pertractent[1]; ut omnes in dormitorio, nisi quem infirmitas[2] aut senectus id facere prohibuerit, dormiant. In refectorio[3] quotidie una reficiantur, nisi forte quem necessitas abesse conpulerit, et hoc non sine licentia magistri fiat. Illis quoque comedentibus et silentium religiose tenentibus continuatim legatur lectio et ab his intentissime audiatur. Ut vicissim in refectorio et caeteris communibus necessitatibus sibi fraternitatis officio serviant. Ut[4] nullus foras nisi per licentiam egrediatur, egressus quoque nullum de se detractioni locum det, sed magis imitabilem se cunctis exhibeat. Hanc igitur geminam pastionem praelati sibi commissis ovibus impendere instanter procurent utpote pro animabus eorum Domino rationem reddituri, quatenus eas pastori omnium Christo, videlicet summo pontifici, secum in tremendi examinis die inlesas praesentantes non cum reprobis et divina ultione feriendis damnentur, sed potius cum electis pastoribus perpetua felicitate a Domino remunerentur.

CXXIIII. Ut canonici sicut in ceteris, ita etiam in cultu vestium modum teneant discretionis. Quaerere potius Deum cultu cordis quam corporis evidentibus scripturae sanctae patet indiciis. Proinde canonicis totis viribus elaborandum est, ut et indumenta virtutum habeant interius et per inmoderatum cultum caveant dehonestare religionis dignitatem exterius. Quantum etiam a superfluo et inmoderato cultu vestium se conpescere debeant, multis sanctorum patrum documentis perdoceri potest. Dicit enim beatus Hieronimus in epistola ad Eustochium: Sunt[5] quidem mei ordinis quibus omnis cura est de vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non fulleat; crines calamistri vestigio rotantur, digiti de anulis radiant et, ne plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia: tales, inquit, cum videris, sponsos magis aestimato quam clericos. Et beatus Gregorius: Nemo[6], inquit, aestimet in fluxu atque studio vestium peccatum deesse, quia, si hoc culpa non esset, nullo modo Iohannem Dominus de vestimenti sui

CXXIII. 2 cotidie *R. P.* 4 licentiam *P.* 5 refecturio *B.* 6 necessitatis *C. P.* 7 nullus *L.* detractioni] tractioni *B.* 8 pascionem *B.* 10 quatinus *M.* 12 dampnentur *B.*

CXXIIII. 17 habent *B.* 18 deonestare ligionis *B.* Quantam *L.* aetiam *R (saepius).* 19 se conpescere] reconpescere *B.* 20 Hyeronimus *B.* epistula *L.* Eustochium] Heustochium *P.* 21 quidam *M.* mei] mea *L.* omnis] omnibus *B.* 22 fulleat] folleat *M.* radiantur *P.* plantes *P.* humidior] umidior *B. C.* 23 sponsus *B.* 24 Et *deest B*, E *P.* 25 vestimentis sui *B*, vestimentis suis *P.* sui] suis *R. P.*

1) *Cf. Chrodegangi regula c. 8 (l. l. p. 7 sq.):* Ut ad capitulum cotidiae veniant. Necesse est, ut omnis clerus canonicus ad capitulum veniant, ibidem verba Dei audiant et istam institucionem nostram . . . uno quoque die aliquod capitulum exinde relegant, praeter tantum die dominico et feria quarta et sexta tractatos et alias omelias vel quod edificet ad capitulum legant. Ideo autem cotidie ad capitulum omnes venire constituimus, ut et anima verbum Dei audeat, et quod episcopus vel arcidiaconus vel quilibet preesse videtur ibidem quod iubere habet iubeat et quod corrigere corrigat vel quod faciendum sit studeat; *de confessione peccatorum diversa statuuntur a Chrodegango (c. 14; l. l. p. 9 sq.).* 2) *V. infra c. 136, de infirmis ac senibus praeterea cc. 131. 143.* 3) *V. infra c. 134; cf. Chrodegangi regula c. 21 (l. l. p. 14):* Clerus . . . in refectorio omnino silentium teneant interim quod exinde foris egrediuntur, qualiter illam lectionem divinam possit audire et in corde meditare; *praeterea cf. concil. Mogunt. 813 c. 9, Turon. 813 cc. 23. 24; supra p. 262 sq. 289.* 4) *V. supra c. 117, infra cc. 143. 144. Minus duriora statuerat Chrodegangus (cc. 4. 10; l. l. p. 5 sq. 8).* 5) *Ex Hieronymi epistola ad Eustochium; Opp. I, 112.* 6) *Taio, Sentent. V c. 2 (Risco, 'España sagrada' XXXI, 502. Migne, Patrol. lat. LXXX, 958) ex Gregorio M., Homil. in evang. I, 6 § 3, Opp. I, 1454.*

asperitate laudasset. Si cultus vestium culpa non esset, nequaquam Petrus apostolus per epistolam feminas a pretiosarum vestium appetitu conpesceret dicens: *Non in veste pretiosa.* Pensandum nobis summopere est de cultu vestium, quae culpa sit hoc etiam viros appetere, a quo curavit pastor ecclesiae et feminas prohibere. Quapropter oportet canonicos sanctarum scripturarum auctoritati parere sanctorumque patrum documenta vigilanter perpendere, ut humilitatem, quam corde gestant, actu, habitu, incessu, ipsa etiam equitatione religiosissime demonstrent plusque velint sancta conversatione eximiisque moribus quam ornatu vestium fulgere. Si enim more coniugatorum in se ornandis nitore vestium, faleris equorum caeterisque humanae vanitatis rebus abusi fuerint, scilicet ut se similibus uti debere contendant, in quo eorum conversatio a laicorum distare videbitur? Decet porro, ut eorum talis sit vestium cultus, qui occasione vanitatis careat et nihil novitatis, nihil superfluitatis redoleat nihilque reprehensionis aut detractionis habeat. Non enim specialiter praesumi debet ab aliquo quod non generaliter teneatur ab omnibus, id est nec plus iusto cultior vestis nec insolita atque deformis, quia in utro illorum aut elationis aut certe simulationis noxa patescet. Inter utrumque enim virtus discretionis moderatissime tenenda est, quae plenissime in vita beati Augustini in laudem illius prolata ita legitur: Vestis[1] eius et calciamenta vel lectualia ex moderato et conpetenti habitu erant nec nitida nimium nec abiecta plurimum, quia his plerique vel iactare se insolenter homines solent vel abicere, ex utroque non quae Iesu Christi, sed quae sua sunt quaerentes. At iste, ut dixi, medium tenebat neque ad dexteram neque ad sinistram declinans. cf. Luc. 7, 25. 1. Tim. 2, 9.

CXXV. Ut canonici cucullas monachorum non induant. Reprehensibilem et ecclesiastica emendatione dignum apud plerosque canonicos inolevisse conperimus usum, eo quod contra morem ecclesiasticum cucullas[2], quibus solis monachis utendum est, induant, cum utique illorum habitum paenitus usurpare non debeant, a quorum proposito quodam modo distant, quia, sicut indecens est, ut arma militaria more laicorum gestent, ita nimirum inhonestum et valde indecorum est, ut alterius propositi indumenta sibi inponant. Habitus namque singulorum ordinum idcirco in ecclesia ab invicem discreti sunt, ut his visis, cuius propositi sit gestans vel in qua professione Domino militet, liquido cognoscatur. Nam et Domini lege vir muliebrem et mulier virilem prohibetur induere vestem, scilicet ut uterque sexus sibi convenienti veste indutus incedat. Sicut enim turpe est virum vestem muliebrem et mulierem vestem virilem induere, ita valde indecorum est canonicum vestem monasticam induere, nisi tamen cum veste etiam propositum voluerit adsumere. Et quia huiuscemodi usus nulla auctoritate adprobatur, sed potius ab his, qui sanum sapiunt, merito reprehenditur et repudiatur, oportet, ut abhinc, ne fiat, penitus inhibitum sit. cf. Deuter. 22, 5.

CXXIIII. 1 Petrus] *re vera Paulus.* aepistolam *R.* 3 quae] quaeve *L.* 4 prohibere] prihibere *P.* canonicus *B.* 5 auctoritate *P.* 6 incesu *B.* aequitatione *R. B. C.* 9 aequorum *R. B.* 10 quo] eo *B.* 13 praesummi *L*, presummi *B.* omnibus] hominibus *B.* 14 nec plus] ne plus *R. L.* utro] utroque *M.* 15 noxa] noxia *L.* 16 moderantissime *B.* vita] via *B.* Agustini *L. B.* in *deest L. B.* 17 caltiamenta *B.* ex] et *B.* 18 conpetendi *L.* plerisque *L.* iactare] iacturae *B. P.* 19 insollenter *L.* sua sunt] sunt sua *R.*

CXXV. 22 aemendatione *R.* 25 quarum *L.* modis *C.* 26 gestant *B.* inonestum *B.* 27 propositi] prepositi *B.* 29 professione] promissione *B. P.* 31 incaedat *R.* 32 ita — induere *desunt B.* canonicam *P.* monasticam] monachicam *M.* 33 cum] con *L.* 35 ne] non *B.*

1) *Possidius, Vita Augustini c. 22; Opp. Augustini X, 2, 272.* 2) *De cuculla ('Kapuze') cf. concilium Rispacense etc. 800 c. 20 (supra p. 210), Aquisgranense 817 cc. 21. 22. 35 (MG. Capit. I, 345 sq.). Nicolai, 'Der hl. Benedict von Aniane' (Coloniae 1865), p. 154 ann. 1.*

CXXVI. Excerptum ex libro officiorum Isidori, qua auctoritate horae canonicae celebrentur, quas scire ac religiose observare canonicos oportet. Horam[1] tertiam, sextam et nonam Danihel et tres pueri supplicationibus devoverunt, scilicet ut ab ortu diei in tempus supplicationis tres horae porrectae trinitatis nobis reverentiam declararent, pariliter a tertia et sexta usque inde ad nonam, per lucis intervalla ratis dimensionibus terminata, trinitas ter dici rogata coleretur, illud etiam occurrens ad probationem venerabilis trinitatis, quod Spiritus sanctus hora tertia, hoc est suo loco et numero et tempore, descendit ad terras, impleturus gratiam, quam Christus promisit. Nam et sexta hora Christus passus in nonam patibuli cruciamenta porrexit. Tali enim sacramento, legitimis ad precem temporibus per ternas horas trinitatis perfectio aut laudatur caelebritatibus aut precibus impetratur. Licet et si computetur diurna caelebritas, per quaternarium usque in vespertinum officium, hoc est quaternis, significatur mundus quadrifario divisus, in trinitate salvatus. Siquidem et in nocte stationes vigiliae militaris in quattuor partes divisae ternis horarum spatiis secernuntur, ut et in ipsis nocturnis mundialibusque officiis trinitatis misterium veneretur.

cf. Dan. 3, 23 sqq. 6, 13. cf. Act. 2, 15.

CXXVII. De vespertinis. Vespertinum[2] diurni finis officium et alternae lucis occasus est, cuius ex veteri testamento sollemnis est caelebratio. Denique hoc tempore veterum sacrificia offerri adolerique altario aromata et tura mos erat. Testis est hymnidicus ille, regio ac sacerdotali perfunctus officio, dicens: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo; elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* In novo quoque testamento eo tempore Dominus et salvator noster caenantibus apostolis mysterium sui corporis et sanguinis initio tradidit, ut tempus ipsum sacrificii vesperum ostenderet saeculi. Proinde in honore ac memoria tantorum sacramentorum his temporibus adesse nos decet Dei conspectibus et personare in eius cultibus, orationum nostrarum illi sacrificium offerentes atque in eius laudibus pariter exultantes. Vesperum autem nominatum a sidere, quod vesper vocatur et decidente sole exoritur, de quo propheta dicit: *Et vesperum super filios hominum producere facit.*

cf. Exod. 29, 39. Ps. 140, 2. cf. Matth. 26, 20. Iob 38, 32.

CXXVIII. De completis. De[3] completis autem caelebrandis id etiam in patrum invenitur exemplis, David prophaeta dicente: *Si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Quis non stupeat tanta in Dei amore animi devotione, ut somnum sibi, sine quo utique corpora humana deficiunt, paenitus interdixerit, donec locum ac templum Domino fabricandum in pectore suo rex et prophaeta repperiret? Quae res nos debet fortiter ammonere, ut, si ipsi locus Domini esse volumus et tabernaculum eius aut templum

Ps. 131, 3—5.

CXXVI. 1 Esidori *C.* 2 ac] hac *B.* religiosae *R. B.* 3 sexta *B. C.* 4 ortu] hortu *B.* 5 pariliter] pariter *B*, ut *add. M.* et sexta — nonam] usque ad sextam et inde ad nonam *M.* inde] in die *B.* per] *ita Isid.*, par *R. L. B. P. C*, per paria *M.* lucis] licis *R.* 6 ratis] latis *B.* diei *deest M.* occurrens *corr.* occurrit *M.* 7 quod] quoniam *M.* 9 nona *B.* patibula *L.* crutiamenta *B.* 10 caelebritatibus — diurna *desunt B.* 11 computatur *L.* 12 significatur] quia *add. M.* 13 stationes] et *add. M.* 14 mundialibusquae *R*, mundi aliquibusque *L.*

CXXVII. 15 CXXVII *deest B.* alterna *B.* 16 sollempnis est adcaelebratio *B.* 17 offerri] aofferre *B.* adholerique *B.* 18 ac] a *P.* perfunctus] perfuntur *B.* oratio] horatio *B.* incensum] hicensum *B.* 21 in *deest B.* 23 orationum] horationum *B.*

CXXVIII. 26 caelebrandis *deest B.* 27 mei] et *add. L, deest M.* 28 timporibus *e corr. P.* 29 stupeat] estupeat *B.* 30 sine] si *R. L. B. C. P.* 32 amonere *e corr. R*, amnere *P.*

1) *Isidorus, De ecclesiasticis officiis I c. 19; Opp. VI, 386 sq.* 2) *Ib. I c. 20; l. l. VI, 387 sq.* 3) *Ib. I c. 21; l. l. VI, 388.*

cupimus haberi, in quantum possumus, exempla sanctorum imitemur, ne de nobis dicatur quod legitur: *Dormierunt somnum suum et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis**. Ps. 75, 6.

CXXVIIII. De vigiliarum antiquitate. Antiqua[1] est vigiliarum devotio, familiare bonum omnibus sanctis. Isaias denique prophaeta exclamat ad Dominum dicens: *De nocte vigilat spiritus meus ad te Deus, quia lux praecepta tua sunt super terram.* Item David: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiae tuae.* Hoc namque tempore vastator angelus transiens primogenita Aegyptiorum percussit. Unde et nos vigilare oportet, ne periculo Aegyptiorum admisceamur. Isdem etiam horis venturum se esse in evangelio salvator asseruit, unde ad vigilandum auditores suos exsuscitans dicit: *Beati servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes. Et si vespertina,* inquit, *hora venerit et si media nocte et si galli cantu et invenerit eos vigilantes, beati sunt servi illi. Itaque et vos estote parati, quia nescitis, qua hora filius hominis venturus est.* Siquidem nec verbis solum docuit vigilias, sed etiam confirmavit exemplo. Nam testatur evangelium, quia erat Iesus pernoctans in oratione Dei. Paulus quoque et Silas in custodia publica circa medium noctis orantes hymnum audientibus cunctis vincti dixisse memorantur, ubi repente terrae motu facto et concussis carceris fundamentis et ianuae sponte apertae et omnium vincula sunt soluta. Unde oportet his horis psallendi orandique frequentiam nos in sanctis habere officiis finemque nostrum vel, si advenerit, sub tali actu expectare securi. Est autem quoddam genus hereticorum superfluas aestimantium sacras vigilias et spiritali opere infructuosas, dicentes iura temerari divina, qui noctem fecit ad requiem sicut diem ad laborem. Qui heretici Greco sermone NHCTATHC[2], hoc est somniculosi, vocantur.

Is. 26, 9. Ps. 118, 62. cf. Exod. 12, 29. Luc. 12, 37. Marc. 13, 35. Matth. 24, 44. cf. Luc. 6, 12. cf. Act. 16, 25 sq.

CXXX. De matutinis. De[3] matutinorum antiquitate et auctoritate testis est idem David prophaeta dicens: *In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus,* et alibi: *Prevenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.* Cassianus[4] autem dicit matutinae sollemnitatis officium novo adhuc tempore institutum primitus in Bethleem monasterio, ubi dominus noster Iesus Christus pro redemptione humanae salutis ex virgine nasci dignatus est, sicque ex illo per universum mundum eiusdem caelebrationis invaluit consuaetudo. Diluculo autem proinde oratur, quod resurrectio Christi caelebretur. Matutina autem luce radiante Dominus et salvator noster ab inferis resurrexit, quando caepit oriri fidelibus lux, quae moriente Christo occiderat peccatoribus. Siquidem et eodem tempore cunctis spes futurae resurrectionis creditur, cum iusti et omnes ab hac temporali morte quasi a sopore somni resurgentes evigilabunt.

Ps. 62, 7. 8. ib. 118, 148. cf. Ioh. 20, 1 sqq.

*) Scriptum ergo est, post completorium nemo loquatur. Nimis enim damnosum est linguam in diurnis horis divinis laudibus exercitatam vanis confabulationibus pollui et in tempore conticinii fructum perdere laboris diurni *add. al. man. M (cf. infra c. 136).*

CXXVIII. 1 nobis] vobis *B.*

CXXVIIII. 3 De — antiquitate *desunt M.* 4 Esaias *M.* 5 vigilet *P.* 8 Isdem] Hisdem *M.* horis] oris *hic et infra P.* se esse] se es *B.* evangelium *B.* 9 exuscitans *M.* 11 aestote *R,* stote *B.* 13 aevangelium *R.* oratione] horatione *B.* 14 orantes] horantes *R. B.* hymnum] ymnum *M.* 15 vinctis *B.* dixisse] exisse *M.* terre *R. L.* 16 ianua *R.* orandique] horandique *B.* 17 in sanctis habere] habere in sanctis *R.* 18 exspectare *L. P.* securos *M.* 19 operae *L.* iurae *R,* iure *B. C. P.* qui] quia *B.* 20 haeretici *R.* NACTATES *L, deest B.* NHCTATEC *C. P,* NEKTACIC *M,* Nyctages *Isid.*

CXXX. 21 est idem] idem est *P.* 24 sollemnitas *B.* officio *R. L. B. C. P.* instituto *R. L. B. C. P.* Bethlehem *M.* monasterio] caepit *add. M.* 26 sicquae *R.* illa *L.* 27 oratur] horatur *B.* caelebraretur *B.* radiente *B. P.* 29 eodem] eo *L.* 30 temporali] temporaria *B. C.*

1) *Isidorus, De ecclesiasticis officiis I c. 22; Opp. VI, 388 sq.* 2) *Cf. praeterea Isidori Etimologiarum l. VIII c. 5 § 62; l. l. III, 359.* 3) *Isidorus, De ecclesiasticis officiis I c. 23; l. l. VI, 389 sq.* 4) *Cf. Cassianus, De institutis coenobiorum III c. 4; Opp. ed. Petschenig I, 38.*

CXXXI. Ut horas canonicas canonici religiose observent. Studeant[1] summopere canonici praedictas horas vigilantissima cura custodire et in his divinum officium humiliter ac devote persolvere. Mox enim ut datum fuerit signum, festinato omnes ad ecclesiam conveniant, quam non pompatice aut inhoneste vel inconposite, sed cum reverentia et Dei timore ingrediantur. Nec cum baculis in choro, exceptis debilibus[2], sed religiosissime illis standum et psallendum est. Sunt etenim quidam clericorum, qui in secularibus negotiis et disceptationibus pene totum infatigabiliter deducunt diem et, mox ut ecclesiam ad divinum officium peragendum intraverint, ita fatigati videntur, ut nec orationi vacare nec ad psallendum stare queant, sed potius sedentes non divinis, sed vanis solent instare loquelis ac saecularia verba et, quod dictu nefas est, turpia et obscena invicem proferunt. Oportet namque, ut ab his, qui id faciunt, et ab illis, qui eos forte imitari volunt, iste execrabilis usus radicitus evellatur, quia secundum Domini sententiam domus eius domus orationis vocanda est. Omnes igitur ab otiosis sermocinationibus auditum pariter castigent et linguam et in ecclesia cum timore et veneratione stantes aut orent aut cantent aut legant aut audiant. Verba vero turpia et livida ac secularia nec ipsi proferant nec alios proferre sinant, quin immo laudes Deo in commune persolventes pro suis populorumque, quorum oblationibus vivunt, delictis Dominum exorent. Debent quoque iuxta apostolum *primo omnium ab his fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim,* inquid apostolus, *bonum est et acceptum coram salvatore nostro Deo.* Caveant etiam, ne pro requie sibi in locis divino cultui mancipatis concessa otio torpeant, sed magis in persolvendis divinis laudibus promptiores ac devotiores existant, ut per hanc quietem bene operantes ad eam, quae fine caret, pervenire valeant. Qui vero has horas frequentare et in his, ut dignum est, caeleste neglexerit officium persolvere, digna invectione corripiatur, ut et ipse emendetur et caeteri timorem habentes huiuscemodi neglegentiam caveant. Sed quoniam aliud est ex toto omittere, aliud pigre occurrere, qui segniter aut tarde ad matutinum aut aliud quodlibet divinum obsequium peragendum occurrerit, dignum est, ut non cum aliis in choro, sed omnium ultimus aut certe, ut erubescere discat, in loco huiuscemodi neglegentibus a praelatis constituto stet; foris vero nullatenus remanere praesumat, ne otio et fabulis vacet et a Dei laudibus penitus alienus existat. Custodes[3] praeterea ecclesiae harum horarum distinctiones bene norant, ut scilicet signa certis

cf. Luc. 19, 46.

1. Tim. 2, 1. 2.

ib. 2, 3.

XXXI. 2 vigilantissimam *B.* 3 ac] hac *B.* 4 ponpatice *R.* inoneste *B.* 5 reverenciae *B.* 6 relegiossimae *P.* quidam *deest P.* 9 orationi] horationi *B.* 10 loquellis *B. C. P.* 12 id *deest M.* imitare *B. C.* exsecrabilis *L. B.* aevellatur *R.* 14 sermotinationibus *B.* castigant *B.* 15 orent] horent *B.* 18 Dominum] Deum *R.* 19 postolationes *B.* 21 agamus] agant *corr. al. atr. R.* 22 coram] quoram *B.* aetiam *R.* 23 cultus *B.* 24 exhistant *B.* 26 digna] digne *P.* inventione *B.* 27 quoniam] quod *B.* 28 ommittere *B.* 29 aut ad aliud e *corr. M.* 30 erubesceret *B.* 32 penitus] ponitus *B.* exsistat *C. P.* 33 ecclesiae harum] haecclesiarum *B.* orarum *B.* norant] *ita R. L. B. C. P.* norant *corr.* norint *M, quod ut videtur auctor ipse scribere voluit.*

1) *V. inst. sanct. c. 15. Cf. Chrodegangi regula c. 6 (l. l. p. 7):* Ut omnes per oras canonicas ad officium divinum veniant. Ad oram nonam divini officii, mox ut auditum fuerit signum, relictis omnibus, quaelibet fuerint in manibus, qui sic propinquo de illo domo sunt, ut ibidem occurrere possunt, cum summa festinatione veniant. 2) *Cf. ibidem c. 7 (l. l. p. 7):* Illud intimare curavimus, secundum quod Romana ecclesia tenuit et noster sinodus indicavit, ut clerus noster in ecclesia, quando ad opus divinum adsistit, nisi infirmitate cogente, baculos in ecclesia manibus non teneant. 3) *Cf. Schäfer, l. l. p. 182 ann. 1.*

temporibus pulsent, luminaria vero cum omni diligentia concinnanda provideant, sitque eorum studii, ut nihil de sibi commissis rebus ecclesiae pereat.

CXXXII. Quod cantantibus et psallentibus Domino angelorum adsint praesidia. Psallentium[1] in ecclesia Domino mens concordare debet cum voce, ut impleatur illud apostoli: *Psallam spiritu, psallam et mente*, quoniam, quamvis ubique Dominum per potentiam divinitatis noverimus esse, praecipuae tamen eum, cum divino adsistimus officio, per gratiam nobis credimus adesse[2]. De qua re Beda venerabilis presbiter in expositione evangelii Lucae ita dicit: Non[3] latet angelos crebro electis invisibili adesse praesentia, ut eos vel ab hostis callidi defendant insidiis vel maiori caelestis desiderii gratia sustollant, apostolo attestante, qui ait: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis?* Maxime tamen angelici nobis spiritus adesse credendi sunt, cum divinis specialiter mancipamur obsequiis, id est cum ecclesiam ingressi vel lectionibus sacris aurem accommodamus vel psalmodiae operam damus vel orationi incumbimus vel etiam missarum sollemnia caelebramus. Unde ait prophaeta: *In conspectu angelorum psallam tibi.* Nec dubitari licet, ubi corporis et sanguinis dominici geruntur mysteria, supernorum civium adesse conventus. Unde studendum sollerter est, ut, cum ecclesiam vel ad divinae laudis debita solvenda vel ad agenda missarum sollemnia intramus, semper angelicae praesentiae memores cum timore et veneratione competenti caeleste compleamus officium, ne, si, quod absit, id neglegenter aut inhoneste vel tepide expleverimus et ad perficiendum pigri advenerimus, in sententiam, qua dicitur: *Maledictus homo, qui opus Dei fecerit neglegenter*, miserabiliter labamur. Ergo sollerti industria nobis observandum est, ne quid in ecclesia Dei ineptum, ne quid perversum, ne quid indecens aut cogitatione aut verbis aut actibus perpetremus, quatenus et conspectu angelorum digni efficiamur, et Dominus ad nos veniens non quod condemnet in nobis, sed potius quod remuneret inveniat.

1. Cor. 14, 15.

Hebr. 1, 14.

Ps. 137, 1.

Ierem. 48, 10.

CXXXIII. Quales ad legendum et cantandum in ecclesia constituendi sunt. Tales[4] ad legendum, cantandum et psallendum in ecclesia constituantur, qui non superbe, sed humiliter debitas Domino laudes persolvant et suavitate lectionis ac melodiae et doctos demulceant et minus doctos erudiant plusque velint in lectione vel cantu populi aedificationem quam popularem vanissimam adulationem. Qui vero haec docte peragere nequeunt erudiantur prius a magistris et instructi haec adimplere studeant, ut audientes aedificent.

CXXXII. 4 presidia *R.* 8 aevangelii *R.* Luce *B.* 9 praesentiam *P.* hostis callidi] ostis calidi *B.* 10 attestante] testante *B.* 12 spiritus *deest L.* 14 solempnia *B.* 15 Nec] Ne *L.* ubi] hubi *B.* gerunt *B.* 17 sollempnia *B.* 18 memores] nemores *R.* timore et veneratione] timore con *(fol. 115')* et veneratione *P.* 19 si] sit *L.* 20 sententia *R. L.* 21 sollerti] solerter *B.* 22 ne — ineptum *desunt B.* nec quid perversum *B.* 24 condemnet] contempnet *B.*

CXXXIII. 26 et] vel *B. C.* 27 legendum] et *add. R.* 28 superbae *R. L.* 29 lectiones *B.* doctis *B.* minos *B.* vellint *B.* 30 aedificatione *L.*, aedificationibus *B.* adolationem *L. P.*, adholationem *B.* 31 doctae *L.*

1) *Cf. regula Chrodegangi c. 7; l. l. p. 7.* 2) *Cf. regula Benedicti (c. 19 ed. Woelfflin p. 31):* Ubique credimus divinam esse praesentiam et *oculos Domini [in omni loco] speculari bonos et malos (Prov. 15, 3);* maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus, cum ad opus divinum adsistimus. Ideo semper memores simus quod ait propheta: *Servite Domino in timore (Psalm. 2, 11),* et iterum: *Psallite sapienter (Psalm. 46, 8),* et: *In conspectu angelorum psallam tibi (Psalm. 137, 1).* Ergo consideremus, qualiter oporteat in conspectu divinitatis et angelorum eius esse; et sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostrae. 3) *Non inveni.* 4) *V. infra c. 137.*

CXXXIIII. Qui modus sit correptionis. Quamquam[1] contemptores canonicarum institutionum episcopali praecipuae iudicio plectendi sint, qua poena, ut ait beatus Augustinus[2], in ecclesia nulla maior esse potest, demonstrandum tamen est, qualem caeteri praelati, qui illis dignitate inferiores esse noscuntur[3], in locis sibi commissis, in quibus canonice vivitur, erga subiectos quosque delinquentes et ea, quae proprie ad eorum propositum pertinent, observare nolentes adhibere debeant correptionis modum. Sed quia omnis aetas vel uniuscuiusque intellegentiae capacitas proprias debet habere mensuras et iuxta modum culparum mensura extendenda est correptionum[4], et haec omnia iure in praelatorum pendent iudicio, quo et discretissime temperanda sunt, necesse est, ut idem praelati circa delinquentes medici peritissimi imitentur factum, scilicet ut adhibita magnae discretionis cura, quid cuique congruat quidve conveniat adhibeant, hoc summopere perpendentes, ut iuxta quantitatem vulnerum exhibeant fomenta curationum, quatenus nec alteri dent quod noceat nec alteri subtrahant quod iuvat. Omissis igitur his, quorum aetati delinquenti parcendum non est, sed potius iuxta Salomonem eorum latera, ne indurescant, virgis assiduae tondenda sunt, qualiter erga caeteros delinquentes iuxta auctoritatem divinam et sanctorum patrum exempla traditionesque id fieri oporteat, strictim breviterque ostendatur. Si

cf. Eccli. 30, 12.

CXXXIIII. 1 modus sit] modo si *B.* correctionis *B. C.* canonicharum *B.* 2 aepiscopali *R. B.* sint] sunt *e corr. L.* qua] quam *B.* 3 Agustinus *L. P,* Gregorius *B.* 6 propriae *R,* propria *B.* propositum] praepositum *B.* 7 capicitas *B.* 8 extendenda] extenda *L. B.* 9 quo] quod *L.* 10 sunt] est *R.* 11 adhibita] habita *B.* quidve] quidque *M,* quod *P.* 13 quatinus *e corr. M.* noceant *B.* subtraunt *B.* 14 iuvet *e corr. M.* Ommissis *B.* his *deest P.* quorum] corum *B.* 15 Solomonem *R.* latera] littera *B.* ne] non *P.* tundenda *B. M (e corr.),* tenenda *P.*

1) *V. inst. sanct. c. 18; cf. etiam Chrodegangi regula cc. 14—19 (l. l. p. 9 sqq.).* 2) *Hunc locum apud Augustinum et apud Gregorium (v. lectionem codicis B, supra l. 19) frustra quaesivi.* 3) *Alibi — ex. gr. in concilio Aquisgranensi 817 c. 59 (MG. Capit. I, 347) — nominantur abbates canonici; cf. praecipue Karoli M. capitulare 802 cc. 32. 33 (MG. Capit. I, 103; Mühlbacher[2] n. 391):* Ut abbates canonici canones intelligant et canones observent et clerici canonici secundum canones vivant; *(c. 33):* Ut abbates regulares et monachi regulam intelligant et secundum regulam vivant; *v. quae ad inst. sanct. c. 7 annotabimus, praeterea 'Neues Archiv' XXVII, 625 ann. 7. Schäfer, l. l. p. 128 ann. 5.* 4) *Cf. Chrodegangi regula c. 19 (l. l. p. 12):* Secundum qulpe *(intellige:* modum culpae*)* excommunicationis vel discipline debet extendi mensurā. Qui culparum modus in episcopum pendit iudiciū vel qui sub eo sunt. Neque eos, qui in gravibus peccatis incedunt, et his, qui in levibus quibusdam delinquunt, equaliter iudicandi sunt; sed secundum morbum adhibenda est medicina, quia nec pius medicus sanat vulnera, nec qui accipere spiritali medicamentum renuit sanitatis spiritali medicamentum consequi non potest. 5) *Cf. ib. c. 17 (l. l. p. 12):* Si quis clericus contumax aut inoboediens aut superbus aut ebriosus aut detractor aut contradictor aut rebelles aut contenciosus aut murmorans aut indictum ieiunium transgressus fuerit aut ad crucem iussus stare contempserit aut increpatus veniam non petierit aut in alium contrarium consistens ubic (= huic) parvule instituciuncule et preceptis episcopi vel qui sub eo sunt contemptor repertus fuerit, hic secundum Domini nostri preceptum ammoneatur semel et secundo secreto a senioribus suis. Si non emendaverit, obiurgetur coram omnibus. Si vero nec sic correxerit, si intelligit, qualis poena sit, excommunicatioń (= -i) subiaceat. Sin autem inprobus est ut (= aut) minus intelligens vel incorrigibilis, vindicte corporali subdatur *(fluxerunt haec ex regula s. Benedicti c. 23; l. l. p. 33). Chrodegangus autem in c. 18 (l. l. p. 12) ita pergit* de his, qui in quibusdam levioribus delinquunt. Si quis ex clero vel ad mensam tarde decurrerit aut pro aliqua causa

quis frater in congregatione canonica constitutus horas canonicas frequentare neglexerit ecclesiamque non religiosae, sed pompaticae vel incompositae intraverit et opus Dei neglegenter exsecutus fuerit, ad conlationem venire distulerit, oboedientiam a magistris sibi iniunctam agere recusaverit, in legendo vel cantando vel in caeteris ecclesiasticis disciplinis iuxta vires studium non exhibuerit, ad mensam non necessitate, sed vitio tardae occurrerit, e claustris sine licentia exierit, per licentiam vero egressus extra constitutum sibi placitum moras fecerit, in plateas ire aut in biviis residere temptaverit, in dormitorio aliquid indecens aut inhonestum, verbis aut actibus, perpetraverit, aliubi nisi in dormitorio cum caeteris absque causa inevitabili dormire praesumpserit, fratribus caritatis officio oboedienter servire neglexerit, discordiam, quam dicente scriptura Dei anima detestatur, inter fratres seminaverit et huic institutioni contumax aut superbus aut murmurans seu in aliquo contrarius extiterit et caetera huiuscemodi agere temptaverit: hic primo secundum Domini praeceptum non solum semel et secundo ac tertio, quin immo crebrius admoneatur et, si his admonitionibus non cesserit, publica obiurgatione corripiatur. Quodsi et his renisus fuerit, caeteris sibi alimentis interdictis pane tantum usque ad dignam satisfactionem utatur et aqua. Si vero nec sic se correxerit, separetur a mensa et a societate fratrum in choro psallentium removeatur et seorsum in loco huiuscemodi neglegentibus a praelatis constituto stare cogatur, ut saltim rubore sequestrationis emendetur. Dein si his modis correptus incorrigibilis extiterit et aetas permiserit, quia iuxta Salomonis vocem stultus verbis non corrigitur, congrua ei verberum adhibeatur castigatio, quibus utpote filius verberetur, quatenus secundum beati Gregorii[1] sententiam qui iubentis verba non audiunt verberibus admoneantur, ut ad bona desideria poenae trahant quos praemia non invitant. Caeterum si talis fuerit, quem aut aetas aut qualitas personae verberari non siverit, publica obiurgatione et iciuniorum continua adflictione et sequestrationis rubore huiusmodi corripiatur, usque dum digna paenitentiae satisfactione veniam consequatur. Si vero uterque, et qui flagellatur et quem flagellari aetas aut qualitas personae prohibent, adhuc incorrigibiles extiterint, sit locus intra claustra canonicorum, sicut multis in locis noscitur esse, quo ad tempus retrudantur et secundum modum culpae castigentur, ut iuxta apostolum traditi satanae in interitum carnis spiritus salvus sit in die Domini. Quodsi etiam tot saluberrimis admonitionibus et castigationibus necdum paruerint, fiat

cf. Prov. 6, 16.

cf. Prov. 18, 3.

cf. 1. Cor. 5, 5.

CXXXIIII. 3 exsecutus] *ita R. B. C. P*, executus *rell.* 6 occurrerit] hoccurrerit *B.* e] et *P.* aegressus *R.* 7 biviis] viis *e corr. P.* resedere *P.* 9 alihubi *B*, alicubi *M.* 10 officia *B.* oboedienter] hobędienter *B.* 12 murmorans *C*, morans *B.* exstiterit *C. P.* 13 hic] I. hic *L.* Domini] Dei *B.* 14 ac] hac *B.* immo] hymmo *B.* crebrius] cebrius *P.* et] II. et *L.* his] hiis *B.* 15 Quodsi] III. Quodsi *L.* 16 Si] IIII. Si *L.* 17 sociaetate *R.* 18 constitutos constituto *B.* 19 saltem *M.* Dein] V. Dein *L*, Deinde *M.* 22 verberius *P.* 23 paenae *R.* Caeterum] VI. Caeterum *L.* 25 contina *P.* huiuscemodi *L. M.* 26 paenitentia *P.* Si] VII. Si *L.* 28 adhuc] ad hunc *B.* exstiterint *P.* chanonichorum *B.* 29 noscitur] cognoscitur *M.* quo ad] quod ad *B*, quod *C.* modum culpae] modo culpa *B.* 30 sathanae *B.* carnis] ut *add. al. man. R. P.* salvus — Domini] fieri in die Domini possit *P.* 31 Quodsi] VIII. Quodsi *L*, Quasi *B.* aetiam *L.*

senior psalmodia vel missas cantare ordinaverit et hoc minime impleverit et si fregerit quidpiam aut perdiderit vel aliud quid excesserit et non veniens continuo ante episcopum aut qui sub ipso sunt, ipso ultro satis fecerit et prodiderit delictum suum, dum per alium cognitum fuerit, maiori subiaceat emendatione secundum modum culpe, sicut episcopo vel qui sub eo sunt visum fuerit. Nam qui ipse sponte confessus fuerit liviori subiaceat emendatione, ut diximus, secundum modum qulpe (= culpae). 1) *Non inveni.*

pro eis ab omni congregatione communis oratio[1], ut a Domino sanentur. Postremo, si prorsus inemendabiles et incorrigibiles apparuerint, ne per plures eorum dira serpant contagia, necesse est, ut a caeterorum societate utpote oves morbidae segregati ante praesentiam deducantur episcopi, ut ab eo canonica auctoritate publice damnentur. Si vero quis in collegio canonicorum culpam criminalem admiserit, huic nulla est danda dilatio, quin aut sponte penitentiam pro admisso crimine gerat aut, si id agere resultaverit, coram episcopo deducatur, ut ab eo publica multetur paenitentia. Memi-
cf. Cant. 6, 8. nisse enim oportet rectores, quia columba est in divinis scripturis ecclesia appellata, quae non unguibus lacerat, sed alis piae percutit. Unde etiam illis summopere observandum est, ut, sicut praemissum est, iuxta modum culparum et personarum atque aetatum omnino ipsa temperata sit correptio, ut nec vitium desidiae inolescat nec correptio mansuetudinis modum excedat, ne, ut ait beatus Maximus[2], aut solutior lenitas conhibentiam praebeat peccanti aut inmoderata severitas a lapsu non revocet delinquentem. Sed et hoc illis nihilominus cavendum est, ne errata delinquentium alicuius rei livore feriant, sed potius, ut ait beatus Augustinus[3], sint criminum persecutores et hominum liberatores. Oderint vitia, diligant homines, oderint quod instinctu diaboli ingestum est, diligant quod Dei bonitate creatum est. Teneant in manu baculum et virgam, baculum videlicet, quo aliorum virium inbecillitates spiritaliter sustentent, virgam vero, qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriant. Delinquentibus interea et excommunicatis fratribus nequaquam debent caeteri fratres favere aut eos suis adulationibus decipere aut eorum errata defendere, sed potius opem ferre, ut aequitatis censura districtae corrigantur[4].

CXXXIIII. 1 oratio] horatio *B.* Postremo] VIIII. Postremo *L.* 2 inaemendabiles *B.* serpent *L.* 3 sociaetate *B.* segregati] secreti *L. C,* secretae *B,* segregentur *P.* 4 dampnentur *B (e corr.). B.* 5 Si] X. Si *L.* vero quis] quis vero *P.* chanonicorum *B.* 7 resultaverit] recusaverit *M.* poenitentiae *B.* 9 ungibus *B.* illi *R.* 11 temperata sit] sit temperata *M.* 12 mansuaetudinis *R.* aut solutior] absolutior *corr.* ut solutior *P.* 13 cohibentia *e corr. P.* 14 nihilominus] nihilhominus *B,* hominus *P.* errata] herrata *B.* 15 Agustinus *corr.* Augustinus *L.* 16 oderunt *B.* 21 adulationibus] *ita ex* adolationibus *corr. R. L. M,* adholationibus *B,* adolationibus *C. P.*

1) *Cf. Benedicti regula c. 28 (l. l. p. 35 sq.):* Si quis frater frequenter correptus pro qualibet culpa, si etiam excommunicatus non emendaverit, aerior ei accedat correptio, id est ut verberum vindictae in eum procedant. Quodsi nec ita correxerit aut forte, quod absit, in superbiam elatus etiam defendere voluerit opera sua, tunc abbas faciat quod sapiens medicus: . . . si viderit nihil suam praevalere industriam, adhibeat etiam, quod maius est, suam et omnium fratrum pro eo orationem, ut Dominus . . . operetur salutem circa infirmum fratrem. *Nihil tale de oratione communi legitur apud Chrodegangum.* 2) *Frustra quaesivi.* 3) *Non exploravi.* 4) *Cf. regula Benedicti c. 69 (l. l. p. 66 sq.):* Praecavendum est, ne quavis occasione praesumat alter alium defendere monachum in monasterio aut quasi tueri, etiamsi quavis consanguinitatis propinquitate iungatur. Nec quolibet modo id a monachis praesumatur, quia exinde gravissima occasio scandalorum oriri potest. Quodsi quis haec transgressus fuerit, acrius coerceatur; *Chrodegangi regula c. 13 (l. l. p. 9):* Omnimodis cavendum est, ut pro nulla occansione presumat alter alium defendere nec quasi parentille obtentu aut aliqua amicicia aut familiaritate idé (*intellige:* id a) canonicis presumatur, quia gravis occansio scandalorum in congregatione ex ac (= hac) causa oriri solet. Quod si quis haec transgressus fuerit, agrius coerceatur, ut ceteri timorem habeant; *v. etiam ibid. cc. 11. 16; l. l. p. 9. 11.*

CXXXV. Ut erga pueros, qui nutriuntur vel erudiuntur in congregatione canonica, instantissima sit adhibenda custodia. Sollerter[1] rectores ecclesiarum vigilare oportet, ut pueri et adolescentes, qui in congregatione sibi commissa nutriuntur vel erudiuntur, ita iugibus ecclesiasticis disciplinis constringantur, ut eorum lasciva aetas et ad peccandum valde proclivis nullum possit repperire locum, quo in peccati facinus proruat. Quapropter in huiusce modi custodiendis et spiritaliter erudiendis talis a praelatis constituendus est vitae probabilis frater, qui eorum curam summa gerat industria eosque ita artissime constringat, qualiter ecclesiasticis doctrinis imbuti et armis spiritalibus induti et ecclesiae utilitatibus decenter parere et ad gradus ecclesiasticos, quandoque digne possint, promoveri. Libuit praeterea ob aedificationem congruam et instructionem negotii, de quo agitur, quandam sanctorum patrum sententiam huic operi inserere, quae ita se habet: Prona[2] est omnis aetas ab adolescentia in malum, nihil incertius quam vita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit, ut, si quis in clero puer est aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrii commorentur, ut lubricae aetatis annos non in luxoria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem et magistrum doctrinae et testem vitae habeant, et caetera. His ita premissis oportet, ut probatissimo seniori pueri ad custodiendum, licet ab alio erudiantur, deputentur. Frater vero, cui haec cura committitur, si eorum curam parvipenderit et aliud quam oportet docuerit aut eis in aliquo cuiuslibet laesionis maculam ingesserit, severissime correptus ab officio amoveatur et fratri alio id committatur, qui eos et innocentis vitae exemplis informet et ad opus bonum peragendum excitet.

cf. Gen. 8, 21.

CXXXVI. Ut ab omnibus canonicis ad completorium veniatur. Expletis[3] religiosissimo obsequio horis competentibus diurnis officiis ab omnibus canonicis dato signo devotissime ad completorium celebrandum veniendum est. Quo completo oportet, ut non aepulis et potationibus vanisque inserviant loquelis[4], sed his penitus postpositis humiliter et honeste dormitorium petant, et nequaquam duo in uno, sed singuli in singulis lectis quiescant. Lucerna quoque in eodem dormitorio noctis tempore iugiter ardeat[5]. Nihil denique inhonestum aut indecens in dormitorio geratur

CXXXV. 1 vel erudiuntur *desunt M.* 2 adibenda *P.* 3 adoliscentes *L. P.* adholescentes *B.* aduliscentes *C.* 5 et ad] ad *L.* 6 proruat] provocat *B.* 7 constituendus] constituendos *B.* eligendus *M.* 8 contringat *B.* 9 decenter] dicenter *L.* 11 negotii] nequotii *B.* quo] co *B.* 12 patrem *B.* 13 adoliscentia *L. B. C.* adoliscentiam *P.* adoliscentium *L. C. P.* 14 puer est] puerem *B.* adoliscentes *L. B. C. P.* 15 lubricae] et *add. B.* luxuria *P. M.* 16 probatismo *B.* 17 licet] lecet *B.* 18 erudientur *B.* si eorum] seorum *B.* 19 lesiones *B.* 20 amoveatur] comoveatur *B.* commeveatur *P.* comitatur *B.* 21 vita *B.*

CXXXVI. 22 Expletis] Expectis *B.* 23 horis] oris *P.* 24 sygno *B.* Quo] Quod *B.* 25 inserviunt *P.* 26 pactant *B.*

1) *V. inst. sanct. c. 22; cf. Chrodegangi regula c. 2; l. l. p. 4.* 2) *Ex concilio Toletano IV. (a. 633.) c. 24; Mansi X, 626.* 3) *V. inst. sanct. c. 17.* 4) *Cf. regula Benedicti c. 42 rubr. (l. l. p. 44):* Ut post completorium nemo loquatur; *regula Chrodegangi c. 4 (l. l. p. 5):* Ut ad completurium omnis clerus . . . veniat . . . et cum primitus illud signum, quod ad hoc ordinatum est, auditum fuerit, statim, ubicunque fuerint, ad eorum claustra veniant et, cum iterum ipsum signum audierint, sic omnes in ecclesia sancti Istefani *(scil. s. Stephani Mettensis)* veniant et tunc in Dei nomine completurium cantent. Et postquam completurium cantatum habuerint, postea non bibam (= bibant) nec manducent usque in crastinum legitimam oram. Et omnes silentium teneant, et nemo cum altero loquatur usque mane post primam cantatam, nisi necesse fuerit; *cf. quae infra ad c. 143 annotabuntur.* 5) *Cf. regula Benedicti c. 22 (l. l.*

ab aliquo nec quispiam aliquem inquietare praesumat nec ad verba inutilia et otiosa prorumpere cogat. Huius vero capituli contemptor specialiter a praelatis et magistris severissime corripiatur [1].

CXXXVII. De cantoribus. Studendum [2] summopere cantoribus est, ne donum sibi divinitus conlatum vitiis fedent, sed potius illud humilitate, castitate et sobriactate et caeteris sanctarum virtutum ornamentis exorneut, quorum melodia animos populi circumstantis ad memoriam amoremque caelestium non solum sublimitate verborum, sed etiam suavitate sonorum, quae dicuntur, erigat. Cantorem autem, sicut traditum est a sanctis patribus [3], et voce et arte praeclarum inlustremque esse oportet, ita ut oblectamenta dulcedinis animos incitent audientium, et caetera. Cantores itaque non propter donum sibi conlatum se ceteris superbiendo praeferant, sed humiliter socios exhibeant. Et providendum est illis, quando temperate quandoque submisse divinum agatur officium, scilicet ut secundum numerum clericorum et officii qualitatem et temporis prolixitatem cantum protendant et voces moderentur caeterorum. Sonum etiam vocalium litterarum bene atque ornate perstrepant. His vero, qui huius artis minus capaces sunt, donec erudiantur, melius convenit, ut sileant, quam cantare volendo quod nesciunt aliorum voces dissonare conpellant. Psalmi namque in ecclesia non cursim et excelsis atque inordinatis seu intemperatis vocibus, sed planae ac dilucidae et cum conpunctione cordis recitentur, ut et recitantium mens illorum dulcedine pascatur et audientium aures illorum pronuntiatione demulceantur, quoniam, quamvis cantilenae sonus in aliis officiis excelsa soleat edi voce, in recitandis tamen psalmis huiuscemodi vitanda est vox. Constituantur interea seniores fratres, probabilioris scilicet vitae, qui tempore statuto vicissim cum cantorum scola sint, ne hi, qui discere debent, aut otio vacent aut inanibus et supervacuis fabulis instent. Si vero cantores superbi extiterint et artem, quam divinitus adiuti didicerint, aliis insinuare rennuerint, graviter ac severe iudicentur, ut emendati atque correcti talentum sibi a Deo conlatum aliis erogare procurent. Huiuscemodi autem correptionis modus erga eos, qui quarumlibet artium disciplinis eruditi sunt et de talento sibi divinitus conlato magis se aliis superbiendo praeferre quam id cum caritate insinuare gestiunt, a praelatis obnixe tenendus est.

CXXXVI. 1 aliquem] aliquo *P.* 3 severissim *B.*

CXXXVII. 4 summore *B.* 7 caelestium] taelestium *B.* 8 aetiam *R.* suavitatem *C*, sublimitatem *B.* 14 moderentur] modorentur *B*, modulentur *M.* 15 perstepant *B.* 16 capices *B.* convenit] conveniant *B.* volenda *B.* 18 cursum *L.* ac] hac *B.* 19 cum *deest B.* 20 demulceatur *L.* 22 probabilioris *deest L.* 23 cantorum] canticorum *L*, cantoribus *B.* scola] sola *L.* 25 exstiterint *B.* 26 a *deest B.* 27 errogare *B.* 29 insunuare *C.* gesciunt *B.*

p. 32): Singuli per singula lecta dormiant. . . . Si potest fieri, omnes in uno loco dormiant; si autem multitudo non sinet, deni aut viceni cum senioribus, qui super eos solliciti sint, pausent. Candela iugiter in eadem cella ardeat usque mane. . . Aduliscentiores fratres iuxta se non habeant lectos, sed permixti cum senioribus. *Regula Chrodegangi c. 3 (l. l. p. 4)*: Ut in illo claustro omnes in unum dormiant. Ita instituimus, ut in illo claustro ille clericus canonicus . . . omnes in uno dormiant dormitorio . . . et per singula lecta singuli dormiant. Et in dormiturio similiter separatim dormiant mixti cum senioribus propter providentiam bonam, ut seniores provideant quod iuniores secundum Deum agant. 1) *Cf. concil. Mogunt. 813 c. 9, Turon. 813 c. 24; supra p. 262. 289.* 2) *Cf. p. 413 n. 4.* 3) *Frustra hunc locum quaesivi.*

CXXXVIII. Quales vice praelatorum in congregatione canonica fungi debeant. Oportet[1] ecclesiae praelatos, ut de congregatione sibi commissa tales eligant boni testimonii fratres, in quibus onera regiminis secure possint partiri. Quibus etiam talem conferant potestatem, ut vice illorum fungentes et inoboedientes canonica censura corripere et oboedientes hortando ad meliora valeant provocare. Non enim constituendi sunt personaliter aut eo ordine, quo in collegio fratrum admissi sunt, sed secundum vitae meritum et spiritalium donorum praerogativam. Qui et in congregatione assidui sint et fratrum curam pervigili studio gerant et, sicut alios praecedunt magisterio, ita nimirum innocentis vitae informent exemplo, ut iuxta apostolum exemplo sint caeteris in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate, et cetera. Qui etiam, si prioratus sui causa intumescere caeperint et curam fratrum nihili penderint, si crebro admoniti incorrigibiles extiterint, a ministerio propellantur, aliique in loco illorum, qui id strenue peragere possint, substituantur[2]. cf. 1. Tim. 4, 12.

CXXXVIIII. De praepositis. Quamvis omnes, qui praesunt, praepositi rite dicantur, usus tamen obtinuit eos vocari praepositos, qui quandam prioratus curam sub aliis praelatis gerunt. Hi tamen, qui iuxta hunc morem praepositi vocantur, tales et tam strenui constituendi sunt, qui et vitae probabiles sint et ea, quae sibi iniuncta sunt, fideliter humiliterque expleant et pro eo, quod aliis praelati sunt, nequaquam parvipendant canonica instituta, sed, quanto plus implicantur in fratrum curis, tanto magis studeant caelestibus obtemperare monitis. Debent igitur cunctae congregationi utiles esse et de ministerio sibi commisso fideliter prodesse. Ea vero, quae fratribus dare debent, cum caritate tempore oportuno incunctanter praebeant, quatenus a Domino de fideli administratione gradum bonum adquirant. Erga huiuscemodi vero delinquentes et oboedientiam sibi commissam bene non administrantes modus superius conprehensus tenendus est.

CXXXVIII. 2 congregatione] canonica *add. M.* 3 onera] honera *R (e corr.). B. C.* 4 aetiam *R.* 5 hortanda *B.* 6 admisi *B.* 8 alius praecedant *B.* 12 a] ad *B.* 13 strenue] stre *L.*

CXXXVIIII. 15 prioratur *B.* 17 probabiles *corr.* probabilis *M.* 20 congregatione *B.* 21 quae] quae a *B,* que a *C.* 22 dari *M.* quatinus e *corr. M.* 23 de *deest L.* aministratione *B.* vero *deest R. P.* 24 hoboedientiam *B.*

1) *Cf. cum hoc capite et insequenti inst. sanct. c. 24. Recepta autem est norma eligendi praepositos ex regula Benedicti c. 21 (l. l. p. 32), ubi haec leguntur:* De decanis monasterii. Si maior fuerit congregatio, elegantur de ipsis fratribus boni testimonii et sanctae conversationis et constituantur decani, qui sollicitudinem gerant super decanias in omnibus secundum mandata Dei et praecepta abbatis sui. Qui decani tales elegantur, in quibus securus abbas partiat onera sua; et non elegantur per ordinem, sed secundum vitae meritum et sapientiae doctrinam. Quique decani, si ex eis aliqua forte quis inflatus superbia repertus fuerit reprehensibilis, correctus semel et iterum atque tertio, si emendare noluerit, deiciatur, et alter in loco eius, qui dignus est, succedat. Et de praeposito eadem constituimus. *Ex hoc capite fluxit etiam nomen praepositorum, quod occurrit in c. 139 huius institutionis; de significationibus a Chrodegango receptis cf. 'Neues Archiv' XXVII, 625 ann. 8.* 2) *Cf. regula Chrodegangi c. 25 (l. l. p. 17):* . . . archidiaconus vel primicerius, si reperti fuerint, quod absit, superbia aut elati aut contradictores vel contemtores canonica et huius parve institucionis, hii secundum Domini preceptum ammoneantur semel et iterum. Si non emendaverint, ab episcopo secundum modum culpe iudicentur. Quodsi neque sic correxerint, de ordinibus suis eiciantur, et alii, qui digni sunt et voluntatem Dei vel episcopi sui secundum divinum preceptum impleverint, in locis illorum subrogentur.

CXL. Qualis cellerarius sit constituendus. Debet[1] procurare praelatus, ut fratribus cellerarium non vinolentum, non superbum, non tardum, non prodigum, sed moribus honestum ac Deum timentem constituat, qui et stipendia fratrum fideliter servet et diligenti cura administret et in administrando nullatenus fratres contristet. Cui etiam pistrinum fratrum committendum est, ut illud ita vigilantissima cura custodiat, ne ministri ibidem deputati annonam fratrum aut furtim subripiendo aut alio quolibet modo neglegenter vivendo dissipent. Hi vero famuli eligantur de fidelissima ecclesiae familia et his officiis diligenter erudiantur, ut scilicet et pistoria arte et fidei puritate necessitatibus fratrum oportunissime valeant suffragari. Eadem quoque forma de cocis[2] servanda est. Inutiles denique atque inoboedientes cellerarii secundum superius conprehensam sententiam iudicentur.

CXLI. Cui committi debeant stipendia pauperum. Evangelicis[3] atque apostolicis instruimur documentis in colligendis hospitibus ante omnia operam dare
Matth. 25, 35. debere, ut merito de nobis a Domino dicatur: *Hospes fui, et collegistis me,* et caetera. Proinde oportet, ut praelati ecclesiae praecedentium patrum exempla sectantes aliquod praeparent receptaculum, ubi pauperes colligantur et de rebus ecclesiae tantum ibidem deputent, unde sumptus necessarios iuxta possibilitatem rerum habere valeant, exceptis[4] decimis, quae de ecclesiae villis ibidem conferuntur. Sed et canonici tam de frugibus quam etiam de omnibus elemosinarum oblationibus in usus pauperum decimas libentissime ad ipsum conferant hospitale. Et boni testimonii frater constituatur, qui hospites et peregrinos adventantes utpote Christum in membris suis suscipiat eisque necessaria libenter pro viribus administret, qui etiam ea, quae in usus pauperum cedere debent,
cf. Ioh. 12, 6. nequaquam in suos usus reflectat, ne cum Iuda loculos Domini furante sententiam damnationis excipiat. Sed et praelatorum debet vigilare industria, ne eum, cui hospitale pauperum committitur, res pauperibus deputatas in aliquo minuere aut his quasi

CXL. 1 Quales *B.* cellarius *L. M. C.* constituendos *B.* 2 cellerarium] cellarar- *L. M. C. P.* 3 ac] hac *B.* et] e *B.* 5 aetiam *R.* pistrinum] pristinum *B.* 7 fidelissime *B.* 8 pistoria] postoria *L.*

CXLI. 13 instruitur *L.* colligendis] collengis *L.* operan *L.* 14 deberem *B.* 17 necessarius *B.* 18 et *deest B.* tam *ras. del. C.* 19 aetiam *hic et infra R.* elimosinarum *L. B. C.* pauperum] paurum *L.* 20 constituantur *B.* hospites] ospites *B.* 21 eisque] eis quae *B.* 23 suo *P.* usos *B.* ne] nec *L.* sententia dampnationis *B.* 24 excipiant *e corr. L.* eum] ille *M.* 25 pauperum] paupauperum *L.* minuere] munere *B,* possit *add. M.*

1) *V. inst. sanct. c. 25. Cf. regula Benedicti c. 31 (l. l. p. 37):* Cellararius monasterii elegatur de congregatione sapiens, maturis moribus, sobrius, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non iniuriosus, non tardus, non prodigus, sed timens Deum, qui omni congregationi sit sicut pater. Curam gerat de omnibus; sine iussione abbatis nihil faciat; quae iubentur custodiat. Fratres non contristet; si quis frater ab eo forte aliqua inrationabiliter postulat, non spernendo eum contristet, sed rationabiliter cum humilitate male petenti deneget. *Regula Chrodegangi c. 26 (l. l. p. 18):* Celerarius vero debet esse timens Deum, sobrius, non vinolentus, non contenciosus, non iracundus, sed modestis moribus, cautus et fidelis et quidquid acceperit sub cura sua ad opus clericorum fideliter custodiat et sine iussione episcopi aut qui sub ipso est nihil faciat et non sit prodigus nec stirpator substancia clericorum, quia, si fuerit, sine dubio in diem iudicii reddituros erit Deo rationem; nam si bene ministraverit, gradum bonum sibi adquirat. 2) *Cf. regula Benedicti cc. 35. 53 (l. l. p. 39. 53), Chrodegangi cc. 3. 21. 24 (l. l. p. 4. 14. 16).* 3) *V. inst. sanct. c. 28. Cf. praecepta Benedicti c. 53 (l. l. p. 52 sq.), quorum loco apud Chrodegangum (c. 34; l. l. p. 24 sq.) occurrunt illa* de matriculariis. *Cf. Schäfer, l. l. p. 91 sqq.* 4) *Eadem verba, quae E. Perels ('Die kirchlichen Zehnten im karolingischen Reiche', Berolini 1904) praeteriit, occurrunt in institutione sanctimonialium c. 28. V. etiam Schäfer, l. l. p. 176 ann. 1.*

beneficiario munere concessis sinant uti, quod a praelatis quibusdam curam pauperum parvipendentibus fieri comperimus. Clerici namque, si aliis temporibus nequeunt, saltim quadragesimae tempore pedes pauperum in competenti lavent hospitali iuxta illud evangelicum: *Si ego Dominus et magister lavi vobis pedes, quanto magis vos debetis alter alterius lavare pedes,* et caetera. Quapropter expedit, ut in competenti loco hospitale sit pauperum, ubi perfacilis ad illud veniendi conventus fieri possit fratrum. Quodsi is, cui hospitale commissum est, curam pauperum neglexerit eorumque res in suos usus retorserit, quamquam divina ultione dignus sit, severius tamen quam caeteri delinquentes a praepositis iudicandus et a ministerio removendus est, nec inmerito, quippe qui et pretia peccatorum et alimenta pauperum et thesaurum caelo recondendum suis, quod fas non fuit, aptavit usibus. Ioh. 13, 14.

CXLII. De infirmorum ac senum cura fratrum. Quamvis[1] canonicis proprias licitum sit habere mansiones[2], debet tamen a praelato mansio infirmorum et senum intra claustra canonicorum fieri, ut qui suam forte non habent in eadem suam possint aptissime tolerare inbecillitatem, quatenus ibidem et subsidiis ecclesiasticis, quibus indigent, et fratrum adminiculis misericorditer sustententur. Erga quos oportet ut caeteri fratres magnam exhibeant caritatem, scilicet ut eis conpatiendo subveniant et assiduis visitationibus et scripturarum sanctarum consolationibus necnon et propriarum rerum facultatibus adminicula necessaria praebeant, ut impleatur in eis illud aevangelicum: *Infirmus fui, et visitastis me*[3]. Matth. 25, 36.

CXLIII. Qualiter porta canonicorum custodiatur. Eligatur[4] necesse est a praelato ex congregatione sibi commissa frater probabilis vitae, cui officii sit

CXLI. 2 fieri comperimus *desunt L.* Clericis *B.* 3 saltem *M.* 4 illud] illum *B.* ego] ergo *L.* 5 loco] loculo *L.* 6 illud] id *M.* 7 is] his *B.* hospitalem *B.* 10 thaesaurum *B.* caelo] in caelo *M.*

CXLII. 15 quatinus *e corr. M.* 16 Ergo *L.* 17 magnum *C.* 20 visistasti *B.*

CXLIII. 22 a praelato *desunt L.* ex] et *L.*

1) *V. inst. sanct. c. 23.* 2) *V. infra c. 144.* 3) *Cf. Chrodegangi regula (c. 28; l. l. p. 18 sq.):* Si quis aliquis ex clero infirmatur qui adhuc (= ad hunc) ordinem se peculiarius iunxerint et non habuerint unde in infirmitate necessitatibus suis possint inplere, post episcopum habeat de illis maximam curam archidiaconus et primicerius et caveant, ne necglegantur infirmi, sed sicut revera Christo ita eis serviatur, quia ipse dixit: *Infirmus fui et visitastis me.* . . . Ergo omnia necessaria, quidquid ipsis infirmis expedierit et opus fuerit, eis omnino et absque ulla retardacione adinplere curentur, quia in ipsis respicit, quidquid ipsi minus habuerint aut neglecti fuerint. . . Et sub se (*intellige:* si ipse) archidiaconus vel primicerius ad plenum non habent unde possint procurare necessitatibus eorum, hoc omnino episcopo innotescant, et ipse . . . praevideat, ut hoc, quod expedit ipsis infirmis, ut habeant unde eis necessitatibus illorum procurent. Quibus infirmis sint mansiones deputate super se racionabiliter disposite, condigne et aptae, ubi esse possint, dum de infirmitatibus suis convalescant. Et sit unus ex clero deputatus, timens Deum, qui circa ipsos infirmos maximam curam gerat de omnibus necessitatibus, et habeat solacium, si opus est, iuxta quod constituerit prior, ut absque murmoracione et necglegentia serviatur infirmis. Et sciat, si bene ministraverit, gradum bonum sibi adquiret. Sed et ipsi infirmi considerent in honore Dei sibi servire, et non superfluetate sua contristent servientes sibi: qui tamen infirmi portandi sunt; aut ubi meliorati fuerint, redeant ad claustram ad ordines suos. 4) *V. c. 117, supra p. 398; inst. sanct. c. 26. Cf. regula Benedicti (c. 66; l. l. p. 65):* Ad portam monasterii ponatur senex sapiens, qui sciat accipere responsum et reddere

portam canonicorum cum summa oboedientia et humilitate conpententi tempore claudere ac reserare, ut nulli per eam nisi per licentiam aditus pateat intrandi aut exeundi. Cui etiam observandum est, ne eis, quibus cordi est plus otiis vacare quam divinis obsequiis incubare, foras evagandi locum praebeat et eorum nugarum, quod nefas est, particeps fiat. Debet praeterea advenientes quosque cum caritate suscipere et priori adventum eorum causamque nuntiare. Expleto namque vespertino et completorio officio obseratisque portis claves earum idem portarius ei, qui vicem praelati tenet, ferat, ut nulli horis inconpetentibus intrandi aut exeundi maneat facultas; quas etiam ab eodem in crastinum tempore accipiat constituto. Si vero inoboediens atque protervus idem repertus fuerit portarius, sicut de aliis ministris neglegentibus superius dictum est, iudicetur.

CXLIIII. Ut claustra canonicorum diligenter custodiantur. Oportet[1] claustra canonicorum ita diligenter custodiri, ut grex dominicus fraterna concorditer fruatur pace et, si quemlibet praelatus aut qui eius vice fungitur aut forte quilibet alius spiritalis frater intra claustra quippiam inhoneste agentem aut extra in biviis et plateis otio vanisque confabulationibus vacantem reppererit, primo secreta admonitione eum corripiat et post, si necesse fuerit, coram fratribus idem neglegens acrius iudicetur, ut deinceps emendatus in melius proficiat. Feminis[2] namque non solum in mansionibus et claustris canonicorum prandendum aut requiescendum non est, quin potius nec in ea intrandi, excepto in ecclesiam, ulla tribuenda facultas, quia valde hoc a sanctis patribus legitur inhibitum. Si quid vero caritatis officio illis adtribuendum est, extra claustra constituatur locus, in quo id accipiant; nullus tamen fratrum cum ipsis, nisi testes coram fuerint, loquatur. Qui vero secus, quam praemissum est, agere temptaverit ita severiter a praelatis et magistris corrigatur, ut caeteris, ne quid tale agere pertemptent, exemplo correptionis sibi exhibitae terrorem incutiant.

CXLIII. 1 cum] con *B.* cumpetenti *B.* 2 ac] hac *B.* aditus] iditus *B. C.* 3 eis] ex is *P.* otii *L.* 7 observatisque *R.* tenet] tinet *P.* 10 portario *B.*

CXLIIII. 12 claustra *R.* 13 grex] gres *B.* 14 praelatos *B.* 16 vaccantem *R.* 17 post] postea *M.* acrius *deest P.* 18 ut deinceps] udeinceps *B.* 19 et] et in *B.* 20 ea] eas *corr. al. man. L.* ulla] ultra *B.* 23 coram] quoram *B.* agere temptaverit] age tentaverit *B.* 24 caeteri *L.* ceteri *P.* 25 pertentant *B.* correctionis *P.* exibitae *L.* incutient *B.*

et cuius maturitas eum non sinat vagare. Qui portarius cellam debet habere iuxta portam, ut venientes semper praesentem inveniant, a quo responsum accipiant. Et mox ut aliquis pulsaverit aut pauper clamaverit, 'Deo gratias' respondeat aut benedicat et cum omni mansuetudine timoris Dei reddat responsum festinanter cum fervore caritatis; *regula Chrodegangi (c. 27; l. l. p. 18):* Portarius unus cum suo iuniore annum aut amplius, si episcopo placuerit, portas claustre vel ostia custodiat. Qui portarius sit sobrius, paciens et sapiens, quis sciat accipere responsum et reddere, et fideliter custodiat portas sive ostia claustre, et contra hunc tenorem facere non presumat; quod si fecerit, excommunicetur. Claves vero portarum ad conpleturium archidiacono reddat. Et si archidiaconus aliubi est, qui sub ipso est ipsas claves accipiat. Custodes vero ecclesiarum qui ibidem dormiunt vel in mansiones iuxta positas, teneant silentium sicut ceteri clerici, in quantum possunt; et post conpleturium non manducent nec bibant *(cf. supra quae p. 413 ann. 4 ad c. 136 huius institutionis adnotavimus)* et non permittant egredere eos qui foras claustra post conpleturium remanserint; nec eos qui infra claustra sunt egredere per ostia sibi commissas; quod si fecerint, ab episcopo vel qui sub eo sunt, iudicentur. 1) *V. supra c. 117; p. 398.* 2) *V. inst. sanct. c. 20 (et c. 27). Cf. regula Chrodegangi c. 3; l. l. p. 5.*

CXLV. Epilogus breviter digestus. Quamquam a sanctis patribus in superioribus huius libelli partibus satis sit dilucidatum, qualiter clerici vivere debeant, adeo ut qui haec, quae superius conprehensa sunt, sedula meditatione perlegerit perspicue in his repperire valeat, qualis eius debeat esse fidei devotio, actuum morumque exornatio ac divinorum cultuum exsecutio, propter plerosque tamen simplices minusque capaces haec strictim breviterque replicanda pernecessarium duximus, ut qui haec aut legere aut forte ab aliis lecta plene intellegere nequiverint utantur hac defloraciuncula utpote calatho diversorum florum vernantium nectare referto et discant, quid illis agendum quidve vitandum sit. Legalibus[1] interea institutis et evangelicis saluberrimis monemur praeceptis, ut dominum Deum nostrum totis praecordiis diligamus et proximum tamquam nosmetipsos, et caetera. Si igitur ab omnibus fidelibus his salutiferis praeceptis totis nisibus est favendum, quanto magis ab his, qui divinis cultibus mancipati sunt et aliis exemplo virtutum condimentum esse debent. Proinde oportet, ut primo omnium dominum Deum diligant ex toto corde, tota anima, tota virtute et proximos tamquam se ipsos et nosse, quia in his duobus praeceptis tota lex pendet et prophaetae. Non occidant neque fratrem oderint, quia, ut ait apostolus, *qui fratrem suum oderit homicida est.* Non adulterent, non faciant furtum, non concupiscant rem alienam, non falsum testimonium dicant et quod sibi nolunt fieri alteri ne faciant. Non sint superbia tumidi, non detractionibus adsuaeti, non ebrietati servientes, non luxoria enervati, non iracundia turbidi, non quibuslibet aliis vitiis substrati, non vaniloqui, non invidi, non somnolenti, non pigri, non murmuratores, non susurrones, non vinolenti, non multum edaces. Fraudes et dolositates caveant, usuris nequaquam inserviant, non iurent, ne forte periurent. Malum pro malo non reddant. Cum in se aliquid boni viderint, Deo et malum, cum viderint, sibi deputent. Discordiam fugiant et quos discordantes invenerint ad caritatis concordiam revocent et iuxta psalmistae vocem declinent a malo et faciant bonum. Adtendant et apostolum prohibentem: *Non,* inquid, *in commessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et inpudicitiis, non in contentione et aemulatione; sed induimini dominum Iesum Christum.* Animadvertant

cf. Matth. 22, 37—39.

cf. ib. 22, 40.

1. Ioh. 3, 15.

cf. Ps. 33, 15.

Rom. 13, 13, 14.

CXLV. 1 Epylogus *B. C. P.* 5 executio *L. M.* 7 intellegere] intellere *B.* hac] ac *P.* 8 referto] ferto *B.* 9 et evangelicis] evangelis *B.* 11 nosmetipsos] n'ipsos *B.* omnibus] hominibus *L.* salutiferi *P.* 14 tota anima] de tota anima *B.* 16 occidant] hoccidant *B.* neque fratres *L.* 17 homecida *B.* facient *P.* concupiscant] concupis *B.* 19 superbiae *e corr. L,* superbi *B.* aebriaetati *R,* hebrietati *C.* 20 luxuria *M.* iracundiae turpidi *B.* 21 somnulenti *e corr. L.* murmoratores *C,* murmorantes *B.* 22 aedaces *R.* 27 ebriaetatibus *R,* aebrietatibus *B. C.* inpuditiis *B. C.*

1) *Ad has sententias compilandas adhibitum est c. 4 regulae Benedicti (l. l. p. 13 sq.), id quod ex eo potissimum apparet, quod series praeceptorum moralium hic et illic eadem est (cf. supra l. 16 sqq.:* Non occidant. . . . Non adulterent, non faciant furtum, non concupiscant rem alienam, non falsum testimonium dicant et quod sibi nolunt fieri alteri ne faciant; *apud Benedictum:* non occidere, non adulterari, non facere furtum, non concupiscere, non falsum testimonium dicere, honorare omnes homines et quod sibi quis fieri non vult alio ne faciat), *quamquam alia est in libro Exodi, ubi haec leguntur (c. 20 v. 13—17):* Non occides. Non moechaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui *etc.; cf. Pückert, 'Aniane und Gellone' 275 ann. 21 d. 'Neues Archiv' XXVII, 630 ann. 3. Haec si consideraveris, nobiscum statues contra ea, quae cc. 114. 115. 125 huius institutionis exposita sunt, canonicum moribus perfectum non multum distare a monacho perfecto, cui Benedictus in capite laudato praecepta normamque vivendi dederat; cf. etiam Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 585 sq.*

etiam, quod ab his vitiis ab apostolo prohibitis omnium vitiorum seges emergat, et quod horum morborum mater superbia sit. Oportet etiam, ut animam corpusque suum
cf. 1. Thess. 5, 23. ab omni inquinamento carnis et spiritus custodiant, ut iuxta apostolum integer spiritus eorum et anima et corpus sine querella in adventu domini nostri Iesu Christi servetur. Sobrie, iuste et pie vivant, secularia negotia prorsus abiciant, quia iuxta eundem
2. Tim. 2, 4. apostolum *nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Ieiunium ament, hospites colligant, pauperes recreent, nudos vestiant, infirmos visitent, mortuos sepeliant, in tribulatione positis opem ferant, dolentem consolentur. Amori Christi nihil praeponant, caritatem non derelinquant, pacem, si fieri potest, cum omnibus hominibus habeant, diem iudicii timeant, vitam aeternam spiritaliter concupiscant. Spem suam Deo committant, proprio episcopo in omnibus secundum canonicam institutionem obtemperent, magistros suos non temere reprehendant. Postremo in doctrinis spiritalibus operam dent. Lectionibus, psalmis, hymnis, canticis et caeterorum bonorum operum exercitiis iugiter incumbant. In dormitorio, nisi quem infirmitas detinuerit, omnes dormiant, in refectorio pariter reficiantur, cotidie ad conlationem veniant; mox ut signum datum fuerit, ad ecclesiam omnes festinato veniant et horas canonicas non neglegenter, sed cum omni religione pariter caelebrent. Ecclesiam non pompatice, sed reverenter ingrediantur. In choro non cum baculis stent, vaniloquiis nequaquam insistant, sed cum omni devotione et veneratione divinae servitutis opus peragant, scientes angelorum praesentiam semper illic adesse. E claustris nonnisi per licentiam egrediantur; egressi inreprehensibiliter vivant, ut ab his, qui foris sunt, bonum testimonium habeant et religionem ac propositum suum actibus inlicitis nequaquam maculent, sed potius omnes, quibus se coniunxerint, sale sapientiae et bonorum operum exemplis condiant. Contubernia feminarum nullatenus appetant; non vanis oculis aut petulanti tumidoque gestu ac dissolutis renibus incedant; non spectaculis, non pompis saecularibus intersint; non aleae, non quibuslibet venationibus inserviant;
1. Tim. 2, 9. apostoli namque instructi documento, quo ait: *Non in veste pretiosa,* nequaquam pretiosis delectentur vestibus. Caveant summopere, ne extra claustra moras faciant, nisi prout sibi a priori constitutum fuerit et oportunitas temporis dictaverit. Intra claustra positi non otio vacent, sed aut divinis officiis aut propriis utilitatibus aut certe magi-
2. Thess. 3, 10. strorum iussionibus pareant, ne otio torpentes ab apostolo audiant: *Qui non vult operari nec manducet.* Seniores spiritaliter iuniores diligant, iuniores senioribus obsequium dignum exhibeant. Doctiores minus doctis nequaquam se praeferant, sed magis eos cum caritate aedificent; neque hi, qui nobilitate generis aut virtutum donis pollent, caeteris se tumidae superextollant. Omnes in congregatione vicissim sibi caritatis officio serviant. Quibus etiam in refectorio comedentibus et religiose silentium tenentibus continuatim legatur lectio. Delinquentes zelo rectitudinis pariter arguant et castigent, pueros et adolescentes neglegentes verberum disciplinis corripiant. Singuli iuxta capacitatem suam diversarum artium erudiantur disciplinis, ut nullus in collegio canonico inutilis appareat nec vota fidelium otiosus comedat. Tales quippe esse, immo taliter conversari decet omnes, qui divinis officiis se manciparunt. Quapropter studeant

CXLV. 1 omnium] omnis *M.* emergant *P.* 4 animam *B.* adventum *B.* 5 Sobrie iuste] Subrie *(e corr.)* et iuste *L.* 7 recreheut *B.* nudus vestient *B.* 9 Amore *B.* 13 hymnis] ymnis *M.* 14 exhercitiis *B.* exertitiis *C.* 15 detenuerit *B. C.* cotidiae *B,* quottidie *M.* conlatione *B.* 16 ecclesiam] ecclesia in *B.* 17 negligent *L.* 20 E] Et e *L,* Et *B. P.* 22 ac] hac *B.* 23 coniuncxerint *B.* 25 pitulanti *B.* ac] ab *P.* spectaculis] expectaculis *B.* 26 aleae] aleis *L.* 28 ne] non *B.* 31 torpentes] turpentes *B.* audeant *B.* 34 pollant *B.* 36 tenentibus] dantibus, *superscr.* tenentibus *M.* 38 adholiscentes *B.* adoliscentes *C. P.* verberum] verborum *B.* iuxta *deest B.* 39 colligio *B.* 40 immo *C. P.* 41 decet] debet *B. M.* qui] in *add. P.*

haec breviter collecta sedula meditatione perlegere et memoriae commendare et adiuvante divina gratia iuxta vires adimplere, quo facilius et liberius maiora a sanctis patribus edita exsequi valeant. Vocatione ergo, qua vocati sunt, nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes ambulent, quatenus divinis iussionibus obtemperantes ad Christum, in cuius sorte esse noscuntur, qui via, veritas et vita est, eo opitulante pervenire mereantur[1]. cf. Ephes. 4, 1. cf. ib. 1, 11; Ioh. 14, 6.

FINIT* LEX CANONICA. AMEN.

*) Finit — amen] *ita B,* Finit Deo gratias. Amen *B.* Explicit *L. M. In codicibus*[2] *autem L (sub lemmate* Incipit regula formatarum*), P (sub eodem lemmate) et C sequitur regula formatarum, cuius textum hoc loco adiungimus secundum editionem confectam a v. cl. K. Zeumer (MG. Formulae 557 sq.):* Greca elementa litterarum numeros etiam exprimere nullus, qui vel tenuiter Greci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus formatas appellat, aliqua fraus falsitatis temere presumeretur, hoc a patribus CCCXVIII Nicea constitutis saluberrime inventum est et constitutum, ut formatae epistolae hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, id est, ut adsumantur in supputationem prima Greca elementa Patris et Filii et Spiritus sancti, hoc est Π Υ Α, quae elementa octogenarium, quadringentesimum et primum significant numeros; Petri quoque apostoli prima littera, id est Π, qui numerus octoginta significat; eius qui scribit epistolam prima littera, cui scribitur secunda, accipientis tertia, civitatis quoque de qua scribitur quarta, et indictionis, quaecumque est id temporis, idem qui fuerit numerus adsumatur; atque ita his omnibus litteris Grecis, quae, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, unam, quaecumque collecta fuerit, summam epistola teneat. Hanc qui suscipit omni cum cautela requirat expresse. Addat praeterea separatim in epistola etiam nonagenarium et nonum numeros, qui secundum Greca elementa significant ΑΜΗΝ[3].

CXLV. 3 exequi *L. M.* 4 declinantes ambulent] declinent *bis scr. in loco raso B.* quatinus *e corr. M.*

1) *De historia institutionis v. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXVII, 637—645.* 2) *De aliis codicibus, quibus traditur haec formula, quae saepe quasi c. 146 adiungitur indici capitulorum institutionis Aquisgranensis (v. supra p. 318 l. 17), cf. l. l. p. 639.* 3) *Regula formatarum addita videtur esse ad explananda cc. 49 et 52 huius institutionis; supra p. 362 sq. V. etiam Maassen, 'Geschichte der Quellen' etc. I, 339 sqq.*

B. INSTITUTIO SANCTIMONIALIUM AQUISGRANENSIS.

In eodem concilio Aquisgranensi anno 816. habito praeter institutionem canonicorum altera confecta est institutio, qua praecepta dare volebant synodales sanctimonialibus, praesertim cum de earum ratione vivendi nulla extaret regula, immo raro et dispersim actum esset[1]. *Quae altera institutio similis est praecedenti, cum cc. 1—6 prodeant ex scriptis*

1) *Cf. quae congessimus 'Neues Archiv' XXVII, 631 ann. 2 sqq., praecipue autem concil. Vernense 755 c. 11 (MG. Capit. I, 35), Francofurtense 794 c. 47 (supra p. 171), Aquisgranense 802 mense Martio (MG. Capit. I, 93), Mogunt. 813 cc. 13. 20 (supra p. 264. 266 sq.), Cabillonense 813 cc. 53—65 (supra p. 284 sq.), Turon. 813 c. 31 (supra p. 290).*

patrum — scilicet Athanasii vel Hieronymi pseudepigraphi (c. 6), Caesarii Arelatensis (c. 5: qui etiam laudatur cc. 7. 19), Cypriani (c. 4), Gregorii (laudatur c. 7 et c. 16, quamquam hoc in capite Isidorus Hispalensis adhibitus est), Hieronymi (cc. 1. 2. 3; laudatur etiam cc. 10. 14. 20. 22; de Pseudo-Hieronymo cf. supra l. 1), Iuliani Pomerii (qui laudatur sub nomine Prosperi c. 28), quibus omnibus adnumerandus est anonymus (c. 20) —, reliqua vero capita (cc. 7—28) compilata sint, adspersis hic illic dictis patrum, quos modo enumeravimus, secundum cc. 115—145 institutionis canonicorum vel potius ea eiusdem capita, quorum argumenta talia erant, ut dictionibus a virili sexu ad femineum translatis[1] *vitae sanctimonialium adaptari possent.*

Liber de institutione sanctimonialium legitur in his codicibus: 1) Monacensi latino 14431 (antea s. Emmerammi Ratisbonensis) saec. IX. (= M 1) fol. 7'—60', qui continet indicem capitum, prologum, cc. 1—18 mutil., 19—25 mutil., 27 mutil., 28; 2) Parisiensi latino 1568 (antea Colbertino, tum regio) saec. IX—XIV. (= P 1) fol. 128—145 saec. IX. conscriptis (cc. 5 mutil. — 28); 3) in codice universitatis Wirzeburgensis mp. theol. q. 25 saec. IX. (= W) fol. 1—57 (prol., cc. 1—3 mutil., 4 mutil., 5—28), 4) in codice Parisiensi latino 1534 (antea Colbertino, tum regio) saec. X. (= P 2) fol. 116—132 (c. 1 mutil., 2 mut., 3 mut., 5 mut., 6 mut., cc. 7—10 mut., 11—13 mut., 15 mut., 16—18 mut.); 5) Montispessulano 85 saec. XII. (= M 2) fol. 85—102 (cc. 5 mutil. — 27 mutil.). Exstat praeterea hic liber editus ex codice Nicolai Fabri in bibliotheca Thuana, qui nunc latet, apud Sirmond, Concilia Galliae II (1629), p. 405—425 (= S), ubi autem excerpta patrum secundum editiones correcta vel aucta et loci biblici secundum versionem q. d. Vulgata ab ipso Sirmondo completi sunt. Non adhibuimus codicem Cheltenhamensem 6546 saec. IX. (cf. 'Sitzungsberichte der Wiener Akademie, Phil.-hist. Classe' 1892 tom. CXXVII, pars IX, p. 4), latent nunc praeter codicem a Sirmondo adhibitum (v. supra l. 19) codices Autisiodorensis, quem laudat Sirmond (l. l. II, 684), et Sessorianus saec. IX., quem laudat Mansi (Conc. XIV, 247)[2].

Edd.: Sirmond II, 405. Coll. reg. conc. XX, 576. Labbe-Cossart VII, 1406; ed. Coleti IX, 495. Harduin IV, 1147. Hartzheim I, 514. Mansi XIV, 249. Migne, Patrol. lat. CV, 935. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 482.

Hanc constitutionem sacer conventus anno incarnationis Domini DCCCXVI., indictione X., anno siquidem gloriosissimi Hludowici imperatoris tertio, in Aquisgrani palatio eodem monente principe ob animarum sanctimonialium canonice degentium salutem divina inspirante gratia ex sanctorum patrum auctoritatibus velut ex pratis vernantibus quosdam flosculos collegit et in unum congessit atque communi voto communique consensu sanctimonialibus tenendam observandamque percensuit[3].

Lemmata: Incipit regula et modus vivendi sanctimonialium que vocantur canonicae *M 1, ubi autem haec praefatio postponitur indici capitulorum,* Concilii Aquisgranensis liber II., qui est de institutione sanctimonialium *S.*

30 Hanc — percensuit *(l. 35) repetimus ex M 1. W. S.* 31 Ludouuici *S.* 33 inspirante] seu adiuvante *add. W.* ex sanctorum] et sanctorum *M 1. S,* sanctorum *W.* 35 consensu] sensu *W.*

1) *Cf. fragmentum concilii Lateranensis 1059; 'Neues Archiv' XXVII, 673.* 2) *Cf. 'Neues Archiv' XXVII, 634 sqq.* 3) *Cf. praefatio institutionis canonicorum (supra p. 313):* . . . in altero libello idem sacer conventus eodem religiosissimo augusto monente quandam institutionis formulam ex sanctorum patrum dictis studiose excerpsit et in unum breviter satisque congruenter congessit et sanctimonialibus canonice degentibus tenendam percensuit, in qua continetur, quales eis abbatissae preferende sint, qualiter eisdem sanctimonialibus infra claustra

I. Excerptum ex epistula Hieronimi ad Eustochium.
II. Eiusdem ad Dimetriadem excerptum.
III. Item eiusdem ex epistula ad Furiam.
IIII. Excerptum ex epistula Cypriani de habitu virginum.
V. Ex sermone sancti Caesarii episcopi sanctimonialibus directo.
VI. Sancti Athanasii ad sponsas Christi.
VII. Quales in monasteriis puellaribus debeant esse abbatissae.
VIII. De congregandis in monasteriis sanctimonialibus.
VIIII. Qualiter his, quae monasterium expetunt, de rebus propriis suis agendum sit.
X. Qualiter in monasterio sanctimonialibus conversandum sit.
XI. Ut monasteria puellarum undique muniantur, et necessariae habitationes interius praeparentur.
XII. Ut sanctimoniales in una societate viventes aequaliter cibum et potum accipiant.
XIII. Qualiter sanctimoniales stipendia accipere debeant necessaria.
XIIII. Quod gemina abbatissis sanctimonialibus inpendenda sit pastio.
XV. Ut ad horas canonicas caelebrandas incunctanter conveniant sanctimoniales.
XVI. De instantia orationis.
XVII. Ut completorium pariter sanctimoniales caelebrent.
XVIII. Qui modus correptionis erga sanctimoniales delinquentes adhibendus sit.
XVIIII. Ut abbatissae virorum frequentias vitent.
XX. Ut sanctimoniales virorum caveant frequentias.
XXI. Ut sanctimoniales erga famulas sibi servientes pervigilem adhibeant custodiam.
XXII. Ut erga puellas in monasteriis erudiendas magna adhibeatur diligentia.
XXIII. Ut in monasteriis puellaribus domus propter anus et infirmas sit.
XXIIII. Quales sint praepositae constituendae.
XXV. Qualis constituenda sit cellararia.
XXVI. De porta monasterii constituenda.
XXVII. Ut nonnisi statuto tempore presbiteri eorumque ministri monasteria puellarum ingrediantur.
XXVIII. Ut hospitale pauperum extra monasterium sit puellarum.

I. Excerptum ex epistola Hieronimi ad Eustochium. *Audi*[1] *filia et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum,* in quadragesimo quarto psalmo Deus ad animam loquitur humanam, ut secundum Ps. 44, 11. 12.

Index capitum legitur M 1 ante prologum, S post prologum, ubi praemittitur: Index capitum libri II., *deest W et in reliquis codicibus.*

1 epistula] *ita vel* epla *M 1 semper,* epistola *S semper.* Hieronymi *S.* 2 Demetriadem *S.* 5 directum *M 1.* 6 Athanasii] Anasii *M 1.* 9 suis *deest S.* 17 gemina *deest M 1.* 18 ad *deest M 1.* 29 cellaria *M 1.*

I. 34 I] *deest M 1. W,* Cap. I. *S.* Excerptum] *hoc verbo incipit P 2.* Hieronymi *S.*

monasterii vivendum, quid a prelatis stipendiorum daudum, quibus documentis et virtutum instrumentis exornandae sint, quatenus hac formula vivendi inspecta et, Deo sibi adiutorium prebente, humiliter suscepta et efficaciter impleta cum bonorum operum lampadibus venienti sponso apparere adque eius thalamum ingredi mereantur. 1) *Hieronymus, Epistola ad Eustochium; Opp. I, 87.*

cf. Gen. 12, 1. exemplum Abrahae exiens de terra sua et de cognatione sua relinquat Chaldeos, qui quasi daemonia interpretantur, et habitet in regione viventium, quam alibi propheta suspirat dicens: Ps. 26, 13. *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Verum non sufficit tibi exire de patria tua, nisi et obliviscaris populi et domus patris tui. Item ibi. Non[1] expedit adpraehenso aratro respicere post tergum nec de agro reverti domum nec post Christi tunicam ad tollendum aliud vestimentum tecta descendere. Grande miraculum: pater filiam cohortatur, ne meminerit patris. Ioh. 8, 44. *Vos de patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere,* dicitur ad Iudaeos et alibi: 1. Ioh. 3, 8. *Qui facit peccatum ex diabolo est.* Tali primum parente generati nigri sumus et post paenitentiam Cant. 1, 4. necdum culmine virtutis ascenso dicimus: *Nigra sum et speciosa, filia Hierusalem.* Exivi de domo infantiae meae, oblitus sum patris, renascor in Christo. Quid pro hoc mercedis accipio? Ps. 44, 12. Sequitur: *Et concupiscet rex decorem tuum.* Hoc ergo illud magnum est sacramentum. Propter cf. Matth. 19, 5. 6. hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori suae et erunt ambo iam non, ut ibi, in una carne, sed in spiritu. Non est sponsus tuus arrogans, non superbus, Ethiopissam duxit uxorem. Statim, ut volueris sapientiam veri audire Salomonis et ad eum veneris, confitebitur tibi cuncta, quae novit, et inducet te rex in cubiculum suum et, mirum in modum, colore Cant. 3, 6. mutato sermo tibi ille conveniet: *Quae est ista, quae ascendit dealbata?* Item ibi. Nolo[2] tibi venire superbiam de proposito, sed timorem. Onusta incedis auro, latro vitandus est. Stadium est haec vita mortalibus. Hic contendimus, ut alibi coronemur. Nemo inter serpentes et Is. 34, 5. scorpiones securus ingreditur. *Et inaebriatus est,* inquit Dominus, *gladius meus in caelo,* et tu cf. Gen. 3, 18. pacem arbitraris in terra, quae spinas generat et tribulos, quam serpens comedit? Non est nobis conluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus et potestates huius mundi et tenebrarum harum, adversus spiritalia nequitiae in caelestibus. Magnis inimicorum circumdamur agminibus; hostium plena sunt omnia. Caro, fragilis et cinis futura post modicum, pugnat sola cum pluribus; cum autem fuerit dissoluta, et venerit princeps mundi istius et Ps. 90, 5—7. invenerit in ea nihil, tunc secura audiet per prophetam: *Non timebis a timore nocturno et a sagitta volante per diem et a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et daemonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis: ad te autem non adpropinquabunt.* Quodsi eorum te multitudo turbaverit et ad singula incitamenta vitiorum coeperis aestuare et 4. Reg. 6, 16. dixerit tibi cogitatio tua: 'Quid faciemus?', respondebit tibi Helisaeus: *Noli timere, quoniam plures nobiscum sunt quam cum illis.* Sequitur in eadem. Quamdiu[3] hoc fragili corpusculo detinemur, quamdiu habemus thesaurum istum in vasis fictilibus et concupiscit spiritus adversus carnem et caro adversus spiritum, nulla est certa victoria. Adversarius noster diabolus cf. 1. Petr. 5, 8. *tamquam* leo rugiens aliquid devorare quaerens circuit. Non[4] quaerit diabolus homines infideles, cf. 2. Mach. 7, 3. non eos, qui foris sunt et quorum carnes rex Assyrius in olla succendit, sed de ecclesia Christi cf. Matth. 10, 34. rapere festinat. Non[5] venit salvator pacem mittere super terram, sed gladium. Item post pauca. Si[6] post nuditatem, ieiunia, famem, carcerem, flagella, supplicia in semet reversus Rom. 7, 21. apostolus exclamat: *Infelix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius?,* tu te putas

I. 1 Abrae *P 2.* Caldeos *W. P 2,* Chaldaeos *S.* 4 domum *P 2.* 5 post] pos *W.* 6 filiam] familias *P 2.* 7 diabulo *hic et infra W.* Iudeos *W.* 9 sum] sed *add. S.* speciosa] formosa *S.* Ierusalem *S.* 10 meae] mę *W.* 11 tuum] tum *W.* 13 in spiritu] in uno spiritu *S.* Ethiopissa *M 1,* Ethiopissimam *W,* Hethiopissam *P 2,* Aethiopissam *S.* 14 Salamonis *W.* veneris] ieris *P 2.* 16 noli *W.* 17 venire] vendicas *e corr. M 1.* 19 Et] En *P 2.* 20 spinas — tribulos] tribulos generat et spinas *S.* tribilos *M 1.* 22 et] rectores *add. S.* tenebrarum harum] harum tenebrarum *P 2.* 25 eam *W.* 26 sagitte *W.* et a] a *W. P 2.* 27 decim *W.* 28 Quodsi] Quod autem si *W.* 29 Heliseus *W. P 2,* Elisaeus *S.* timere] temere *W.* 31 victilibus *W.* 33 ruigens *W.* aliquid] aliquem *S.* 34 Asirius *W.* 35 super] in *W.* 37 liberavit *W.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Eustochium; Opp. I, 87 sq.* 2) *Ib.; l. l. I, 88 sq.* 3) *Ib.; l. l. I, 89.* 4) *Ibidem.* 5) *Ibidem.* 6) *Ib.; l. l. I, 90.*

securam esse debere? Cave, quaeso, ne quando de te dicat Deus: *Virgo Israhel cecidit, non est qui suscitet eam.* Audenter loquar: cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de poena, sed non vult coronare corruptam. Timeamus illam prophetiam, ne in nobis compleatur: *Virgines bonae deficient.* Observa, quid dicat: *Et virgines bonae deficient,* quia sunt et virgines malae. *Qui viderit,* inquit, *mulierem ad concupiscendum, iam moechatus est eam in corde suo.* Perit ergo et mente virginitas. Istae sunt virgines malae, virgines carne, non spiritu, virgines stultae, quae oleum non habentes excluduntur ab sponso. Si autem et illae, quae virgines sunt, ob alias tamen culpas virginitate corporum non salvantur, quid fiet illis, quae prostituerunt membra Christi et mutaverunt templum sancti Spiritus in lupanar? Ilico audient: *Descende, sede in terra, virgo filia Babylonis. Sede in terra, non est thronus filiae Chaldeorum: non vocaberis ultra mollis et delicata.* Rectius[1] fuerat subisse coniugium, ambulasse per plana quam ad altiora tendentem in profundum inferni cadere. Item post pauca. Non[2] solvatur fascia pectoralis, sed statim, ut libido titillaverit sensum et blandum voluptatis incendium dulci nos calore perfuderit, erumpamus in vocem: *Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi caro.* Cum paululum interior homo inter vitia atque virtutes coeperit fluctuare, dicito: *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam confitebor illi: salutare vultus mei, et Deus meus.* Nolo sinas cogitationem crescere; nihil in te Babylonium, nihil confusionis adolescat. Dum parvus est hostis, interfice; nequitia elidatur in semine. Audi psalmistam loquentem: *Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis; beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram.* Quia enim inpossibile est in sensum hominis non inruere motum medullarum calorem, ille laudatur, ille praedicatur beatus, qui statim, ut coeperit cogitare, interficit cogitatus et elidit eos ad petram: petra autem est Christus. Item ibi. Si[3] autem haec sustinent illi, qui exaeso corpore solis cogitationibus obpugnantur, quid patitur puella, quae deliciis fruitur? Nempe illud apostoli: *Vivens mortua est.* Si quid itaque in me potest esse consilii, si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Haec adversus adoliscentiam prima arma sunt daemonum. Non sit avaritia, quae quatit; inflat superbia, delectat ambitio. Facile aliis caremus vitiis, hic hostis intus inclusus est; quocumque pergamus nobiscum portamus inimicum. Vinum et adoliscentia duplex incendium voluptatis. Quid oleum flammae adicimus? Quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus? Paulus ad Timotheum: *Iam noli,* inquit, *aquam bibere, sed vino modico utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates.* Vide, quibus causis vini potio concedatur: ut hoc stomachi dolor et frequens medeatur infirmitas. Et ne nobis forsitan de egrotationibus blandiremur, modicum praecepit esse sumendum, medici potius consilio quam apostoli. Alioquin idem apostolus alibi se dixisse meminerat: *Et vinum, in quo est luxoria,* et: *Bonum est homini vinum non bibere et carnem non manducare.* Noe vinum bibit et inebriatus

Amos 5, 2. ib. 8, 13. Matth. 5, 28. cf. ib. 25, 10. Is. 47, 1. ib. 50, 7. Ps 55, 5. ib. 41, 6. 7. ib. 136, 8. 9. cf. 1. Cor. 10, 4. 1. Tim. 5, 6. ib. 5, 23. Ephes. 5, 18. Rom. 14, 21.

1. 1 Israhel] *ita W. P 2,* Isrl *M 1,* Israel *S.* cecidit] et *add. S.* 4 nobis] etiam *add. S.* Et *deest P 2. S.* 5 concupiscendum] eam *add. S.* 6 est *deest W.* Istae] Isti *W.* 8 ab] a *S.* Si] Sin *W. P 2.* 10 Babilonis *W.* 11 Chaldaeorum *S.* 12 subiisse *S.* infermi *W.* 13 solvatur] salvatur *W,* salvat *e corr. P 2.* 15 faciet *M 1. W.* caro] et *add. S.* paulum *W.* 16 coeperint *P 2.* fluctuaret *W.* es] est *P 2.* 17 quoniam] quia *W. P 2. S.* salutare] *hac voce sistit P 2.* 18 cogititionem *W.* Babilonium *W.* 19 nequitia] ne zizania crescant *add. S.* Babilonis *W.* 22 motum] innatum *S.* cogitare] sordida statim *add. S.* 23 est Christus] Christus est *W,* erat Christus *S.* 25 diliciis *W.* 27 Non — quae] Nec sic avaritia *S.* 28 ostis *W.* 29 inclusus] clusus *M 1.* pergimus *S.* Vinum] Unum *W.* 30 ardendi *W.* 31 Iam] Nam *W.* 32 tuum *deest S.* frequentas *W.* tua *W.* 33 ut] ex *add. S.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Eustochium; Opp. I, 90.* 2) *Ib.; l. l. I, 91.* 3) *Ib.; l. l. I, 92 sq.*

cf. Genes. 9, 20 sqq. est: rudi adhuc sæculo et tunc primum plantata vinea inebriari vino forsitan nesciebat. Et ut intellegas scripturae in omnibus sacramentum — margarita quippe est sermo Dei et ex omni parte forari potest —, post aebriaetatem nudatio femorum subsecuta est, libido iuncta luxoriae. Prius venter extenditur, et sic cetera membra concitantur. Manducavit enim populus et bibit et surrexerunt ludere. Loth amicus Dei in monte salvatus est et de tot milibus populi solus iustus inventus et inebriatur a filiabus suis. Et licet illae putarent genus hominum defecisse et hoc facerent liberorum magis desiderio quam libidinis, tamen virum iustum sciebant hoc nisi ebrium non esse facturum; denique quid fecerit ignoravit. Et quamquam voluntas non sit in crimine, error in culpa est. Item in eadem. Innumerabilia[1] sunt de scripturis responsa divina, quae gulam damnent et simplices cibos praebeant. Verum quia nunc non est propositum de ieiuniis disputare et universa exsequi sui est tituli et voluminis, haec sufficiant pauca de plurimis. Alioquin exemplum horum poteris tibi ipsa colligere, quomodo et primus de paradyso homo, ventri magis oboediens quam Deo, in hanc lacrimarum deiectus est vallem, et ipsum Dominum fame satanas temptaverit in deserto, et apostolus clamitat: *Esca ventri et venter escis: Deus autem et hunc et illas destruet,* et de luxoriosis: *Quorum Deus venter est.* Id enim colit unusquisque, quod diligit. Ex quo sollicite providendum est, ut quos saturitas de paradyso expulit reducat esuries. Quodsi volueris respondere te nobili stirpe generatam, semper in deliciis, semper in plumis, non posse a vino et escolentioribus cibis abstinere nec his legibus vivere districtius, respondebo: 'Vive ergo lege tua, quae Dei non potes; non quod Deus universitatis creator et dominus intestinorum nostrorum rugitu et inanitate ventris pulmonumque delectetur ardore, sed quo aliter pudicitia tuta non esse possit'. Iob Deo carus et testimonio ipsius inmaculatus et simplex audi quid de diabolo suspicetur: *Virtus eius in lumbis et potestas eius in umbilico.* Omnis[2] igitur adversus viros diaboli virtus in lumbis est, omnis in umbilico contra feminas fortitudo. Vis scire ita esse, ut dicimus? Arripe exempla: Samson, leone fortior, saxo durior et qui unus et nudus mille est persecutus armatos, in Dalilae mollescit amplexibus. Sequitur post pauca. Piget[3] dicere, quot quotidie virgines ruant, quantas de suo gremio mater perdat ecclesia, super quot sidera superbus inimicus ponat thronum suum, quot petras excavet et habitet coluber in foraminibus earum. Videas plerasque viduas antequam nuptas infelicem conscientiam mentita tantum veste protegere; quas nisi tumor uteri et infantum prodiderit vagitus, erecta cervice et ludentibus pedibus incedunt. Aliae vero sterilitatem praebent et necdum nati hominis homicidium faciunt. Nonnullae, cum se senserint concoepisse de scelere, abortii venena meditantur et frequenter etiam ipsae commortuae trium criminum reae ad inferos perducuntur, homicidae sui, Christi adulterae, necdum nati filii parricidae. Istae sunt, quae solent dicere: *'Omnia munda mundis,* sufficit mihi conscientia mea. Cor mundum desiderat Deus; quur me abstineam a cibis, quos creavit Deus ad utendum?' Et si quando lepidae et festive volunt vivere et se mero semper ingurgitaverint, ebrietati sacrilegium copulantes aiunt: 'Absit, ut ego a Christi

cf. Exod. 32, 6; 1. Cor. 10, 7.

cf. Gen. 19, 31 sqq.

cf. ib. 3, 6 sqq. Ps. 88, 7.

cf. Matth. 4, 1 sqq.

1 Cor. 6, 13. Phil. 3, 19.

Iob 40, 11.

cf. Iudic. 16, 15 sqq.

Tit. 1, 15.

1. 1 rudi] rudu *W.* primo *S.* inebriare vinum *S.* 2 sacramentum] et *add. W.* margaritum *S.* 3 iuncta] est *add. W.* 4 Prius] enim *add. S.* 5 est *deest S.* et *deest S.* 6 inebriatu *W.* hominum] humanum *S.* 7 virum — sciebant] sciebant virum iustum *S.* 8 fecerint *W.* 11 exequi *W. S.* 12 plurimis] pluribus *S.* Alioquin] ad *add. S.* 14 satanas fame tentaverit *S.* clamitet *S.* 15 hunc] hanc *M 1.* 16 saturiatas *W.* 19 potest *W.* 20 inanitate] inanite *W.* ardorem *W.* 21 quod *S.* non esse] esse non *S.* 22 diabulo *W.* potestas eius] potestas *S.* 24 fortior] et *add. S.* qui] quia *W.* 24 est persecutus] persecutus est *S.* 25 Dalileae *W.* 26 quot *deest W.* quod *hic et infra W.* 28 mentitas *M 1. W.* 29 quasi *W.* vagitus] sanctas et castas se esse gloriantur et *add. S.* 30 sterelitatem *W.* praebent] praebibunt *S.* nati] sati *W. S.* 31 aborti *W.* 32 reae ad] re sic ad *W.* 33 Christus *W.* 34 quur] cur *S.* 35 et se] ubi se *S.* 36 semper *deest S.* ingurgitaverit *W.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Eustochium; Opp. I, 94.* 2) *Ib.; l. l. I, 95.* 3) *Ib.; l. l. I, 95 sq.*

sanguine me abstineam'. Hae sunt, quae per publicum notabiliter incedunt et furtivis oculorum nutibus adoliscentium greges post se trahunt, quae semper audiunt per prophetam: *Facies meretricis facta est tibi.* Nolo[1] habeas consortia matronarum, nolo ad nobilium domos accedas, nolo te frequenter videre quod contemnis; neque[2] vero earum tantum te cupio declinare decursus, quae maritorum inflantur honoribus, quas eunuchorum greges sepiunt et in quarum vestibus adtenuata in filum auri metalla texuntur, sed etiam eas fuge, quas viduas necessitas fecit. Sint[3] tibi sociae, quas ieiunia tenuant, quibus pallor in facie est, quas aetas probavit et vita, quae quotidie in cordibus suis canunt: *Ubi pascis, ubi cubas in meridie?*, quae ex affectu dicunt: *Cupio dissolvi et esse cum Christo.* Sit[4] itaque tibi moderatus cibus et numquam venter expletus. Plures quippe sunt, quae, cum vino sint sobriae, ciborum largitate sunt ebriae. Ad orationem tibi nocte surgenti non indigestio ructum faciat, sed inanitas. Crebrius lege, disce quamplurima. Tenente te codicem somnus obrepat et cadentem faciem pagina sancta suscipiat. Sint tibi quotidiana ieiunia et refectio satietatem fugiens. Nihil prodest biduo triduoque transmisso vacuum portare ventrem, si pariter obruatur, si conpensetur saturitate ieiunium. Ilico mens repleta torpescit, et inrigata humus spinas libidinum germinat. Si quando senseris exteriorem hominem florem adoliscentiae suspirare et accepto cibo, cum te in lectulo conpositam dulcis libidinum pompa concusserit, arripe scutum fidei, in quo ignitae diaboli extinguntur sagittae. *Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum.* Sequitur in eadem. Difficile[5] est humanam animam aliquid non amare, et necesse est, ut in quoscumque mens nostra trahatur affectus carnis amor spiritus amore superetur. Desiderium desiderio restinguitur; quicquid inde minuitur, hic crescit. Quin potius semper ingemina: *Super lectulum meum in noctibus quaesivi quem dilexit anima mea. Mortificate igitur,* ait apostolus, *membra vestra super terram;* unde et ipse confidenter aiebat: *Vivo autem, iam non ego, vivit vero in me Christus.* Esto[6] cicada noctium; lava per singulas noctes lectum tuum, lacrimis stratum tuum riga. Vigila et fiere sicut passer in solitudine. Psalle spiritu, psalle sensu. *Benedic anima Domino et ne obliviscaris omnes retributiones eius, qui propitiatur cunctis iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas et redimet ex corruptione vitam tuam.* Illud[7] quoque tibi vitandum est cautius, ne vanae gloriae ardore capiaris. *Quomodo,* inquit Iesus, *potestis credere gloriam ab hominibus accipientes?* Vide, quale malum sit, quod qui habuerit non potest credere. Nos vero dicamus: *Quoniam gloriatio mea tu es,* et: *Qui gloriatur in Domino glorietur,* et: *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem,* et: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo,* et illud: *In te laudabimur tota die,* et: *In Domino laudabitur anima mea.* Cum facis elemosinam, Deus solus videat. Cum ieiunas, laeta sit facies tua. Vestis nec satis munda nec sordida. Nec[8] satis religiosa velis videri nec plus humilis quam necesse est, ne gloriam fugiendo quaeras. Plures enim paupertatis, misericordiae atque ieiunii arbitros declinantes in hoc ipso cupiunt placere, quod placere contemnunt, et mirum in modum laus, dum vitatur, adpetitur. Sunt[9] quippe nonnullae exterminantes facies suas, ut

Ierem. 3, 3. Cant. 1, 6. Phil. 1, 23 cf. Ephes. 6, 16. Osee 7, 4. Cant. 3, 1. Col. 3, 5 Gal. 2, 20. cf. Ps. 6, 7. 101, 8. cf. 1. Cor. 14, 15. Ps. 102, 2—4. Ioh. 5, 44. Ps. 3, 4. 1 Cor. 1, 31. Gal. 1, 10. ib. 6, 14. Ps. 43, 9. ib. 33, 3.

I. 1 Hae] Hec *W*, 3 consortium *S*. nolo te] *his verbis incipit P 2*. 4 contemnis] contempnis *W*, contemnens virgo esse voluisti *S*. decursus] congressus *S*. 5 enochorum *W*. 11 indigestio] digestio *P 2*. ructum *W*. 12 Tenente *W*, Tenenti *S*. te *deest W. S*. 15 spinis *W*. 17 concuserit *W*. 20 restinguitur] restringatur *P 2*. 22 dilexit] diligit *P 2*. vestra] quae sunt *add. S*. 24 fiere] fias *S*. 25 psalle] et *add. S*. anima] mea *add. W. P 2*. ne] nolo *P 2*. oblicaris *W*. 27 redimit *W. S*, redimit et *P 2*. 31 mei] nostri *S*. 32 die, et: In] die. In *S*. 34 sordida] Et mox *add. S*. relegiosa *W*. 36 in *deest S*. contempnunt *W. P 2*.

1) *Hieronymus, Epistola ad Eustochium; Opp. I, 98.* 2) *Ibidem.* 3) *Ib.; l. l. I, 98 sq.* 4) *Ib.; l. l. I, 99.* 5) *Ibidem.* 6) *Ib.; l. l. I, 100.* 7) *Ib.; l. l. I, 108 sq.* 8) *Ib.; l. l. I, 109.* 9) *Ib.; l. l. I, 109 sq.*

pareant hominibus ieiunantes, quae statim, ut aliquem viderint, ingemiscunt, dimittunt supercilium et operta facie vix unum oculum liberant ad videndum, vestis pulla, cingulum sacceum et sordidis manibus pedibusque, venter solus, qui videri non potest, aestuat cibo. His quotidie
Ps. 52, 6. psalmus ille cantatur: *Deus dissipavit ossa hominum sibi placentium.* Item ibi. Verum[1] cum
cf. Ephes. 6, 18. apostolus semper orare nos iubeat, et sanctis etiam ipse sommus oratio sit, tamen divisas orandi horas debemus habere, ut, si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat. Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque et vesperam nemo qui nesciat. Nec cibi ante sumantur nisi oratione praemissa nec recedatur a mensa, nisi referantur gratiae creatori. Noctibus bis terque surgendum, revolvenda de scripturis quae memoriter retinemus. Ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat crucem. Nulli detrahas nec adversus filium
cf. Ps. 49, 20. matris tuae ponas scandalum. Nec[2] si biduo ieiunaveris, putes te non ieiunantibus esse meliorem. Tu ieiunas et irasceris, ille comedit et forte blanditur. Tu vexationem mentis et ventris esuriem
Is. 58, 5. rixando digeris, ille moderatius alitur et Deo gratias agit. Unde quotidie clamat Esaias: *Non*
ib. 58, 3. *tale ieiunium elegi, dicit Dominus, in diebus ieiuniorum inveniuntur voluntates vestrae.* Nec[3] illarum tibi exempla proponas, quae carnis curam facientes possessionum reditus et quotidianas domus impensas subportant. Nec[4] dicas: 'Illa et illa suis rebus fruitur, honoratur ab omnibus, fratres ad eam conveniunt et sorores: numquid ideo virgo esse desiit'? Primum dubium, an virgo sit
cf. 1. Reg. 16, 7. talis; non enim, quomodo videt homo, videt Deus: homo videt in facie, Deus autem in corde. Dehinc, etiamsi corpore virgo est, an spiritu virgo sit, nescio. Apostolus autem ita virginem
1. Cor. 7, 34. definivit, *ut sit sancta corpore et spiritu.* Haec[5] omnia, quae digessimus, dura videbuntur ei, qui non amat Christum. Qui autem omnem saeculi pompam pro purgamento habuerit et vana
cf. Phil. 3, 8. duxerit universa sub sole, ut Christum lucrifaciat, qui conmortuus est Domino suo, et consur-
Rom. 8, 35. rexerit et crucifixit carnem cum vitiis et concupiscentiis, libere proclamabit: *Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio an angustia? An persecutio? An fames? An nuditas? An peri-*
ib. 8, 38. 39. *culum? An gladius?* Et iterum: *Certus sum, quia neque mors neque vita neque angeli neque principatus neque instantia neque futura neque fortitudo neque excelsum neque profundum neque alia creatura poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Iesu domino nostro.*
Apoc. 14, 4. Habeto[6] in mente, quomodo in apocalipsi in virginitate permanentes laudantur. *Virgines,* inquit Iohannes, *permanserunt; hi sunt, qui secuntur agnum, quocumque vadit.* Quotiescumque vana saeculi te delectaverit ambitio, quoties in mundo aliquid videris gloriosum, ad paradysum mente
Cant. 8, 6. transgredere. Esse incipe quod futura es et audies ab sponso tuo: *Pone me sicut umbraculum in corde tuo, sicut signaculum in brachio tuo,* et opere pariter ac mente munita clamabis ac
ib. 8, 7. dices: *Aquae multae non poterunt extinguere caritatem et flumina non cooperient illam.*

I. 1 ingemescunt *W.* demittunt *P 2. S.* 4 cantatur] canitur *S.* Deus] Dominus *W. S.* dissipabit *S.* Verum cum] Post haec quamquam *S.* 5 apostolis *W.* iubeat] lubeat *W.* divisas] diversas *P 2. S.* 6 horas] oras *W.* 7 nemo] est *add. S.* quis *P 2.* 8 ante *deest S.* praemissa] promissa *W.* referatur creatori gratia *S.* 9 de scripturis quae] quae de scripturis *S.* retinemus] retineantur *P 2.* 10 incensum *W.* 12 forte] fronte *S.* 13 Isaias *S.* 14 Dominus] et iterum *add. W. P 2.* ieiuniorum] vestrorum *add. P 2. S.* 15 domos *M 1. W,* domorum *P 2.* 16 subportant] supputant *S.* omnibus] hominibus *W. (e corr.) S.* 17 desivit *W.* dubium] est *add. S.* 20 diffinivit *W.* 21 qui] quae *S.* 22 consurrexit *P 2. S.* 23 proclamabit] *hac voce sistit P 2.* separavit *W.* 24 Christi] An *add. S.* agustia *W.* 25 angelus *S.* 26 principatus] neque potestates *add. S.* 27 separare] separe *W.* 28 apocalipsin *W,* apocalypsi *S.* 29 Ioannes *S.* vana saeculi te] te vana saeculi *S.* 30 aliquis *W.* 31 ab] a *S.* umbraculum — corde tuo *desunt W.* 32 ac dices] et dices *S.* 33 cooperient] operiant *S.* illam] eam *W.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Eustochium; Opp. I, 119.* 2) *Ib.; l. l. I, 119 sq.* 3) *Ib.; l. l. I, 120.* 4) *Ibidem.* 5) *Ib.; l. l. I, 121.* 6) *Ib.; l. l. I, 124.*

II. Excerptum ex epistola Hieronimi ad Dimetriadem. Illud[1] te, nata Deo, monebo, ut animum tuum sacrae lectionis amore occupes nec in bona terra pectoris tui sementem lolii avenarumque suscipias, ne dormiente patrefamilias inimicus homo zizania superseminet, sed semper loquaris: *In noctibus quaesivi quem dilexit anima mea*, et: *Adhaesit post te anima mea, me suscepit dextera tua.* Quando[2] eras in seculo, ea, quae erant saeculi, diligebas, nunc[3] autem, quia sacculum reliquisti et secundo post baptismum gradu inisti pactum cum adversario tuo dicens ei: 'Renuntiabo tibi, diabolae, et saeculo tuo et pompae tuae et operibus tuis', serva foedus, quod pepigisti, et esto consentiens pactumque custodiens cum adversario tuo, dum es in via huius saeculi, ne forte tradat te iudici tradarisque ministro et mittaris in carcerem et non inde exeas, nisi solvas novissimum quadrantem, id est minimum quodque delictum, quia et pro otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicii. Haec dicta sint non infausto contra te vaticinio, sed pavidi cautique monitoris officio ea quoque in te, quae tuta sunt, formidantis. *Si spiritus*, inquit, *potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.* Vult[4] nos loco movere hostis et de gradu excedere, sed solidanda sunt vestigia et dicendum: *Statuit super petram pedes meos*, et cetera. Si[5] in cogitationes tuas coluber ascenderit, serva cor tuum et cum David canito: *Ab occultis meis munda me et ab alienis parce servo tuo.* Claude[6] cubiculum pectoris et crebro signaculo munies frontem tuam, ne exterminator Aegypti in te locum repperiat. Post[7] cogitationum diligentissimam cautionem ieiuniorum tibi arma sumenda sunt et canendum cum David: *Humiliavi in ieiunio animam meam et cinerem tamquam panem manducavi*, et: *Cum molesti essent mihi, induebar cilicio.* Salvator[8] generis humani, qui virtutum et conversationis suae nobis reliquit exemplum, post baptismum statim assumitur a Spiritu, ut puguet contra diabolum et oppressum eum atque contritum tradidit discipulis conculcandum. Unde et apostolus loquitur: *Deus autem conterat satanan sub pedibus vestris velociter.* Et tamen hostis antiquus post quadraginta dierum ieiunium per cibum molitur insidias et dicit: *Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant.* In[9] Iob scriptum est de dracone: *Virtus eius in lumbis eius et fortitudo illius super umbilicum ventris.* Adversum iuvenes et puellas aetatis ardore abutitur *et inflammat rotam nativitatis nostrae* et implet illud in Oseae: *Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum*, quae Dei misericordia et ieiuniorum frigore restringuntur. Haec sunt ignita diaboli iacula, quae simul et vulnerant et inflammant. Sic[10] quoque debes ieiunare, ut fracto corporis appetitu nec in lectione nec in psalmis nec in vigiliis solito quid minus facias. Ieiunium non perfecta virtus, sed ceterarum virtutum fundamentum est, et sanctificatio atque pudicitia, sine qua nemo videbit Deum, gradus praebet ad summa scandentibus. Legamus[11] evangelium sapientium et stultarum virginum, quarum aliae cubiculum ingrediuntur sponsi, aliae bonorum operum oleum non habentes extinctis lampadibus excluduntur. Disce, quid boni habeat continentia et quid e contrario mali saturitas. Scurilitas[12] atque lascivia te prae-

cf. Matth. 13, 25. Cant. 3, 1. Ps. 62, 9. cf. Matth. 5, 25. 26. cf. ib. 12, 36. Eccle. 10, 4. Ps. 39, 3. ib. 18, 18. 14. cf. 1. Cor. 10, 10. Ps. 34, 13. ib. 101, 10. ib. 34, 13. cf. Matth. 4, 1 sqq. Rom. 16, 20. Matth. 4, 3. Iob 40, 11. Iac. 3, 6. Osee 7, 4. cf. Matth. 25, 1 sqq.

II. 1 II *deest W.* Hieronymi *S.* Diametriadem *W*, Demetriadem *S.* Illud] Unum *praemittit S.* te] *ita M 1 e corr.*, tibi *W. S.* nato *W.* 2 Deo] praeque omnibus unum praedicam et repetens iterumque iterumque *add. S.* 3 ne] nec *W.* 4 dilexit] diligit *S.* 7 Renuntio *S.* 9 mittaris — et *desunt S.* 12 ea] eo *W.* 13 ascendere *W.* 14 hostis — gradu] et de gradu hostis *W.* 15 super] supra *W. S.* 17 signaculo crucis munias *S.* Egipti *W.* 19 tamquam] quasi *W.* 21 conversationi *W.* statim] *hac voce incipit P 2.* asumitur *W.* 22 diabulum *W.* 23 conteret *P 2 (e corr.). S.* satanam *W. S.* 25 eius *deest W.* 26 ventris] eius *add. S.* 27 ardore] hostis noster *add. S.* in *deest S.* Osee *W.* 28 restiguntur *W*, restinguntur *P 2. S.* 33 sapientum *S.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Demetriadem; Opp. I, 977 sq.* 2) *Ib.; l. l. I, 978.* 3) *Ibidem.* 4) *Ibidem.* 5) *Ib.; l. l. I, 979.* 6) *Ib.; l. l. I, 980.* 7) *Ibidem.* 8) *Ib.; l. l. I, 980 sq.* 9) *Ib.; l. l. I, 981.* 10) *Ib.; l. l. I, 982.* 11) *Ibidem.* 12) *Ib.; l. l. I, 983.*

sente non habeat locum. Numquam verbum inhonestum audias aut, si audieris, non irasceris. Perditae mentes hominum uno frequenter levique sermone temptant claustra pudicitiae. Ridere et rideri saecularibus derelinque, gravitas tuam personam decet. Superfluum[1] reor te monere
cf. Eph. 5, 5. contra avaritiam, cum apostolus doceat avaritiam esse idolorum cultum. Laudent[2] te esurientium viscera, non ructantium opulenta convivia. Christum[3] vestire in pauperibus, pascere in esurientibus; et[4] praeter psalmorum et orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesperum, medio noctis et mane semper est exercendum, statue, quot horis sanctam scripturam ediscere debeas, quanto tempore legere non ad laborem, sed ad delectationem et instructionem animae. Cumque haec finieris spatia et frequenter te ad figenda genua sollicitudo animi suscitaverit, habeto lanam semper in manibus vel staminis pollice fila deducito vel ad torquenda subtemina in alveolis fusa vertantur aliarumque neta aut in globum collige aut texenda compone. Si[5] tantis operum varietatibus fueris occupata, numquam tibi dies longi erunt. Haec[6] observans et te ipsam salvabis et alias et eris magistra sanctae conversationis multarumque castitate lucrum
Ps. 9 (10), 3. tuum facies, scriptura dicente: *In desideriis est omnis anima otiosi.* Ideo[7] enim tibi cum omnibus laborandum est, ut per occasionem operis nihil aliud cogites, nisi quod ad Domini pertinet servitutem. Simpliciter loquar: quamvis omnem censum tuum in pauperes distribuas, nihil apud Christum erit pretiosius, nisi quod manibus tuis ipsa confeceris vel in usus proprios vel in exemplum virginum ceterarum. Bonum[8] est igitur oboedire maioribus, parere perfectis et post regulas scripturarum vitae suae tramitem ab aliis discere nec praeceptore uti pessimo, scilicet praesumtione sua. Matronarum[9] maritis ac saeculo servientium tibi consortia declinentur, ne sollicitetur animus, et audias quid vel maritus uxori vel uxor locuta sit viro. Venenatae sunt huiuscemodi confabulationes, super quarum damnationem saecularem versum[10] adsumens apostolus
1. Cor. 15, 33. fecit ecclesiasticum: *Corrumpunt mores bonos confabulationes malae.* Graves[11] feminae tibi comites eligantur, quarum probata est conversatio, sermo moderatus, sancta verecundia. Fuge lasciviam puellarum, quae ornant capita, crines a fronte demittunt. Illa[12] sit tibi pulchra, illa amabilis, illa habenda inter socias, quae nescit esse se pulchram. Felix[13] illa conscientia et beata virginitas, in cuius corde praeter amorem Christi, qui est sapientia, castitas, patientia atque iustitia ceteraeque virtutes, nullus alius versatur amor nec ad recordationem hominis aliquando suspirat nec videre desiderat, quem cum viderit nolit dimittere sanctarum virginum propositum et caelestis angelorumque familiae gloriam. Finem[14] iungo principio nec semel monuisse contentus sum: ama scripturas sanctas et amabit te sapientia; dilige eam et servabit te; honora illam et amplexabitur te. Haec monilia in pectore et in auribus tuis hereant. Nihil aliud noverit lingua nisi Christum, nihil possit sonare, nisi quod sanctum est.

II. 1 habeant *P 2. S.* iracaris *P 2*, inerceris *S.* 2 mentis homines *S.* tentant *S.* 4 apostolis *W.* 5 ructuantium *W.* 7 media nocte *S.* quod *W.* sanctam] sacram *S.* 8 delectionem *W.* 9 ad figenda genua] adfligendo *P 2.* solitudo *P 2.* animae *S.* 11 subtegmina *S.* aliorumque *W.* in *deest P 2.* 13 castitatem *P 2. S.* 14 facies] *ita S*, faciaes *M 1, ubi* e *al. man. add.*, facias *W*, facias *corr.* facies *P 2.* 16 nihil] nihi *P 2.* 20 ac] *deest M 1. W*, a *P 2.* 22 huiusmodi *S.* 25 lasciviam] lasciam *W.* sit tibi] tibi sit *P 2.* 26 nescit — se] se esse nescit *S.* 29 dimittere sanctarum] dimittere. Sanctarum *S.* sanctum *P 2.* 30 caelestis — Finem] *ita M 1. W. P 2*, caelestium consimilem gloriam quarumdum non bene se agentium nomen infamat. Finem *S.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Demetriadem; Opp. I, 983.* 2) *Ib.; l. l. I, 984.* 3) *Ib.; l. l. I, 985.* 4) *Ibidem.* 5) *Ibidem.* 6) *Ib.; l. l. I, 986.* 7) *Ib.; l. l. I, 987.* 8) *Ib.; l. l. I, 988.* 9) *Ibidem.* 10) *Cf. Menandri fragmentum apud Meineke, Fragmenta comicorum Graecorum IV, 132.* 11) *Hieronymus, Epistola ad Demetriadem; l. l. I, 988.* 12) *Ib.; l. l. I, 988 sq.* 13) *Ib.; l. l. I, 990 sq.* 14) *Ib.; l. l. I, 991.*

III. Item eiusdem ex epistola ad Furiam. Arripe[1] quaeso occasionem et fac de necessitate virtutem. Non quaeruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus male coepit, sed bene finivit; Iudae laudantur exordia, sed finis proditione damnatur. Meretrix[2] illa in evangelio baptizata lacrimis suis et crine, quo multos ante deceperat, pedes Domini tergens salvata est. Non habuit crispantes mitras nec stridentes calciolos nec orbes stibio fuliginatos: quanto foedior, tanto pulchrior. Vidua[3], quae marito placere desivit et iuxta apostolum vere vidua est, nihil habet necessarium nisi perseverantiam. Ardentes[4] diaboli sagittae ieiuniorum et vigiliarum rigore restringendae sunt. Aut loquendum nobis est, ut vestiti sumus, aut vestiendum, ut loquimur. Quid aliud pollicemur et aliud ostendimus? Lingua personat castitatem, et totum corpus profert inpudicitiam. Hoc quantum ad habitum pertinet et ornatum? Ceterum vidua, *quae in deliciis est,* — non est meum, sed apostoli — *vivens mortua est.* Quid sibi vult hoc, quod ait: *Vivens mortua est?* Vivere quidem videtur ignorantibus et non esse peccato mortua, sed Christo, quem secreta non fallunt, mortua est. Apostolus[5] macerat corpus suum et animae subicit imperio, ne quod aliis praecipit ipse non servet, et adulescentula, fervente cibis corpore, de castitate secura est? Neque vero haec dicens condemno cibos, quos Deus creavit ad utendum cum gratiarum actione, sed iuvenibus et puellis incentiva assero esse voluptatum. Non Etnaei ignes, non Vulcanalia tellus, non Vesuvius et Olymphus tantis ardoribus aestuant ut iuveniles medullae vino plenae et dapibus inflammatae. Grandis[5] ergo virtutis est et sollicitae diligentiae superare quod nata sis, in carne non carnaliter vivere, tecum pugnare quotidie et inclusum hostem Argi, ut fabulae ferunt[6], centum oculis observare. Primum[7] igitur, si stomachi firmitas patitur, donec puellares annos transeas, aquam in potu sume, quae natura frigidissima est aut, si hoc inbecillitas prohibet, audi cum Timotheo: *Vino modico utere propter stomachum et frequentes tuas infirmitates.* Deinde in ipsis cibis calida quaeque devita. Non solum de carnibus loquor, super quibus vas electionis profert sententiam: *Bonum est non manducare carnem et non bibere vinum,* sed etiam in ipsis leguminibus inflantia quaeque et gravia declinanda sunt; nihilque ita scias concedere Christianis adulescentibus ut aesum olerum, unde et in alio loco ait: *Qui infirmus est olera manducet,* ardorque corporum frigidioribus acpulis temperandus est. Nihil[8] sic inflammat corpora aut titillat membra genitalia sicut indigestus cibus ructusque convulsus. Malo apud te, filia, verecundia parumper quam casu periclitari. Quicquid seminarium voluptatis est venenum puta. Parcus cibus et semper venter esuriens triduanis ieiuniis praeferatur. Et multo melius est cotidie parum quam raro satis sumere. Pluvia illa optima est, quae sensim descendit in terram; subitus et nimius imber in praeceps arva subvertit. Quando comedis, cogita, quod statim tibi orandum, ilico et legendum sit. De scripturis sanctis habeto fixum versuum numerum; istud pensum Domino tuo redde. Nec ante quieti membra concedas, quam calathum pectoris tui hoc subtemine impleveris. Post scripturas sanctas doctorum hominum trac-

cf. Luc. 7, 37 sqq.

cf. 1. Tim. 5, 5.

ib. 5, 6.

cf. ib. 4, 3.

1. Tim. 5, 23.

Rom. 14, 21.

ib. 14, 2.

III. 1 III *deest* W. *P* 2. 2 fines W. 4 quo] quod W. tergens] intergens *P* 2. 5 tridentes W. caltiolos *P* 2, calceolos *S*. orbe *P* 2. 6 desinit *P* 2. 8 restinguende W, restinguendae *S*. simus *P* 2. 10 viduam W. 12 esse] esset W. 13 Christo quem] Christum *P* 2. est] *hac voce sistit P* 2. 14 adolescentula W. *S*. 15 Deus] Dominus *S*. 16 Aethnaei *S*. 17 Vulcania *S*. Olimphus W. Olympus *S*. iuvenales W. 19 quotidie] cotidie W. 20 Argui W. 21 potus W. 25 liguminibus *e leg. corr. M 1*. gravia] gravida *S*. 26 nihilque] Nihil *S*. concedere] conducere *S*. adolescentibus W. *S*. ait *deest S*. 27 infirmus est] ait *add. S*. 29 Mala W. casu] causa *S*. seminarum voluntatis W. 30 semper venter] venter semper *S*. 31 quotidie *S*. 32 terram] terris W. 35 calathum] *ita S*, calculum W *l*. W. subtegmine W. *S*.

1) *Hieronymus, Epistola ad Furiam; Opp. I, 283.* 2) *Ib.; l. l. I, 284.* 3) *Ibidem.* 4) *Ibidem.* 5) *Ib.; l. l. I, 285.* 6) *Cf. Ovidii Metamorphos. I v. 264 sqq.* 7) *Hieronymus, Epistola ad Furiam; l. l. I, 286.* 8) *Ib.; l. l. I, 286 sq.*

tatus lege, eorum duntaxat, quorum fides nota est. Amorem[1] monilium atque gemmarum syricarumque vestium transfer ad scientiam scripturarum. Fac[2] tibi amicos de iniquo mammona, qui
cf. Luc. 16, 9. te recipiant in aeterna tabernacula. Iuvenum[3] fuge consortia; comatulus, comtus atque lascivus domus tuae tecta non videant. Cantor pellatur ut noxius. Fidicinas et psaltrias et istiusmodi chorum diaboli quasi mortifera Sirenarum carmina proturba ex aedibus tuis. Noli ad publicum subinde procedere. Pessimae consuetudinis est, cum fragilis sexus et imbecilla aetas suo abutitur
1. Cor. 6, 12. arbitrio et putat licere quod libet. *Omnia quidem licent, sed non omnia expediunt.*

IIII. Breviter excerptum ex epistola Cecili Cipriani de habitu virginum. Nunc[4] nobis, inquit, ad virgines sermo est, quarum, quo sublimior gloria est, maior et cura est. Flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiae spiritalis, laeta indoles, laudis et honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimonium Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas et in illis largiter floret ecclesiae matris gloriosa fecunditas; quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris augescit. Ad has loquimur, has adortamur affectione potius quam potestate, ut[5] quae se Christo dicaverint et a carnali concupiscentia recedentes tam carne quam mente se Deo voverint consument opus suum magno praemio destinatum nec ornari aut placere cuiquam nisi Domino suo studeant, a quo et mercedem virginitatis exspectant. Sequitur. Quodsi[6] *Christum continentia sequitur et regno* Dei virginitas destinatur, quid est illis cum terreno cultu et cum ornamentis, quibus, dum hominibus placere gestiunt, Deum offendunt, non cogi-
Ps. 52, 6. tantes esse praedictum: *Qui hominibus placent confusi sunt, quoniam Deus nihili fecit illos.* Continentia vero et pudicitia non in sola carnis integritate consistit, sed etiam in cultus et
1. Cor. 7, 34. ornatus honore pariter ac pudore, ut secundum apostolum quae innupta est *sit sancta et corpore et spiritu.* Sequitur. Virgo[7] non esse tantum, sed intelligi debet et credi, ut nemo, cum virginem videt, dubitet, an virgo sit. Parem se integritas in omnibus praestet nec bonum corporis cultus infamet. Quid ornata, quid compta procedit, quasi maritum aut habeat aut quaerat? Timeat potius placere, si virgo est, nec periculum sui appetat quae ad meliora et divina se servat. Quae virum non habent, cui placere se simulant, integrae et purae non tantum corporaliter et spiritaliter perseverent. Nec enim virginem fas est ad speciem formae suae comi aut de carne et eius pulchritudine gloriari, cum nulla sit illi magis quam adversus carnem conluctatio et vincendi corporis ac domandi obstinata certatio. Sequitur. Neminem[8] Christianum decet et maximae virginem non decet claritatem ullam computare carnis et honorem, sed solum appetere sermonem Domini, bona in aeternum mansura amplecti. Sequitur. Scriptum est[9]
1. Ioh. 2, 6. et legitur et auditur et in exemplo nostri ecclesiae ore caelebratur: *Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulavit et ipse ambulare.* Ambulandum est vestigiis paribus, aemula ingressione nitendum. Tunc respondebit ad fidem nominis sectatio veritatis et credendi prae-

III. 1 sericarumque *S.* 2 iniquo] inimico *W. S.* 3 commatulos *S.* comtus] comptos *S.* lascivos *S.* 4 noxius] *hac voce sistit W.* 5 ad] in *S.*

IIII. 8 Breviter *deest S.* Caecilii Cypriani *S.* 9 sermo est] sermo *M 1.* 10 atque] et *S.* 12 sanctimoniam *S.* et] atque *S.* 13 plus *deest M 1.* 14 adhortamur *S.* 16 consummet *S.* ornari] iam *add. S.* 17 expectant *S.* 20 nihil *S.* illos] et Paulum quoque gloriose et sublimiter praedicasse: *Si hominibus placere vellem, Christi servus non essem (Gal. 1, 10) add. S.* 22 sit sancta] sancta sit *S.* 23 sed] et *add. S.* ut *deest M 1.* 27 simulant] *ita in loco raso M 1,* simulent *S.* corporaliter — spiritaliter] corpore sed etiam spiritu *S.* 28 Nec] Neque *S.* virginem — est] fas est virginem *S.* 29 et] de *add. S.* illis *M 1.* 31 et honorem] honorem *M 1.* 32 Domini] Dei *S.* amplecti] complecti *S.* 33 exemplum *S.* 35 nitendum] est *add. S.* respondet *S.*

1) *Hieronymus, Epistola ad Furiam: Opp. I, 287.* 2) *Ibidem.* 3) *Ib.; l. l. I, 287 sq.* 4) *Cyprianus, De habitu virginum: Opp. ed. Hartel I, 189.* 5) *Ib.; l. l. I, 189 sq.* 6) *Ib.; l. l. I, 190.* 7) *Ib.; l. l. I, 191.* 8) *Ib.; l. l. I, 192.* 9) *Ib.; l. l. I, 193 sq.*

mium datur, si quod creditur et geratur. Locupletem te dicis et divitem, sed divitiis tuis Paulus occurrit et ad cultum atque ornatum tuum iusto fine moderandum sua voce praescribit: *Sint,* inquit, *mulieres cum verecundia ac pudicitia componentes se, non in tortis crinibus neque auro neque margaritis aut veste praetiosa, sed ut decet mulieres promittentes castitatem per bonam conversationem.* Item Petrus ad haec eadem praecepta consentit et dicit: *Sit in mulieribus non exterior ornamenti auri aut vestis cultus, sed cultus cordis.* Quodsi illi mulieres quoque admonent cohercendas et ad ecclesiasticam disciplinam religiosa observatione moderandas, quae excusare cultus suos soleant per maritum, quanto id magis observare virginem fas est, cui nulla ornatus sui conpetit venia, nec derivari in alterum possit mendacium culpae, sed sola ipsa remaneat in crimine. Locupletem te dicis et divitem: sed non omne, quod potest, debet et fieri, cum scriptum sit: *Omnia licent, sed non omnia expediunt; omnia licent, sed non omnia aedificant.* Ceterum, si tu te sumptuosius comas et per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuventutis inlicias, suspiria aduliscentium post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, sperandi fomenta succendas, ut, etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas et velut gladium te et venenum videntibus praebeas: excusare non potes, quasi mente casta sis et pudica. Redarguit te cultus inprobus et inpudicus ornatus, nec conputari iam poteris inter puellas et virgines Christi, quae sic vivis, ut possis adamari. Ornamentorum[1] ac vestium insignia et lenocinia formarum nonnisi prostitutis et inpudicis feminis congruunt. Fugiant[2] castae virgines et pudicae incestarum cultus et habitum impudicarum, lupanarium insignia, ornamenta meretricum. Hoc[3] Deus culpat, hoc denotat. Sericum[4] et purpuram indutae Christum induere non possunt, auro et margaritis et monilibus adornatae ornamenta cordis ac pectoris perdiderunt. Virgines[5] certe, quibus hic sermo nunc consulit, inter virgines se non putent debere numerari. Audite[6] itaque, virgines, ut parentem, audite, quaeso vos, timentem pariter ac monentem, audite utilitatibus et commodis vestris fideliter consulentem. Estote tales, quales vos Deus artifex fecit; estote tales, quales vos manus patris instituit. Maneat in vobis facies incorrupta, cervix pura, forma sincera. Vince[7] vestem quae virgo es, quae Deo servis; vince aurum quae carnem vincis et saeculum. Arta et angusta via est, quae ducit ad vitam, durus et artus limes, qui tendit ad gaudium, lata[8] et spatiosa itinera vitae; loetales illic inlecebrae et mortiferae voluptates; illic diabolus blanditur, ut fallat, arridet, ut noceat, illicit, ut occidat. Servate[9], virgines, servate quod esse coepistis, servate quod eritis. Magna in vobis merces manet, praemium grande virtutis, munus maximum castitatis. Quod[10] futuri sumus iam vos esse coepistis: vos resurrectionis gloriam in isto saeculo iam tenetis, per saeculum sine saeculi contagione transitis; cum castae perseveratis et virgines, angelis Dei estis aequales. Tantum maneat et duret solida et inlaesa virginitas et, ut coepit fortiter, iugiter perseveret nec monilium ac vestium quaerat ornamenta, sed morum, Deum spectet et caelum neque oculos ad sublime porrectos ad carnis et mundi concupiscentiam deprimat. *Primus*[11] *homo,* inquit, *e terra, e limo, secundus homo de caelo. Qualis ille e limo,*

1. Tim. 2, 9. 10.

1. Petr. 3, 3.

1. Cor. 6, 12.

cf. Matth. 7, 13 sq.

1. Cor. 15, 47—49.

IIII. 2 Paulus] Petrus *M 1.* 3 ac] et *S.* 5 Petrus] Paulus *M 1.* mulieribus] *ita e corr. M 1,* muliere *S.* 6 exteriora ornamenta *M 1, ubi litterae a al. man. additae vel correctae sunt.* ornamenti] aut *add. S.* 7 coercendas *S.* 9 conpetit] competat *S.* 13 inliceas *M 1.* adolescentium *S.* 15 excusari *S.* 19 et *deest S.* habitus *S.* lupanarum *M 1.* 21 ac] et *S.* 22 consulit] quae se eiusmodi artibus compserint *add. S.* 23 timentem] docentem *S.* 27 via est] est via *S.* artus] est *add. S.* gaudium] *ita e* gladium *corr. M 1,* gloriam *S.* 28 vitae; loetales illic] vitae loetalis, illic *M 1,* vitae letalis: illic *S.* 30 in vobis] vos *S.* 34 ac] aut *S.* 36 deprimat] aut ad terrena deponat etc. *add. S.* e terra, e limo] de terrae limo *S.* ille e limo] ille de limo *S.*

1) *Cyprianus, De habitu virginum; Opp. ed. Hartel I, 195.* 2) *Ib.; l. l. I, 196.* 3) *Ib.; l. l. I, 197.* 4) *Ibidem.* 5) *Ib.; l. l. I, 200.* 6) *Ib.; l. l. I, 201 sq.* 7) *Ib.; l. l. I, 202.* 8) *Ibidem.* 9) *Ibidem.* 10) *Ib.; l. l. I, 203.* 11) *Ib.; l. l. I, 204 sq.*

1. Cor. 15, 48. 49. *talis et qui de limo; et qualis caelestis, tales et caelestes. Quomodo portavimus imaginem eius, qui de limo est, portemus et imaginem eius, qui de caelo est.* Hanc imaginem virginitas portat, portat integritas, sanctitas portat et veritas; portant disciplinae Dei memores, iustitiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad sustinendam iniuriam mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace unanimes atque concordes. Quae vos singula, o bonae virgines, observare, diligere, implere debetis, quae Deo et Christo vacantes ad Dominum, cui vos dicastis, et maiore et meliore parte praeceditis. Provectae aetatis iunioribus facite magisterium, minores natu praebete conparibus incitamentum. Ortamentis vos mutuis excitate. Emulis de virtute documentis ad gloriam provocate. Durate fortiter, spiritaliter pergite, pervenite feliciter.

V. De sermone sancti Caesarii episcopi sanctimonialibus directo.

Gaudete [1] et exultate in Domino, venerabiles filiae, et gratias illi iugiter uberes agite, qui vos de tenebrosa saeculi huius conversatione ad portum quietis et religionis adtrahere et provocare dignatus est. Cogitate iugiter unde existis et ubi pervenire meruistis. Contemsistis libidinis incendium et ad castitatis refrigerium pervenistis. Respuistis gulam et abstinentiam elegistis. Repudiastis avaritiam atque luxoriam et caritatem ac misericordiam tenuistis. Et quamvis vobis usque ad exitum vitae non desit pugna, tamen Deo donante securi sumus de vestra victoria. Sed rogo vos, venerabiles filiae, ut, quanto estis securae de practeritis, tanto sitis sollicitae de futuris. Omnia enim crimina vel peccata cito ad nos revertuntur, si non quotidie bonis operibus

1. Petr. 5, 8. expugnantur. Audite apostolum Petrum dicentem: *Sobriae estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens aliquid devorare quaerens circuit.* Quamdiu in hoc corpore vivimus, die noctuque Christo adiutore vel duce contra diabolum pugnemus. Sunt enim aliquae, quod peius est, neglegentes et tepidae, quae de solo christianitatis vocabulo gloriantur et putant, quod illis sufficiat vestem mutasse et religionis tantum habitum suscepisse, nescientes illud pro-

Eccli. 2, 1. pheticum: *Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in iustitia et timore et praepara animam tuam ad*

Ps. 16, 4. *temptationem,* nec sententiam psalmistae considerantes: *Propter verba labiorum tuorum ego custo-*

Act. 14, 21. *divi vias duras,* et illud, quod apostolus dixit: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum.* Vestes enim saeculares deponere et religiosas adsumere unius horae momento possumus, mores vero bonos iugiter retinere vel contra malas dulcesque voluptates saeculi huius,

cf. Matth. 10, 22. 24, 13. quamdiu vivimus, Christo adiutore laborare debemus, quia non qui coeperit, sed qui perseverauerit salvus erit. In primis ergo omnis anima, quae religionem servare desiderat, gulae concupiscentiam vincere, aebrietatem vitare tota fidei virtute contendat et ita temperatum convivium et mensam mediocrem habere studeat, ut caro illius nec nimietate abstinentiae debilitetur nec

cf. Iac. 4, 6; 1. Petr. 5, 5. per delitiarum abundantiam ad luxoriam provocetur. Deinde abiecta superbia, cui Deus resistit, profundae humilitatis iaciat fundamenta, invidiam velut vipereum venenum detestetur ac fugiat, linguam refrenet, detractionem quasi venenum respuat, verba otiosa nec ipsa proferat nec ab aliis prolata auribus suis libenter admittat. Vestimentorum habitum nec nimis abiectum nec notabi-

IIII. 1 tales *S.* 5 fraterna] *hac voce incipit W.* unianimes *W.* 6 singulae *W.* 7 dicatis *S.* 8 praebete] maioribus ministerium *add. S.* Ortamentis] *ita M 1,* Hortamentis *W. S.*

V. 11 V *deest W.* 14 meruistis] Reliquistis fideliter mundi tenebras et lucem Christi feliciter videre coepistis *add. S.* Contempsistis *S.* 16 Repudiastis] Respuistis *S.* luxuriam *M 1 (e corr.). S.* caritatem ac] castitatem vel *S.* 20 expugnentur *S.* 21 tamquam] tamquae *M 1.* 22 vivimus] *hac voce incipit P 1.* nocteque *S.* pugnemus] repugnemus *S.* 26 tentationem *S.* 28 et] *hac voce incipit P 2.* relegiosas *P 2.* horae] ore *P 2.* 29 bonas *P 2.* 30 perseveraverit] usque in finem *add. P 2,* usque in finem hic *add. S.* 31 relegionem *W.* 32 vincere] et *add. S.* 33 et mensam] et mensem *W,* mensamque *S.* mediocres *P 1.* 34 dilitiarum *P 2.* habundantiam *P 2. M 2, qui hac voce incipit.* luxuriam *M 1 (e corr.). 2. S.* 35 fundamentum *S.* detestatur *W.* 36 ociosa ne *P 1.* 37 alis *P 2.*

1) *Caesarius Arelatensis, Sermo ad sanctimoniales; Bibl. vett. patrum ed. Gallandi XI, 36 sqq.*

liter pomposum aut periculosae elegantem habere consuescat. Lectionem aut ipsa frequentius legat aut legentis verba tota pectoris aviditate suscipiat. De divinis scripturarum fontibus iugiter aquam salutis hauriat, illam utique, de qua Dominus dicit: *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquae vivae.* Ioh. 7, 38. De paradysi etiam floribus, hoc est sanctarum scripturarum sensibus, anima sancta se iugiter ornare contendat. Ex ipsis praetiosas margaritas auribus suis indesinenter appendat. Ex ipsis anulos et dextralia, dum exercet opera bona, sibi conponat. Ibi vulnerum medicamenta, ibi castitatis aromata, ibi conpunctionis holocausta requirat. Quae vero religionem inmaculato corde et puro corpore conservare desiderat, aut numquam in publicum aut certe nonnisi pro grandi et inevitabili necessitate procedat. Nolite, quaeso vos, nolite quibuscumque aut occasionem dare aut familiaritatem tribuere. Quae vero libidinem Christo adiuvante desiderat vincere familiaritatem debet refugere, et quae indignam familiaritatem non spreverit aut se aut alium cito perdet. Sed forte dicit aliqua: 'Ideo familiaritatem non fugio, quia volo habere quod vincam et adversarium meum cupio tenere captivum'. Vide, ne contra te adversarius incipiat rebellare, vide, ne te ducat captivitas ista captivam. Audi apostolum dicentem: *Fugite fornicationem.* 1. Cor. 6, 18. Reliquis vitiis oportet nos omni virtute resistere; libidinem vero non expedit repugnare, sed fugere. Esto ergo libidinis fugitiva, si vis esse castitatis pugnatrix egregia. Sed quod dixi diligenter adtendite. Quando solam aliquam libidinis stimulus incitat, Christo adiuvante pugnet quantum praevalet contra se, quia non habet quo possit fugere. Quando vero per alterius sodalitatem oportunitatem voluptatis diabolus subministrat, ipsam familiaritatem, quantum praevalet, ut diximus, anima sancta refugiat. Sed ut haec omnia servare possimus, abstinentiam rationabilem teneamus, quia vera est illius sanctissimi viri sententia: 'Prout [1] continueris ventrem, ita et venenosos motus eius'. Humilitatem etiam veram, quantum possumus, conservemus. Non enim diu carnis integritas servatur, ubi animus superbiae tumore corrumpitur, praecipue si iracundiae flamma frequentius surgit, castitatis et virginitatis flores cito consumit. Casta enim et Deo devota anima non solum extraneorum, sed etiam parentum suorum familiaritatem habere non debet. Si enim vasa, quae ecclesiae offeruntur, ut in sacrosanctis altaribus ponantur, sancta ab omnibus appellantur et nefas est, ut ab ecclesia postmodum ad domum laicam revocentur aut usibus humanis aptentur, putas, qualem dignitatem apud Deum habet anima ad eius imaginem procreata? Sicut ergo vasa sancta humanis usibus servire nec possunt nec debent de ecclesia revocari, sic religiosam quampiam non oportet, non decet, non expedit parentum suorum multis obligationibus implicari aut quorumcumque extraneorum pernitiosa familiaritate constringi. Illud ante omnia ammoneo, ut aemulationis malum quasi venenum vipereum fugiatis et ita inter vos caritatis dulcedinem conservetis, ut vobis invicem per sancta conloquia medicamenta spiritalia praeparetis. Sunt enim, quod peius est, aliquae, quae, quando se pariter iungunt, magis sibi detrahendo vel contra praepositas murmurando vulnera faciunt quam spiritalia medicamenta conponunt. Vos vero, sanctae ac venerabiles filiae, si aliquam videtis pusilla-

V. 4 sanctarum scripturarum] scripturarum sanctarum *W.* 8 corpore] corde *P 2.* 10 familiaritate *P 2.* 13 ne] de *add. P 1.* 15 Reliquis vitiis] Contra reliqua vitia *S.* libidinem] contra libidinem *S.* 17 dixit *P 2.* solam aliquam] *ita M 1,* solas alias *P 1. S. P 2,* solam aliqua *M 2,* sola aliqua *S.* stimulis incitatur *S.* 18 pugnet] repugnet *S.* possit fugere] *ita M 1 (e corr.). S,* posset fugere *P 1,* posset fugere se *W. P 2,* fugiat se *M 2.* 19 sodalitatem] et *add. M 2.* 21 vero *P 1.* sanctissimi] sancti *P 1. W. P 2. M 2.* 22 venenosos] venerosus *M 1,* venenosus *W.* 23 conservamus *W.* superbia *P 1.* 24 si *deest M 2.* flammae *W.* et virginitatis *desunt P 2.* 26 eclesiae] ecles- *ita saepius M 1.* in *deest P 1.* 27 ab eclesia] *ita M 1,* de ecclesia *cett.* ad] in *P 1. S.* 28 aptentur] appetentur *W.* 29 humanis *deest P 1. M 2.* usibus] husibus *P 1.* servire] servitura *S.* 31 oblicationibus *P 2.* 32 venenum vipereum] vipereum venenum *M 2.* 33 caritatem *W.* 34 quae *deest M 2* 35 iungunt] quae *add. M 1 (postea del.),* quae *add. P 1. W. P 2.* 36 componant *M 2.*

1) *Non inveni.*

nimem, consolationem inpendite, si superbientem, humilitatis medicamentum apponite, si iracundam videritis, refrigerium patientiae ministrate. Si nobiles natae estis, magis de religionis humilitate quam de saeculi dignitate gaudete. Tenete ergo firmiter manus in aratro et nolite respicere
cf. Gen. 19, 26; Luc. 17, 32. retro. Mementote uxoris Loth, quae retro respiciens versa est in statuam salis. Numquam iuramentum, numquam maledictum de virginis ore procedat. Non solum enim corpora, sed etiam
Prov. 4, 23. corda vestra omni sollicitudine custodite propter illud, quod scriptum est: *Omni custodia serva*
Matth. 15, 19. *cor tuum,* et illud, quod Dominus in evangelio dixit: *De corde enim exeunt cogitationes male.* Si enim in corde nihil mali cogitatur, quicquid sanctum est ex ore profertur, quia, sicut scriptum
ib. 12, 34 = Luc. 6, 45. est, *ex abundantia cordis os loquitur.* Hoc enim lingua proferre consuevit, quod ex officina cordis conscientia ministraverit. Et ideo, si ex ore vultis bona proferre, semper in corde quae sancta sunt cogitate. Sic lectioni et orationi debetis incumbere, ut ante omnia etiam manibus
2. Thess. 3, 10. possitis aliquid exercere secundum illud, quod apostolus ait: *Qui non operatur nec manducet.* Meliorem quoque diei partem sancto operi dedicate; lectioni vacare consuescite. Oratio vestra ita cum silentio procedat ex corde, ut vix audiatur in ore. Nam qui alta voce orare voluerit et sibi et alteri multum nocet, dum per suam garrulitatem alterius mentem ab oratione sancta et secreta suspendit. Pomposa indumenta, quae non utilitati, sed vanitati serviunt, fastidite atque contemnite. Multae enim, quod in moribus diligunt, hoc etiam in operibus suis ostendunt: praeparant sibi ornamenta saecularia saeculum diligentes et voluptati servientes vel luxoriae. Vobis vero nihil sit commune cum talibus, sed omnia ornamenta, quibus ad luxoriam caro conponitur, velut inimica et contraria a vestro proposito respuantur. Sunt enim, quod peius est, quae pro vanitate saeculi istius plus student terrenis cupiditatibus operam dare quam lectioni divinae insistere, dum volunt stragula pulchra et picta tapetia, plumaria etiam et reliqua his similia cum ingenti sumptu et superflua expensa ad oculorum libidinem praeparare, nescientes illud, quod Dominus
1. Ioh. 2, 15. 16. per Iohannem evangelistam clamat et dicit: *Nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo sunt, quoniam omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi est.* Quid prodest virgini integritatem corporis custodire, si oculorum concupiscentias noluerit evitare? Vos vero, sanctae et Deo dignae animae, totum spiritaliter agite. Sequimini Christum, tenendo perseveranter quod vovistis ardenter. Iterum atque iterum, sanctae et Deo dicatae animae, rogo et cum omni humilitate pro conservando virginitatis praemio consilium do, ut familiaritatem incongruam a vobis vel a vestris animis totis viribus repellere laboretis. Nam ad conservandam sanctae religionis dignitatem singularitas testis sanctissima est. Familiaritas enim cuiuslibet, si frequens esse coeperit, nonnisi corruptionem seminat, vitia pullulat, cupidinem concupiscit, ignominiam parit, rabiem concitat, lasciviam pascit, petulantiam nutrit, casus exaltat, ruinas aedificat, confusionem meretur, thesaurizat obprobrium, criminationes exaggerat, excusationes inflammat et catervatim simul in fascem conglomerat. Nam si anima sancta secretum suum custodire voluerit et assiduae familiaritatis malum tota animi virtute refugerit, ipsa sancta singularitas munimen illi invictum est sanctimonii, expugnatio fortis, exercitium continentiae, evacuatio luxoriae, pax secura virtutum et expugnatio inquieta bellorum, puritatis culmen et libi-

V. 2 natae *deest M 2.* relegionis *W. P 2.* 8 nichil *hic et infra M 2.* male *P.* sicut] sic *P 2.* 9 habundantia *P 2. M 2.* 10 ministravit *M 2.* ore] hore *P 2.* 11 ut ante] vitante *corr.* vitate *P 2.* 12 positis *P 2.* nec] non *M 1. 2.* 15 multum *deest P 2.* 16 indumenta] vestimenta *M 2.* 17 contempnite *P 2.* suis *deest M 2.* 18 servientes — luxoriae] vel luxuriae servientes *M 2.* luxoriae] luxur- *P 2 (e corr.). M 2. S.* 19 ornamento *P 2.* 20 vestra proposita *W.* vanitate — istius] vanitatibus huius seculi *M 2.* 21 insistere] iustitiae *S.* 23 praeparare] praepare *M 1.* 24 Ioannem *S.* 25 sunt — mundo *desunt M 2.* 26 est *deest M 2.* integritate *W.* 27 et] ac *M 2.* 31 relegionis *P 2.* 32 cupidinem concupiscit] *ita M 1. P 2,* libidinem concupiscit *P 1. W,* libidem concupiscit *M 2,* libidinem concipit *S.* 33 parit] rapit *P 2.* 34 exaltat] exultat *P 2. M 2.* meretur] *ita M 1. W,* mercatur *cett.* thesaurizat] testiurzat *M 2.* 35 excussationes *P 1. W. P 2.* fasce *W.* 36 refugerit] fugerit *M 2. S.* 37 sanctimoniae *S.* fortis] infamiae *add. S.* 38 expugnatio] impugnatio *S.*

dinis carcer, honestatis portus et ignominiae naufragium, virginitatis mater et hostis inmunditiae, integritatis dignitas et fornicationis abdicatio, voluntas bonorum operum et adflictio vitiorum, refrigerium pudicitiae et poena petulantiae, adquisitio triumphorum et facinorum detrimentum, requies salutis et perditionis exilium, vita spiritus et carnis interitus. Haec omnia mala fortiter Deo adiuvante reppellentur, et illa, quae diximus, bona feliciter adquirentur, si ab animabus sanctis familiaritas inordinata respuatur. Adtendite, quaeso vos, o animae sanctae, quia inter omnia certamina, quibus semper comes est Christiana militia, sola duriora sunt praelia castitatis, ubi cotidiana pugna est et rara victoria. Castitatis dura sunt proelia, sed maiora sunt praemia. Castitatis palmam nemo securus accipit, cui, quantum duri sunt exitus, tantum gloriosi sunt fructus. Ut ergo castitatis praemia et virginitatis coronam feliciter Deo remunerante possitis accipere, periculosam familiaritatem a vobis semper excludite. Currite fideliter, ut possitis pervenire feliciter, adiuvante domino nostro Iesu Christi, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

VI. Item sancti Athanasii episcopi ad sponsas Christi. Quantam[1] in caelestibus beatitudinem virginitas sancta possideat, praeter scripturarum testimonia ecclesiae etiam consuetudine edocemur, qua addiscimus peculiare illi subsistere meritum, cuius specialis est consecratio. Nam cum universa turba credentium paria gratiae dona percipiat et hisdem omnes sacramentorum benedictionibus glorientur, istae proprium aliquid prae ceteris habent, cum de illo sancto et inmaculato eclesiae grege quasi sanctiores purioresque hostiae et pro voluntatis suae meritis a sancto Spiritu eliguntur et per summum sacerdotem Dei offeruntur altario. Possidet[2] ergo virginitas et quod alii habent et quod alii non habent, dum communem et peculiarem obtinet gratiam et proprio, ut ita dixerim, consecrationis privilegio gaudet. Nam et Christi sponsas virgines dicere ecclesiastica nobis permittit auctoritas, dum in sponsarum modum quas consecrat Domino velat, ostendens eas vel maximae habituras spiritale conubium, quae subterfugerint carnale consortium. Et dignae Deo per matrimonii conparationem spiritaliter copulantur quae eius dilectionis causa humana conubia spreverunt. In his quam maximae illud impletur apostoli: *Qui autem adhaeret Domino unus spiritus est.* Et[3] quoniam multae sunt, quae bono proprio carent, nisi aliarum rerum iuventur auxilio, adtentius[4] praevidendum est, ne forte et virginitati aliqua sint necessaria, sine quibus nequaquam fructum adferre sufficiat; et tantus nihil proderit labor, dum vanae prodesse creditur quod absque rebus necessariis possidetur. Aeternam[5] vero vitam nonnisi per omnem divinorum praeceptorum custodiam promereri posse scriptura testatur. *Si vis,* inquit, *ad vitam ingredi, serva mandata.* Vitam ergo non habet nisi qui legis mandata servaverit, et qui vitam non habuerit caelestis regni non potest esse possessor. Ergo[6] pudicitiam integritatemque servantibus et eius remunerationem ad Dei aequitatem

1. Cor. 6, 17.

Matth. 19, 17.

V. 1 carcer] calcer *P 1.* hostis] ostis *W.* 3 pudititiae *P 1.* poene *P 2.* detrimenta *M 1. W.* 6 quaeso *deest S.* 8 cotidiana] quotidiana *P 1. W. S.* dura — proelia] prelia dura sunt *M 2.* dura sunt] et *add. P 1.* maiora sunt] maiora *M 2.* 9 quantum duri] quanto durius *M 2.* 12 qui] cum patre et Spiritu sancto *add. M 2.*

VI. 13 VI *deest W. P 2. M 2.* Item *deest S,* sermo *add. M 2.* Athanasii] *ita M 2. S,* Anasii *M 1. P 1,* Anasi *W.* sponsa *P 2.* Quantum *W.* 14 praeter] propter *P 2.* 16 hisdem] *ita M 1. P 2,* isdem *P 1. W. M 2,* iisdem *S.* 17 istae] ad *add. S.* habent cum] *ita correxi,* habendum *M 1. P 1. W. P 2. M 2. S.* 19 Dei] Christi *M 2.* alterio *W.* 20 alii — quod *desunt W.* 22 permittit] premit *W.* in] *ita S, deest cett.* 26 multa *S.* 27 auxilia *W.* 29 nichil *P 1.* 30 vero *deest M 2.* 31 mandata] ante omnia *add. P 2.* 32 mandata] mandat *P 2.* caelestis *deest M 2.* 33 integritatemque] integritatem quae (que) *P 1. 2.* ad Dei] addi *P 2.* a Dei aequitate *S.*

1) *Ps.-Athanasius, Exhortatio ad sponsam Christi; Opp. Athanasii edd. Lopin et Montfaucon II, 644; exstat in Hieronymi quoque operibus ed. Vallarsi XI, 127, cuius editionis paginas uncis infra includemus.* 2) *Opp. Athanasii II, 644 (H. 127 sq.).* 3) *Ib.; l. l. II, 644 sq. (H. 128).* 4) *Ib.; l. l. II, 645 (H. 128).* 5) *Ibidem (H. 128 sq.).* 6) *Ibidem (H. 129).*

sperantibus ante omnia mandatorum sunt custodienda praecepta, ne gloriosae castitatis et continentiae labor in irritum deducatur. Cupiens[1] divinum implere consilium ante omnia serva mandatum, volens virginitatis praemium consequi vitae amplectere merita, ut sit cuius remunerari castitas possit. Nam ut vitam praestat observatio mandatorum, ita eorum e contrario generat praevaricatio mortem. Et qui per praevaricationem in morte fuerit virginitatis coronam sperare non poterit neque pudicitiae praemium exspectare constitutus in poena. Nolo[2] enim putes in hoc constare iustitiam, ut malum non facias, cum et bonum non facere malum sit, et in utroque
Ps. 33, 15. legis praevaricatio committatur, quoniam qui dixit: *Recede a malo,* ipse dixit: *Et fac bonum.* Si a malo recesseris et non feceris bonum, transgressores legis, quae non tantum in malorum actuum abominatione, sed etiam in bonorum operum perfectione completur. Nolo[3] enim tibi in hoc blandiaris,
Iac. 2, 10. si aliqua non feceris, quia aliqua feceris, cum scriptum sit: *Qui universam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Adam enim semel peccavit et mortuus est: et tu te vivere posse existimas illud saepe committens, quod alium, dum semel perpetrasset, occidit? Memento[4] Adam et Evam virgines deliquisse nec integritatem corporis profuisse peccantibus. Licitum[5] quippe est matrimonii inire consortium; nam[6] quae conubia deserunt non inlicita, sed licita spernunt. Eiusmodi autem si iurent, si maledicant, si detrahant, si detrahentes patiantur audire, sed malum pro malo reddant, si cupiditatis in alienis aut avaritiae in propriis crimen incurrant, si zeli aut livoris venena possideant, si contra legalia et apostolica instituta indecens aliquid aut loquantur aut cogitent, si in carne placendi studio comptae et ornatae procedant, si alia quaeque, ut adsolet, inlicita faciant, quid proderit eis spraevisse quod licuit et exercere quod non licet? Si vis prodesse tibi quod licite contemsisti, vide, ne quid eorum, quae non licent, facias. Stultum est enim timuisse quod minus est et non timere quod
1. Cor. 7, 34. maius est. Dicit enim apostolus: *Innupta cogitat quae Domini sunt, quomodo placeat Deo, ut sit sancta corpore et spiritu; quae autem nupta est cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro.* Dicat[7] ergo mihi quae virum non habet et tamen quae mundi sunt cogitat, cui placere desiderat: nonne incipiet illi nupta praeponi? Quia illa cogitando quae mundi sunt conplacet vel marito, ista vero nec marito, quem non habet, potest placere nec Deo. Sed nec illud
ib. silentio praeterire nos convenit, quod dixerit: *Innupta cogitat quae Domini sunt, quomodo pla-*
Phil. 4, 8. *ceat Deo, ut sit sancta corpore et spiritu.* Quae sunt ergo Domini, dicat apostolus: *Quaecumque sunt sancta, quaecumque sunt iusta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae.* Ista sanctae et verae et apostolicae virgines die noctuque sine ullo tem-
1. Cor. 7, 24. poris intervallo meditantur. Sequitur[8]: *Quae Domini sunt, quomodo placeat Deo.* Deo, inquam,
ib. non hominibus, *ut sit sancta corpore et spiritu;* non dixit, ut sit sancta membro aut corpore
ib. tantum, sed: *Ut sit sancta corpore et spiritu.* Membrum enim una corporis pars est, corpus vero

VI. 1 ante omnia *desunt P 2.* 2 Cupiens divinum] Cupiendi vinum *P 2.* divinum implere] implere divinum *M 2.* 3 amplectere] *in syllaba* am *sistit P 2.* 4 praestat] *ita S,* praestet (prestet) *cett.* 5 praevaricationem] prevaricantem *P 1.* mortem *W.* 6 exspectaret *W,* expectare *cett.* 7 in utroque] *introque M 1.* 8 mala *W.* 9 a malo recesseris] recesseris a malo *P 1.* 10 abhominatione *P 1. M 2,* abomninatione *W.* 11 quia] qui *S.* aliqua] alia *M 2.* 13 posse *deest M 2.* 14 profuisse *bis script. M 2.* 16 iurant *M 1. P 1. W.* 17 malo pro mala *W.* 18 livores *W.* 19 cogitant *W.* 20 alia quaeque] aliqua *M 2.* quaeque] quae *P 1. W, deest S.* 21 vis] quis *W.* contempsisti *P 1. M 2. S.* 22 Stultum est] Stultum *W.* 26 incipiat *P 1. S.* 28 dixerim *P 1,* dixerimus *W.* Domini] Dei *M 2. S.* placeat Deo] placere Deo possit *M 2.* 29 dicit *M 1.* 31 sanctae et] *ita M 1,* sanctae *cett.* 32 Sequitur] *in M 1 del.* quae Domini sunt *desunt W.* Domini] *ita M 1. S,* Dei *P 1. M 2.* 34 corpore] quae Dei sunt *hoc loco per errorem add. W.*

1) *Opp. Athanasii II, 645 (H. 129).* 2) *Ibidem (H. 130).* 3) *Ib.; l. l. II, 645 sq. (H. 130).* 4) *Ib.; l. l. II, 646 (H. 131).* 5) *Ibidem (H. 131).* 6) *Ibidem (H. 131).* 7) *Ibidem (H. 131 sq.).* 8) *Ibidem (H. 132).*

omnium conpago membrorum est. Cum ergo dicit: *Ut sit sancta corpore,* omnibus membris eam debere sanctificare testatur, quia non proderit ceterorum sanctificatio membrorum, si inveniatur vel in uno corruptio; et iam non erit sancta corpore, quod ex omnibus constat membris, quae vel unius fuerit coinquinatione polluta. Unde[1], quaeso te, virgo, neque in sola tibi pudicitia blandiaris, ne in unius membri integritate confidas, sed secundum apostolum soli Deo conserva corporis sanctitatem. Munda ab omni inquinamento caput, quia crimen est illud post chrismatis sanctificationem cuiuslibet pigmenti suco vel pulvere sordidari aut auro vel gemmis vel qualibet alia terrena specie conponi. Munda[2] frontem, ut humana, non divina opera erubescat et illam confusionem recipiat, quae non peccatum, sed Dei gloriam parit. Munda[3] collum, ut non aurea ex capillis portet suspensa monilia, sed illa potius ornamenta circumferat, de quibus scriptura dicit: *Misericordia et veritas non deficiant a te; suspende autem illa in collo tuo.* Munda oculos, dum eos ab omni concupiscentia retrahis et ab intuitu pauperum numquam avertis. Munda[4] linguam a mendatio, quia *os, quod mentitur, occidit animam,* a detractione, a iuramento, a periurio. *Cohibe*[5] *linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum;* et memor esto apostolum dicentem: *Benedicite et nolite maledicere.* Nefas[6] est enim, ut labia illa, quibus Dominum confiteris, rogas, benedicis et laudas, alicuius polluantur sorde peccati. Nescio, qua conscientia ea lingua quis Dominum rogat, qua aut mentitur aut detrahit. Labia enim sancta exaudit Deus et ipsis annuit cito precibus, quas lingua inmaculata pronunciat. Munda aures, ut nonnisi sermonibus sanctis auditum praebeant, ut numquam obscena aut turpia aut saecularia verba suscipiant aut aliquem de altero audiant derogantem propter illud, quod scriptum est: *Sepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam.* Manus[7] ne porrectae ad accipiendum sint nec ad feriendum paratae, sed ad omnia misericordiae et pietatis opera satis promptae. Munda pedes, ne latam et spatiosam pergant viam, quae ducit ad splendida saeculi et praetiosa convivia, sed arduum magis et angustum gradiantur iter, quod tendit ad caelum. Agnosce[8] tibi a Deo artifice non ad vitia, sed ad virtutem membra formata et, cum universos artus mundaveris ab omni sorde peccati et toto fueris sanctificata corpore, tunc tibi castitatem intellegas profuturam et cum omni fiducia palmam virginitatis exspecta. O virgo[9], serva propositum tibi magno praemio destinatum. Agnosce[10] statum tuum, agnosce locum, agnosce propositum. Christi sponsa diceris; vide, ne quid indignum ei, cui desponsata videris, admittas. Christum[11] sponsum habes. A domesticis et familiaribus eius interroga et strenue ac sollerter inquire, in quibus praecipue delectetur, qualem conpositionem in te vestium diligat, cuiusmodi concupiscat ornatum. Dicat tibi eius familiarissimus Petrus, qui nec nuptis quidem corporalem permittit ornatum, sicut in epistola sua scripsit: *Mulieres similiter subiectae sint suis viris, ut qui non credunt verbo per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore Dei castam conversationem vestram. Quarum sit non extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut indumenti vestimentorum cultus; sed qui* et cetera. Dicat et alius apostolus beatus Paulus: *Mulieres similiter in*

1. Cor. 7, 34. cf. Eccli. 4, 25. Prov. 3, 3. Sap. 1, 11. Ps. 33, 14. Rom. 12, 14. Eccli. 28, 28. cf. Matth. 7, 13. 14. 1. Petr. 3, 1—4. 1. Tim. 2, 9. 10.

VI. 2 eam *deest M 1.* sanctificari *S.* sanctificationem *P 1.* 4 coninquinatione *S.* 5 pudititia *M 2.* plandiaris *M 1.* ne] neque *W.* confidas] confundaris *P 1. S.* 7 crismatis *M 2.* suco] fuco *P 1. S.* 8 humana] mundana *M 2.* 10 munilia *P 1. W.* 13 quia] qua *e corr. M 1.* 16 et *deest M 2.* 17 quis *deest M 2.* roget *M 2.* 20 suscipiant] suspiciant *P 1.* 25 universus *P 1.* 26 intellige *M 2.* 27 exspecta] *ita M 1,* expecta *cett.* 29 ei] eo *S.* 30 A] Ad *W.* domesticis] eius *add. M 2.* 31 in te vestium] vestium in te *M 2.* 34 mulierem *P 1,* mulieris *M 2.* 35 Quarum] Qualis *S.* capillatura] *ita S,* capillaturae(e) *cett.* indumenta *P 1. W. M 2.* 36 sed qui et cetera] sequi et cetera *M 1. P 1. W. M 2, ubi* sequi *deest,* sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples *add. S.*

1) *Opp. Athanasii II, 646 (H. 132).* 2) *Ibidem (H. 132).* 3) *Ibidem (H. 132).* 4) *Ib.; l. l. II, 947 (H. 132 sq.).* 5) *Ibidem (H. 133).* 6) *Ibidem (H. 133).* 7) *Ibidem (H. 133).* 8) *Ibidem (H. 133).* 9) *Ibidem (H. 134).* 10) *Ibidem (H. 134).* 11) *Ib.; l. l. II, 647 sq. (H. 134 sq.).*

1. Tim. 2, 9. 10. *habitu ornato, cum verecundia et sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus aut auro aut margaritis vel veste praetiosa, sed quod decet mulieres promittentes castitatem per bonam conversationem.* Sed tu forsitan dicis: 'Cur haec idem apostoli non iusserunt'? Quia non necessarium iudicabant, ne talis virginibus commonitio potius iniuria quam emendatio videretur. Sed nec eas umquam tantae temeritatis fore credidissent, ut nec nuptae concessa carnalia ornamenta et terrena praesumerent. Re vera ornare se et conponere virgo debet: nam quomodo sponso suo placere poterit, nisi conposita et ornata processerit? Ornetur plane, sed interioribus ornamentis et spiritaliter, non carnaliter conponatur, quia Deus non corporis, sed animae decorem in illa considerat. Ergo et tu, quaecumque animam tuam a Deo diligi et inhabitari concupiscis, omni eam diligentia conpone et spiritalibus indumentis exorna. Nihil in ea dedecorum, nihil foedum appareat. Resplendeat auro iustitiae, gemmis refulgeat sanctitatis ac praetiosissimo pudicitiae margarito coruscet. Pro bysso et serico misericordiae et piaetatis tonica vestiatur, secundum

Col. 3, 12. quod scriptum est: *Induite ergo vos sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem,* et cetera. Huiusmodi[1] Deus quaerit ornamentum et animam taliter

Ps. 44, 11. conpositam concupiscit. Memento te Dei filiam dici, secundum quod ait: *Audi, filia, et vide.* Sed et tu ipsa, quotiescumque Deum patrem nominas, Dei te filiam esse testaris. Ergo si Dei filia es, vide, ne quid eorum facias, quae Deo patri incongrua sunt, sed age omnia quasi filia Dei. Originem[2] tuam respice, genus intuere, gloriam nobilitatis adverte. Agnosce te non hominum, sed Dei divinitatis nobilitate decoratam. Ita te exhibe, ut in te caelestis nativitas pareat, ut ingenuitas divina clarescat. Sit in te nova gravitas, honestas ammirabilis, stupenda verecundia, mira patientia, virginalis incessus et verae pudicitiae habitus et sermo semper modestus et suo in tempore proferendus, ut quisquis te viderit ammiretur et dicat: 'Quae haec novae inter homines gravitatis patientia est, quae pudoris verecundia, quae honestatis modestia, quae maturitas sapientiae; non est ista humana institutio nec disciplina mortalis: caeleste mihi aliquid in terreno corpore redolet; puto enim, quod habitet in quibusdam hominibus Deus'. Et cum te Christi famulam esse cognoverit, maiore stupore teneatur et cogitet, qualis sit ille dominus, cuius talis et ancilla est. Si vis ergo cum Christo partem habere, Christi tibi exemplo vivendum est, qui ab omni malitia fuit extraneus. Nemo[3] te circumveniat; nemo te fallaci sermone seducat. Nonnisi sanctos et simplices et innocentes et puros caelestis aula suscipit, et nullum apud Deum habet malitia locum. Ab omni nequitia et dolo mundum esse necesse est qui cupit regnare cum Christo. Nolo[4] enim illas respicias, quae saeculi, non Christi sunt virgines, quae propositi sui et professionis immemores gaudent in deliciis, in opibus delectantur. Tu[5] autem, quaecumque Christi, non saeculi virgo es, omnem praesentis vitae gloriam fuge, ut eam, quae in futuro promittitur, consequaris. Contentionum verba et animositatis causas devita,

cf. 2. Tim. 2, 24. discordiarum causas et litium occasiones subterfuge. Nam si iuxta apostoli doctrinam servum Domini litigare non oportet, quanto magis Dei ancillae, cuius, quo verecundior est sexus, animus

VI. 1 habitu] abitu *P 1.* aut margaritis] vel margaritis *P 1. W.* 3 iidem *S.* 5 temeritatis] meritatis *P 1.* 8 non carnaliter *desunt M 2.* 9 diligi] diligentiam *W.* 10 Nichil *M 2.* dedecorum] indecorum *M 2.* 12 choruscet *M 1.* tonica] tunica *M 1 (e corr.). 2. S.* 13 dilecti] eius *add. M 2.* 14 ornamentum] ornatum *W.* 15 te *deest M 2.* 16 tu *deest M 2.* quotienscumque *M 2.* Deum] Dominum *P 1. M 2. S.* 19 hominum] *ita e corr. M 1,* hominibus *cett.* Dei *erasum in M 1.* 21 patientia *deest M 2.* 24 maturitas] maritas *W.* caelete *W.* 25 in terreno] *ita P 1. S,* interno *cett.* redolet] debet *W,* reddet *W 2.* habitat *P 1. S.* Deum *W.* 26 maiori *M 2.* 27 talis — est] sit talis ancilla *M 2.* ergo] esse *P 1. S.* Christo] et cum Christo *add. S.* 28 qui] quia *W.* 30 nequitia] ergo malitia *M 2.* 31 respitias *M 2.* 32 propositi] prepositi *M 2.* professiones *P 1.* opibus] operibus secularibus *M 2.* 34 devita — causas *desunt P 1. S.* 35 occassiones *W.* 36 ancillam *S.* cuius] quarum *M 2.*

1) *Opp. Athanasii II, 648 (H. 135).* 2) *Ibidem (H. 135).* 3) *Ibidem (H. 136).* 4) *Ibidem (H. 136).* 5) *Ibidem (H. 136).*

debet esse modestior. Linguam a maliloquio cohibe et ori tuo frenum legis inpone, ut tunc forte loquaris, quando tacere peccatum sit, secundum[1] id, quod apostolus dicit: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Semper[2] linguam tuam de bonis loqui adsuesce et auditum tuum ad laudem bonorum magis quam ad malorum vituperationem commoda. Vide, ut omnia, quaecumque bene facis, propter Deum facias, sciens eius rei tantum te a Domino recepturam esse mercedis, quantum eius timoris et dilectionis causa perficeris. Sancta magis esse quam videri stude. In[3] ieiuniis vero magis quam aepulis delectare, illius viduae memor, quae non discedebat de templo, ieiuniis et obsecrationibus serviens Domino nocte ac die. Divinae[4] magis lectionis convivium dilige et spiritalibus te saturari dapibus concupisce et illos potius quaere cibos, quibus anima magis quam corpus reficiatur. Carnis et vini species quasi caloris fomenta et libidinis incitamenta fuge. Iracundiam[5] vince, animositatem cohibe et quicquid illud est, quod post factum paenitentiam ingerit, velut proximi criminis abominationem declina. Satis tranquillam et quietam convenit esse mentem et ab omni perturbatione furoris alienam, quae Dei habitaculum esse desiderat. Cum orationem[6] caelebrare desideras, talem te exhibe, quasi quae sis cum Domino locutura. Cum psalmum dicis, cuius verba dicis agnosce et in conpunctione magis animi quam in tinnulae vocis dulcedine delectare. Lacrimas enim psallentis Deus magis quam vocis gratiam conprobat. Omnium[7] operum et cogitationum tuarum speculatorem Deum crede et cave, ne quid, quod divinis oculis indignum sit, aut opereris aut cogites. Crescat[8] in te cum annis gratia, crescat cum aetate iustitia. Omne[9] tempus, in quo te non meliorem senseris, hoc te aestima perdidisse. Coeptum virginitatis propositum ad finem usque conserva, quia non inchoasse tantum, sed perfecisse virtutis est. Esto[10] ergo omnibus vivendi forma, esto exemplum. Virginem[11] te in omnibus exhibe. Sit[12] et inviolabilis conversatio, ut quisquis vitam tuam auditu saltim contigerit in tantum sibi intellegat gratiam ex tua conversatione transfundi, ut, dum te imitari cnncupiscit, Dei sacrificio et ipse sit dignus.

Ecce quibus saluberrimis documentis sanctissimi et eruditissimi viri Deo dicatas ad castimonialem propositum servandum instituunt. Ecce quibus insignium virtutum indumentis eas exornant, ut illius sponsi, cui se dicaverunt, amplexibus dignae fiant. Unde sollerter sanctimonialibus[13] vigilandum est, ut tantorum patrum oboedienter obtemperent monitis, ne scilicet, his resultando, cum fatuis virginibus reprobentur, sed potius parendo cum prudentibus Christi thalamo admittantur. Diligenter itaque eorundem sanctorum patrum sententiis praelibatis, dignum et necessarium iudicavimus per singula capitula distinguere, quid praelatis quidve subditis observandum sit. Et

Eph. 4, 29

cf. Luc. 2, 37.

cf. Matth. 25, 1 sqq.

VI. 1 inpone] inope *P 1.* 2 quando *bis script. P 1.* 4 laudem *deest M 1. W.* bonorum] malorum *e corr. M 1.* malorum] bonorum *e corr. M 1.* 5 Deum] Dominum *P 1. S.* faciat *W.* 6 perfeceris *M 2. S.* 7 quam aepulis] *ita M 1,* quam in epulis *cett.* 8 nocte ac die] die ac nocte *M 2.* 9 te — dapibus] dapibus te saturari *M 2.* 10 magis *deest M 1. 2.* refitiatur *M 2.* 12 abhominationem *P 1. M 2.* tranquillam et quietam] quietam et tranquillam *M 2.* 13 quietem *W.* 14 talem te] tam lente *M 2.* exibe *P 1.* 15 loquutura *M 2.* verba dicas agnoscas *M 2.* 16 tinule *P 1.* psallentes *W.* 18 quid quod] quicquid *M 2.* aut opereris] quod operaris *M 2.* cogitas *M 2.* 19 quo — meliorem] quo non meliorem te *M 2.* 22 conversatio] conservatio *P 1.* 23 auditu] audire *P 1. S.* saltem *M 2.* conversatione] conservatione *P 1.* 25 Ecce] *hac voce incipit P 2,* Exhortatio sive prefatio regulae *praemittit M 2.* 26 castimoniale *P 1. S.* insignum *W.* 28 sanctis monialibus *M 1.* obtemperent] obediant *M 2.* 30 potius parendo] parendo potius *M 2.* 32 capitula] capita *S.* quid] quod *P 2.*

1) *Opp. Athanasii II, 648 (H. 136).* 2) *Ib.; l. l. II, 649 (H. 137).* 3) *Ibidem (H. 137).* 4) *Ibidem (H. 137).* 5) *Ibidem (H. 137).* 6) *Ibidem (H. 137).* 7) *Ibidem (H. 137).* 8) *Ibidem (H. 137).* 9) *Ibidem (H. 137).* 10) *Ibidem (H. 138).* 11) *Ibidem (H. 138).* 12) *Ibidem (H. 138).* 13) *Cf. concil. Cabill. 813 c. 53 (supra p. 284):* sanctimoniales, quae se canonicas vocant.

quoniam subditarum vita praelatarum est exemplis informanda, primum quales debeant abbatissae constitui, qualiter eis vivendum, qualiter subditas gubernandum qualiterve in monasteriis residendum et instanter Domino tota mentis et corporis devotione serviendum, dein quid subiectis specialiter observandum sit, ponendum censuimus.

VII. Quales in monasteriis puellaribus debeant esse abbatissae. Tales[1] abbatissae[2] regendarum animarum curam suscipere debent, quae subditis verbis et exemplis ducatum praebeant sanctae religionis, quae non propriis voluntatibus deserviant, sed magis subditarum sollertissimam curam gerant, quae se etiam illasque utpote vasa sancta, in quibus instanter incensum orationis Deo digne offerri possit, ab omni labe vitiorum custodire norint et ita eas secum in sancto proposito pervigiles reddant, ut una ad vitam tendentes aeternam societate supernorum civium mereantur perfrui. Qua igitur auctoritate aut quibus sanctorum patrum documentis sibi adtribuunt licentiam foras evagandi[3] aut per villas residendi aut sericeas vestes induendi aut pompis vanis inserviendi? Sed quia hoc nulla auctoritate sibi licitum facere possunt, praesertim cum a sanctis patribus in superioribus capitulis id penitus inhibitum sanctimonialibus legatur, restat, ut abhinc huiuscemodi usus ab his modis omnibus, quantum Dominus posse dederit, caveatur, quia, quamvis in saeculari dignitate positae multigenis deliciis voluptuosae huiuscemodi soleant uti, in monasteriis tamen, in quibus Christi sponsae sumptibus dominicis communiter sunt gubernandae, prorsus est hoc censura aequitatis inhibendum. Nosse etenim eas oportet, quia non ideo praelatae sunt, ut se solummodo, sed potius ut se subditasque pascant, carnaliter videlicet et spiritaliter, nec ut praesint tantum, sed ut prosint, a Domino sunt aliis praelatae. Ergo necesse est, ut se sibique subditas in proposito sanctae religionis sollerter constringant. Et sicut alias praecedunt prioratus honore, praecedant etiam piae conversationis exemplo et quae aliis facere prohibent nullatenus perpetrent. Recte enim, ut ait beatus Gregorius[4], aliorum errata corrigit qui ea, quae reprehendit, minime agit. Sed quia pastoris absentia ovium solet fieri praeda, necesse est, ut abbatissae in monasteriis consistant assidue et ovium sibi commissarum vigilantissimam curam gerant, ne illis absentibus praedae fiant subditae invisibilibus lupis. Quales etiam esse debeant ductrices animarum, sanctus Caesarius in epistola, quam ad Oratoriam abba-

VI. 1 vita] institutionibus *add. M 2.* 2 subditas — qualiterve] gubernandum subditas qualiter vel *M 2.* 3 toto *M 1.*

VII. 5 VII *deest W. P 2. M 2.* Qualis *P 2.* Qualiter *M 2.* debent *P 2.* 7 et *deest P 2. M 2.* exemplisque *M 2.* relegionis *W. P 2.* 11 aeterna *P 2.* 13 evagendi *W*, vagandi *P 1. S.* sericeas] *ita M 1. P 1*, sericias *W*, serititias *P 2*, sericas *M 2. S.* 14 vanis] vananis *W.* 16 inhibitum — legatur] sanctimonialibus legatur inhibitum *P 1. S.* abhinc *in M 1 del.* 17 dignitatae *M 1.* 18 positae] possite *P 2.* multegenis *W.* 19 gubernandae] dominandae *P 2.* 20 non *deest M 2.* 21 sunt ut non se *M 2.* 23 subditasque *P 2.* relegionis *P 2.* sollerter *deest M 2.* constringant] restringant *P 2.* 25 alias *M 1 (e corr.), 2.* perpetret *P 1.* 26 ait] habet *P 1. S.* qui] quia *P 2.* agit] ait *P 1. 2.* 27 neccesse *M 1.* 28 commissarum] subditarum *M 2. S.* 29 invisibilis *P 1. W. M 2. S.* lupi *M 2. S.* 30 Cesarius *P 1. 2. M 2.*

1) *Cf. concil. Cabill. 813 c. 54; supra p. 284.* 2) *Cf. Karoli M. capitulare 802 cc. 34. 35. (MG. Capit. I, 103; Mühlbacher² n. 391):* Ut abbatissae canonicae et sanctimoniales canonice secundum canones vivant et claustra earum ordinabiliter composita sint; *(c. 35):* Ut abbatissae regulares et sanctimoniales in monachico proposito existentes regulam intelligant et regulariter vivant et claustra earum rationabiliter disposita sint. 3) *Cf. concil. Mogunt. 813 c. 13, Cabillon. 813 cc. 57. 62; supra p. 264. 284 sq.* 4) *Frustra quaesivi.*

tissam scripsit, plenissime docet, ex qua quaedam capitula ob instructionem abbatissarum excerpere et huic capitulo adnectere curavimus. Dicit enim ita: Audi[1] ergo me, dulcissima soror et filia. Tu in quantumcumque semper in studiis spiritalibus occupari desideras, propter sororum tamen aliquando etiam exteriora tibi erunt negotia dirimenda. Curandum ergo tibi summopere est, ut, si temporalia quasi pro tempore agas ac semper tenacius in spiritali devotione et amore inhereas, ut, cum temporalia citius dispensaveris, ad orationem ilico vel lectionem quasi ad matris sinum recurras. Optare quippe debes, ut abiecta sollicitudine mundi semper cogites de servitio Christi propter illud, quod dicitur: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus,* et cetera. 2. Tim. 2, 4. In omnibus iuxta apostolum temetipsum praebe exemplum bonorum operum, vitaque tua velut pennatum animal ad alta semper per desiderium evolet, per verbum resonet, luceat per exemplum. Cum vero ad adnuntiandum verbum Dei te sororibus affectaveris, prius[2] cauta consideratione pensa, ut quod ore promis factis impleas et quod aliis praedicas operibus praebeas. Prior[2] in ecclesia inveniaris, postrema exeas. Par[2] sis in communi cibo cum quibus pari uteris in mensa consessu. Abstinentiam[3], quam lingua praedicat, proximae fauces vel vicinus stomachus sentiat, ne forsitan subditae audientes tacitis cogitationibus dicant: 'O quam pulchrae nobis abstinentiam praedicat plenus venter'. Et[2] in his omnibus ceterisque hoc tibi noveris convenire, ut angusti callis itinera, per quae socias ammones gradiendas, prior ipsa gradiaris. Non[2] sis vestibus ornatior ceteris, sed moribus. Non[3] quae tibi vultu intuituque placuerit, non quam tibi ad oculum cognoveris vel cuius blandiori obsequio fueris delinita, sed quam amor Christi et religiosior demonstraverit vita praeponas. Oportet enim te propter quasdam cultrum nonnumquam habere in gutture, cauterium in lingua gestare, cf. Prov. 23, 2. virgam tibi et baculum in manu ferre, ut per cultrum deseces vitia, per cauterium vero ad sanitatem secta reducas, per virgae disciplinam corrigas, per baculum vero disciplinatam sustentes. Si quando vero cum saecularibus ad conloquendum fueris evocata, prius arma frontem tropheo crucis, vexillo Christi pectus ingemina, ut cum sua virguncula Christus comitari dignetur. Confabulatio vero tua semper sit mixta gravitate atque dulcedine, et tantum loquaris, quantum opportunitas flagitaverit rei ac temporis. Si quid vero ab eis petitum fuerit, quod praestare deliberas, cum vultu hilari praesta. Si quid vero praestare non convenit, petitionem illorum saltim honestate sermonis mollifica. Nomen tuum plures noverint, beneficia tua, in quantum praevales, plures sentiant, vultum rari cognoscant. Si quando autem tibi pro necessitate monasterii seorsum fuerit conloquendum, cum duabus vel certe cum tribus electis sororibus facito, quia opinio bonae famae sicut etiam perfectae vitae custodia tibi necessaria est et tunc primum despicienda humana detractio, cum Christus in causa est. Omnis quoque actio tua semper sit propter Deum, semper de Deo cogitatio in Deum. Et exceptis vitiis, quibus non conpassio, sed rectitudo debetur, omnibus te cupio esse conpassibilem, omnibus gratam, omnibus te perfectam, piam, ut videlicet

VII. 3 dulcisima *M 1.* et] ac *W. P 2. M 2.* in *deest P 1. M 2. S.* semper *deest M 2.* accupari *P 1.* 4 sorores *P 1. S.* dirimenta *P 2.* 5 si] sic *W. P 2.* ac] at *S.* tenatius *P 2. M 2.* 6 ut] et *M 2.* 7 Optare] Abtare *M 2.* 8 dicitur] scriptum est *M 2.* implicat] applicet *M 2.* 9 temetipsum *W. P 2.* 10 desiterium *P 2.* 11 adnuntiandum] nuntiandum *M 2.* 13 postremae *M 2.* 15 stomacus *M 2.* 16 praedicant *P 2.* his *deest M 2.* 17 itenera *W*, itinere *P 2.* admones *S.* 18 gradiendum *S.* ipse *P 2.* 19 quam] que *M 2.* cuius *ita S*, alicuius *cett.* 20 relegiosior *P 2.* 21 nonnumquam *deest M 2.* 24 conloquendum] loquendum *W.* fueris evocata] evocata fueris *M 2.* trofeo *P 1.* 26 vero *deest W.* 28 saltem *M 2.* 30 cognuscant *P 2.* tibi] sibi *P 1.* 31 electis sororibus] sororibus electis *M 2.* opinio] opio *P 1.* 32 despitienda *M 2.* 33 detractio] detractatio *P 2*, est *add. M 2.* 34 Deo] sit *add. al. man. M 1.* in Deum] tua *corr. al. man. M 1*, in Deo *M 2.* excepta *P 1. W. P 2.* conpassio] passio *M 2.* 35 cupio esse] praebe *corr. al. man. M 1.* te *deest W. P 2. M 2.* perfectam] praefectam *S.*

1) *Caesarius, Epistola ad Oratoriam; Gallandi, Bibl. vett. patrum XI, 38.* 2) *Ibidem.* 3) *Ib.; l. l. XI, 38 sq.*

cf. 1. Cor. 7, 34. iuxta Paulum sis sancta corpore et spiritu, ipso sponso et Domino tuo mentem tuam regente et vias tuas sanctas disponente, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

VIII. De congregandis in monasteriis sanctimonialibus. Studendum[1] summopere abbatissis est, ut tot talesque in monasteriis admittant sanctimoniales, quae et morum probitate commendentur et ecclesiasticis possint rationabiliter sustentari stipendiis. Quae vero adhuc carnalibus delectationibus inretiuntur, nequaquam sunt cf. 1. Cor. 7, 39. in monasteriis admittendae, quia satius est illis iuxta Paulum apostolum foris nubere, tantum in Domino, quam in monasteriis admitti et sub imagine simulate sanctitatis dissolute vivere. Cum igitur huiusmodi religionis gratia monasteria expetiverint, non eis facilis tribuatur ingressus, donec prius eis haec legantur capitula[2], ut his perlectis noverint, quid eis in castimoniali proposito observandum quidve vitandum sit, quia, postquam se Domino in hac militia devinxerint, nequaquam sibi licitum erit propriis uti consiliis nec saecularibus paenitus implicari posse negotiis nec frequentiam virorum aut conlocutionem familiarem absque causa inevitabili habere debent. Proinde scrutentur prius archana cordis sui simulque super adnotatas sanctorum patrum sententias assidua meditatione perlegant, ne inconsulte et minus caute vinculum continentiae et cf. 2. Petr. 2, 22; Prov. 26, 11. virginitatis arripientes redeant post satan et fiant sicut canis reversus ad vomitum.

VIIII. Qualiter his, quae monasterium expetunt, de rebus propriis suis agendum sit. Providendum est his, quae ob amorem Christi castimoniae se dicaverint et in collegio sanctimonialium se admitti postulaverint, ut res suas, antequam monasterium ingrediantur, ita sapienter prudenterque deliberent atque disponant, ut ad vitam tendentes aeternam nullam earum occasione patiantur perturbationem. Proinde, si aliqua sanctimonialium res suas proprias ecclesiae ita contulerit, ut nihil ex his sibi proprium vindicare, sed tantum rebus sustentari velit ecclesiae, huic sufficienter in congregatione stipendia largiantur necessaria. Si autem ecclesiae eas tradiderit et usufructuario habere voluerit, quaestor[3] ecclesiae eas utpote eclesiae defendat. Quodsi eas ecclesiae conferre noluerit, abbatissa et ceteris sanctimonialibus conhibentiam adhibentibus, committat eas per scriptum publice roboratum aut propinquo aut alio cuilibet bonae fidei amico, qui eas iure fori defendat. Secundum hanc igitur institutionis formam sanctimoniales suas proprias res deliberent et disponant et aut servis aut certe aliis, quibus illis libuerit, eas ad procurandum sibique fideliter earum fructus administrandum commendent, quoniam ante ingressum monasterii cuncta, ut

VII. 1 iuxta] apostolum *add. M 2.*

VIII. 3 VIII] II *W, deest P 2. M 2.* Studendum] Sumendum *P 2.* 4 abbatissis est] est abbatissis *M 2.* ut tot] utot *W.* 6 stipendiis] spendiis *P 1.* inretiuntur] inreguntur *P 1.* 7 monasterii *W.* 9 relegionis *P 2.* monasteriis *P 1,* monasterium *W. P 2. M 2.* 10 facili *M 1.* haec] donec *P 2.* ut] et *M 2.* 11 quid] ut *P 2.* 12 devixerint *W. P 2.* 13 posse *del. M 1.* 14 conlocationem *W,* colloqutionem *M 2.* causam *W.* debere *P 1. W. P 2. M 2.* 15 arcana *S.* sui] tui *W.* 17 arripiente *W.* sathanan *M 2.*

VIIII.] 18 VIIII] III *W, deest P 2. M 2.* his *deest M 1.* 19 suis *deest W. M 2. S.* ob] hab *P 1.* 20 dicaverunt *M 2.* 21 disponent *W.* 22 tendentes] tentes *P 1.* occasionem *M 2.* perturbationis *M 2.* 23 nichil *M 2.* 26 quaestor — eas] que sunt aecclesiae ea *M 2.* utpote eclesiae] *ita M 1,* utpote ecclesiae *cett.* 27 abbatissa *corr. al. man.* abbatisse *M 1.* cohibentiam *P 2,* coniventiam *M 2.* 28 propinquis *P 1.* 30 institutionis] constitutionis *P 1 (?). S.* 32 commendet *P 1.* ut] aut *W.*

1) *V. inst. can. c. 118; supra p. 398 sq. Cf. etiam concil. Turon. 813 c. 31; supra p. 290.* 2) *Cf. regula Benedicti c. 58 ed. Woelfflin p. 56 sq.* 3) *Cf. quae de hoc exposuimus 'Neues Archiv' XXVII, 633 ann. 7, quem advocatum fuisse Ducange s. v. quaestor nobis non probavit.*

praemissum est, rationabiliter illis disponenda sunt, ut, remota quarumlibet forensium rerum occupatione, suum liberius et quietius possint custodire propositum. Sed et de adolescentulis et de his, quarum conversatione simultates et dissensiones plerumque pati solent monasteria, cavendum abbatissis est, ne incaute et indiscrete eas in congregatione admittant, ne forte illarum admissio aliquod in posterum generet scandalum.

X. Qualiter in monasterio sanctimonialibus conversandum sit. Meminisse[1] debent quae se castimonialis nominis professione Domino devinxerunt in monasteriis iugiter residere et Domino tota mentis et corporis intentione instanter deservire debere nec solum velamentum corporis sine ornamento mentis sibi prodesse posse, quoniam nihil prodest corpus velare et mentem vitiorum portentis maculare. Quid enim prodest corpus velare et animum habere venenatum? Quid prodest nigris vestibus indui et a detractione linguam non cohiberi, cum apostolus dicat: *Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio?* Numquid enim velamentum corporis caelare potest cupiditatem mentis? Quia igitur oculis Dei cuncta opera filiorum Adam nuda et aperta sunt, et humilitas vestium nihil valet sine humilitate mentium, et quia nonnisi corde mundo Deus videri potest, necesse est, ut quod habitu demonstrant opere perficiant, et humilitas, quam in corpore gestant, in mente potissimum resplendeat. Nam si, quemadmodum apud Salomonem legitur, in domo patris positae instanter sunt monitis paternis erudiendae et nexu coniugali devinctae iuxta apostolum debent viris esse subditae, quanto magis in domo Dei, quo se religiosae vivere devoverunt, divinis sunt erudiendae disciplinis et sponso suo Christo domino cum omni humilitate et castitate subditae esse. Illud namque, quod et in domo patris et in vinculo coniugali constitutis prorsus fuit inlicitum, qua auctoritate, immo qua dementia in monasteriis positae sibi nisi ob suam perniciem facere poterunt licitum, praesertim cum beatus Hieronimus[2] dicat pessime esse consuetudinis, cum fragilis sexus et inbecillis aetas suo arbitrio abutitur et putat licere quod non licet? Quapropter oportet, ut sibi inlicita nequaquam faciant licita, sed earum voluntas Domini voluntati, immo servituti succumbat. In monasteriis quoque positae non otio torpeant, non detractionibus et obscenis confabulationibus incumbant, sed aut psalmorum modulationibus aut manuum operationibus insistant aut certe divinis lectionibus aurem accommodent. Frequentias et familiaritates atque confabulationes virorum[3], sicut a sanctis patribus inhibetur, modis omnibus caveant. Omnes in dormitorio dormiant, singulae scilicet in singulis lectis. In refectorio quotidiae pariter reficiantur, nisi quam infirmitas aut aetatis inbecillitas id facere pro-

cf. Iac. 1, 26.
cf. Hebr. 4, 13.
cf. Matth. 5, 8.
cf. Prov. 13, 24.
cf. Eph. 5, 22.

VIIII. 1 rationaliter *P 2.* 2 occupationem *P 2.* propositum] praepositum *P 1. 2.* 3 conversationem *M 2.* dissessiones *P 2.* plerumque *deest M 2.* 4 monesteria *W.* et indiscrete] cum discrete *P 2.* 5 illarum] earum *P 2. S.* scandalum] *hac voce sistit P 2.*

X. 6 X] IIII *W, deest M 2.* 9 nec] non *W.* 10 nichil *hic et infra M 2.* mentem — portentis] vitiorum portentis mentem *M 2.* 12 detractionibus *W.* cohibere *M 2.* 13 refrenens *W.* 14 Numquid] Numquam *M 2.* potest] potens *P 1.* 16 quia nonnisi] nisi *M 2.* videri] non *add. M 2.* 18 si quemadmodum] siquidem admodum *W.* 19 Salamonem *W.* 21 quo] quae *M 2. S.* devoverent *W.* 23 quod et] quod *P 1. M 2. S.* 25 pernitiem *M 2.* Iheronimus *M 2.* Hieronymus *S.* 26 putet *P 1.* 29 non detractionibus] nec detractionibus *W.* 30 manum *M 1.* 31 accomodent *M 2.* 32 sicut — inhibetur] a sanctis patribus sicut inhibetur *M 2.* omnibus] homnibus *P 1.* 33 scilicet *deest M 1.* quotidie *W*, cotidie *hic et infra P 1. M 2.* 34 inbecillitatis *W.* id] ista *M 2.*

1) *V. inst. can. c. 123; supra p. 403 sq.* 2) *Ex Hieronymi epistola ad Furiam; v. supra c. 3 p. 432 l. 6 sq.* 3) *V. etiam infra cc. 19. 27.*

hibuerit. Omnes sibi caritatis officio vicissim serviant. Illis namque in refectorio comedentibus et religiose silentium tenentibus continuatim legatur lectio et intensissime ab his audiatur. Ad conlationem quotidie veniant et hanc institutionem sive aliarum divinarum scripturarum lectiones perlegant et de animae suae salute pertractent, ubi etiam delinquentes iuxta modum delicti corripiantur. Horas canonicas cum omni devotione custodiant et his divinum officium honeste expleant. Honorem sibi invicem humiliter deferant. Minores natu eas, quae provectae sunt aetatis, obsequio sanctitatis venerentur. Provectae quoque annis iuniores dictis et exemplis ad bene vivendum informent. Nobiles genere nequaquam ignobilibus se praeferant, scientes, quia perso-
cf. Rom. 2, 11. narum acceptor non est Deus. Neque enim quae castitate et ceterorum bonorum operum praerogativis aut scientiae doctrinis pollent se ceteris praeferant, sed potius de muneribus sibi divinitus conlatis Deo gratias agentes ceterarum imbecillitatibus caritatis
1. Cor. 10, 12. officio humiliter condescendant, semper illud apostoli perpendentes, quo dicitur: *Qui se putat stare videat, ne cadat,* et illud Hieronimi: Timendum[1], inquit, et cavendum est, ne veterem gloriam et solidam firmitatem unius horae procella subvertat.

XI. Ut monasteria puellarum undique muniantur et necessariae habitationes interius praeparentur. Summa[2] intentione abbatissis satagendum est, ut monasteria puellarum ita undique firmissimis circumdent munitionibus, ut nulli intrandi aut exeundi nisi per portam pateat aditus, quatenus nec viri quiddam, quod non decet, in earum claustris agendi nec sanctimoniales foras evagandi habeant facultatem. Habeant itaque interius sanctimoniales refectoria, cellaria, dormitoria et ceteras suis usibus habitationes necessarias praeparatas, ut quae Domino devoverunt postposita omni excusatione inviolabiliter custodire valeant.

XII. Ut sanctimoniales in una societate viventes aequaliter cibum et potum accipiant. Usum[3] reprehensibilem et emendatione dignum in nonnullis puellaribus monasteriis esse conperimus, eo quod sanctimoniales stipendia ecclesiastica non aequaliter accipiant, cum utique hoc ita fieri debere nusquam sancitum possit repperiri. Sed quia hoc nulla auctoritate fulcitur, sed magis avaritiae causa aut personarum acceptione constat esse inolitum, necesse est, ut aequitatis censura ab eisdem locis, in quibus sit, prorsus abdicetur. Dignum namque iustumque est coram Deo et hominibus, ut omnes, quae ob amorem Christi in castimoniali proposito, in una videlicet societate, se vivere proposuerunt, seclusa causa avaritiae et personarum acceptione cibum et potum aequaliter accipiant.

X. 1 caritas *P 1.* 2 comendentibus *P 1.* 4 et] *hac voce incipit P 2.* 5 delicti] dilecti *P 2.* corripiant *M 1. P 2.* 6 et] in *add. P 2. M 2.* expleant] impleant *M 2.* 8 quoque] aetatis *add. M 2.* 9 Nobiles] Nobis *P 1.* ignobilioribus *P 1. M 2. S.* 12 divinitus conlatis] collatis divinitus *M 2.* 13 quo] quod *P 1. W. P 2. S.* 14 Iheronimi *M 2.* Hieronymi *S.*

XI. 16 XI] V *W, deest P 2. M 2.* 18 circumdentur *M 2.* munciobus *P 1.* 19 pateat] exeat *P 2.* quatinus *M 2.* 20 evagandi] vagandi *S.* 21 ceteris *W.* 22 ut] uti *P 1. W. P 2. S.* quae] se *add. M 2.* Domino] Deo *W.* devoverint *W.* 23 excussatione *P 1.*

XII. 24 XII] VI *W, deest P 2. M 2.* sancte moniales *M 2.* 26 puellaribus monasteriis] monasteriis puellaribus *S.* conperimus] coeperimus *P 2.* 27 non *deest P 2.* sanccitum *M 2.* 28 repperiri] neperiri *W.* fulciter *P 1.* 30 sit] fit *W. P. M 2.* 31 ob] ab *P 1.* 32 seclausa *P 1. W. P 2, sine M 2.* 23 aequaliter accipiant] accipiant aequaliter *M 2.*

1) *Non inveni.* 2) *V. infra c. 26. Cf. etiam inst. can. cc. 117. 143. 144; supra p. 398. 417 sq.* 3) *Cf. ib. cc. 120. 121; supra p. 399 sq.*

XIII. Qualiter sanctimoniales stipendia accipere debeant necessaria. Quia[1] perspicue compertum est nonnullas abbatissas neglegenter et tepide subditis stipendia necessaria conferre, oportunissime, immo rationabiliter statutum est, ut in omnibus monasteriis puellaribus, in quibus canonice vivitur, singulae sanctimoniales per dies singulos tres libras panis accipiant et in his regionibus, quae vinifere sunt, tres libras vini, si sterilitas temporis non inpedierit, si autem plene eadem regio vini ferax non fuerit, duas libras vini et duas cervisae et, si minime vini ferax fuerit, tres libras cervisae et, si facultas permiserit, libram vini. In locis vero minoribus accipiant duas libras vini et, si eadem regio, ut praemissum est, vini ferax non fuerit, duas libras cervisae et, si facultas suppetit, libram vini. Licet enim in nonnullis provinciis copia desit vini, abundat tamen sancta Dei ecclesia Domino adtribuente aliarum rerum copiis, e quibus industria praelatarum ex aliis provinciis vinum adipisci sibique subditis iuxta facultatem pocula conferre possunt. In locis igitur, ubi permodice sunt res ecclesiae aut forte quorundam abstractu valde adtenuate, tot talesque admittantur, quibus saltim praemissa minor mensura potus sine difficultate dari possit. In his itaque locis, ubi forte nonnullae praelatae piarum praelatarum imitantes exemplum magis subditis dare solite sunt, nullatenus bonum, quod faciunt, omittant. Sed et, si cui ob aeternam retributionem magis subditis supererogare libuerit, hilariter quod poterit tribuat, sin autem, nullatenus mensuram praedictam eis subtrahat. Diebus vero festis, sicut moris est ecclesiae, prout melius possunt, sanctimonialibus stipendia administrent. In pulmentis namque eis dandis nihilominus sollertissime vigilare debet abbatissarum industria, ut iuxta possibilitatem eis carnem, pisces, legumina et olera, ligna et cetera necessaria adtribuant, ut his amminiculate promtiores in Dei consistant servitio. Nam et talia eis debent constituere loca, in quibus aptissime nutriant pecora et horti olerum possint fieri, unde pulmenta habeant, exceptis his, quae de villis ecclesiae et de elemosinarum oblationibus accipiunt. Caveant siquidem, ne propter earum incuriam et insolentiam aliquam in monasteriis patiantur inopiam, ut nec sibi in peccatum nec sanctimonialibus proveniat in murmurationis lapsum. Sint quoque eis in refectorio convive[2], quatenus sanctimonialibus alimenta uberius administrentur et quae forte minus habentur aequiori animo communiter tolerentur, quoniam, si earum societatem curamque parvipendentes lauciores sibi cibos privatim domi praeparaverint, excepta causa infirmitatis aut hospitum, procul dubio in detractionis aut murmurationis noxam sibi subditas corruere conpellent. Dent etiam eis annis singulis lanam et linum, e quibus sibi conficiant necessaria indumenta, exceptis infirmis et debilibus, quae propter corporis incommoditatem haec sibi conficere nequeunt, et his, quae nihil proprium habere velint,

XIII. 1 XIII *deest W. P 2. M 2.* debeant] debent vel que necessaria sunt *M 2.* 3 stipendiis *P 2.* stipendii *M 2.* 4 in quibus] i quibus *P 1.* 5 sanctae moniales *P.* panis] *hac voce sistit P 2.* in *deest P 1.* 6 sterelitas *W.* temporis *deest M 2.* 7 cervisiae *hic et infra S.* 8 ferax *deest M 2.* si *deest W.* 10 supetit *W.* 11 abundat] habundat *W. M 2.* 14 quorumdam *S.* 16 sine — dari] dari sine difficultate *M 2.* diffacultate *W.* 17 imitantes] mutantes *M 2.* solite] sollicitae *M 2.* 18 obmittant *P 1. W. M 2.* 20 festis] et *add. P 1. S.* 22 nichilominus *M 2.* debent *M 2.* 23 ligumina *P 1.* 24 promtiores] propiciores *P 1,* promptiores *W. M 2. S.* consistant servitio] servitio consistant *M 2.* 25 peccora *W.* horti] orti *W. M 2.* olera *W,* holerum *M 2.* 26 excepta *W.* 27 accipiant *P 1. S.* 29 murmorationis *hic et infra P 1.* conviviae *M 2.* 32 cybos *W.* 33 ospitum *W.* detractionibus *P 1.* 34 conficeant *P 1.* 35 dedibilibus *W.*

1) *V. inst. can. c. 122; supra p. 401 sq. V. etiam quae infra sub C ad epistolas Hludowici annotabimus.* 2) *Cf. regula Benedicti c. 56; l. l. p. 55.*

quibus misericorditer studeant necessaria quaeque praebere. Elemosinarum vero oblationes omnes aequaliter accipiant.

XIIII. Quod gemina abbatissis sanctimonialibus inpendenda sit pastio. Sicut[1] ea, quae superius praemissa sunt, abbatissis ob necessitates corporum inpendenda sunt sanctimonialibus, ita necesse est, ut in agro mentium sibi subditarum studeant plantare documenta virtutum seque in omnibus illis, vita, moribus, actu, habitu, ipso etiam incessu inreprehensibiliter vivendo imitabiles exhibeant, ne per earum exempla perversitatum in lapsum corruant voraginum. Doceant ergo eas, qua- cf. 1. Tim. 6, 10. liter vitent superbiam, quae radix est omnium malorum, avaritiam, invidiam, odium, detractionem, susurrationem, murmurationem, scurilitates, bilinguitates, dissensiones, simulationes, vanas verborum confabulationes et cetera his similia, quae suos sectatores ad interitum pertrahunt. Curiositates etiam nihilominus vitent, quibus femineus sexus potissimum implicatur. Defleant propria, aliena curiose non interrogent, adtendentes illud Hieronimi: Sufficit[2], inquit, unicuique sua plangere, non aliena carpere. Instruant etiam eas ad sectandas bonorum operum virtutes, videlicet caritatem, humilitatem, patientiam, castitatem, continentiam, sobrietatem, benignitatem, oboedientiam, mansuetudinem et ceteras virtutes, quibus animus Christianus ad aeternam patriam tendens iugiter famulari debet. Provideant etiam, ut otio vacare non possint, sed potius aut orationi aut lectioni aut manuum operationi insistant aut certe divinis lectionibus aurem acomodent, quatenus, sibi subditis hanc geminam pastionem tribuentes, quae cavenda sunt vitare quaeve facienda sectari eas docentes, non de infideli et neglegenti administratione condempnari, sed potius de fideli a Domino mereantur feliciter remunerari. Meminisse itaque et ante oculos ponere eas oportet, quod de sibi commissis Domino procul dubio redditurae sunt rationes.

XV. Ut ad horas canonicas celebrandas incunctanter conveniant sanctimoniales. Oportet[3], ut remoto totius excusationis obstaculo expedite atque honeste sanctimoniales Dei exsequantur ministerium, sitque earum vigilantissima cura, ut ad horas canonicas, mox ut signum datum fuerit, inpigre occurrant ecclesiamque cum Dei timore et reverentia ingredientes divinae potentiae famulatui religiosissime inserviant illudque semper caveant, ut in domo Dei nihil inhonestatis corde aut lingua vel opere perpetrent, sed potius aut orent aut legant aut audiant. Si vero fuerit aliqua, exceptis his, quae aut quadam incommoditate corporis aut oboedientia sibi iniuncta detinentur, quae praefatas horas canonicas frequentare diligenterque custodire et in his, ut dignum est, caeleste neglexerit officium persolvere, digna invectione corripiatur. Custodes namque ecclesiae harum horarum spatia bene norint, ut scilicet

XIII. 2 omnes *deest W. P. M 2. S.*

XIIII. 3 XIIII] VIII *W, deest M 2.* gemina abbatissis] *ita M 1 in indice,* gemina ab abatissis *hoc loco.* abbatissis] a *add. M 2.* 7 inreprehensabiliter *P 1.* exibeant *P 1.* ne] nam *M 2.* 8 corruant] occurrant *S.* 9 omnium *deest M 1.* 12 pertraunt *W.* nichilominus *M 2.* 14 Iheronimi *M 2.* Hieronymi *S.* 18 Provident *P 1.* 20 acomodent] *ita M 1,* acconmodent *P 1,* accomodet *W,* accomodent *M 2,* accommodent *S.* quatinus *M 2.* 21 quaeve] quae vel *M 2.* sectari eas] discernere queant et hec *M 2.* sectare *P 1.* 22 condemnari *W. S.* 23 eas *deest M 1.* de] pro *W. M 2.* 24 Domino] a *add. W.*

XV. 25 XV] VIIII *W, deest M 2.* 27 exequantur *M 2. S.* 28 occurrunt *P 1.* 29 et] ac *M 2.* 30 nichil *hic et infra M 2.* 34 caleste *P 1.* invectione] inventione *W.* 35 ecclesiae harum] aecclesiarum *M 2.* spatia] *hac voce incipit S 2.* norint *deest W.*

1) *V. inst. can. c. 123; supra p. 403 sq.* 2) *Frustra quaesivi.* 3) *V. inst. can. cc. 126—130, praecipue c. 131; supra p. 406 sqq.*

signa certis temporibus pulsent; quibus etiam sit studii, ut nihil de sibi commissis rebus eclesiae pereat.

XVI. De instantia orationis. Ad imploranda divinae pietatis solacia haec Domini verba petentis animum informant: *Petite,* inquit, *et dabitur vobis: quaerite et invenietis; pulsate et aperietur vobis.* Sed si nobis pulsantibus aperiri gestimus, oportet, ut Domino ad nos venienti et ostium mentium nostrarum pulsanti aditum dignum pandamus, ut impleatur illud: *Si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum et caenabo cum illo et ipse mecum.* Quia ergo constat assiduitate orationum remissionem adipisci posse peccatorum, si tamen labia cordi non discrepaverint, studeant sanctimoniales mentem noxiis cogitationibus mundare et Deum iugiter orando placare, scientes, quia tunc[1] mens bene Deum orando contemplatur, quando nullis terrenarum rerum curis aut vitiorum inlecebris implicatur; quoniam, ut ait Isidorus, necesse est, ut[2], cum ad impetranda divini muneris suffragia adsistitur, munda simplexque acies cordis ad Deum dirigatur, quatenus illuc dirigatur deprecantis oratio, quo propheta suam dirigi optabat dicens: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, Domine.* Oratio namque, ut ait beatus Gregorius[3], cordis debet esse, non labiorum, quia nequaquam Deus verba deprecantis intendit, sed orantis cor adspicit. Matth. 7, 7 = Luc. 11, 9. Apoc. 3, 20. Ps. 140, 2.

XVII. Ut completorium pariter sanctimoniales celebrent. Vespertinis[4] officiis devotissimo obsequio celebratis et conlatione divinarum scripturarum solempniter habita, dato signo ad completorium celebrandum sanctimoniales pariter devotissime occurrant. Quo expleto non ad epulandum et bibendum et supervacuis loquelis instandum se convertant, sed his postpositis honeste dormitorium petant. Caveatur etiam ab illis, ut nihil inhonestum aut indecens in dormitorio geratur, nec aliqua aliquam inquietare praesumat nec ad verba inutilia et otiosa prorumpere cogat. Si qua vero id fecerit, severissima invectione corripiatur. Lucerna quoque noctis tempore in eodem dormitorio iugiter ardeat.

XVIII. Qui modus correptionis erga sanctimoniales delinquentes adhibendus sit. Studendum[5] vigilanter abbatissis est, ut subditarum vitia nullatenus dissimulent, sed mox, ut oriri coeperint, ea radicitus evellant, ne per earum scilicet desidiam atque incuriam animae illarum laqueis inretiantur diaboli. Quanto enim idem sexus fragilior esse dinoscitur, tanto necesse est maiorem erga eum custodiam adhiberi. Modus vero correptionis circa delinquentes sanctimoniales, omissis his, quarum latera iuxta Salomonem, ne indurescant, virgis tundenda sunt, iste obnixe ab cf. Eccli. 30, 12.

XV. 1 signa] sinna *P 1.* sibi *deest M 2.* 2 pareat *M 1.*

XVI. 3 XVI] X *W, deest P 2. M 2.* solatiam *P 2.* 4 potentes *P 1. 2,* peteutium *S.* 5 aperietur] dabitur *P 2.* nobis] vobis *P 1.* aperire *M 2.* 6 ostium] hostium *M 2.* 7 aparuerit *P 2.* caenebo *P 1.* 8 adsiduitatem *W.* 9 discerpaverint *W.* 10 mundare] munire *W.* placare — orando *desunt P 2.* 12 Ysidorus *M 2.* impetranda] patranda *P 1,* petranda *P 2.* divini muneris] divini muneribus *P 1,* muneribus *S.* 13 Deum] Dominum *P 1. S.* quatinus *M 2.* 14 deprecantis] deprecationis *P 2.* quo propheta] quod per prophetam *P 2.* 17 aspicit *P 1. W. P 2.*

XVII. 18 XVII] XI *W, deest P 2. M 2.* sanctimoniales celebrent] celebrent sanctimoniales *M 2.* 19 conlatione] consolatione *W.* 22 loquellis *P 2.* sed — petant *desunt P 2.* 28 nichil *M 2.* inhoneste *M 2.*

XVIII. 27 XVIII] XII *W, deest P 2. M 2.* correctionis *P 2.* 28 adhibendum *M 1.* 29 coeperunt *W.* 30 laquaeis *M 1.* 31 dignoscitur *S.* 32 adhibere *W.* 33 Salamonem *W.* tundenda] *ita M 1 (e corr.). S,* tondenda *rell.*

1) *Isidorus, Sententiarum l. III c. 7 § 7; Opp. VI, 281.* 2) *Ib. III c. 7 § 10; l. l. VI, 282.* 3) *Immo Isidorus, ib. III c. 7 § 4 (l. l. VI, 280), verbis paulisper mutatis.* 4) *V. inst. can. c. 136; supra p. 395 sq.* 5) *V. inst. can. c. 134; supra p. 410 sqq.*

abbatissis teneatur. Si aliqua in congregatione sanctimonialium horas canonicas frequentare neglexerit et opus Dei neglegenter exsecuta fuerit, ad conlationem venire distulerit, oboedientiam sibi iniunctam agere recusaverit, in discendis bonorum operum instrumentis iuxta vires operam non dederit, in dormitorio aliquid indecens aut inhonestum verbis aut actibus perpetraverit, alibi quam in dormitorio absque causa inevitabili dormire praesumpserit, sororibus caritatis officio servire neglexerit, irae, detractioni, susurrationi, scurilitati, bilinguitati, verbositati, dissensioni, simulationi, cf. Prov. 6, 19. curiositati vanisque verborum confabulationibus inservierit, discordiam inter sorores seminaverit, huic institutioni contumax aut superba aut murmurans seu in aliquo contraria extiterit et cetera huiusmodi agere temptaverit: primo secundum Domini prae- cf. Matth. 18, 15—17; Luc. 17, 3. 4. ceptum non solum semel et secundo ac tertio, quin etiam crebrius admoneatur et, si his admonitionibus non paruerit, publica obiurgatione corripiatur. Quodsi et huic renisa fuerit, ceteris alimentis sibi interdictis pane tantum usque ad dignam paenitentiae satisfactionem utatur et aqua. Si vero nec sic se correxerit, separetur a mensa et a ceterarum sanctimonialium in choro psallentium societate et seorsum in loco huiuscemodi neglegentibus ab abbatissis stare cogatur constituto, ut saltim rubore sequestrationis emendetur. Si autem his modis admonita atque castigata incorrigibilis adhuc exstiterit, congrua ei, si tamen aetas permiserit, verberum adhibeatur castigatio. Verum si talis fuerit, quam aut aetas aut qualitas personae verberari non siverit, haec et publica obiurgatione et ieiuniorum continuatione et sequestrationis rubore tamdiu corripiatur, donec digna paenitentiae satisfactione veniam consequi posse videatur. Si igitur ea, quae flagellatur, et ea, quam flagellari aut aetas aut qualitas personae prohibet, incorrigibiles apparuerint, sit locus intra claustra, quo ad tempus retrudantur et secundum modum culpae castigentur. Quodsi etiam aliqua in tantam insaniam devenerit, quae post tot saluberrimas admonitiones et castigationes necdum se correxerit, deprecetur pro ea communi voto ab omni congregatione, ut ab illo, cui nihil est impossibile, sanetur. Postremo, si his omnibus exhibitis prorsus inemendabilis atque incorrigibilis apparuerit, quia nullatenus huic saeculum repetere fas est, advocetur necesse est episcopus et illius sapientissimo ac discretissimo iudicio ita eiusdem vita, quae se tot vitiis foedando et in pertinatia permanendo a collegio sanctimonialium quodammodo secrevit, intra septa monasterii moderetur, quatenus et paenitentiam sibi ab eo iniunctam salubriter gerat et ceteris nullius contagionis morbum inferre valeat. Quae autem criminale peccatum commiserit, huic nullatenus differenda est correptionis utilitas, quin aut sponte peccati sui facinus paenitendo abluat aut, si id agere renuerit, ab episcopo, ut praemissum est, iuxta modum taxatum sententiam excommunicationis et

XVIII. 1 sanctimonialium] sanctarum monialium *M 2*. 2 frequenter *M 2*. exequuta *M 2*. 3 distulerit] *hac voce sistit M 1*. 5 aut] et *M 2*. 7 sussurrationi *W*. 8 inserverit] inseruerit *P 1*. discordiam — seminaverit *desunt P 2*. 9 aliqua *W*. 10 cetera] in *add. W*. huiuscemodi *M 2*. tentaverit *S*. 12 puplica *hic et infra P 1*. 13 dignam] condignam *M 2*. 14 Si vero] Sive *P 1*. sic] si *P 2*. 15 a *deest P 2*. 16 ab *deest W. P 2*. stare — constituto] constituto stare cogatur *P 1. S*. saltim] psaltim *P 2*, saltem *M 2*, statim *S*. robore *P 1*. 17 autem *deest P 2*. modis] et *add. M 2*. 18 extiterit *P 1. M 2. S*. congrua ei] congra ei *W*, congrue *P 1. M 2*, congruet *S*. verborum *P 2*. adhibeat *W*. 19 verberare *W. M 2*. sinerit *W*, sinuerit *M 2*. 20 ieiunium *P 2*, ieiunii *M 2*. continuatione] *hac voce finit P 2*. 21 posse] possi *W*. 22 quam — prohibet] quae *etc. W*, que flagellari aut etate aut qualitate persone prohibetur *M 2*. 23 incorrigibiles] inrigibiles *P 1*. ad] a *P 1*. retrudientur *P 1*. 24 tantam] tam *W*. 25 post — saluberrimas] per *M 1, qui hac voce incipit*. 26 nichil *M 2*. 27 Postremos *P 1*. si *deest M 2*. exhibitis prorsus] prorsum exhibetis *P 1*, exhibitis *S*. inemendabilis] inveniendabilis *P 1*. 28 huic] hunc *M 2*. advocetur] si *add. P 1. M 2. S*. 29 discretissimo] disertissimo *M 2*. 32 iniunctam] iunctam *W*. gerat] ingerat *W*. contagiis *W*. 34 quin] qui *W*. aut] autem *P 1*. 35 taxatam *M 2*.

modum paenitentiae excipiat. In castigandis namque atque corrigendis delinquentibus opem ferre non desistant abbatissis ceterae sanctimoniales.

XVIIII. Ut abbatissae virorum frequentias vitent. Scripturarum [1] sanctarum doctrinis demonstratur, quod subditarum vita praelatarum sit exemplis informanda. Et quia sanctimoniales secundum patrum documenta virorum debent vitare familiaritates et sermocinationes, decet, ut abbatissae sicut in ceteris ita quoque et in virorum confabulationibus bonum sibi subditis exemplum praebeant. Si quando autem eis sermocinandi necessitas incubuerit, iuxta supra notatam sententiam beati Caesarii [2], adhibitis secum sanctimonialibus, quas et aetas et morum probitas et vitae innocentia commendat, id faciant et quod deliberandum est prudenter deliberent et quod disponendum utiliter disponant, quia, si earum consilio et praesentia usae fuerint, et morsum detractionis vitabunt et exemplum sibi subditis salubrius praebebunt. Licet enim huiuscemodi sanctimoniales talium negotiorum experientiam non habeant, earum tamen praesentia necesse est boni consilii castique facti testis.

XX. Ut sanctimoniales virorum caveant frequentias. Quia virorum frequentias sanctimoniales iuxta superiorum patrum sententias penitus vitare debeant, satis liquido patet; restat, ut inminente inevitabili necessitate, qualiter id facere debeant, demonstretur. Decet porro, ut abbatissae tres aut quattuor sanctimoniales vitae probabilis constituant, coram quibus ceterae sanctimoniales aut cum propinquis aut cum propriis servis [3] res sibi necessarias deferentibus tempore competenti, in loco videlicet ad hoc negotium constituto, loquantur et id, quod delatum fuerit, recipiant, ut videlicet huiuscemodi confabulatio nullam possit in quoquam sinistrae opinionis afferre suspitionem. Sed et tempore novarum frugum coram memoratis sanctimonialibus quicquid eis recipiendum aut recondendum est recipiant et recondant. Similiter quoque, quando eis in propriis mansiunculis aliquid operis agendum est, quod non sine virorum labore perfici potest, hae sanctimoniales coram adsint, ut nullus in his negotiis possit oriri detrahendi aut peccandi locus. Sed et hoc abbatissae non solum praepositarum suarum cura et memoratarum sanctimonialium instantissima procuratione, verum etiam suo studio, immo saepissima investigatione scrutari atque sollerter inquirere debent, ne quid inhonestatis in mansiunculis sanctimonialium aut in earum claustris quispiam quolibet modo perpetrare aut ab aliqua alicuius familiaritatis occasione suscipi aut clanculo abscondi possit. Tanta igitur sanctimonialibus in confabulando cum viris pudicitiae fiducia inesse debet, ut aliis aspicientibus minime erubescant. Ut enim

XVIIII. 3 XVIIII] XIII *W, deest M 2.* frequentius *P 1.* 8 notatam] positam *M 2.* sententiam] scientiam *P 1.* Cesarii *P 1. M 2.* 10 conmendant *P 1,* commendant *W. M 2.* 11 et morsum] morsus *M 2.* 13 negotiarum *W.* experientiam] *ita P 1. W. M 2. S,* experientium *corr. al. man.* experimentum *M 2.* 14 necesse — testis] capaces boni consilii castique factae sunt *S.* est] sit *P 1,* sit *add. W. M 2.* facti testis] facta estis *P 1.*

XX. 15 XX] XIIII *W, deest M 2.* 16 sententiam *W.* 17 liquido] aliquido *P 1.* 18 Decet] Dicet *P 1.* 19 probabiles *M 1 (e corr.). P 1. M 2.* propinquis] propriis quis *P 1,* propriis equis *S.* 20 deferentes *W.* 21 loquuntur *P 1.* id] hoc *M 2.* delatum] deletum *W.* 22 afferri *M 1. P 1. W.* 23 et] e *W.* 26 adsint] sint *P 1. S.* 27 praepositarum] propositarum *P 1.* 30 quispiam] quepiam *M 2.* 31 ab *deest M 2.* 32 clanculo] plangulo *P 1,* angulo *M 2.* 33 asspicientibus *W.* Ut enim] Etenim *M 2.*

1) *V. infra cc. 20 et 27. Cf. etiam inst. can. c. 144 (supra p. 418), concil. Cabillon. 813 cc. 55. 56. 61; supra p. 284 sq.* 2) *Caesarius, Sermo ad sanctimoniales; v. supra p. 443 l. 30 sqq.* 3) *V. supra c. 9; p. 444 sq.*

beatus Hieronimus dicit, speculum[1] mentis est facies et taciti oculi cordis fatentur archana. Unde ait et quidam:

Frons[2] hominis propriae mentis depromit amictum:
Qualis vultus erit, talia corda gerit.

Si qua vero inventa fuerit his confabulationibus dedita, ita iuxta superiorem modum corripiatur, ut et ipsa emendetur et ceterae timorem habentes nihil tale agere pertemptent.

XXI. Ut sanctimoniales erga famulas sibi servientes pervigilem adhibeant custodiam. Quia[3] licitum est Deo dicatis canonice viventibus vernulas secum famulandi gratia in monasteriis habere, cavendum est illis, ut in eis animae potius salutem quam commodum terrenum quaerant. Solent enim huiuscemodi, effrenes et impudicae effectae, cultu meretricio ornatae incedere et turpia quaeque et obscena, quae foris vagando viderint aut audierint, auribus dominarum suarum impudenter ingerere et animos earum a rigore divinae servitutis emollire. Quapropter necesse est, ut in talibus congregandis modum adhibeant discretionis, ut non amplius, quam necessitas exigit, sibi ad serviendum congregent et erga congregatas curam adhibeant, ne, illis quolibet peccato ruentibus, illarum ruinae participes existant. Si vero hae famulae aut abbatissarum aut certe sanctimonialium in claustris monasterii quippiam indecens admiserint et crebro admonitae atque correctae non se correxerint, extra claustra monasterii procul eiciendae atque eliminandae sunt.

XXII. Ut erga puellas in monasteriis erudiendas magna adhibeatur diligentia. Religio[4] ecclesiastica docet, ut puellae, quae in monasteriis erudiuntur, cum omni pietatis affectu et vigilantissimae curae studio nutriantur, ne, si lubricae aetatis annos indisciplinate vivendo transegerint, aut vix aut nullatenus corrigi postea possint. Quapropter praeferantur eis ex sanctimonialibus tales magistrae quae utique et probabilis sint vitae et erga eas talem exhibeant curam, ut nequaquam huc atque illuc vagandi possint habere progressum et aut desidiae aut lasciviae vitio maculentur, quin potius sacris inbuantur disciplinis, quatenus his mancipate vagandi otio careant. Sed qui modus in huiuscemodi instruendis tenendus sit, beatus Hieronimus in aepistola, quam ad Laetam de institutione filiae scripsit, plenissime docet, dicens: Igitur[5] quae de repromissione nata est dignam habeat ortu suo institutionem parentum.
cf. 1. Reg. 3, 3. Samuhel enim in templo nutritus est; Iohannes in solitudine praeparatur, locustis[6] alitur et melle
cf. Matth. 3, 4. silvestri, tortuosissimi animalis vestitur exubiis. Sic erudienda est anima, quae futura est templum

XX. 1 Iheronimus *M 2*, Hieronymus *S*. taciti] tactu *P 1*. arcana *S*. 2 ait — quidam] et quidam ait *M 2*. 6 emendetur] enim detur *W*. pertentent *S*.

XXI. 8 XXI] XV *W*, *deest M 2*. fabulas *W*. 9 custodia *W*. dicatas *W*. vernulas] vernaculas *M 1*. 10 fabulandi *W*. 12 culte meretriciae *W*. et obscena] obscenaque *M 2*. 13 vagendo *M 2*. 14 eorum *M 1*. 16 ne] nec *W*. 17 existent *P 1*. 19 correptae *M 2*. *S*. 20 elimande *P 1*.

XXII. 21 XXII] XVI *W*, *deest M 2*. 24 si lubricae] salubre *M 2*. 25 corrigi postea] postea corrigi *M 2*. pr(a)eferuntur *P 1*. *S*. 26 exibeant *W*. 27 vagandi *deest S*. 28 inbuentur *P 1*. quatinus *M 2*. 29 in *deest P 1*. *S*. instruendis] erudiendis *P 1*. *S*. beatus] sanctus *M 2*. Ieronimus *M 2*, Hyeronymus *S*. 30 Laetam] *ita P 1*. *S*, Athletam *M 1*. *W*. *M 2*. 31 orto *W*. institutione *P 1*. 32 Samuel *P 1*. *M 2*. *S*. Ioannes *S*. 33 silvestri] et in typum poenitentiae praedicandae *add*. *S*. exuviis *M 2*. *S*. futura est] in *add*. *W*.

1) *Hieronymus, Epistola ad Furiam; Opp. I, 288.* 2) *Fontem non repperi.* 3) *Cf. etiam concil. Cabillon. 813 c. 62; supra p. 285.* 4) *V. inst. can. c. 135; supra p. 395.* 5) *Hieronymus, Epistola ad Laetam: Opp. I, 674.* 6) *Ib.; l. l. I, 675.*

Domini. Nihil aliud discat audire, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet, turpia verba non intellegat, cantica mundi ignoret. Adhuc tenera lingua psalmis dulcibus imbuatur. Procul sit aetas lasciva puerorum. Habeat[1] modestam gerulam, nutricem gravem. Discat[2] in pueritia cui imperatori tyruncula nutriatur. Ipse[3] habitus et vestitus doceat eam, cui promissa sit. Aures eius non perforentur nec ora Christo consecrata cerussa et purpurisso depingantur; nec aurum et margaritae collum eius deprimant, nec caput sacratum gemmis oneretur, sed habeat alias margaritas, quibus postea venditis emptura est praetiosissimum margaritum. Sit[4] nutrix eius sollicita et prudens, ut ea, quae nutritur, non percutiatur a vipera nec[5] bibat de aureo calice cf. Ierem. 51, 7. Babylonis nec cum Dina egrediatur videre filias regionis. Ne ludat pedibus et trahat tunicas, cf. Gen. 34, 1. quia venena non dantur nisi melle circumlita, et vitia non decipiunt nisi sub specie virtutum. Postquam[5] grandiuscula fuerit et in exemplum sponsi sui sapientia, aetate et gratia apud Deum cf. Luc. 2, 40. 52. et homines crescere coeperit, pergat ad templum veri patris cum parentibus suis: sed cum illis non egrediatur e templo et[5] nusquam ab eis inveniatur nisi in auditu sanctarum scripturarum. Nusquam[6] exeat foras, ne inveniant eam qui circumeunt civitatem et vulnerent pudicitiam eius cf. Ezech. 16, 38 sqq. auferentes teristrum et nudam in sanguine derelinquant. Non[7] vescatur in publico, ne videat cibos, quos desiderat. Discat[7] iam tunc vinum non bibere, *in quo est luxoria;* usque[7] ad per- Eph. 5, 18. fectam tamen aetatem propter indulgentiam modice utatur vino et carnium edulio sustentetur. Nullus[8] ei iuvenis, nullus cincinnatus adrideat. Vigiliarum dies et sollempnes pernoctationes sic celebret, ut ne transverso ungue a nutrice discedat. Non cum ancillis in auribus susurret, sed quod uni loquitur omnes intellegant. Sit ei comes non compta atque formosa, quae gutture carmen dulce moduletur, sed gravis, pallens, subtristis ac pudicitiae veterana, quae illam doceat et adsuescat exemplo ad orationes et psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere et stare in acie quasi bellatricem Christi. Horarum diei cursu peracto accensaque lucernula reddat sacrificium vespertinum. Sic dies transeat, sic nox inveniat laborantem. Cibus[9] eius holus sit et simila raroque pisciculi. Sic[9] comedat, ut semper esuriat, ut statim post cibum possit legere, orare et psallere. Non[10] habeat conloquia saecularium puellarum et malarum virginum contuberniis non misceatur. Balnearum vero fomitibus sopitos non suscitet ignes. Pro[11] gemmis et serico divinos codices amet. Discat[12] primo psalterium. Erudiatur[13] in proverbiis Salomonis ad vitam. Consuescat in Ecclesiasten calcare quae mundi sunt. Sectetur in Iob virtutis et patientiae exempla. Ad evangelia transeat, numquam ea positura de manibus. Apostolorum acta et epistolas tota cordis inbuat voluntate; et[13] sic per ordinem seriem novi veterisque testamenti.

XXII. 1 Nihil — loqui] Nichil audire, nichil loqui *M 2*. 2 psalmis] palmis *M 2*. 3 lascivia *W*. 4 promisa *W*. 5 consecrata] dedicata *M 2*. 6 margaretae *P 1*. secratum *W*. oneretur] honoretur *W*. 7 margaritam *W*. 8 prudens] purdens *W*. non] *ita M 1*, ne *cett*. percutietur *W*. nec] *ita M 1*, ne *cett*. aureo] aure *P 1*. 9 Babilonis *P 1*. *M 2*. cum Dina] cum Dyna *W*, condigna *P 1*. ludat] illudant *M 2*. pedibus] *quae sequuntur usque ad verba:* sponso caelesti cui *(p. 454 l. 2) leguntur in W post verba* exceptis infirmis quibus *capitis XXVII. inserta (v. infra p. 455 l. 21)*. 10 non dantur] dantur *M 2*. 11 gradiuscula *P 1*. 13 non] ne *P 1*. 14 circueunt *M 2*. 15 derelinquat *P 1*. 16 tunc] *ita M 1*, nunc *cett*. luxuria *S*. 17 tamen *deest W*. propter] praeter *M 1*. modico *P 1*. *M 2*. *S*. 18 dies *deest P 1*. *W*. *M 2*. 19 ut] et *P 2*. ne] nec *W*. transverso ungue] transversum quidem unguem *S*. 20 quod uni] quo dum *W*. uni] cuique *add. al. man. M 1*. Sit] Sed *W*. 21 carmen] camen *P 1*. subcristis *P 1*. ac] a *P 1*, et *S*. 23 peracto] peccato *W*. 24 holus] olu *P 1*, olusculum *S*. 25 similia *M 2*. pisculi *P 1*. ecuriat *W*. 26 psallere] sallere *M 1*. 28 Dicat *P 1*. primum *P 1*. *W*. Salamonis *W*. 29 Ecclesiastem *P 1*, Ecclesiaste *S*. 31 inbuat] imbibat *S*.

1) *Hieronymus, Epistola ad Laetam; Opp. I, 676.* 2) *Ib.; l. l. I, 677.* 3) *Ibidem.* 4) *Ib.; l. l. I, 678.* 5) *Ibidem.* 6) *Ib.; l. l. I, 679.* 7) *Ibidem.* 8) *Ib.; l. l. I, 680.* 9) *Ibidem.* 10) *Ib.; l. l. I, 681.* 11) *Ib.; l. l. I, 681 sq.* 12) *Ib.; l. l. I, 682.* 13) *Ibidem.*

Cumque pectoris sui cellarium his dapibus locupletaverit, tunc virtutum floribus adornata soli sponso caelesti, cui commissa est, calcatis cunctis, quae mundi sunt, placere studeat.

XXIII. Ut in monasteriis puellarum domus propter anus et infirmas sit. Quamquam[1] intra claustra monasterii sanctimoniales canonice viventes proprias solite sint habere mansiunculas, propter anus tamen et infirmas debet intra claustra ab abbatissis mansio fieri, ubi earum, quae forte suas non habent, inbecillitatibus atque infirmitatibus misericordissime possit opitulari. Quarum curam abbatissae utpote spiritales matres ante omnia gerere debent, ut his ea, quibus opus habent, misericorditer administrent. Sed et ceterae sanctimoniales, accessu eas frequenti visitantes, divinarum scripturarum conlocutionibus demulceant et suis facultatibus eis adminiculum praebeant earumque inbecillitates et infirmitates cum caritate aequanimiter
Matth. 25, 36. portent, ut merito a Domino eis dicatur: *Infirmus fui et visitastis me,* et cetera.

XXIIII. Quales sint praepositae constituendae. Quia[2] constat abbatissas exteriorum et interiorum pondere praegravatas, adeo ut praepediente ignorantia fragilitatis humanae multa nesciant, quae in monasteriis neglegenter fiunt, necesse est, ut tales sub se constituant, cum quibus securae possint partiri onera regiminis. Quibus etiam talem conferent potestatem, ut vice sua fungentes et bene agentes in melius proficere dictis et exemplis exortentur et delinquentium errata discretissima invectione corripiant et quae in monasteriis ab abbatissis ob diversarum curarum occupationes perfici minime possunt ab his digne et utiliter perficiantur. Quibus etiam expedit, ut se imitabiles caeteris praebeant, quatenus inreprehensibiliter vivendo et sanctarum virtutum exempla praebendo coetibus sanctarum feminarum mereantur adscisci. Quodsi neglegenter vixerint et his, quibus bene vivendo prodesse debuerant, exemplo suae perversitatis aliquam lesionis maculam ingesserint, iuxta modum praemissum iudicentur et, si inemendabiles extiterint, a ministerio amoveantur, aliaeque in loco earum probabilis vitae constituantur.

XXV. Qualis constituenda sit cellararia. Expedit[3] abbatissis, ut de congregatione sibi commissa tales eligant, quibus alimenta sanctimonialium committant, quae non sint criminatrices, non vinolentae, non prodigae et caeteris vitiorum inlecebris mancipatae, sed magis quae vitae sint probabilis et inviolabiliter congregata conservent et fideliter ea atque humiliter sanctimonialibus administrent, ut de fideli administratione a remuneratore omnium bonorum Deo fideliter remunerentur. Erga huiuscemodi vero delinquentes et inoboedientes modus praemissus obnixe tenendus est.

XXII. 1 pectoris] peccatoris *P 1.* dapibus] opibus *S.* locopletaverit *W.*

XXIII. 3 XXIII] XVII *W, deest M 2.* puellaribus *W. S.* infirmus *W.* 6 ab *deest M 1. P 1.* 7 inbecillitatibus — infirmitatibus] infirmitatibus atque imbecillitatibus *M 2.* 8 habeant *M 1.* 9 assessu *P 1. W.* accessu — frequenti] assidue eas frequentantes *M 2.*

XXIIII. 13 XXIII] XVIII *W, deest M 2.* 14 et interiorum *desunt M 2.* praegravatas] gravatas *P 1. S.* 15 multae *M 2.* 17 conferant *W. M 2.* ut *deest P 1.* 18 exhortentur *M 2. S.* discretissima] districtissima *P 1. S.* 19 ab *deest P 1.* 20 dignae *M 1.* perficientur *W.* 21 quatinus *M 2.* inreprehensabiliter *P 1.* 22 adscisci] adipisci *M 1.* 24 ingresserint *W.* 25 exstiterint *M 2.* ammoveantur *W.* loca *S.*

XXV. 27 XXV] XVIIII *W, deest M 2.* Quales *P 1.* celleraria *W.* 28 commisa *W.* 29 criminatrices] vini amatrices *M 2.* 30 vitae] vere *M 2.* 31 sanctimoniales *P 1.* administrent] *hac voce sistit M 1.* 33 obnixe *deest M 2.*

1) *V. inst. can. c. 142; supra p. 417.* 2) *V. ib. cc. 138. 139; supra p. 415.* 3) *V. ib. c. 140; supra p. 416.*

XXVI. De porta monasterii constituenda. Oportet[1], ut ad portam monasterii talis constituatur sanctimonialis, quae aetate et morum probitate ceteris emineat, ut neque propter personarum acceptionem neque propter alicuius adolationem aut timorem porta monasterii nisi horis statutis reseretur, quia, nisi talis ad portam constituta fuerit, magnum procul dubio in monasteriis degentibus poterit provenire periculum. Quodsi alicuius gratia extra hanc institutionem facere temptaverit et admonita non se correxerit, digna invectione correpta a ministerio amoveatur.

XXVII. Ut nonnisi statuto tempore presbiteri eorumque ministri monasterium puellarum ingrediantur. Presbiteris[2], qui in monasteriis puellaribus missarum sollemnia celebrare debent, extra monasterium sit locus et ecclesia, ubi cum ministris suis habitent et divinae servitutis obsequium expleant et nonnisi statuto tempore monasterium ingrediantur puellarum et cum eis diaconus tantum et subdiaconus, qui scilicet et vitae honestate clarescant et non se, sed Christum amari cupiant nec sua quaerant, sed quae Iesu Christi; et non amplius ibi inmorentur nisi in missarum caelebrationibus aut in sermonibus ad sanctimoniales publice faciendis. Quibus rite ac devote celebratis ilico foras egrediantur. Sanctimoniales namque velo ante posito, ut moris est, horas canonicas et missarum sollemnia celebrent. Sed et hoc caveant, ut nulla illarum cum eisdem presbiteris eorumque ministris aliquam sermocinationem familiarem habeat. Si qua igitur peccata sua sacerdoti confiteri voluerit, id in ecclesia faciat, ut ab aliis videatur, sicut in dictis sanctorum patrum continetur, exceptis infirmis, quibus in domibus id facere necesse est. Nam presbiter diaconum et subdiaconum, qui utique boni sint testimonii, ob detractionem vitandam secum habeat, a quibus scilicet videatur et suae innocentiae bonum testimonium exhibeatur.

XXVIII. Ut hospitale pauperum extra monasterium sit puellarum. Quia[3] sanctarum scripturarum auctoritatibus liquido demonstratur, quod hospitalitas modis omnibus sit diligenda, et res ecclesiae oblationes sint fidelium, praetia peccatorum, patrimonia pauperum[4]: quamquam ad portam monasterii locus talis sit rite habendus, in quo adventantes quique suscipiantur, oportet tamen, ut extra, iuxta ecclesiam scilicet, in qua presbiteri cum ministris suis divinum explent officium, sit hospitale pauperum, cui etiam praesit talis, qui et avaritiam oderit et hospitalitatem diligat. Et exceptis[5] decimis, quae de ecclesiae villis ibidem conferuntur, de rebus ecclesiae, prout facultas subpetit, eidem deputetur hospitali, unde pauperes ibidem recreentur et foveantur. Sed et de oblationibus, quae a fidelibus sanctimonialibus deferuntur, decimae dentur ad eorundem sustentationem pauperum. Is namque, cui hospitale committitur, nequaquam res pauperum in suos usus retorqueat, ne cum Iuda loculos Domini furante

cf. Rom. 12, 13.

cf. Ioh. 12, 6. 13, 29.

XXVI. 1 XXVI] XX *W, deest M 2.* porta] in *add. al. man. W,* portaria *S.* constituenda] custodienda *M 2.* ut *deest P 1. S.* 3 ut] que *M 2.* propter *deest P 1.* adulationem *M 2. S.* 4 portam *W. M 2.* reseret *W. M 2.* 5 monasterio *W. M 2.* prevenire *P 1.* 6 extra] contra *S.* tentaverit *M 2. S.* 7 correcta *W.*

XXVII. 8 XXVII] XXI *W, deest M 2.* Ut — ingrediantur *desunt M 2.* 9 monasteria *S.* Presbiteri *P 1. W,* Presbiter *M 2.* 11 habitet *M 2.* expleat *M 2.* 12 ingrediatur *M 2.* 13 honestatis *W.* amare *M 2. S.* 14 quaerant] *hac voce finit M 2.* 15 aut in sermonibus *desunt S.* 21 quibus] *in W sequuntur verba* et trahat tunicas — sponso caelesti cui *capitis XXII. (supra p. 453 l. 9 — p. 454 l. 2); deinde capitis XXVII. finis et caput XXVIII.* in] *hac voce incipit M 1.* id *deest W.*

XXVIII. 24 XXVIII] XXII *W.* extra] ex *M 1.* 33 a *deest P 1. S.* 35 furantur *W.*

1) *V. inst. can. c. 143 (supra p. 417 sq.), concil. Cabillon. 813 c. 64; supra p. 285.* 2) *Cf. ib. c. 60; supra p. 285.* 3) *V. inst. can. c. 141; supra p. 416 sq.* 4) *Cf. Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 9; Opp. Prosperi app. 32.* 5) *Cf. supra p. 416 ann. 4.*

sententiam damnationis excipiat. Sit etiam intra monasterium receptaculum, ubi viduae et pauperculae tantummodo recipiantur et alantur, et si non possint alio, saltim quadragesimae tempore sancti Domini adimplentes praeceptum earum lavent pedes iuxta illud:
Ioh. 13, 14. *Si ego Dominus et magister vester lavi vobis pedes, quanto magis vos debetis alter alterius lavare pedes*[1].

XXVIII. 2 et si] ut si *P I. W.* possunt *P I. W. S.* saltem *P I. S.* 3 adimplentes] implentes *P I. S.* 4 vester *deest W.* 5 pedes] Explicit sanctimonialium *add. P I.*

1) *Cf. quae de historia institutionis exposuimus 'Neues Archiv' XXVII, 634 sqq.*

C. HLUDOWICI IMPERATORIS EPISTOLAE AD ARCHIEPISCOPOS MISSAE.

Institutionibus canonicorum et sanctimonialium anno 816. absolutis in concilio Aquisgranensi anno 817. habito (v. infra n. 40) de monasteriis regularibus reformandis actum est: conventu deinde Aquisgranensi ineunte anno 819. habito, quo negotia etiam ecclesiastica tractata esse videntur (v. infra n. 41), de duabus illis institutionibus in Hludowici imperatoris capitulari eiusdem anni (c. 3, MG. Capit. I, 276; Mühlbacher² n. 674) haec verba fiunt: Quia vero canonica professio a multis partim[1] ignorantia, partim desidia dehonestabatur, operae pretium duximus, Deo annuente, apud sacrum conventum (ut[2]) ex dictis sanctorum patrum velut ex diversis pratis quosdam vernantes flosculos carpendo in unam regulam canonicorum et canonicarum congerere et canonicis vel sanctimonialibus servandam contradere, ut per eam canonicus ordo absque ambiguitate possit servari. Et quoniam illam sacer conventus ita etiam laudibus extulit, ut usque ad unum iota observandam percenseret, statuimus, ut ab omnibus in eadem professione degentibus indubitanter teneatur et modis omnibus sive a canonicis sive a sanctimonialibus canonice degentibus deinceps observetur[3]. ***In eodem capitulari (c. 14; l. l. I, p. 277 sq.) iterum de congregationibus canonicis agitur hoc modo:*** De ecclesiis sane destructis vel de nonis et decimis sive de claustris canonicorum, qualiter constitui et ordinari nobis placuerit, aliis capitulis subter adnotavimus. ***Quae respicere videntur ad c. 7 capitularis missorum 819 (l. l. I, 289; Mühlbacher² n. 677):*** De locis dandis ad claustra canonicorum facienda, si de eiusdem ecclesiae rebus fuerit, reddatur ibi; si de alterius ecclesiae vel liberorum hominum, commutetur; si autem de fisco nostro fuerit, nostra liberalitate concedatur, ***cuius textus plenior legitur in codice Parisiensi latino 4628 A (antea abbatiae s. Dionysii in Francia) saec. X. (MG. Capit. I, 289 l. 37—43):*** De locis ad claustra canonicorum facienda dandis. Volumus, ut loca ad claustra canonicorum facienda, aut qui non habent, nostra auctoritate tradantur: id est si de eiusdem aecclesiae rebus congruerit, reddatur ibi per missos nostros iuxta oportunitatem loci et quantitatem

1) *Verba* partim — desidia, ex dictis — carpendo, sacer conventus — extulit *obiter mutata fluxerunt ex praefatione institutionis canonicorum; v. supra p. 312 l. l. 26, p. 313 l. 7 sq. 18.* 2) *Minus recte legitur haec vox apud Boretium, deest autem in editione Baluziana.* 3) *Cf. Hludowici prooemium ad capitularia anni 819. (MG. Capit. I, 275; Mühlbacher² n. 673):* qualiter . . . egerimus et quid unicuique ordini communi voto communique consensu consulere studuerimus, ita ut quid canonicis proprie de his, quidve monachis observanda, quid etiam in legibus mundanis addenda, quid quoque in capitulis inserenda forent, adnotaverimus et singulis singula observanda contraderemus, . . . libuit nobis ea, quae congesta sunt, ob memorie firmitatisque gratiam in unum strictim congerere et subiectis capitulis adnotare et in publico archivo recondere.

rerum; si vero de alterius aecclesiae vel liberorum hominum fuerit, commutetur; si autem de fisco nostro fuerit, nostra liberalitate concedatur. Ut nulli occasionem habeant, nec praepositi nec subiecti, quin iuxta suam professionem communiter degere atque conversare possint[1]. *Non probanda videntur esse quae A. Girg demonstrare conatus est, Hludowicum nisum deliberationibus synodalibus anni 816. una cum capitularibus anni 819. edictum publici iuris fecisse, quo normae darentur de terris ab ecclesiis monasteriisque acquirendis, de monasteriis canonicorum ab omni censu liberandis (‘Études d'histoire du Moyen-Age dédiées à G. Monod’, Paris. 1896, p. 108 sqq.; c. ‘Neues Archiv’ XXVII, 637 ann. 2).*

Post concilium Aquisgranense anno 816. mense Septembri finitum (c. supra p. 307 l. 14 sqq.) statim exemplaria duarum institutionum confecta esse videntur dataeque cum eis ad archiepiscopos epistolae (cf. illud nuperrime *infra p. 458 l. 19), quibus de introducendis institutionibus admonerentur. Anno insequenti, versus mensem Septembris 817, in omnibus monasteriis canonicorum et sanctimonialium exempla institutionum praesto esse voluit Hludowicus:* venturis Kalendis Septembribus, *anno ergo 817., se missos esse ordinaturum promulgat, qui de executione mandatorum tam imperialium quam synodalium perquirerent[2]. Alii aliter de tempore epistolarum iudicaverunt: Boretius (MG. Capit. I, 338) eas datas censet aut exeunte anno 816. aut ineunte anno 817., Simson (‘Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen’ I, 94 sq.) versus initium mensis Septembris 817, cui anno minus recte concilium illud Aquisgranense adscripsit, Th. Sickel (Acta regum et imperatorum Karolinorum II, 118 sq.) anno 817. exeunte, item Mühlbacher (Regg. imperii ed. 1. I n. 635—637), sed postea (l. l. ed. 2. I n. 678—680) epistolas anno 819. attribuendas statuit. Hoc fieri non posse praecipue elucet ex annis Magni archiepiscopi Senonensis (808—818), si modo eis, quae afferuntur in Gallia Christiana XII, 15 sq., adhibenda est fides. Inscriptio denique, quae legitur in editione Pertziana:* Litterae ad metropolitanum, qui conventui non interfuerat (c. interfuerat, *MG. LL. I, 219) ficta est neque in ullo libro occurrit: non litterae encyclicae exstant, sed ex numero epistolarum singulis archiepiscopis datarum tres tantum supersunt.*

Prima epistola ad Sicharium archiepiscopum Burdegalensem (ca. 816—ca. 825) directa exstat ante institutionem canonicorum (c. supra p. 311 l. 9 sq.) in codice Parisiensi latino 1537 (antea Colbertino) saec. XI. (= S) fol. 1—2', quem contulit c. cl. H. Omont.

Edd.: Sirmond II, 426. Labbe-Cossart VII, 1437; ed. Coleti IX, 526. Le Cointe VII, 421. Baluze I, 557. Harduin IV, 1176. Mansi XIV, 277. XIV, app. 377. Walter II, 295. MG. LL. I, 219. Migne, Patrol. lat. XCVII, 417. MG. Capit. I, 338. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 679.

Secunda epistola ad Arnonem archiepiscopum Salisburgensem (785—821) directa legitur in codice Guelferbytano inter Helmstadienses 532 (olim fortasse Salisburgensi, deinde M. Flacii Illyrici, tum academiae Helmstadiensis) saec. IX. X. (= A) fol. 86'—88', quem contulerunt c. cl. O. von Heinemann b. m. et c. d. Milchsack.

Edd.: Flacius Illyricus, Catalogus testium veritatis 111. Miraeus, Donat. 51: Opp. I, 17. Goldast, Const. I, 150. IV, 12. Le Cointe VII, 421. Le Labereur, ‘Mazures de l'abb. de l'Isle-le-Barbe’ I, 58. Lünig, ‘Reichsarchiv’ XVI, 679. 947. Resch, Ann. Sab. II, 58. Iuvavia app. 66. Hartzheim I, 540. MG. LL. I, 219. Migne, Patrol. lat. XCVII, 417. MG. Capit. I, 338 sqq. in notis primae epistolae adspersis. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 678.

1) *Cf. diploma Hludowici d. d. 817 Nov. 20 canonicis Tornacensibus concessum; Bouquet VI, 509 (Mühlbacher² n. 658).* 2) *V. epistolam ab Hetti archiepiscopo Treverensi (816—847) ad Frotharium episcopum Tullensem (812/3—847/8) datam. MG. Epp. V, 278.*

Tertia epistola ad Magnum archiepiscopum Senonensem (801—818, ita etiam secundum Gams, Series episcoporum p. 629) directa traditur in codice Montispessulano 85 saec. XII. (= M 1) fol. 1—2' ante institutiones canonicorum et sanctimonialium (v. supra p. 311 l. 6, p. 422 l. 18), quem contulit v. d. H. Bel. In varia lectione adspersimus variam lectionem ex Sirmond. Concilia Galliae II, 675, qui uiti se dicit codice Aquitanico (= M 2) hodie deperdito.

Edd.: Sirmond II, 675. Labbe-Cossart VII, 1440; ed. Coleti IX, 529. Le Cointe VII, 421. Baluze I, 553. Harduin IV, 1178. Bouquet VI, 333. Mansi XIV, 280. XIV, app. 375. Walter II, 292. MG. LL. I, 219. Migne, Patrol. lat. XCVII, 417. CIV, 1309. MG. Capit. I, 338. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 680.

Harum epistolarum editio nostra, id quod iam Pertz et Boretius fecerant, primam et tertiam praebet integras in singulis columnis paginarum. Ex varia lectione primae addita patebit forma epistolae secundae, de cuius indole cf. 'Neues Archiv' XXVII, 635.

Sich. Arn.] In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hludovicus divina ordinante providentia imperator augustus venerabili in Christo Sichario archiepiscopo in Domino salutem.

Sacrum et venerabile concilium divino nutu nostroque studio in Aquisgrani palatio nuper adgregatum, in quo multa ob propagandam aecclesiasticam dignitatem, praecedente et subsequente gratia Christi, diligenter tractata atque instituta sunt, tuam nullatenus credimus latere sanctitatem. Sed quia contigit eidem sancto et venerabili concilio tuam non interfuisse paternitatem, ad tuam destinare decrevimus beatitudinem per praesentem missum nostrum nomine Adalhelmum formulam canonicae institutionis ab eodem sacro conventu ex sanctorum patrum sparsim digestis sententiis collectam atque in unum congestam; quam etiam idcirco penes palatium nostrum diligenter scribi fecimus, ut, nichil in se scriptorum vitio depravationis aut detruncationis habens, ad te usque incolumis per-

Magn.] Gloriosissimus Hludowicus superno munere victor semper augustus venerabili in Christo Magno, Senonicae urbis archiepiscopo, in Domino salutem.

Sicut vobis nuperrime in sacro conventu, quem Deo annuente Aquisgrani palacio aggregavimus, ubi multa favente Christo ecclesiastice, immo catholice acta sunt, meminimus promisisse, misimus tuae venerandae paternitati per praesentes missos nostros, Ermenfredum videlicet et Haymonem, formulas canonicae institutionis, quam idem sacer conventus ex sanctorum patrum sparsim digestis sententiis colligere atque in unum congerere studuit: quam quia vobis transcribendi angustia temporis facultatem denegavit, studii nostri fuit eam diligenter transcribi iubere, ut absque ulla depravatione aut detruncatione textus eius ad vos incolumis usque perferretur. Proinde has litteras ad tuam direximus sanctitatem, per quas iubemus, ut, memor admonitionis nostrae, suffraganeos tuae dioce-

Codd. S et A lemmate carent.

15 Hludovicus] Ludowicus *A*. 16 ordinante] ordinate *S*. 17 venerabili in Christo Sichario archiepiscopo] venerabili Arnoni Salzburegensis archiepiscopo *A*. 19 venerabile] memorabile *A*. 22 ecclesiasticam *A*. 24 tuam] quam *S*. 28 ad tuam destinare] *ita ex* addistinare *corr. S*. 30 Adalhelmum] Nothonem *A*. formulas — collectas — congestas *A*. 34 quam] *ita etiam A, scil.* institutionem canonicam. 35 nihil *A*. 37 habens] *ita etiam A*. 12 incolomis *A*. perferretur] *ita etiam A*.

Libri M 1 et 2 lemmate carent, praeterea invocatione.

14 Ludouicus *M 2*. 15 semper] *ita M 1. 2, fortasse perperam additum*. 23 venerantae *M 1*. 26 formulam *M 2*. 27 quam] *scil.* institutionem canonicam. 34 incolumis usque] usque incolumis *M 2*. 36 iubemur *M 1*. 37 dioeceseos *M 2*.

Sich. Arn.] ferretur. Quapropter volumus atque decernimus, ut iuxta metropolitanae sedis tibi canonice conlatam dignitatem nostraeque auctoritatis sanctionem dioceseos tuae episcopos et ceteros aecclesiae praelatos tempore et loco congruenti ad te accersire facias et his coram capitulatim memoratam institutionis formulam praelegi iubeas et, quod ob exaltandum ecclesiastici culminis fastigium et animarum salutem idem sacer conventus eam ediderit, liquido demonstres, sed et his, qui in uno collegio canonice degunt, tenendam observandamque coram memorato misso nostro conferas. At si alicuius cordis obtunsio eam intelligere nequiverit, huic sive abs te sive ab aliis episcopis, conprovincialibus scilicet tuis, doctrinae fulgore enitentibus, sobrie tradatur. Sed et in hoc nihilominus circumspectam monemus esse tuam prudentiam, ut ab his, qui eam transcripturi sunt, ita transcribatur, ut nec depravata vitio scriptoris nec detruncata ab aliquo fiat, sed, sicut a praedicto misso nostro eis demonstratum fuerit, absque aliqua depravatione vel detruncatione transcribatur. Noveris etiam, quia ideo illius exemplum apud armarium palatii nostri detentum est, ut eo probari patenter possit, quis eam incuriose transcripserit vel quis aliquam eius partem detruncaverit.

Magn.] seos loco et tempore competenti ad te convocare studeas et eandem institutionem per singula capitula coram ecclesiasticis ordinibus perlegi facias et, qualiter eam sacer conventus ob emolumentum animarum instruere salubriter curaverit, patenter edoceas et his, qui canonicae professionis censentur nomine, secundum ministerium tibi divinitus collatum et nostrae auctoritatis praeceptum coram memoratis missis nostris observandam percenseas. Eorum autem, qui tardioris sunt ingenii et eam forte plene intelligere nequeunt, tuo sive comprovincialium tuorum episcoporum, dono scientiae pollentium, studio eius notitia sensibus perfundatur. Nam et tuam nihilominus providam volumus esse beatitudinem, ut eam solerti cura praedicti missi nostri omnes, prout insinuaveris, transcribere absque ulla depravatione et detruncatione praemoneant, quoniam, qualiter diligenter studioseque, distincte et aperte transcribatur, illos satis instituimus. Cuius nempe exemplar idcirco in armario palatii nostri recondi fecimus, ut per hoc nosse et inquirere possemus, utrumne ab aliquo negligenter transcripta fuerit, quia,

3 sedis — conlatam] sedhistibi canonici conlatum *S.* canonicae *A.* 4 dioeceseos *S.* 5 episcopo *S.* caeteros *A.* ecclesiae *A.* 7 accersire *ex* arcesire *corr. S*, arcersire *A.* 8 memoratas — formulas *A.* formulam] formam *S*, formulas *A.* praelegi] perlegi *A.* 9 ecclesiasticum *S.* 11 eam] eas *A.* 13 tenendam observandamque] *ita etiam A.* 14 conferas] percenseas *A.* 15 alicuius] *ita A*, cuius *S.* 18 enitentibus] renitentibus *S*, nitentibus *A.* 19 tradatur] *ita etiam A.* in *deest S.* 21 ut] *ita A, deest S.* eam] eas *A.* transscripturi *S.* 22 transscribatur *S*, transcribantur *A.* depravata — detruncata — fiat] *ita etiam A.* 23 aliquo] *ita A*, alio *S.* 24 a *deest A.* 26 transcribatur] stranscribantur *S*, transcribantur *corr.* transcribatur *A.* 27 exemplum] exemplar *A.* 29 eam] etiam *S*, eas *A.* 30 transcripserit *S.*

4 perlegi] praelegi *M 2.* 16 tuam] viam *M 1, ubi in marg. legitur* tuam.

Sich.] Ut enim comperimus, dum in eodem sacro concilio perlegeretur, antequam coram nobis ab eodem concilio prolata et necdum mensura cibi et potus statuta fuisset[1], quidam magna ex parte illam detruncantes quaedam capitula inconsulte ex ea transcripserunt. Unde necesse est, ut, si aliquem in tua diocesi tale fecisse reppereris, huiuscemodi factum coram provincialium tuorum episcoporum conventu et coram praescripto misso nostro frustreris et hanc autenticam, ut praemisimus, diligenter, sicut missus noster eis insinuaverit, transcribi percenseas.

Sich. Arn.] Omnes ergo tuae dioceseos episcopi et ceteri praelati eam vigilanti cura transcribere, sollerti studio intelligere, instantissimae assiduitatis exercitio divinitus adiuti operibus conplere decertent, ut, cum nos huius rei gratia inquirendae venturis Kalendis Septembribus, sicut eidem sacro et memorabili concilio meminimus nos dixisse facturos, missos nostros per imperium a Deo nobis conlatum destinaverimus, remota cuiuslibet difficultatis obpositione eiusdem salutiferae institutionis et praelati et subditi, prout Dominus posse eis dederit, strenui inveniantur operatores, quoniam diligenti indagine, vita comite, perquirere iubebimus, quis praelatorum iniunctum sibi officium strenue peragat vel quis in claustris canonicorum et ceteris habitationibus construendis et in necessariis stipendiis eis tribuendis et in domibus ad receptacula pauperum praeparandis sanctioni nostrae paruerit quisve clerum suum

Magn.] ut comperimus, dum in eodem sacro concilio perlegeretur, antequam coram nobis ab eodem concilio prolata et necdum mensura cibi et potus plane statuta fuisset[1], invidi magna ex parte illam detruncantes quaedam capitula inconsulte ex ea transcripserunt. Unde necesse est, ut, si aliquem in tua diocesi tale fecisse reppereris, huiuscemodi factum coram provincialium tuorum episcoporum conventu et coram praescriptis missis nostris frustreris et hanc authenticam, ut praemisimus, diligenter, sicut missi nostri eis insinuaverint, transcribi percenseas. Volumus ergo, ut omnes praelati canonicorum diligenter illam transcribant, studiose intelligant, efficaciter, quantum Dominus eis posse dederit, ob suam subditorumque utilitatem opere adimplere procurent, ut, quando nos, sicut in eorum sacro et venerabili concilio generaliter omnibus diximus, missos nostros huius negotii inquirendi gratia per universum imperium nostrum Kalendis Septembris venturis direxerimus, omnes, praelati videlicet et subditi, iuxta capacitatem et possibilitatem suam eadem institucione informati atque instructi eiusdemque operatores inveniantur strenui, quoniam diligenti indagine, vita comite, inquirere iubebimus, qualiter unusquisque praelatorum ministerium suum expleat, qualiter iussioni nostrae in claustris et caeteris canonicorum necessariis habitationibus et in eorum stipendiis dandis et receptaculis pauperum praeparandis obtemperaverit vel quis clerum suum

1 Ut enim — transcribi percenseas *(l. 14) desunt A.* 4 mensuram *S.* 15 Omnes] *hac voce de novo incipit A.* 16 praelati *deest A.* eam] eas *A.* 25 obpositionem *S.* 26 institutiones *corr.* institutionis *S.* 27 et praelati et subditi *desunt A.* posse eis] eis posse *A.* 30 praelatorum *deest A.* 31 peragat] peregerit *A.* 32 vel *deest S.* 34 eis tribuendis *desunt S.* 35 praeparandis] *ita corr.*, reparandis *S. A.* 36 suum] suorum *S.*

4 plane] plene *M 2.* 5 invidi] *in loco raso M 1, ubi tantum legitur post correcturam* m (quidam?). 8 dioecesi *M 2.* talem *M 1.* repereris *M 1. 2.* 24 direxerimus] diximus *M 1.* 26 institucione] instructione *M 2.* 27 eiusdem *M 2.* 35 obtemperaverint *M 2.*

1) *V. institutionem canonicorum c. 122, sanctimonialium c. 13; supra p. 401 sqq. 447 sq. Cf. etiam quae p. 308 l. 5 sqq. ex vita Hludowici attulimus.*

Sich. Arn. eadem institutione et caeteris spiritalibus documentis instruere curaverit vel quis causa avaritiae eos, quos in Christi milicia rationabiliter alere poterat, propulerit[1], quia unius anni spacium[2] dedimus, ut ea, quae premissa sunt, absque ullius difficultatis excusatione perfici, ubi necdum facta erant, facillime possent.

Sich. Proinde qui hoc anni tempore in hoc negotio nostrae admodum iussioni pro viribus obedire neglexerit ceteris sine dubio terrori erit, ne tale admittere praesumant.

Sich. Direximus sane tibi institutionis formulam, quam eiusdem sacri concilii par consensus parque studium ex sanctorum patrum dictis enucleatim excerpsit et castimonie dicatis in una societate canonice degentibus observandam statuit. Quam volumus a te sive a tuis conprovincialibus episcopis studiose iubere transcribi et monasteriis puellaribus in tua diocesi consistentibus, in quibus scilicet canonice vivitur, tenendam conferri, qualiterque abbatissis et ceteris sanctis monialibus religiosissime ac devotissime observari debeat, apertissime perdoceri, quoniam, nisi quando nos aliquam abbatissarum nostram adire iusserimus praesentiam[3], alio tempore volumus in monasteriis resideant et secundum eiusdem institutionis formam vitam ducant sibique subditas in sanctae religionis proposito constringant et nulla illarum foras evagandi aut occasione qua-

Magn. secundum huius institutionis normam et caetera spiritalia exercitia informare studuerit aut si quis quem eorum, quos in Dei servitio rationabiliter gubernare potuit, causa avaritiae abiecerit[1], quia, ut haec, quae praemisimus, absque ullius difficultatis oppositione in locis, in quibus facta nondum erant, fieri opportunissime possent, unius anni spatium[2], sicut nosti, ad haec peragenda tribuimus. Qui vero hoc annuo tempore nostrae immoque Dei iussioni iuxta vires obtemperare neglexerit caeteris, ne talia facere audeant, terrorem procul dubio incutiet.

Misimus itaque tibi institutionis formam, quam idem sacrum et venerabile concilium ex sanctorum patrum sententiis diligenter excerpsit et sanctimonialibus in uno collegio canonice degentibus observandam percensuit. Quam sive per te sive per comprovinciales tuos episcopos in omnibus tuae dioceseos puellaribus monasteriis, in quibus canonice vivitur, studiose praescriptam haberi volumus. Sed et hoc decernimus, ut a vobis tam abbatissis quam caeteris sanctimonialibus tradatur, ut, qualiter eam tenere debeant, vestro studio informentur. Ceterum, nisi aliquam abbatissarum quando nos ad praesentiam nostram venire iusserimus[3], alio tempore volumus, ut abbatissae propriis in monasteriis resideant et secundum hanc institutionis formam vivere sibique subiectas gubernare decertent et nullis illarum per villas residendi aut foras qualibet occa-

1 ceteris *A*. 4 militia *A*. alere] alare *S*. 5 propulerit] populerit *S*. spatium *A*. 6 premissa] promissa *A*. 8 facilime *S*. 10 Proinde qui — possit diligi *(p. 462 l. 16)* desunt *A*. anno *S*. 11 admodum iussioni] inmodum iussione *S*. 13 ne tale] natale *S*. 16 concilio *S*. 17 consensu *S*. 18 enucleatim] enudatim *S*. 23 tuo *S*. 33 sancta *S*. 35 occasione *ex* occasine *corr. S*.

2 spiritalia] pitalia (?) *M1*. 3 quem] quod *M1*. 22 diocceseos *M1. 2*. 24 habere *M1*. voluimus *M2*. 26 ut] et *M1. 2*.

1) *V. institutionem canonicorum, praecipue cc. 120. 123. 141; supra p. 399 sq. 403 sq. 416 sq.* 2) *Nihil de hoc in institutionibus legitur.* 3) *Cf. concil. Vernense 755 c. 6; MG. Capit. I, 34. V. etiam in institutione sanctimonialium praecipue c. 7; supra p. 442 l. 13.*

Sich.] libet accepta per villas residendi suisque voluptatibus deserviendi licentiam sibi adtribuat. Quamquam enim nonnulli clerici monasteria puellarum et nonnulli laici monasteria virorum etiam et puellarum habeant, tua tamen debet praevidere solertissima industria, ut omnibus locis sub tua diocesi constitutis, ubicumque congregationes clericorum et sanctimonialium sunt, iuxta possibilitatem et facultatem rerum secundum huius institutionis formam vivant, quia nulla est omnino aecclesia, que facultates habeat, ubi non possint tot talesque gubernari, qui divinum expleant officium, et ubi hospitalitas iuxta vires non possit diligi.

Sich. Arn.] Nos quoque praefatum missum nostrum tue sanctitati ideo direximus, ut tuum ceterorumque ecclesiasticorum in tua diocesi consistentium diligenter atque subtiliter in hoc negotio intueretur studium et tibi opem in ceteris ammonendis ferret, qui etiam nobis referret, qualiter praelati et praelatae eam libenter susceperint diligenterque transcribere studuerint et devote adimplere iuxta vires curaverint, quoniam tamdiu illum in tua vel conprovincialium tuorum diocesi morari et discurrere una cum misso tuo iussimus[1], donec ab omnibus memoratae formulae transcriberentur, ut videlicet, cuncta procurans diligenterque perficiens, cum ad nos illum redire opere expleto tempus permiserit, cuncta, quae acta sunt, vestro utrorumque scripto notentur atque per ipsum tuumque missum nostrae dinoscentiae intimentur, ut sciamus,

Magn.] sione accepta evagandi suisque voluptatibus deserviendi licentiam adtribuant. Quamquam enim nonnulli clerici monasteria puellarum et nonnulli laici monasteria virorum etiam ac puellarum habeant, tua tamen debet providere solertissima industria, ut in omnibus locis sub tua diocesi constitutis, ubicunque congregationes clericorum et sanctimonialium sunt, iuxta possibilitatem et facultatem rerum secundum huius institutionis formam vivant, quia nulla est omnino ecclesia, quae facultates habeat, ubi non possint tot talesque gubernari, qui divinum expleant officium, et ubi hospitalitas iuxta vires non possit diligi.

Nos quoque praefatos missos nostros ad tuam sanctitatem ideo direximus, ut tuum caeterorumque ecclesiasticorum in tua diocesi consistentium diligenter atque subtiliter in hoc negotio intuerentur studium et tibi opem in caeteris commonendis ferrent, qui et nobis referrent, qualiter praelati et praelatae eam libenter susceperint diligenterque transcribere studuerint et devote adimplere iuxta vires curaverint, quoniam tamdiu illos in tua vel comprovincialium tuorum diocesi morari et discurrere una cum misso tuo iussimus[1], donec ab omnibus memoratae formulae transcriberentur, ut videlicet, cuncta procurantes diligenterque taxantes, cum ad nos illos redire opere expleto tempus permiserit, cuncta, quae acta sunt, vestro utrorumque scripto notentur atque per ipsos tuumque missum nostrae dinoscentiae intimentur, ut sciamus,

1 residendis *S.* 14 divinam *S.* 17 Nos] *hac voce de novo incipit A.* 18 tue sanctitati] ad tuam sanctitatem *A.* 19 caeterorumque *A.* 20 diocesim *A.* 22 tibi] ut *A.* ammonendis] commonendis *A.* 24 eam] *ita etiam A.* diligenter *A.* 25 transcribere *e* trascribere *corr. S.* 28 diocesim morari (diocesi inmorari?) *A.* 30 transcribentur *S.* 36 dinocencie *S.* sciamus] sciam *S.*

2 adtribuat *M 1.* 8 dioecesi *hic et infra M 2.* 12 est omnino] omnino est *M 1.* 13 possunt *M 1.* 25 transscribere *M 1.*

1) *Boretius, l. l. I, 342 ann. 4 remittit ad Hludowici capitulare missorum 818/19 c. 24; l. l. I, 291 (Mühlbacher[2] n. 677).*

Sich. Arn.] quibus gratiarum acciones referre, quosque etiam dignis correptionibus corrigere debeamus. Quodsi aliquis tuae dioceseos eidem institutioni vestraeque admonitioni procaciter reniti voluerit et ea, quae ab eodem sacro conventu salubriter constituta sunt, pro viribus observare neglexerit et subinde ammonitus non se correxerit, quicunque ille est, ante praesentiam nostram tua vel missi nostri admonitione venire festinet, quatenus a nobis iuxta quantitatem culpe digne corrigatur.

Direximus praeterea tibi pondus et mensuram, secundum quae clericis et sanctimonialibus panis et potus aequaliter tribuenda sunt, quae ut ab omnibus firmissime atque inviolabiliter teneantur decernimus et, ne quid incrementi aut detrimenti a quoquam paciantur, modis omnibus inhibemus [1].

Tuam igitur in calce huius epistole admonemus sanctitatem, ut secundum ministerium tibi divino munere conlatum nostrae in hoc negocio saluberrimae admonitioni

Magn.] quibus gratiarum acciones referre quosque etiam dignis correptionibus corrigere debeamus. Si vero aliquis tuae diocesis eidem institutioni nostraeque admonitioni procaciter reniti voluerit et ea, quae ab eodem sacro et venerabili concilio constituta atque decreta sunt, quantum Dominus eis posse dederit, observare contempserit, praecipimus, ut, si antea huiusmodi non se correxerit, quicunque ille est, ante praesentiam nostram tua vel missorum nostrorum admonitione venire festinet, quatenus a nobis iuxta quantitatem culpae digne corrigatur.

Direximus praeterea tibi pondus et mensuram, secundum quae clericis et sanctimonialibus panis et potus aequaliter tribuenda sunt, quae ut ab omnibus firmissime atque inviolabiliter teneantur decernimus et, ne quid incrementi aut detrimenti a quoquam patiantur, modis omnibus inhibemus [1].

Tuam igitur in calce huius epistolae admonemus sanctitatem, ut secundum ministerium tibi divino munere collatum nostrae in hoc negotio saluberrimae admonitioni

1 actiones *A.* 3 Quodsi] Si vero *A.* 6 ea] eam *A.* conventu] et venerabili concilio *A.* salubriter *deest A.* 7 constituta] atque decreta *add. A.* pro viribus — ammonitus] quantum Dominus ei posse dederit observare contempserit, praecipimus, ut, si antea huiuscemodi *A.* 10 misso *S.* ammonitione *A.* 12 quantitatem] cantitatem *S.* culpae *A.* 19 teneatur *A.* 21 patiantur *A.* 23 epistulae *A.* 24 sanctitate *S.* ministerium] misterium *S.* 26 negotio *A.*

3 dioecesis *M 1. 2.* 16 quae] quam *M 1. 2.* 18 ab *deest M 1. 2.* 19 teneatur *M 2.*

1) *Cf. quae supra p. 401 ann. 2 sqq., p. 447 ann. 1 attulimus. V. etiam Ermoldi Nigelli carmen in honorem Hludowici l. II v. 519 sqq., ubi missi redeuntes haec imperatori retulisse dicuntur:*

Mensurasque sibi *(scil. monasteriis)* vestro moderamine dantes,
Quis valeant semper pergere iure viam,
Sive etiam librum, quem patrum vestra potestas
Dogmate decerpsit atque peregit ope,
Urbibus et castris, sexus quod eget uterque,
Linquimus . . .

(MG. Poetae aevi Karolini II, 55) et praeterea quae exponit Guérard, 'Polyptyque de l'abbé Irminon' I, 192. 965. 969.

Sich. Arn.] oboedienter atque inexcusabiliter pareas et ceteris in parendo exemplum bonum tribuas. Dignum quippe iustumque est, ut, quanto sublimius sacerdotii dignitate aliis superemines et a nobis venerabiliter diligeris, tanto magis ad Dei nostramque voluntatem exequendam devotiorem te atque promptiorem exhibeas.

Vale in Domino et ora pro nobis.

Magn.] obedienter atque inexcusabiliter pareas et caeteris in parendo exemplum bonum tribuas. Dignum quippe est, ut, quanto sublimius sacerdotii dignitate aliis superemines et a nobis venerabiliter diligeris, tanto magis ad Dei nostramque voluntatem faciendam devotiorem te atque promptiorem exhibeas.

Vale in Domino et ora pro nobis.

1 obedienter *S.* inexcusabiliter] *ita A*, inexecrabiliter *S.* 2 caeteris *A.* 5 alii *S.*

*40. CONCILIUM AQUISGRANENSE.

817. mense Iulio.

Anno 817. mense Iulio Hludowicus imperator una cum conventu generali populi (cf. Mühlbacher² n. 649 a. 650) congregavit etiam in domo Aquisgrani palatii, quae Lateranis dicitur, *conventum abbatum monachorumque, qui quid fieret de statu monasteriorum reformando constituerent*[1]. *Quorum in numero primus fuit ac maxima auctoritate praeditus Benedictus ille abbas Anianensis et Indensis, cuius vita ab Ardone conscripta haec exhibet (c. 36 et c. 39, MG. SS. XV, 215 sq. et 217 sq.):* Multa . . . monasteria erant, quae quondam regulariter fuerant instituta; set paulatim tepescente rigore regularis pene deperierat ordo. Ut autem, sicut una omnium erat professio, fieret quoque omnium monasteriorum salubris una consuetudo, iubente imperatore, adgregatis coenobiorum patribus una cum quam pluribus monachis per plures resedit dies. Omnibus ergo simul positis regulam *(scil. sancti Benedicti)* ab integro discutiens, cunctis obscura

1) *Cf. prooemium capitularis q. d. monastici, de quo inferius agetur:* Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCXVII., imperii vero gloriosissimi principis Hludowici quarto, VI. Idus Iulias, cum in domo Aquisgrani palatii, quae Lateranis dicitur *(v. ad annum 836. concilii Aquisgranensis praefationem:* Aquisgrani palatii in secretario basilicae sanctae genetricis Dei Mariae, quod dicitur Lateranis), abbates cum quam pluribus una suis residerent monachis, haec, quae subsequuntur, capitula communi consilio ac pari voluntate inviolabiliter a regularibus conservari decreverunt. *Quae Theganus (Vita Hludowici c. 28, MG. SS. II, 622) huic anno adscripsit de servis manumittendis, antequam ad gradus altaris admitterentur, et de manso unicuique ecclesiae tribuendo leguntur in Hludowici capitulari 818—819 cc. 6. 10 (MG. Capit. I, 276 sq.; Mühlbacher² n. 674). — De concilio cf. praeterea Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. IV, 24 sqq., qui p. 9 sqq. aeque ac Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 90 sqq. anno 817. institutiones canonicorum et sanctimonialium promulgatas censet, quas ad annum 816. pertinere manifestum est. V. etiam Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 582 sqq.*

BIBLIOTHEK DON IMPRIM

dilucidavit, dubia patefecit, priscos errores abstulit, utiles consuetudines affectusque confirmavit. Iudicia igitur regulae cunctaque dubia ad proficuum deducta effectum, quas minus regula pandit consuetudines, adsentientibus cunctis protulit, de quibus etiam capitularem institutum imperatori confirmandum prebuit, ut omnibus in regno suo positis monasteriis observare preciperet; ad quem lectorem scire cupientem dirigimus. Cui protinus imperator adsensum prebuit inspectoresque per singula posuit monasteria, qui utrum ea, quae iussa fuerant, sic observarentur inspicerent quique etiam formam salubrem ignorantibus traderent[1]. Perfectum itaque prosperatumque est opus divina opitulante misericordia, et una cunctis generaliter posita observatur regula, cunctaque monasteria ita ad formam unitatis redacta sunt, acsi ab uno magistro et in uno imbuerentur loco: uniformis mensura in potu, *(p. 216)* in cibo, in vigiliis, in modulationibus cunctis observandis est tradita. . . . . *(c. 39 p. 217)* Cernens quoque *(sc. Benedictus)* nonnullos totis nisibus anelare in adquirenda monachorum coenobia[2] eaque non tantum precibus ut obtineant, verum etiam decertare muneribus suisque usibus stipendia monachorum expendi ac per hoc diruta nonnulla, alia vero fugatis monachis a secularibus obtineri clericis, adiit hac de causa piissimum imperatorem precibusque pulsat, ut ab huiusmodi contentionibus clericos, monachos vero ab hoc redderet periculo extorres. Adsensum praebet gloriosissimus imperator, monasteria in regno suo prenotata, in quibus ex his regulares abbates esse queant, decernit ac per scripturam, ut inconcussa omni maneant tempore, firmare precepit suoque anulo firmavit; sicque multorum cupiditatem, monachorum nichilominus pavorem extorsit. Erant etiam quaedam ex eis munera militiamque exercentes; quapropter ad tantam devenerant paupertatem, ut alimenta vestimentaque deessent monachis. Quae considerans suggerente prefato viro *(p. 218)* piissimus rex iuxta posse servire precepit, ita ut nil Deo famulantibus deesset ac per hoc alacres pro eo eiusque prole tociusque regni statum piissimum precarentur Deum.

Tria in hac narratione commemorantur, primum enucleatio ac reformatio regulae sancti Benedicti, deinde constitutio de abbatibus regularibus eligendis, tum constitutio de servitio monasteriorum.

Reformationis regulae sancti Benedicti aliis quoque locis fit mentio; v. quae affert Simson, l. l. I, 83 sqq., praecipue autem Hludowici capitulare ecclesiasticum 819 c. 5 (MG. Capit. I, 276; Mühlbacher² n. 674): Monachorum . . . causam qualiter Deo opitulante ex parte disposuerimus et quomodo ex se ipsis sibi eligendi abbates licentiam dederimus et qualiter Deo opitulante quiete vivere propositumque suum indefesse custodire valerent ordinaverimus, in alia scedula diligenter adnotari fecimus et, ut apud successores nostros ratum foret et inviolabiliter conservaretur, confirmavimus. *Exstant profecto adhuc ea, quae de monachorum vita constituta sunt, in capitulari quod dicitur monastico anni 817.*

Hoc autem capitulare legitur in his codicibus: 1) in codice Parisiensi latino 4638 (antea Pithoeano, tum Thuaneo, deinde Colbertino, postremo regio) saec. X. XI. fol. 30; 2) in codice Parisiensi latino 2826 (antea s. Martialis Lemovicensis) saec. IX. X.; 3) in codice Guelferbytano inter Helmstadienses 532 (antea fortasse Salisburgensi, deinde M. Flacii Illyrici, tum academiae Helmstadiensis) saec. IX. X; 4) in codice Merseburgensi 58 (136?) saec. IX. X. fol. 36; v. quae adnotavimus MG. Capit. II, p. XVIII ann. 1; 5) in codice Romano bibliothecae Barberinianae XIV. 19 saec. IX. fol. 98';

1) *Cf. Mühlbacher² n. 905. 961.* 2) *Cf. Hludowici epistolae archiepiscopis directae:* Quamquam enim nonnulli clerici monasteria puellarum et nonnulli laici monasteria virorum etiam et puellarum habeant *etc. (supra p. 462).*

6) in codice Londiniensi musei Britannici inter Cottonianos, Tiberius A. III. saec. IX. X.; 7) in codice Casinensi 353 iussu Iohannis abbatis Casinensis (915—934) conscripto; 8) in codice Parisiensi latino 1535 (antea Bigotiano) saec. X.; v. quae de ordine capitulorum exposuit Boretius, MG. Capit. I, 343. — Accedunt praeterea alii codices, scilicet 9) Admontensis 712 (55) saec. XI.—XIII.; 10) Bambergensis A. II. 53 saec. X. (vel XI. XII.?); 11) Berolinensis Theol. fol. 355 saec. IX.; 12) Bruxellensis 10274—10280 saec. XII.; 13) Casinensis 175 saec. XI.; 14) Cheltenhamensis 24275 saec. XII.; 15) Dresdensis A. 128 saec. XII.; 16) Gentensis 506 saec. X. XI. (fragm.); 17) Guelferbytanus inter Extravagantes 227 saec. XVII.; 18) Mediolanensis bibliothecae Ambrosianae S. 17 sup. saec. XI.; 19) Monacensis latinus 18583 saec. XI.; 20) Monacensis latinus 19414 saec. XI.; 21) Rotomagensis 1385 saec. X. XI. (fragm.); 22) Turinensis G. V. 4 saec. X.; 23) Turinensis G. V. 38 saec. X.[1] *— Receptum est capitulare monasticum in appendice prima collectionis capitularium a Benedicto Levita confectae.*

Edd.: Binius III, 1, 521. Goldast, Const. III, 220. Sirmond II, 435. Coll. reg. conc. XXI, 23. Labbe-Cossart VII, 1505; ed. Coleti IX, 597. Baluze I, 579. Harduin IV, 1228. Lünig, 'Reichsarchiv' XV, 107. Herrgott, Vetus disciplina monastica 23. Georgisch 821. Hartzheim II, 13. Muratori, SS. rer. Ital. IV, 607. Mansi XIV, app. 393. Walter II, 313. MG. LL. I, 201. Migne, Patrol. lat. XCVII, 381. MG. Capit. I, 343. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 651. 'Neues Archiv' XXIV, 483.

Constitutio deinde vel scedula *de abbatibus eligendis, cuius mentio occurrit in vita Benedicti et capitulari Hludowici supra laudatis, prorsus deperdita est, et insuper constitutio de servitio monasteriorum, cuius autem epitome exstat in notitia quadam de servitio monasteriorum*[2]*, excerpta ut videtur ex chronico quodam, quam Pückert ('Berichte der sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften, phil.-hist. Classe' 1890, XLII, 46 sqq.) acutius quam rectius a falsario quodam Septimanico fictam esse contendit. Edita autem est ex codice quodam monasterii s. Aegidii in Septimania a Sirmond (Concilia Galliae II, 685), quam editionem alii (cf. Mühlbacher*[2] *n. 651) usque ad Boretium (MG. Capit. I, 349) repetiverunt, ex (eodem ipso?) codice ecclesiae beati Aegidii (hodie Saint Gilles) saec. XIII. a Ménard ('Histoire civile, ecclésiastique et littéraire de la ville de Nîme', Paris. 1750, tom. I, app. 2; cf. MG. Capit. II, 539).*

1) *Latet nunc pars codicis Parisiensis latini 4761 saec. X., qua capitulare continebatur; cf. MG. Capit. II, p. XXIV. Nil certi affirmari potest de codice Romano bibliothecae Barberinianae XI. 64 saec. IX. X.* 2) *Prooemium notitiae his verbis concepta est:* Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCXVII. (DCCCXVIII. *apud Ménard*) Hludowicus serenissimus augustus divina ordinante providentia conventum fecit apud Aquis sedem regiam episcoporum, abbatum seu totius senatus Francorum; ubi inter ceteras dispositiones imperii statuit atque constitutum scribere fecit, quae monasteria *(enumerantur quattuordecim)* in regno vel imperio suo dona et militiam facere possunt, quae *(numero sedecim)* sola dona sine militia, quae *(numero quinquaginta quattuor)* vero nec dona nec militiam, sed solas orationes pro salute imperatoris vel filiorum eius et stabilitate imperii. *Et post nomina adduntur in fine:* Hic praedictis monasteriis praefatus imperator, sicut supradictum est, statutum scribi fecit atque manu sua firmavit et anulo suo imperiali sigillare fecit; *cf. quae in vita Benedicti supra p. 465 l. 21 sqq. leguntur.*